COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM
OMNIUM
HISPANIÆ,
ET NOVI ORBIS,

EPISTOLARUMQUE DECRETALIUM CELEBRIORUM, NECNON PLURIUM MONUMENTORUM VETERUM AD ILLAM SPECTANTIUM.

Cum Notis, & Dissertationibus, quibus Sacri Canones, Historia, ac Disciplina Ecclesiastica, & Chronologia, accurate illustrantur.

CURA, ET STUDIO

JOSEPHI SAENZ DE AGUIRRE,

Benedictinæ Congregationis Hispaniarum Magistri Generalis, Regii, ac Supremi Fidei Senatus Consultoris, in Salmanticensi Academia Doctoris Theologi, ac post plures alias Cathedras Primarii sacrorum Bibliorum Interpretis.

S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS, TITULI S. BALBINÆ, PROTECTORIS REGNI SICILIÆ.

Editio altera in sex Tomos distributa, & novis Additionibus aucta.

TOMUS QUARTUS.

AD ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. JOSEPHUM SAPORITI
ARCHIEP. GENUENSEM.

AUCTORE JOSEPHO CATALANO
ORATORII S. HIERONYMI CHARITATIS PRESBYTERO

ROMÆ, CIↃ IↃ CC LIV.
Ex Typographia Antonii Fulgonii apud Sanctum Eustachium.

SUPERIORUM PERMISSU.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

DOMINO JOSEPHO SAPORITI
ARCHIEPISCOPO GENUENSI.

CUI *Episcoporum post Romanum Pontificem Maximum* BENEDICTUM XIV. *selectosque* S. R. E. *Cardinales*, *quibus tres priores Tomos maximæ Collectionis Conciliorum Hispaniæ a præstantissimo, & religiosissimo Cardinali de Aguirre ordinatæ, & a me nunc in nova hujus Operis editione in sex Tomos distributæ, ac novis Additionibus locupletatæ dedicavi, Tomum IV. nuncupare deberem, non longa mihi consultatione opus fuit. Occurris enim mihi Tu primum vigilantissimus Sanctæ Genuensis Ecclesiæ Archipræsul, qui non modo natale sortitus es solum, ubi ipsa Concilia peracta fuere, sed spiritum etiam religiosorum illorum Antistitum, qui illa celebrarunt, doctrinamque Catholicam, & puriorem Christianam Ethicem constituerunt. Jam non ita pridem Tibi Opusculum mole quidem parvum, sed pondere maximum obtuli, aureos nempe Libros S. Joannis Chrysostomi de Sacerdotio a me Notis illustratos, ubi in Dedicatoria Epistola præclarissimas tuas virtutes recensui, quas tua non solum Provincia, sed & Italia tota admirata est, belli præsertim tempore, quo ad extremum redacta Genuensis Respublica pene erat interitura. Quis enim prædicantem tunc te audivit, quis te providentem tunc vidit, & huc, illucque discurrentem, ut debiles roborares, ad Patriæ illustris defensionem animares, omnesque jacentes erigeres; quis, inquam, tunc te nullis parcentem incommodis, vigiliis, sumptibus, vitam exponentem, & thesauros exhaurientem perspexit, & non coactus fuit Te verum illum, bonumque Pastorem clamare, animam suam dare pro ovibus suis non metuentem. Magna hæc quidem sunt, & digna, ut sequenti-*

bus sæculis in Civili, & Ecclesiastica Historia prædicentur; sed ea ego nunc in hac altera Dedicatoria Epistola non possum non memorare, quanta scilicet pacis tempore pro populis tibi commissis effeceris. Quum enim non sine animi sensu videres, laxam morum doctrinam quorundam laxiorum Scriptorum vitio in dies augeri; opposuisti Te statim illorum audaciæ Litteris Pastoralibus, Librisque editis solida Patrum, ac Summorum Romanorum Pontificum doctrina refertis, præsertim vero celebri illo Pastoralium Instructionum ad Confessarios amplissimæ tuæ Civitatis, ac Diæceseos directo, ut Pœnitentiæ Sacramentum, unde pendet salus, interitusque multorum, rite recteque administrarent. Probe enim nosti, quod inter alios duo Sanctissimi, ac præstantissimi Antistites Thomas de Villanova, Archiepiscopus Valentinus, & Carolus Borromæus Mediolanensis, dolentes suorum temporum vicem ajebant. Quorum primus sic habet:* Quid Ecclesiam Dei hodie perdit, nisi Confessariorum, & Pastorum blandiens adulatio, deliniens, demulcensque assentatio? *Alter vero asserere non dubitavit,** incuria, & facilitate Confessariorum, vitia, luxum, pompas, fraudes, atque injustitias in omnibus artibus, professionibusque triumphare. *Sed hæc parva sunt, si conferantur cum iis, quæ nostra hac tempestate a Fidelibus passim committi videmus, Confessariorum certe nonnullorum conniventia, qui falsis quibusdam Casuistarum opinionibus imbuti, consuunt pulvillos, ut verbis Prophetæ utar, sub omni cubito, & condunt cervicalia. Hinc est, quod multum tibi debet Sancta Genuensis non modo, sed & Catholica Ecclesia, quod imitatus Sanctissimorum Antistitum, ac præ cæteris vigilantissimi Summi Pontificis BENEDICTI XIV. feliciter regnantis exemplum, laudatum aureum Librum Instructionum ad Confessarios, aliasque Institutiones Ecclesiasticas edideris. Faxit Deus Optimus Maximus, ut Te præstatissimum Genuensis Ecclesiæ decus, ac Literariæ Reipublicæ præsidium, bonarumque artium cultorum adjumentum, incolumem servet quamdiutissime.*

* *Serm. Fer. VI post IV. Dom. Quadr.*

* *Instr. Confess.*

Obsequentissimus Famulus Josephus Catalanus.

IN-

INDEX SUMMARIUS

EORUM, QUÆ CONTINENTUR TOMO IV. CONCILIORUM HISPANIÆ JUXTA HANC NOVAM EDITIONEM.

Sub-

Nequid tandem in hac editione omittamus, quod doctissimus æque, ac Religiosissimus Cardinalis de Aguirre adnotavit, lubet hoc Tomo iv. Decretum Concilii Tridentini describere, quod ipse præfixit Tomo iii. suæ editionis, desumptumque est ex Sessione xxiv. *De reformatione*, Cap. ii. & est hujusmodi:

Provincialia Concilia sicubi omissa sunt pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex Sacris Canonibus permissis, renoventur. Quare Metropolitani per se ipsos, seu, illis legitime impeditis, Coepiscopus antiquior intra annum ad minus a fine præsentis Concilii, & deinde quolibet saltem triennio, post Octavam Paschæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore pro more Provinciæ, non prætermittat Synodum in Provincia sua cogere, quo Episcopi omnes, & alii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transferendum esset, convenire omnino teneantur &c.

EPI-

LECTORI ERUDITO, ET BENEVOLO

JOSEPHUS CATALANUS.

PRæter rationem Operis, quam eximius Cardinalis de Aguirre To. I. amplissimæ hujus Collectionis Conciliorum Hispaniæ præfixit, alteram concinnavit ad Archiepiscopos, & Episcopos Hispaniæ, ac Novi Orbis, quam una cum Indice sacrorum Canonum, & Conciliorum, quibus Ecclesia præsertim Hispanica regebatur ab ineunte sexto sæculo usque ad initium octavi, una cum aliis Veterum Opusculis, Epistolisque, III. Tomo præfixit, quamque nos Tomo huic IV. (ex primo enim duos effecimus) præmittimus; ut iis omnibus descriptis, Concilia deinde recenseamus, quæ leguntur in fine Tomi II. & in decursu Tomi III. primæ editionis a laudato Card. de Aguirre ordinatæ. Sic ergo initio prædicti Tomi III. legitur.

EPISTOLA CARD. DE AGUIRRE

SEU RATIO TOTIUS OPERIS

Ad Illustrissimos Archiepiscopos, & Episcopos Hispaniæ, ac Novi Orbis.

I. PRodit denique, Illustrissimi, & Reverendissimi Antistites, Romanis typis *Collectio Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ, ac Novi Orbis*, comprehensa quatuor justis Voluminibus multorum annorum labore, ac studio, licet interrupto, parata, & digesta, cum plurimis aliis monumentis sacris, & Epistolis Pontificum Romanorum ad Hispaniam spectantibus.

II. Initio uniuscujusque eorundem Voluminum, ac præsertim Primi, præmitto, aut rationem totius Operis, aut saltem monita aliquot opportuna, ut Lectores in ipso fere aditu, aut vestibulo, ob oculos habeant veluti summa capita eorum, quæ postea in progressu fusius pertractantur. Verum præterea hoc loci visum fuit initio hujus Tomi Tertii nonnulla adjungere. Fateor equidem, magnam eorundem Conciliorum, & monumenturum partem antea editam fuisse; sed sparsim, & in variis, aut exquisitis Libris, quorum multi rari sunt; utpropterea nonnisi insolito labore, aut diligentia diuturna in unum colligi possint.

III. Alia autem Concilia, monumenta sacra, & Epistolæ, quas repræsento, aut vix, nunquam hactenus viderunt lucem, sed tot sæculis manuscripta latuere in antiquissimis Bibliothecis, præsertim Ecclesiarum, & Monasteriorum insignium intra, & extra Hispaniam, quarum singulas honoris caussa nomino propriis locis. Inter eas vero omnes potissimum adjumento fuerunt Vaticana, & Toletana, Scorialensis, & Æmilianensis, sive Regii Monasterii Sancti Æmiliani in Castella Veteri, ubi ad sacrum Ordinem Sancti Benedicti, indignus licet, admissus fui. Nimirum exinde Philippus II. Hispaniarum Rex, cognomento Prudens, antiquissima manuscripta, præsertim Conciliorum, & Epistolarum Decretalium, transtulit ad suam celeberrimam Bibliothecam Sancti Laurentii in Scoriali, ut omnes norunt. Sed & nonnihil contulerunt nobis, præsertim ad observandam varietatem lectionum, Bibliotheca manuscripta Serenissimæ Suecorum Reginæ Christinæ Alexandræ, & aliæ plures Cataloniæ, ac Galliarum, unde primum Illustrissimus Dominus Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis, deinde Vir Cl. Stephanus Baluzius, ac postea celebres antiquarii, & Scriptores, Lucas d'Acherius, & Joannes Mabillon, eximium par doctissimæ, & obsevantissimæ Congregationis Sancti Mauri, tot rara, aut nunquam antea edita monumenta publicæ luci dederunt, etiam ad Hispaniam spectantia, præter plurima alia omnis generis, quæ passim evulgantur ab aliis Patribus ejusdem Congregationis, & insignis Monasterii Sancti Germani a Pratis, cum magno totius Ecclesiæ plausu, ac fructu.

IV. Porro Dissertationes omnes Ecclesiasticæ, Historicæ, & Chronologicæ, ac Criticæ, totius hujus vasti Operis, nunc primum prodeunt, studio, ac labore nostro. Notæ autem, sive observationes in singula Concilia, Epistolas, & monumenta quæque sacra, pariter a nobis elaboratæ, aut nunc primum lucem vident, aut ab aliis eruditissimis Viris, tum Hispanis, tum exteris, quarumlibet nationum, antea editæ divisim, modo a nobis in unum collectæ fuerunt sub proprio uniuscujusque eorum nomine, vel etiam elogio. Nimirum, jamdiu alte nobis insedit vetus illud: *Pulchrum est fateri, per quos profeceris*. Ut nihil interim dicam de turpi illa plagii nota, quam scimus nonnullis haud immerito inustam fuisse, quod cornicularum more alienis plumis quasi propriis usi fuerint. Sua itaque laus unicuique eorum integra esto, atque in hisce lucubrationibus posteritati consignata sit.

V. Verum recapitulando, seu potius brevissime indicando, quæ singulis Tomis continentur ordine suo, placet hæc pauca monere, præter alia, quæ in Præfationibus ad illos dixi.

VI. Primus Tomus continet initio, præter plura monumenta observatu digna, præsertim Chronologica, & historica, varias Dissertationes circa Collectionem omnium Conciliorum, & Epistolarum Decretalium, factam a Sancto Isidoro Archiepiscopo Hispalensi, cui soli illam asserimus, & vindicamus ab objectis plurimorum recentium Scriptorum, præsertim illorum, qui Criticen profitentur. Vindicamus, inquam, sed cum delectu, distinguentes inter ea, quæ germana videntur, & illa, quæ suspicionem ingerunt haud exiguam interpolationis, assumenti, aut parachronismi additi, cujuspiam score scioli, aut imperiti manu, quisquis ille fuerit. Neque enim Epistolas illas ad Hispaniam spectantes nomine veterum Ponti-

ficum editas , & manibus omnium circumferri solitas a sancto Clemente Papa usque ad Siricium , tueri animus est integre , prout jacent ; sed tantum quoad præcipua capita , aut aliis monumentis germanis confirmata . In quorum omnium explanatione , & defensione , expendimus totum Apparatum illius Voluminis satis laboriosum. Quod gratum speramus futurum etiam iis Scriptoribus Catholicis , & eximie eruditis , qui eas omnes Epistolas prorsus reijciunt , & nec laudari, seu citari jam a quopiam volunt, veluti omnino nothas , & subdititias; cum tamen saltem decursus octingentorum circiter annorum, idest,ab inclinante sæculo octavo usque ad medium proxime præcedentis , fuerint in summa omnium laude , ac veneratione totius Ecclesiæ . Verum fortassis vel illi delicatiores , & κριτικώτατοι , ut ita loquar , lectis iis Dissertationibus nostris , nonnihil remittent de præfidentia illa , qua plerumque eas aspernabantur , veluti intrusas omnino ab aliquo nebulone , aut tenebrione sub initium noni sæculi.

Post Apparatum vero prædictum exhibemus Epistolas illas , & monumenta sacra ad Hispaniam spectantia intra tria priora sæcula Eræ Christianæ, & illarum explanationem, ac defensionem , quantam , & qualem nobis subjungere licuit .

VII. Sequitur deinde Concilium Elliberritanum exactissime correctum juxta varia manuscripta , cum Notis , & Observationibus , partim magni illius , & celeberrimi Interpretis D. Ferdinandi de Mendoza , partim plurimorum Virorum insignium , partim denique nostris , sub proprio uniuscujusque nomine . Quod ipsum circa omnia Concilia , & monumenta quæque vetera , exacte servatur . Cum vero Concilium ipsum apud Elliberim coactum fuerit, juxta veriorem sentetiam , sub initium Sæculi IV. & fortassis anno Christi , sive Eræ communis CCCIII. (ut initio Tomi II. ostendimus late) efficitur demum , ut Tomus I. solum exhibeat ea monumenta Hispaniæ Christianæ , quæ pertingunt usque ad prædictum annum .

VIII. Secundus Tomus amplectitur quæcunque Concilia , & monumenta sacra Pontificum Romanorum , ac diversorum Patrum , Scriptorumque illustrium , spectant ad Hispaniam ab anno prædicto CCCIII. usque ad DCCT. cum Dissertationibus , & Notis interjectis , quibus non modo Historia , & Chronologia , ac sensus germanus illorum exponitur , sed etiam disciplina Ecclesiastica accurate illustratur , immo & sæpe veluti postliminio revocatur ; quod tamen nec ego, nec quisquam alius privata authoritate poterit fructuose in praxim communem redigere , nisi prudenter admodum , & sub opportuno , ac semper subintelligendo beneplacito Sedis Apostolicæ , in his quæ decreta priscis sæculis solo Jure Ecclesiastico , jamdiu penitus antiquata , & abrogata sunt, vel fuerint . Eadem quoque disciplina denuo stabilitur testimoniis totius antiquitatis Christianæ , atque in usum , functionemque deducenda proponitur ab iis, quorum interest , & quatenus sinit misera conditio nostrorum temporum in hac mundi senecta. Indignum enim est, ut saluberrima illa Statuta per sanctissimos, ac doctissimus Hispaniæ Præsules , præsertim Leandrum , & Isidorum Hispalenses , ac Eugenium III. Ildephonsum , & Julianum Toletanos , Toribium Asturicensem , Martinum Bracarensem , aliosque similes , tam soleniter in gravissimis Conciliis totius Hispaniæ prolata , & tot sæculis in magna veneratione habita a tota Ecclesia , & tandiu religiuse custodita , exolescant omnino , & nulla ratio habeatur quoad praxim illorum Canonum , qui Spiritu Dei conditi sunt , & totius mundi reverentia consecrati , ut loquar verbis S. Leonis Papæ . Legatur Parænesis S. Paciani Episcopi Barcinonensis gravissima , & eruditissima , quam exhibemus cum Notis recentibus Tomo II. pagina 103. & sequentibus . Multa etiam in hisce Synodis , & veteribus Hispaniæ monumentis contenta , pariter habentur statuta in Conciliis Oecumenicis , & Decretis notissimis Sedis Apostolicæ ; immo & hausta sunt , aut collectione firma , aut rationabili conjectura , ex ipsis sacris Literis , aut traditionibus Apostolicis ; quæ proinde oportet in praxim deducere ; quantum prudentia Christiana dictat , & exigit status præsens Ecclesiæ Catholicæ, licet multa alia ex solo jure Ecclesiastico procedentia fortassis jam fuerint antiquata, & a multis sæculis omnino in desuetudinem abierint , aut etiam contrario usu longissimi temporis abrogata videantur , scientibus , & tacentibus , aut forte conniventibus etiam iis Prælatis , quorum muneris erat ea sarta tecta curare , & in executionem deducere . Legendus de hoc præsertim Sanctus Thomas Quodlibeto XI. Art. 15.

IX. Id considerans , & dolens Sacra , & Oecumenica Synodus Tridentina Sessione XXII. Cap. I. statuit, *ut quæ alias a Summis Pontificibus, & a Sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate , cultu , doctrinaque retinenda , ac simul de luxu , comessationibus , choreis , aleis , lusibus , ac quibscumque criminibus, necnon sæcularibus negociis fugiendis , copiose, ac salubriter sancita fuerunt , eadem in posterum eisdem pœnis , vel majoribus , arbitrio Ordinarii imponendis , observentur ; nec appellatio executionem hanc , quæ ad morum correctionem pertinet , suspendat . Si qua vero ex iis in desuetudinem abiisse compererint , ea quamprimum in usum revocari , & ab omnibus accurate custodiri studeant ; non obstantibus consuetudinibus quibusque , ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas , Deo vindice, poenas persolvant .* Ita præcipitur in Sacrosancta illa Synodo , omnium Oecumenicarum postrema , quæ tanto plausu, ac fructu statim recepta fuit in omnibus Metropolitanis Ecclesiis Hispaniæ, quarum Concilia Provincialia ad illam solenniter evulgandam, & exsequendam exhibemus Tomo IV. hujus Operis . Utinam plura alia invenissemus pariter intra hoc ipsum sæculum celebrata, & latine scripta intra Hispaniam , aut in Novo Orbe . Pariter enim omnia modo in lucem mitteremus . Sed nulla nobis invenire licuit Provincialia latine scripta (de his tantum loquor) ab initio hujus sæculi usque modo . Quam ob caussam lamentamur in Præfatione quadam ad Tomum II. hujus Operis , similiter directa ad Illustrissimas Dominationes Vestras , quam non est opus hoc loco repetere .

X. Tertius Tomus profert ea monumenta sacra , & Concilia , quæ spectant ad Hispa-

niam

niam ab anno Christi DCCI. usque ad annum circiter MO, quorum multa nunc primum e prælo eaeunt. Alia vero, aut rara fuit, aut non ita faeile alibi inveniri poterunt. Porro nec inter ea, nec inter reliqua contenta intra nostram Collectionem, invenietur aliquid obtrusum ea illis Pseudo chronicis sub finem superioris fæculi confictis nomine Deatri, Maximi, Luitprandi, & Juliani Perez. Idipsum dico de farraginibus illis, & insulfissimis fabulis, quæ postea a quibusdam otiosis, seu male feriatis capitibus, obtrusæ, aut vendicatæ fuerunt sub nominibus Liberati, Helecæ, & Auberti Hispalensis. Omnia ea figmenta jam pridem in variis lucubrationibus rejeci, sicuti & illa contempserunt ab initio fere, & postea, eruditissimi quique intra, & extra Hispaniam, alibi a me laudati, & nuper doctissimus Bollandus, ac Socii fere passim in Actis Sanctorum, ubi & palam proferunt nomen Auctoris præcipui earundem fabularum, sicut & alii jam detexerunt nominatim artifices illus, per quos innumera figmenta nomine Auberti Hispalensis primum conficta, aut postea adaucta sunt. Sed de his omnibus uberrime differentem legere oportebit Cl. & eruditissimum Virum D. Nicolaom Antonium, Equitem Jacobæum, Canonicum Hispalensem, Catholicæ Majestatis diu in Urbe Procuratorem, ac tandem Matriti Consiliarium, in Bibliotheca Veteri Hispana illorum Scriptorum, qui floruere a Christo nato usque ad annum MD. Nimirum illam propria manu Auctoris scriptam, & nunquam hactenus editam, dabimus publicæ luci, quamprimum fieri possit, eleganti forma, & caractere. Dabimus, inquam, σὺν Θεῷ, duobus justis Voluminibus ab initio circiter sequentis Decembris, usque ad Julium subsequentis anni, quo exeunte speramus integre prodituram e prælo.

XI. Porro idem Tomus III. initium ducit ab Indice utilissimo Conciliorum, & Canonum, nunquam hactenus (quod sciamus) publici juris facto, quo utebatur Ecclesia Hispanica usque ad annum circiter septingentesimum. Fortassis vero idem ipse est, quem multo antea elaboraverat Ferrandus Diaconus, ineunte sæculo sexto sub epigraphe Compendii sacrorum Canonum. Sit per me licet idem cum illo; sed tamen longe auctior est ille, cum in hoc citentur multa Concilia, & Decreta longe posteriora, & nonnulla eorum fere integro sæculo ab obitu Ferrandi celebrata, aut habita. Cujuscumque demum studio it primum scriptus fuerit, utilissimus est. Vellem autem, ut quispiam eruditus, ac diligens Scriptur eidem Indici intra unum Volumen justum conjungeret, quam breviter fieri possit, aut summatim solum perstringeret, Concilia, Canones, & Epistolas Decretales ibidem citatas. Sic enim plene dignosceremus, quænam disciplina Ecclesiastica permaneret adhuc usu recepta in Ecclesia, præsertim Hispanica, initio octavi sæculi. Mitto nunc nonnulla alia legenda eodem Tomo III. in Præfatione nostra ad eundem Indicem, quem gratissimum speramus hominibus doctis, & studiosis antiquitatis Ecclesiasticæ.

XII. Idipsum sperare licet de plurimis aliis monumentis rarioribus, & exquisitis, spectantibus ad Hispaniam, sparsis toto eo Volumine III. quibus tamen paucas Notas adjecimus; tum quia non videbantur necessariæ circa scripta ætatis mediæ; tum præsertim ob assidua impedimenta, & ægritudines molestissimas, quibus affligebamur. Fortasse quispiam alius progressu temporis ad communem utilitatem Reipublicæ literariæ, id oneris in se recipiet.

XII. Præterea eodem Tomo III. recudimus Acta quædam Concilii Francofordiensis, celebrati in Germania anno Christi DCCXCIV. sub Adriano I. Papa, & Carolo Magno Francorum Rege, adversus Præsules, Felicem Urgelitanum, & Elipandum Toletanum, veluti disseminantes errorem dictum Adoptivorum, seu docentes, Christum Dominum fuisse Filium Dei adoptivum, & allegantes pro se quædam testimonia, seu dicta Eugenii, Ildephonsi, & Juliani, Antistitum Toletanorum. Hos tres sanctissimos Præsules palam reprehendit illa Synodus, gravissima quidem, & numerosissima; sed decepta per errorem facti suggestum ab ipsis Adoptivis; eum constet clarius meridiana luce, sanctissimos Præsules Toletanos, Eugenium III. Julianum, & Ildephonsum, immo & omnes alios Episcopos Hispaniæ, qui cum iis celebrarunt Concilia Toletana plura decursu totius fæculi septimi, longissime fuisse ab eo errore, immo & palam tradidisse, Christum non adoptivum, ut alii Sancti, ae Justi, sed naturalem Filium Dei Unigenitum fuisse, in unica Persona constantem duabus Naturis, Divina, & humana. Idque præterea palam testatum habet idem Sanctus Ildephonsus variis locis, & præsertim in aureo Libro, *De perpetua Virginitate Deiparæ*, ut jam opportune monuimus Tomo 2. breviter quidem, sed ita manifeste, ut nulla alia demonstratione opus sit. Accipite verba ipsius in Libro citato apud Bibliothecam Annissonianam Tomo XII. pag. 656. ubi ita inquitur de Christo nascente ex Virgine: *Non illum, ut cæteros, adoptio filios, Dei fecit Filium, sed Divinitatis Natura illum in proprium Dei Filium exaltavit, donavit & illi nomen, quod est super omne nomen, ut esset totus Dei Filius, homo, & Verbum; quia nunquam non fuit Dei Filius, qui sempiternus permanet unici Genitoris Unigenitus. Nunquam igitur ipse purus homo conceptus, nec natus, sicut cæteri nascuntur infantes, ut ei ex adoptionis gratia, aut ex molimento virtutum prærogativa Filii præstaretur; sed Dei Verbum, quia Caro factum est, assumpsit hominem in se sine Persona hominis.* Hactenus Ildephonsus. Sed & omnes Episcopi Hispaniæ, & contemporanei ipsius, sicut & SS. Eugenii III. ac Juliani, qui simul cum Quirico Antistite Toletano, & Præside celebrarunt Concilium Toletanum XI. anno Christi DCLXXV. ita palam loquuntur de Christo in ipsa Professione Fidei: *Hic etiam Filius Dei, natura est Filius, non adoptione.* Qua igitur specie veri potuit quisquam adscribere iis Sanctissimis Præsulibus Ecclesiæ Toletanæ errorem Adoptivorum?

XIII. Verumtamen licet ii errones adscripserint ipsis eam opinionem damnatam postea a PP. Francofordiensibus, & hi minus caute crediderint, veram fuisse narrationem sibi factam

ac propterea sinistre senserint de Eugenio , Ildephonso , & Juliano Præsulibus Toletanis ; per purum , & merum errorem facti nun revelati a Deo (qui etiam in Conciliis Oecumenicis , & Decretis Rumanorum Pontificum , intervenire potest , & nonnunquam accidit , ut omnes Theologi cum Cardinalibus Baronio , & Bellarmino fatentur) adhuc tamen nos Tomo III. integre exhibemus Acta ipsa Concilii Francofordiensis , quatenus ad Hispaniam spectant , & nominatim ad censuram prædictam adversus eosdem Sanctissimos Præsules Toletanos , prout hactenus exstant in aliis editionibus Conciliorum . Religioni enim duximus aliquid mutare , auferre , vel addere in his monumentis, alisque omnibus antiquitatis Christianæ , quotquot exhibet nostra Collectio . Solum pag. 503. col. 2. ejusdem Tomi III. adhibuimus notulam ad marginem, ne quis forte impingat,vel erret, legens censuram illam PP. Francofordiensium. in Epistola Synodica ad Episcopos Galliæ , Germaniæ , & Hispaniæ , ubi §. 7. carpunt prædictos Antistites Toletanos , sinistra relatione diffamatos .

XIV. Immo permisso , & non concesso , quod illi Sanctissimi Præsules verbo, aut scripto protulissent verba ibidem citata ; de adoptione solius carnis , sive humanitatis , palam intelligi debent ; utpote quæ non ex se , neque ex natura sua , sed solum ex gratia Dei , immo & summa gratia unionis hypostaticæ ad Verbum , assumpta fuit ab Unigenito Filio Dei , & sibi personaliter unita in consortio Naturæ Divinæ . Hoc sensu plane obvio , & germano intellecta illa testimonia , veluti prolata ab iisdem Sanctissimis Patribus , palam profitentibus veritatem Mysterii Incarnationis , & Trinitatis , atque omnia ea , quæ in quatuor primis Conciliis Oecumenicis tradita fuerant ; nihil continent adversum Catholicæ Fidei , aut favens Nestorio , ne a longe quidem . Et si eo dumtaxat sensu scripsissent , ac locuti essent palam Elipandus Toletanus , ac Felix Urgellensis , Concilium Francofordiense non ita acriter contra illos commotum fuisset , nec Etherius , & Beatus , Scriptores Hispani ejusdem temporis , in scriptis suis ea de re adhuc exstantibus caractere Gotthico octingentorum circiter annorum annorum antiquitatis , in Bibliotheca Toletanæ Ecclesiæ (ubi nos illa vidimus anno MDCLXXXV.) adeo dure contra Elipandum scripsissent .

XV. Verum quicquid sit de Elipando , & Felice ; quos tueri , non est voluntatis , aut mentis nostræ , fixum maneat , Sanctissimos illos , & doctissimos Præsules Ecclesiæ Toletanæ, ac subinde reliquos omnes Episcopos , qui interfuere Conciliis Hispaniæ , ab initio Eræ Christianæ usque ad annum DCCCXCIV. quo coacta fuit Synodus Francofordiensis , longissime fuisse a qualibet opinione erronea Adoptivorum , quicumque demum isti fuerint ; quales antea duobus sæculis videntur fuisse nonnulli , propterea impugnati a Justiniano Episcopo Valentiæ , qui , teste S. Isidoro Hispalensi , in Lib. *De Viris illustribus* , inter alias lucubrationes scripsit Librum responsionum ad quendam Rusticum , *De Variis interrogatis quæstionibus* , quarum secunda est contra Bonosiacos , qui Christum *adoptivum* , *& non proprium dicunt.* Legantur quæ de eodem Justiniano , & de aliis tribus ejus fratribus pariter Hispanis , & doctrina illustribus , observamus præsertim hoc Tomo III. Sed apparet , an illi errones refutati a Justiniano , essent Hispani , aut cujusnam alterius nationis ; multo autem minus conditio , aut nomina ipsorum . Et certe quicquid sit de adoptione Dei cadente supra solam humanitatem Christi quatenus gratis assumptam,& non supra personam assumentem (circa quod Theologi multi salva Fide utrinque disserunt opinionibus contrariis , & forsan multi altercabantur eo sæculo octavo , si mens eorum penitius examinetur) nemo unquam Catholicus asserere potuit adoptivam filiationem Christi cadentem supra Personam , tanquam extraneam, aut distinctam a Persona Verbi increati , & Unigeniti Filii Naturalis Dei . Nemo etiam erronum quorumlibet eo sensu desipere potuit , asserens Christum fuisse Filium Dei adoptivum , nisi pariter erraret circa Mysterium Trinitatis , aut cum Nestorio fingeret duas Personas in Christo , sive duplex suppositum , quorum alteri competeret absolute filiatio Dei solum adoptiva . Sed hæc obiter solum dicta sunto , ab aliis plenius examinanda propriis locis .

XVI. Laudes autem , aut etiam vindicias illorum Antistitum , per quos Concilia Hispaniæ celebrata sunt , aut scripta aliquot elaborata circa Fidem , pietatem , aut disciplinam Ecclesiasticam , exhibemus porpriis locis . Sed imprimis curæ fuit Tomo I. variis locis tueri Patres Concilii Eliberitani , & vindicare a teterrima Novatianismi nota , quam sæculo superiori iis inurebant nonnulli , etiam ex Catholicis , parum considerate , donec eximio Vir ingenio Ferdinandus Mendoza , & postea eruditissimi Albaspineus , Petavius , ac Gonzalez , dissipandum curarunt . Sed & si quod illius vestigium superesse posset , nos omnino delendum sæpe curavimus utroque priori Volumine ; ut facile inveniet quisquis legerit Indicem summarium unicuique præfixum . Neque enim alfabeticum eleborare potuimus.

XVII. Unde audiendus non est Auxilius Scriptor sæculi decimi Libro , *De Ordinationibus Formosi Papæ* , exstante in Bibliotheca maxima Anissoniorum , Tomo XVII. sæculo X. ubi audet notare Patres Concilii Sardicensis (ac proinde magnum illum Osium Cordubensem , qui in illo potissimas partes habuit , cum quatuor aliis Episcopis Hispanis) tanquam Novatiana lue infectos . Hanc calumniam eo usque inauditam variis locis refutamus aliquanto operosius , præsertim Tomo II. ubi vindicatur honor ejusdem gravissimi Concilii apud Sardicam coacti , & celebrati anno CCCXLVII. & semper recepti a tota Ecclesia , instar Appendicis magnæ Synodi Nicænæ .

XVIII. Osium vero ipsum quod attinet , longiori discussione , ac defensione opus fuit ; quoniam sicut nemo Patrum Concilia celebrantium laudatior unquam exstitit , aut celebrior in Ecclesia , decursu longissimæ vitæ usque ad centum circiter annos ; ita & nullus invenitur, qui in vitæ exitu , aut circa finem illius , graviores Scriptores contra se habeat . Rem autem totam diligenter examinare , & mature expendere curamus tota Dissertatione secunda ejusdem

dem Tomi II. ad cujus lectionem eruditos quosque, & antiquitatis Ecclesiasticæ amantes invitamus. Nunc satis sit dicere, in eodem Concilio plenissimo Sardicensi, cui præsedit nomine S. Julii Papæ, Osium veluti oraculum fuisse. Unde plerique illius Canones ita incipiunt: ΟΣΙΟΣ Ἐπίσκοπος πόλεως Κορδύβης εἶπεν. *OSIUS Episcopus Urbis Cordubæ dixit*: Deinde hisce verbis desinunt: Πάντες Ἐπίσκοποι εἶπον, ἀρέσκει πᾶσιν. *OMNES EPISCOPI DIXERUNT: OMNIBUS PLACET*. Nimirum, Osius in iis Conciliis gravissimia *quasi ingenium, & lingua fuit*, quemadmodum de S. Augustino in Africanis loquitur Prosper. Quin & ipsi hæretici sectatores Arii, teste S. Athanasio in Epistola ad solitariam vitam agentes, conquerebantur apud Constantium Imperatorem pariter Arianum, & totius ejus sectæ patronum iniquissimum, quod non possent in suas partes trahere Osium *Principem Synodorum, qui si quid scriberet, ubique audiretur; QUI FORMULAM FIDEI IN NICÆNA SYNODO CONCEPIT, & Arianos ubique pro hæreticis tradunit*. Tam honorifice loquuntur de illo, licet ipsis adversante, coacti rei veritate; multo autem magis omnes alii Scriptores Græci, ac Latini, apud quos passim legitur elogii caussa ΜΕΓΑΣ ΟΣΙΟΣ, idest, *MAGNUS OSIUS*; qua etiam appellatione S. Athanasius ipsum honorat sæpe, & es scripta quadam ejus Epistola Græca ad Constantium, concludit hisce verbis: Ταῦτα μὲν ὁ Ἀβραμιαῖος γέρων, ὁ ἀληθῶς ὅσιος, ἐφρόνησέ τε, καὶ ἔγραψεν. *Hæc Abrahamicus ille senex, vere Osius, idest*, Sanctus, *& sensit, & scripsit*. Plurima alia eodem spectantia legi possunt opportunius citata Dissertatione II.

XIX. Porro inter alia monumenta minus nota Tomi III. invenientur plura Privilegia, Constituta, ac Decreta Imperatorum Caroli Magni, Ludovici Pii, & Caroli Calvi, spectantia ad Ecclesias, & Monasteria Cataloniæ, quandiu illa fuit sub dominio eorundem Regum Francorum ab ineunte sæculo octavo usque ad finem illius, ut alia posteriora tempora omittam. Certe ea Instrumenta vetera non a quopiam homine ignoto, aut suspecto, sed ab Illustrissimo D. Petro Marca primum visa, & observata fuerunt in ipsis Codicibus antiquissimis, qui adhuc circa medium hujus sæculi servabantur incorrupti prisco caractere apud tabularia, & chartophylacia illius nobilissimi Principatus. Ex iisdem eruit D. Marca plurima exemplaria fideliter, & secum in Gallias detulit; quæ postea Vir Clarissimus Stephanus Baluzius prælo edidit in sua Marca Hispanica, unde nos quædam eruimus, prætermissis aliis pluribus. Ex iisdem vero constat apertissime, plura Monasteria Ordinis S. Benedicti, intra Cataloniam, & Ruscinonem fuisse, ac floruisse, saltem toto decursu illius sæculi octavi; ut proinde vel ex hoc capite, quamvis plura alia deessent, a me variis locis indicata obiter, mutis esse liceat nonnullis fere hospitibus in Historia Ecclesiastica veteri, qui nuper somniarunt, & Libris editis dicere ausi sunt, nullum Monasterium sub Regula S. Benedicti fuisse in Hispania, usque ad annum Christi millesimum quinquagesimum, quo celebrata fuit Synodus Coyacensis sub Ferdinando Magno Castellæ Rege. Verum hoc paradoxon, & alia ejusdem farinæ, lepide simul, & disertissime refutavit Salmanticæ eruditissimus Scriptor, ac linguarum varietate celebris Magister Joseph Perez in suis Dissertationibus Ecclesiasticis ubique sparsis cum eximia ipsius laude. Nobis solum licuerit rem hanc veluti digito indicasse, præter nonnulla alia, quæ obiter monuimus Tomo II. circa Sanctum Ildephonsum, & alios Præsules Toletanos intra sextum, & septimum sæculum, qui in Monasteriis clarissimæ Urbi Toletanæ vicinis, Regulam S. Benedicti professi sunt, præter quam nulla alia iis temporibus, immo nec longe postea, usque ad sæculum duodecimum recepta, aut servata legitur in Hispania, nisi aliquis abductus præjudicio, aut nimio affectu rerum suarum, oppositum somniare velit sine fundamento ullo antiquæ traditionis, vel instrumenti veteris, & fide digni. Nam quæ ex pseudo-chronicis supra memoratis nomine Dextri, Maximi, Luitprandi, Juliani Perez, Hauberti &c. proferuntur, fabulosa, & aerea sunt; uti cum plurimis, & gravissimis Scriptoribus sæpe dixi, præsertim Tomo II. in Dissertatione III. omnino videnda.

XX. In Hispania decreveram edere intra eundem Tomum III. aut IV. Constitutiones Synodales, sive Statuta Conciliorum clarissimæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, ab anno Christi circiter MCC. usque ad plus minus MCDLXXXVIII. Atque in eundem finem acceperam quoddam exemplar antiquum earumdem a Cl. & eruditissimo Viro D. Josepho Exea Descartin.

XXI. Sed casu accidit, ut in valde prolixo itinere Matrito Romam, id exemplar amitterem, & postea aliud ad me missum cum sarcina oneraria cujusdam navis, in Mediterraneo naufragium pateretur. Dolui equidem ob defectum eorum monumentorum, quorum nonnulla forte aliquid momenti conferrent, præsertim ad decorem antiquissimæ illius, & gravissimæ Ecclesiæ Deiparæ Virginis del PILAR, tot sæculis celeberrimæ ferme in toto Christiano Orbe, veluti eximie decoratæ præ aliis, reali, ut pie creditur, præsentia Beatissimæ Virginis, adhuc viventis in carne mortali, supra columnam lapideam, tandiu ibidem asservatam, cum insigni veneratione innumerabilium hominum cujuslibet conditionis, & nationis eo adventantium devotionis, aut voti caussa. De quo, post plurimos omnis fere generis, & nationis Scriptores, eam traditionem antiquam tuentes, nonnulla satis observatu digna monui Tomo I. hujus Operis Dissertatione IX. præsertim Excursu VII. Videantur præterea Tomo III. quædam monumenta, præsertim Gelasii II. Papæ ad annum Christi MCXVIII. spectantia ad eandem Ecclesiam Cæsaraugustanam, Beatæ Virgini dicatam, quam ille egregius Pontifex sexcentis circiter retro annis dolebat jamdiu fuisse cum tota illa nobilissima Urbe sub Sarracenorum tyrannide pene dirutam, & Christianorum subsidiis egentem, quos proinde invitat ad ipsius reparationem, propositis Indulgentiis certo quodam, & solemnissimo ritu, eo usque insolito juxta arbitrium Bernardi Præsulis Toletani, & aliorum Hispa-

niæ

niæ Antistitum; licet alias concessio Indulgentiarum, seu relatatio, & compensatio satisfactionum pœnalium pro peccatis, esset longe antiquior in Ecclesia Catholica. Verum modus ille peculiaris servatus a Gelasio II. circa Ecclesiam Deiparæ Virginis del Pilar, tunc primum cœpisse invenitur, & in ipsis verbis Pontifex satis denotat, Ecclesiam illam multis ante sæculis conspicuam, ac celebrem fuisse, *Beato, & antiquo nomine sanctitatis, ac dignitatis*, ut ipse loquitur.

XXI. Alias vero Constitutiones Synodales, seu Decreta Conciliaria statuta in Ecclesiis Metropolitanis, Tarraconensi, & Valentina, ab anno circiter MCC. usque ad MDXC. per annos plus minus quadringentos recudimus Tomo IV. cum nonnullis aliis spectantibus ad illas & ipsorum Præsules quosdam eximios, veluti S. Thomam a Villanova, venerabilemque, & heroicis virtutibus admirandum D. Joannem de Ribera, ac denique magnum illum, & omnimoda eruditione præstantissimum Virum D. Antonium Augustinum. Quod postremum toto fere Opere præstamus, ubi circa Concilia quæque Hispaniæ, ac Novi Orbis, est locus opportunus, aut occasio laudandi eximios quosque, & in paucis præstantes Viros, qui sanctitate, aut doctrina Ecclesiam illustrarunt.

XXII. Quartus Tomus denique exhibet, servato temporis ordine, ea Concilia Provincialia, quæ ab anno Christi MD. usque ad MDC. celebrata fuerunt tam in tota Hispania, quam in Novo Orbe, & præterea Diœcesana quædam lectu dignissima, præsertim sub Beato Toribio Mogrovejo, Archiepiscopo Limano, vere gemma Præsulum, quæ propterea speciali ratione simul cum aliis Provincialibus edenda, aut recudenda censuimus. Accessit præterea eisdem multiplex elogium quorundam insignium Virorum, qui in ejusdem Conciliis præcipuas partes habuerunt, & tandem recensio, seu Catalogus eorum omnium Hispanorum, dignitate, aut doctrina illustrium, qui intervenere duobus postremis Conciliis Oecumenicis, nimirum, Lateranensi sub Julio II. & Leone X. ac tandem Tridentino, omnium gravissimo, ac doctissimo, quod proinde statim in omnibus Ecclesiis Metropolitanis Hispaniæ, ac Novi Orbis summa venaratione receptum fuit, ut illarum Synodi Provinciales eodem Tomo IV. contentæ testantur; partim difficiles inventu, partim nunc primum a nobis in lucem missæ.

XXIII. Hanc itaque Collectionem adeo utilem, & salutarem tot venerabilium Conciliorum, ac monumentorum sacræ antiquitatis, & qualemcumque laborem, ac studium nostrum, in his exponendis collocatum, accipite benigno animo, Illustrissimi, & Reverendissimi Præsules, sicut & monitionem præmissam initio Tomi II. sive exhortationem ad celebrandum frequenter Concilia. Hoc tandem instanter rogo, ut salutarem ipsorum doctrinam ad praxim redigere pergatis juxta insignem pietatem, doctrinam, & prudentiam vestram, satis mihi notam magna ex parte, aut experimento proprio, aut fide digno relatu aliorum. Denique precor humiliter, ut vestris Sacrificiis, & orationibus, ac subditorum, me nimis peccatorem, viventem, & vita functum Deo commendetis, & si quæ errata in tam prolixo Opere, aliisque lucubrationibus meis commisi, pia quadam æquitate, aut corrigenda, aut interpretanda curetis. Dabam Romæ die quinta Octobris, SS. Martyribus Placido, & Sociis sacra, anno Salutis 1694.

AD VENERANDA CAPITULA ECCLESIARUM HISPANIÆ, AC NOVI ORBIS.

XXV. Postquam Illustrissimos Præsules vestros alloquutus fui, placet hæc paucula præfari ad amplissimas Dominationes vestras, intra quarum sinum esse solent plures egregii pietate, doctrina, eruditione, & zelo Ecclesiasticæ disciplinæ Viri; quos proinde hortor, quantum in Domino possum, ad legendam Collectionem hanc Conciliorum, & Canonum, in communem utilitatem, præsertim Cleri Hispanici, & Americani. Nihil enim magis proprium, ac necessarium est cuilibet Viro Ecclesiastico, præsertim intra Ecclesias Cathedrales, ac doctrina, & accurata exquisitio Conciliorum, Epistolarum Decretalium, & sacrorum Canonum; ut palam habetur, & præcipitur in eisdem, & imprimis suadet dignitas, ac conditio eorum, qui Ordine sacro, aut etiam Sacerdotali, decorantur intra præcipuas Ecclesias. Valete amplissimi Domini, & laborem nostrum boni, atque æqui accipite. Romæ 25. Octobris MDCXCIV.

JOSEPHI CATALANI MONITUM.

Hactenus doctissimus Cardinalis de Aguirre in altera Operis ratione, quam Tomo III. præfixit, quamque nos, ut ille eam scripsit, recensuimus, tametsi Dissertiones, aliaque ab ipso citata in prædicta ratione minime nostræ novæ huic editioni, ac Tomorum distributioni respondeant. Verum ut eruditus Lector facile animadvertat, quæ in unoquoque Tomo dicuntur, attendere ad indicem Capitum poterit, quem nos unicuique Tomo nostræ hujus novæ editionis præfigemus.

IN-

INDEX SUMMARIUS

Eorum, quæ continentur Tomo IV. Conciliorum Hispaniæ, ac Novi Orbis.

ta

INDEX SACRORUM CANONUM, ET CONCILIORUM

Quibus Ecclesia præsertim Hispanica regebatur ab ineunte sexto sæculo usque ad initium octavi.

NUNC PRIMUM EDITUS

Ex ms. antiquo Excellentissimi Marchionis Mondexarensis, quod olim fuit Cl. V. Joannis Perez, Canonici, & Bibliothecarii Ecclesiæ Toletanæ, ac postea Episcopi Segobiensis.

CARDINALIS DE AGUIRRE LECTORI S.

Ecclesiam Hispanicam ab antiquissimo tempore usam fuisse Codice aliquo Canonum antiquorum, dubitari non potest; tum quia illorum retinentissimo fuit; tum etiam quoniam id in variis Hispaniæ Conciliis satis indicatur, aut palam testatum habetur. Etenim in Toletano II. celebrato Era DLXV. idest, anno Christi DXXVII. Episcopi congregati in subscriptionibus utuntur formula illa, salva auctoritate priscorum Canonum.

Præterea in Bracarensi I. (alias II.) Era DXCIIX. anno Christi DLX. Ariamiri Regis tertio, propositis, & relectis decem, & septem Capitulis circa Fidem, & Religionem, præsertim adversus Priscillianistas, subditur. Lucretius Episcopus dixit: Quoniam ea, quæ a Catholicis abominanda sunt, manifestius, & apertius etiam ignorantibus declarata sunt; necessarium post hoc arbitror, si vestræ Fraternitati videtur, ut Instituta nobis Sanctorum Patrum, recensitis antiquis Canonibus, innotescant. Quæ, etsi non omnia, certe vel pauca quædam, quæ ad instructionem Clericalis disciplinæ pertinent, relegantur. Omnes Episcopi dixerunt: Placet quod dictum est, & congrua res est, ut quibus fortasse per incuriam abolita sunt Ecclesiastica Constituta, audiant Sanctorum Canonum regulam, & observent. Relecti ex Codice coram Concilio, tam Generalium Synodorum Canones, quam Localium.

Deinde lecta fuit Instructio quædam ab ipsa Beatissimi Petri Cathedra, *directa ad Profuturum olim Bracarensem Episcopum; & simul cum variis Capitulis redacta est ad uniformem concordiæ regulam. Nimirum, ad Codicem Canonum uberiorem, in quo antiqui simul & recentes ibidem statuti continerentur. Unde & in progressu istorum Cap. 12. 13. 19. & 20. iterata fit mentio antiquorum Canonum.*

Et in Toletano III. anno DLXXXIX. initio fere dicitur. Omne quod priscorum Canonum auctoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibitum; & agatur omne quod præcipit fieri. Maneant in suo vigore Conciliorum omnium Constituta, simul & Synodicæ Sanctorum Præsulum Romanorum Epistolæ. *Nimirum omnia ea continebantur in prædicto Codice. Deinde vero Canone XI. præcipitur*, ut secundum formam Canonum antiquorum dentur pœnitentiæ &c.

Postea in Concilio Toletano IV. anno DCXXXIII. Præside Sancto Isidoro Hispalensi, Cap. 4. inter alia, quæ præscribuntur initio Concilii agenda, dicitur: Diaconus Alba indutus, Codicem Canunum in medio proferens, Capitula de Conciliis agendis pronunciet. *Et Cap.* 25. Sciant igitur Sacerdotes Scripturas Sanctas, & Canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tam Fidei scientia, quam operum disciplina. *Sunt & alia hujusmodi passim in eisdem Conciliis.*

Porro in eo Codice non modo erant Canones Generalium, & Localium Conciliorum, ut nuper vidimus, sed etiam Constituta Romanorum Pontificum in Epistolis Decretalibus, quæ postea in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ fuerunt collocatæ. Unde in Concilio Bracarensi nuper allegato inseruntur Capitula quædam juxta instructionem ab ipsa Beatissimi Petri Cathedra directam; idest, juxta Epistolam Decretalem Vigilii Papæ ad Profuturum Episcopum Bracarensem. Deinde in Concilio Toletano IV. nuper laudata, dicitur Can. XVI. Synodica Præsulum Romanorum Decreta, Apocalypsin Joannis inter Divinos Libros recipiendam constituunt. *Quibus verbis palam indicatur celebris Epistola Sancti Innocentii I. Papæ ad Exuperium Tholosanum, ubi Pontifex Libros Canonicos recenset, & in iis Apocalypsin Joannis.*

Insuper in Concilio VI. Toletano 48. *Episcoporum, Titulo septimo, pœnitentibus transgressoribus indicitur pœna*, sicut prelscorum Canonum statuerunt Decreta. *Et Titulo octavo laudatur sententia Leonis Papæ in Epistola ad Rusticum Narbonensem Episcopum, quæ certe in Codice Canonum Romanæ Ecclesiæ exstabat Mitto alias Romanorum Præsulum Epistolas ad Episcopos, præsertim Hispaniæ contentas tum in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ, de quibus suo loco.*

Oportuit autem, ut circa finem sæculi septimi, aut initium octavi, is Codex esset amplissimus, & ingentis magnitudinis Volumine comprehenderetur; utpote in quo exstarent omnia Concilia eousque celebrata, tum Generalia, tum Nationalia, & Provincialia; tum præterea quamplurimæ Romanorum Præsulum Epistolæ Decretales, tot sæculis scriptæ, præsertim ad Hispanos.

Quamvis vero non possim lectoribus ob oculos sistere Codicem ipsum, cujus exemplaria plurima olim exstitisse constat in Hispania (ut nihil dicam de Italia, Gallia, ac Germa-

nia) licebit repræsentare hoc loco uberrimam, & ordiuatissimum illius Iudicem, quo Ecclesia Hisp aua utebatur, saltem ab ineunte sæculo sexto usque ad finem septimi. Nimirum Concilia, & Epistolæ in eo indicatæ, pertinguus usque ad annum circiter DCC. uam ultimum ex Conciliis ibidem indicatis est Toletatum xvi. quod celebratum fuit Era DCCXXXI cui respondet auuus Christi DCXCIII. triennio post sextam Synodum Generalem. Eum itaque Iudicem, nunquam usque adhuc (quod sciamus) prælo editum, & ex monumentis veteribus Toletanæ Ecclesiæ servatum inter pretiosiora, manuscripta clarissimi viri Joannis B. Perezii Canonici ac Bibliothecarii, & postea Episcopi Segobricensis, exstantia apud Excellentissimum Marchionem Mondaxarensem, publicæ luci committimus in communem utilitatem.

Sunt equidem in eo Codice aliquot lacunæ ex corrosione, aut detritione literarum, quas implere ex conjectura, religioni duximus. Suut & versus initio Libri cujusque, quibus in compendium videtur redigi quicquid in eo continetur; verum adeo inficeti, insulsi, barbari, & a metri poetici legibus alieni, ut puduerit eos exhibere hoc loci, præsertim cum non sint pars ejusdem Iudicis, sed assumentum cujusdam Poetastri βαρβαρωτάτου, si quis alius unquam fuit. VALE.

IN NOMINE

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

LIBER CANONUM

SANCTORUM PATRUM GENERALITER.

LIBER PRIMUS

De institutionibus Clericorum.

INDEX LIBRI.

De

LVII. *De non consummato concupiscentiæ malo.*
LVIII. *De Sacerdotibus, cunctisque desertoribus, & non transferendis in alienum locum.*
LIX. *De Sacerdotibus, & Clericis legitime transferendis.*
LX. *Quod non liceat cuique alienum Clericum, sive Monachum, laicum, vel civem, libertum, aut servum, in sua Ecclesia ordinare, vel retinere.*

TITULUS I.

De quibus non sunt Clerici ordinandi.

DE eunuchis, qui seipsos absciderunt. Concilio Nicæno Titulo I. a Capite I.

Item de iis, qui seipsos abscindunt. Concilio Arelatensi II. Tit. 7. a Cap. 22.

Item de iis, qui se ipsos abscindunt, aut ab aliis fiunt. In excerptis Martini Tit. 21. a Cap. 93.

De iis, qui se ipsos abscindunt. Decretum Gelasii generale Tit. 18.

Si quis volens partem sibi corporis amputaverit, Clericus esse non potest. Epistola Innocentii ad Felicem Tit. 1. Epist. 9.

De nescientibus literas, & partem corporis imminutis. Decertum Gelasii generale Tit. 18. Epistol. 84.

Uxoris adulteræ vir laicus Clericus non erit. Si autem adulteræ uxoris vir sitClericus; autrepudiet, aut a Clero cesset. Concilium Neo-cæsar. Tit. 8. Cap. 3.

De iis, quorum uxores mœchantur, ne Clerici sint. In excerptis Martini Tit. 28. a Cap. 63.

Episcopus viduæ, vel repudiatæ maritum in Clerum promovens deponatur. Concil. Carthag. IV. Tit. 69. a Cap. 16.

Laici, qui post uxorem quamcumque mulierem cognoverint, in Clero non admittantur. Concil. Gerundense Tit. 8. a Cap. 40.

De iis, qui viduas, aut dimissas ducunt, vel in malis consiliis missi sunt. In excerptis Martini Tit. 26.

Ut virginitatem profitentes, si mœchaverint, inter bigamos habeantur. Concil. Ancyrano Tit. 18. a Cap. 11.

Ut si laicus viduam duxerit, Clericus non fit. Epistola Innocentii ad Victoricum Titul. 5. Ep. 7.

Qui secundam duxerit uxorem, Clericus non fit. Epistola ejusdem Tit. 6.

Quod bigami ad Clerum admitti non possint. Epistola Innocentii ad Felicem Tit. 2. Epist. 9.

Ut bigamus, aut viduæ, vel corruptæ maritus, Clericus non fit. Decretum Hilarii Synodale Tit. 2. 76.

De bigamis, ac pene omnibus personis, de quibus Clerici non fint. Decretum Gelasii generale Tit. 5. 84.

De bigamis, ne consecrentur in Clerum. Concilio Valentino Tit. 1. a Cap. 24.

Ut si Sacerdos, vel quilibet ex Clero viduam uxorem duxerit, vel abjectam, nec ad Clerum admittantur, & a Clero removeantur. Epistola Innocentii ad Ruffum Tit. 1. 12.

De Clericis, qui viduam, aut secundam conjugem duxerint, ut omni dignitate priventur. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 11. Epist. 3.

Ut quicumque ad Sacerdotium, viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, promoti fuerint, ab Ecclesiasticis officiis arceantur. Epistola Leonis ad universos Epicopos per Campaniam, & diversas provincias. Titul. 52. Epist. 67.

De iis, qui priusquam ordinarentur, incontinentes inventi sunt. Concil. Arausic. Titulo 24. a Capite 27.

Ut Monachus, si Clericus factus fuerit, propositum servet; & quod nullus Monachus, vel Clericus corruptus, baptizatus, uxorem, & honorem habere potest. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. 10. 7.

Is qui ante Baptismum uxorem habuit, & post Baptismum aliam duxit, Clericus non fiat. Epistola Innocentii ad universos in Tholosa Tit. 6. Epist. 27.

Inexploratæ vitæ homines, aut corruptam vitam accipientes, Clerici non sint. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 83.

Catechumenus post lavacrum alteram uxorem ducens, non erit Clericus; & quod in Baptismo sola peccata dimittantur, non uxorum numerus deleatur. Epistola Innocentii ad Ruffum Tit. 11. 12.

De discretione pœnitentium, qui possint ad honores Ecclesiasticos provehi, vel qui non possint. Conc. Tol. IV. Tit. 54. a Cap. 47.

De discretione libertorum, qui ad Ecclesiasticos honores advenire possunt, vel qui provehi prohibentur. Conc. Toletano IV. Tit. 63.

De libertis familiarium Ecclesiæ, qui vel qualiter ad Sacerdotium promoveantur; & de rebus eorum, quid, ac ne obtestificent, vel accusent. Concil. Tolet. IV. Tit. 24.

Ex pœnitentibus ordinatus Clericus deponatur. Concil. Carthaginense IV. Titul. 68. a Cap. 16.

Vel ut pœnitentes, vel ut repudiatarum mariti, ad Clerum non provehantur. Concil. Arelat. III. Tit. 3. a Cap. 24.

De pœnitentibus Clericus non fit, Diaconus quoque non ministret, Presbyter Altare consecret. Concil. Agathense Tit. 43. 30.

De pœnitentibus, seu bigamis, aut viduæ maritis, ne admittantur ad Clerum. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 15.

Ut pœnitentes, & insciI literarum, vel defectum membrorum, aut decisionem, aut quid minus habentes, Clerici non fint. Decretum Hilarii Synodale Tit. 4. 67.

Quod post pœnitentiam nullus ad Clerum possit admitti. Epistola Innocentii ad Agapitum, & reliquos. Ex integro II.

Ut implicati negotiis alienis, ante redditam rationem Clerici non fiant. Concil. Carthag. I. Tit. 8. Cap. 13.

Ut nullus obligatum cuiquam, absque consensu domini, vel patroni Clericum faciat. Conc. Tolet. Tit. 10.

De conditionalibus absque consensu domini, vel patroni non ordinandis. In excerptis Martini Tit. 24. a Cap. 63.

De libertis quorum pa......

Ut nullus servus aut.....

Ex curialibus, vel qui functiones injunctas habet, Clericus non fit.... Presbyter diaboli voluntate. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. II. 7.

De laicis fidelibus, qui causas portaverint, sive administraverint. Epistola Innocentii ad Felicem Tit. 3.

Causidici, & curiales, vel sæculari militia dediti, ad Clerum non admittantur. Epistola Innocentii ad universos in Tholosa Titul. II. 27.

Post Baptisma statim baptizati, ad Clerum non applicentur, & qui præcedenti tempore mortale peccatum admiserunt, Clerici non sint. Concil. Niceno Tit. II. a Cap. I.

Rebaptizati, ad nullum Clericatus gradum promovendi. Concil. Carthaginen. V. Tit. II. a Cap. 17.

De iis, qui ab hæreticis baptizati, aut rebaptizati sunt, ut ad Ecclesiasticam militiam non pertingant. Epistola Felicis ad Episcopos per Siciliam Tit. 5. 81.

Neophyti, idest, nuper baptizati, moz Clerici non sint. In exceptis Martini Tit. 21.

Qui post Baptismum cingulum militiæ sæcularis acceperunt, Clerici non erunt. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. II. 7.

De magistratibus, & duum-viratis, ne ad Clerum promoveantur. Concil. Eliberitano Tit. 56. 38.

Peregre baptizati, Clerici non sint, nec omnimodo fiant. Concil. Carthag. IV. Tit. 66. a Cap. 16.

De hæreticis, ne ad Clerum promoveantur. Conc. Eliberitano Tit. 51. a Cap. 38.

De criminosis, ne ad Clerum provehantur. Decretum Galasii generale Tit. 20. 84.

Energumeni, idest, qui palam arrepti sunt.... sed & inventi abjiciantur. Concil. Arausic. Tit. 16. a Cap. 27.

Quod dæmonis, aliisque passionibus irretitis, Ministeria sacra tractare non liceat. Decretum Gelasii generale Tit. 21. a Cap. 84.

De personis pene omnibus, quibus Clerici non sint. Epistola Innocentii ad universos in Tholosa Tit. 4. 27.

De Hispanorum reprehensione, qui inordinate constituunt Clericos. Epist. Innocentii ad universos in Tholosa Tit. I.

TITULUS II.

De professione, & conjugiis Clericorum.

UT Clerici, quum ad pubertatem venerint, aut conjugium, aut castitatem profiteantur. Concil. Carthag. III. Tit. 19. a Cap. 15.

Ut non liceat Clerico uxorem sectæ alterius accipere, nisi forte spoponderit, se ad veram Fidem venire. Concil. Chalcedon. Tit. 14. a Cap. II.

De iis, quos parentes ab infantia in Clericatus Officio manciparint, si postea voluntatem habeant nubendi. Concil. Tolet. II. Tit. I. 45.

De personis mulierum, quas convenit Clericis copulari; & si nesciente Episcopo Clericus ducat uxorem. Concilio Toletano IV. Tit. 44. a Cap. 47.

De conjugiis Clericorum. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 9. Epist. 3.

Ut Clerici Virginibus socientur, nec Viduam accipiant, nec rejectam. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. 4. 7.

TITULUS III.

De uxoribus Clericorum.

DE adulteris uxoribus Clericorum. Concilio Eliberitano Tit. 65. a Cap. 38.

Ut Clericus, cujus uxor peccaverit, præter necem, potestatem habeat distringendi, & cum ea cibum non sumat. Conc. Tolet. I. Tit. 7. 44.

TITULUS IV.

De filiis totius Ordinis Clericorum.

FIlii Clericorum ad spectacula non accedant. Concil. Carthag. III. Tit. II. a Cap. 15.

Filii cujuscumque Ordinis Clericorum, gentilibus, hæreticis, vel schismaticis, matrimonio nullatenus conjungendi. Concil. Carthag. III. Tit. 12. a Cap. 15.

Cujuscumque Ordinis Clerici, suos filios a potestate sua exire non sinant, nisi ætate, & moribus comprobatis. Conc. Carth. III. Tit. 14.

Filii Clericorum inter hæreticos, nec baptizabuntur, nec commorabuntur. Concil. Chalcedon. Tit. 14. II.

Si Sacerdotis, vel Diaconi filia Religiosa peccaverit, in finem tantum communicet. Concil. Tolet. I. Tit. 19. a Cap. 44.

De filia Episcopi, Presbyteri, vel Diaconi, quæ fuerit devota, & peccaverit. Concil. Bracarensi III. Tit. 30. 63.

De damnatione filiorum, qui ex Sacerdotibus, & Ministris geniti comprobantur. Conc. Tolet. IX. Tit. 10. a Cap. 52.

TITULUS V.

De hæreditatibus Clericorum.

CLericis totius ordinis de rebus suis nihil infidelibus, vel si & propinqui sint, scripto conferant. Concil. Carthaginensi III. Tit. 14. a Cap. 5.

De Episcopis extraneis a consanguinitate, hæredibus, sive hæreticis, vel paganis, consanguineis, facultatem suam dimittentibus; si Ecclesiæ nihil contulerint, nomina eorum ad Altare non recitentur, & post mortem anathema eis dicatur. Inexcusabiles enim erunt a percipienda damnatione, etiam si decesserint intestati. Quare tempore consecrationis suæ, rei propriæ ordinationem suæ professioni congruam non fecerunt. Concil. Carthaginensi V. Tit. 14. a Cap. 17.

TITULUS VI.

De relictis Clericorum.

SI relicta Presbyteri, vel Diaconi, se cuicumque conjunxerit, aut castigati separen-

rentur, aut excommunicatione plectantur. Concil. Aurelian. Tit. 9. a Cap. 31.

Si vidua Episcopi Presbyteri, vel Diaconi nupserit, eum nullo Christiano convivens, tantum in fine communicet. In excerptis Martini Tit. 29. a Cap. 63.

Si Sacerdotis vidua, vel Levitæ maritum acceperit, in fine tantum comunicet. Cooeil. Tolet. I. Tit. 18. a Cap. 44.

TITVLUS VII.

De servis Ecclesiæ, vel Clericorum.

UT servi Ecclesiæ, sive Clericorum, non debeant a judicibus, vel auctoribus in aliqua angaria fatigari. Concil. Tolet. III. Tit. 21. a Cap. 46.

TITULUS VIII.

De absolutione, & libertate ingenuorum, ac servilium Clericorum.

DE absolutione a laboribus, vel indictionibus Clericorum ingenuorum. Concil. Tolet. IV. Tit. 47. a Cap. 47.

Quod de Clero ex familiis fisci nullus unquam a Rege postulet; & qui acceperit, irrita talis donatio maneat. Conc. Tolet. III. Tit. 8. a Cap. 46.

Quod servilibus Clericis dare debeant Episcopi libertatem. Concil. Tolet. IV. Tit. 11. 52.

TITULUS IX.

De stipendiis Clericorum.

CLerici, quantumlibet eruditi, artificio victum quærant. Cocil. Carthag. IV. Tit. 51. a Cap. 16.

Qualiter Clerici sibi victum, ac vestitum quærant. Concil. eodem Tit. 52.

Ut stipendia Clericorum juxta meritum distribuantur. Conc. Agath. Tit. 35. a Cap. 30.

TITULUS X.

De non ordinandis absolute Clericis.

NOn oportere absolute quoslibet Clericos ordinare, nisi in proprio. Conc. Chalced. Tit. 6. a Cap. II.

Ubi quis ordinatur, ibi permaneat. Cooeil. Arelat. I. Tit. II. a Cap. 22.

TITULUS XI.

Sine testimonio non faciendas ordinationes Clericorum.

NOn ordinandos Clericos, nisi Episcopi, & populi testimonio probabiles. Concil. Carthag. III. Tit. 22. a Cap. 15.

Noo ordinandos Clericos sine testimonio, & connivencia Clericorum, & civium. Conc. Cathag. IV. Tit. 22. a Cap. 16.

TITULUS XII.

De electione, temporis, & gradibus Clericorum.

DE iis quos parentes ab infantia in Clericatus officio manciparunt, quo tempore incipiant honoribus sublimari, vel si professam continentiam violent, ut sacrilegi habeantur. Conc. Tolet. II. Tit. I. a Cap. 45.

De iis, qui parentes ab infantia publice pœnitentiam non accipiunt, sed tantum Viaticum, ut in Clero promoveantur. Concil. Gerundens. Tit. 9. a Cap. 50.

De discretione libertorum, qui ad Ecclesiasticos honores pervenire possunt, vel qui provehi prohibentur. Concil. Tolet. IV. Tit. 73. a Cap. 57.

Ut si de laicis eligantur ad Clerum, quantum temporis observetur. Decretum generale Tit. 4. a Cap. 94.

Quales debeant Clerici fieri; ac de conjugiis, & gradibus eorum. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 9. a Cap. 3.

De iis, qui ætate grandævi ad sacram militiam festinant; ac de temporibus eorum. In quo supra Til. 10.

De Monachis promovendis ad Clerum, & qualiter per gradus, & tempora promoveantur. Epistola Syricii ad Eumerium T.t. 13. a Cap. 3.

De laicis, qui possunt Clerici fieri, si post Baptismum Clericit, vel Monachis juncti sunt, vel concubinam, ac pellicem nusquam noverint. Epistola Innocentii ad Felicem Tit. 4. a Cap. 9.

De temporibus in Clerici ordinibus immorandis. In quo supra Tit. 5.

Quales eligendi sunt in ordine Clericorum. Epistola Innocentii ad universos in Tholosa. Tit. 5. a Cap. 27.

Ut nullus, nisi per gradus Ecclesiasticos, debeat ad Sacerdotium pervenire. Zusimi, Decretum ad Isicium Salomitanum Tit. I. a Cap. 28.

Quæ in singulis Clericorum gradibus tempora sint præfixa; & si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederunt. In quo supra Tit. 3.

Ut cum defuerint Clerici, de Monachis eligantur; aut quales sint, vel in qualia officia, per quanta, & qualia tempora transeant. Decretum Gelasii generale Tit. 3. 83.

TITVLVS XIII.

De Clericorum regulis.

UT Monachus, si Clericus factus fuerit, Monachi propositum servet. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. 10. a Cap. 7.

De conservatione Clericorum, ut in uno Conclavi sint. Concil. Tolet. IV. Tit. 24. a Cap. 27.

De qualitate tonsuræ a cunctis Clericis, vel Lectoribus communiter habenda. Conc. Tolet. IV. Tit. 41. a Cap. 47.

De adtondenda coma Clericorum, & habitu ordinato. In excerptis Martini Tit. 66. a Cap. 73.

Clerici non comam nutriant, nec barbam radant. Concilium Carthag. IV. Tit. 44. a Cap. 16.

De Clericis, qui comam nutriunt. Conc. Agathen. Tit. 20. a Cap. 30.

Cle-

thaginensi 1. Tit. 13. a Cap. 21.

Clerici usuram non accipiant. Conc. Arelatensi Tit. 13. a Cap. 22.

Clerici emere vilius, vel vendere carius non permittantur. Concilio Tarraconensi Tit. 2. a Cap. 39.

De Clericis negotia, & nundinas sectantibus. Conc. Eliberit. Tit. 18. a Cap. 38.

De Clericis usuram, aut ampliationem accipientibus, vel turpia lucra sectantibus. Concil. Nicæno Tit. 18. a Cap. 1.

De Clericis, & laicis usurariis. Concilio Eliberit. Tit. 20.

Ut nullus Clericorum negotiationes inhonestas, vel turpia lucra sectetur. Decretum Gelasii generale Tit. 16. a Cap. 84.

Ut Clericus nec alieno, nec suo nomine fœnus exerceat. Epistola Leonis ad Episcopos per Campaniam Tit. 4. a Cap. 66.

Quod non oporteat Episcopos, Clericos, aut Monachos prædia sæcularia suscipere. Concil. Chalcedon. Tit. 3. Cap. 11.

Clerici actus sæcularium, vel procurationes non suscipiant. Concil. Carthag. 1. Tit. 6. a Cap. 13.

Laici Clericos actores, vel ratiocinatores sibi non constituant. Concilio eodem Tit. 9. a Cap. 13.

De Clericis, qui ad Ecclesiarum defensionem confugiunt, propter districtionem Episcopi. Conc. Agathen. Tit. . . . . a Cap. 30.

De Clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt. Conc. Ilerden. Tit. 11. a Cap. 42.

De Clericis, qui arma sumperint, vel sumpserunt. Concilio Toletano IV. Tit. 45. a Cap. 47.

De Clericis sepulchra demolientibus. Concil. eodem Tit. 46.

De iis, qui Altari ministrant, ut a sanguine abstineant. Conil. Ilerd. Tit. 1 a Cap. 42.

De Clericis, & Monachis non manentibus in suo proposito. Concil. Chalced. Tit. 7. a Cap. 11.

De Ministris, ne in Secretarium ingrediantur. Concil. Agathensi Tit. 66. a Cap. 30.

TITULUS XIV.

De honore Clericorum, & laicorum fidelium.

De Clerico inter tentationes fideli, gradibus sublimando. Concilio Carthag. IV. Tit. 42. a Cap. 16.

De iis, qui pro Fide persecutiones ab infidelibus patiuntur. Concil. eodem Tit. 43.

De senibus, & pauperibus Ecclesiæ honorandis. Concil. eodem Tit. 81.

TITULUS XV.

Quod non aboleantur crimina ordinationum collatione.

Quod in ordinationibus crimina, vel vitia non bene credantur auferri. Epist. Innocentii ad Ruffum Tit. 4. a Cap. 26.

TITVLVS XVI.

Ne Clerici per impositionem manus pœnitentiam accipiant.

De Clericis * ut per impositionem manus pœnitentiam accipiant, nec laicus post pœnitentiam eonclericus fiat. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 14. a Cap. 3.

Quod Presbyter, aut Diaconus, si in aliquod crimen lapsi fuerint, non possunt per manus impositionem pœnitentiæ remedium consequi. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 2 a Cap. 68.

Ut lapsis Sacerdotibus manus, sicut laicis, non ponatur. Concil. Carthag. V. Tit. 11. a Cap. 17.

TITVLVS XVII.

De Religiosis utriusque sexus comprobandis, sive de Religiosis vagis.

De iis, qui in parva ætate coram parentibus Religionis habitum tenuerunt. Concil. Toletano X. Tit. 6. a Cap. 53.

De Religiosis vagis, qui nec inter Clericos, nec inter Monachos habentur. Concil. Toletano IV. Tit. 53. a Cap. 47.

De reclusis honestis, sive vagis. Concil. Toletano VII. Tit. 5. a Cap. 50.

TITVLVS XVIII.

De Psalmistis.

Qualiter Psalmista ordinetur. Concil. Carthag. III. Tit. 10. a Cap. 15.

Psalmistam non debere Orario uti. Concil. Laodic. Tit. 22. a Cap. 7.

De Psalmistis solis psallendis. Concil. eodem Tit. 15.

TITVLVS XIX.

De Ostiariis.

Qualiter Ostiarii ordinentur. Concil. Carthag. IV. Tit. 16. a Cap. 16.

Non oportere Ministros, idest, Ostiarios, Secretarium ingredi, aut vasa Dominica tangere. Concil. Laodic. Tit. 21. a Cap. 7.

Ostiarii tabernas non intrent. Concil. eodem Tit. 23.

Ministros, idest, Ostiarios, ab ostiis, & oratione non debere deesse. Concil. eodem Tit. 42.

Pœnitens, si necessitas cogat, Ostiarius, aut Lector fiat. Vel de quibus pœnitentibus dicit. Concil. Tolet. 1. Tit. 2. a Cap. 44.

Pœnitens, si usus exegerit, inter Ostiarios deputetur, vel de quibus pœnitentibus dicit. In excerptis Martini Tit. 27. a Cap. 63.

TITVLVS XX.

De Lectoribus.

Qualiter Lectores ordinentur. Concil. Carthag. IV. Tit. 8. a Cap. 16.

Quod Clericorum nomen etiam Lectores, Psalmistæ, & Ostiarii retineant. Concil. Carthag. III. Tit. 21. a Cap. 15.

Lectores Orario non utantur. Concil. Laodicit Tit. 22. a Cap. 7.

Quod

Quod Lectores neque in habitu sæcularium psallere, neque granos dimittere permittantur. Concil. Bracar. I. Tit. 10. a Cap. 61.

Quod Lectores contingere Altaris vasa prohibeantur. Concil. Bracarensi I. Tit. 10.

Lectores tabernas non ingrediantur. Concil. Laodicensi Tit. 23. a Cap. 7.

Lectores populos non salutent. Concil. Carthag. IV...... 15.

Pœnitens, si, necessitas cogat, Lector fiat. Concil. Toletano I. Tit. 2. a Cap. 44.

Pœnitens, si usus exegerit, inter Lectores deputetur. In excerptis Martini Titulo 23.

Nun ascendat in pulpitum, nisi Lector. In eisdem Tit. 41.

Si Lector bigamus sit, ac viduam duxerit, nec amplius quam Subdiaconus fiat. Ibid. Tit. 43.

TITVLVS XX.

De Exorcistis.

QValiter Exorcista ordinetur. Concil. Carthag. IV. Tit. 7. a Cap. 16.

Vt Exorcistæ tabernas non ingrediantur. Concil. Laodic. Tit. 23. a Cap. 7.

Nun oportere exorcizare, qui non sunt ab Episcopis ordinati. Concilio eodem Tit. 25.

TITVLVS XXII.

De Acolytis.

QValiter Acolyti ordinentur. Concil. Carthag. IV. Tit. 6. a Cap. 16.

Acolyti tabernas non ingrediantur Concil. Laodic. Tit. 23. a Cap. 7.

TITVLVS XXIII.

De Subdiaconibus.

QValiter Subdiacones fiant. Concil. Carthag. IV. Tit. 5. a Cap. 16.

Si probati viri conjugia duplicaverint, non plus quam Subdiacones fiant. Concil. Arausic. Tit. 25. a Cap. 27.

Qui post lavacrum mœchaverint, Subdiacones non erunt. Concil. Eliberitano Tit 30. a Cap. 38.

Subdiaconus, si defuncta uxore aliam duxerit, abjiciatur; vel si tertiam ducat; quod nec dici poterit, nec audiri, Concil. Tolet I. Tit. 4. a Cap. 44.

Subdiaconus bigamus inter Lectores, vel Ostiarios habeatur. In excerptis Martini Tit. 44.

Subdiacconus pœnitens ad altiores gradus non veniat. Concil. Tolet. I. Tit. 2. a Cap. 44.

Idipsum de eodem. Concil. Bracar. III. Tit. 23. a Cap. 63.

Non liceat ministeria tangere, nisi Subdiaconum, aut Acolytum. In excerptis Martini Tit. 41.

TITVLVS XXIV.

De quibus Diacones non fiat.

NEophytus, Diaconus, aut Presbyter non erit. Conc. Arelatense II. Tit. a cap. 28.

Neophyti, sive laici, Diacones, vel Sacerdotes non erunt, quod etiam cum obtestatione nominis divini decernitur. Epistola Syricii ad diversos Tit. 3. 4.

Bigami, ac pœnitentes, & repudiatarum mariti, Diacones non erunt. Concil. Arelaten. Tit. 3. a Cap. 23.

Clerici conjugati, nisi continentiam profiteantur, Diacones non erunt. Concil. Arausic. Tit. 22. a Cap. 27.

Bigami, Diacones, vel Presbyteri non ministrent. Concil. Agathen. Tit. I. a Cap. 30.

Vt bigamus, aut viduæ maritus, nullo honore sit Diaconus. Decretum Hilarii Tit. II. a Cap. 74.

Qui viduas acceperint, Diacones non efficiantur. Concil. Tolet. I. Tit. 3. a Cap. 44.

De eo, qui post Baptismum militaverit, ut ad Diaconium non promoveatur. Concil. Tolet. I. Tit. 8.

TITVLVS XXV.

De electione, & conjugiis Diaconorum.

NOn licere populis Ministros Altaris eligere. Conc. Laodic. Tit. 13. a Cap. 7.

De iis, qui ad Diaconium eliguntur, & inter conjugium. In excerptis Martini Tit. 39.

Dum ordinantur Diaconi, de conjugio interrogentur. Concilio Ancyritano Titul. 10. a Cap. 11.

TITVLVS XXVI.

De ætate, & temporibus Diaconorum.

UT Levitæ ante viginti quinque annos non consecrentur. Concil. Carthag. IV. Tit. 4. a Cap. 15.

Idipsum de eodem. Concil. Arelat. IV. Tit. I. a Cap. 23.

Idipsum de eodem. De consensu etiam, & professione conjugati. Concil. Agathen. Tit. 16. a Cap. 30.

De numero annorum, quo Sacerdotes, & Levitæ ordinentur. Concil. Tolet. IV. Tit. 20. a Cap. 47.

Vt laicus ante annum conversionis Diaconus non fiat. Concil. Arelatensi III. Tit. II. a Cap. 23.

De ordinatione Diaconi, vel totius ordinis, ut die Dominico celebretur; & ut ordinans, vel ordinandus Sabbato jejunent. Epistola Leonis ad Dioscorum Tit. I. a Cap. 74.

De ordinatione totius ordinis, quibus mensibus, & temporibus fiat; nec quemlibet cujuscumque utilitatis iis præferre, qui ante ipsos ordinati sint. Decretum Gelasii generale Tit. 14. a Cap. 84.

TITVLVS XXVII.

De regulis, & numero Diaconorum.

NOn licere Diaconibus semotim populos colligere. Concilio Antiocheno Tit. 5. a Cap. 6.

De honore Diaconi erga Presbyteros, & Cle-

Clericorum erga Diaconos. Concil. Laodic. Tit. 20. a Cap. 7.

De obedientia Diaconorum erga Presbyteros. Concil. Carthag. 4. Tit. 37. a Cap. 16.

Ut Diaconus nihil sine Presbytero suo agat. Concil. Arelaten. 4. Tit. 18. a Cap. 21.

Diaconus tabernas non ingrediatur. Concil. Laodicen. Tit. 23. a Cap. 7.

Ut Episcopus, Presbyter, vel Diaconus canibus ad venandum, vel accipitribus, non utantur. Conc. Agathense, Titulo 44. a Cap 30.

Quod Diaconis nec offerre, nec Presbyteris Corpus Christi tradere, nec ante eos communicare, vel sedere, sit licitum. Concil. Nicæn. Tit. 14. a Cap. 1.

Ut Levitæ non offerrant. Conc. Arel. Tit. 16

Non licere Ministris panem dare, aut Calicem benedicere. Concil. Laodicen. Tit. 24. a Cap. 7.

Ne Diaconus coram Presbytero sedeat, aut Eucharistiam tradat. Concil. Arelaten. 11. Tit. 16. a Cap. 22.

Diaconus Eucharistiam, jubente, vel præsente Presbytero, pro necessitate populis det. Concil. Carthag. 4. Tit. 38. a Cap. 16.

Diaconus, præsente Presbytero, sedeat. Concil. Carthag. 4. Tit. 39.

Diaconus coram Presbytero Interrogatus loquatur. Concil. eodem. Tit. 40.

De Levitis, ne sine jussu Presbyteri sedeant. Concil. Agathen. Tit. 15. a Cap. 30.

De eo, quod non liceat Diaconum non justum sedere. Concil. Bracaren. 111. Cit. 40. a Cap. 63.

Diaconus a tempore tantum Oblationis, & Lectionis Alba utatur. Concil. Carthag. 4. Tit. 41.

De uno Orario Diaconibus utendo, nec ornato, sed puro. Concil. Tolet. 4. Tit. 40. a Cap. 47.

De Orario Diaconibus non absconse, sed superposito scapulæ utendo. Concil. Bracar. 1. Tit. 9. a Cap. 61.

Si Diaconus, vel Presbyter crimen capitale commiserint. Concil. Arelaten. Tit. 6. a Cap. 31.

Vt Diacones mensuram propriam juxta Patrum Decreta custodiant, nec baptizent, nisi necessitate cogente. Decretum Gelasii generale. Tit. 9. a Cap. 84.

Diaconi tantum septem erunt, quamvis in magna Civitate. Conc. Neo-cæsar. Tit. 14. a Cap. 3.

Quod Diaconi, nec in Presbyterio sedere possint, nec sacri Corporis prorogationem jus habeant exercendi. Decretum Gelasii generale 84.

TITVLVS XXVIII.

De ordinatione Diaconorum.

QValiter Diacones ordinentur. Concil. Carthag. 4. Tit. 4. a Cap. 16.

Non licere coram Catechumenis Clericos fieri. Concil. Laodicensi Tit. 4. a Cap. 7.

Nec Diacones, sed nec Sacerdotes ordinandi, nisi omnes, qui cum eis sunt, Fideles existant. Concil. Carthag. 4. Tit. 18,

To. I V.

TITVLVS XXIX.

De quibus Presbyteri ordinandi non sunt.

DE Neophytis Presbyteri non ordinentur. Concil. Arelat. 11. Tit. 1. a Cap. 22.

Neophyti, sive laici, Presbyteri non erunt. Epistola Syricii ad diversos. Tit. 4. a Cap. 5.

Bigami pœnitentes, vel repudiatarum mariti, Presbyteri non sint. Concil. Arelaten. 111. Tit. 3. a Cap. 22.

De bigamis, ad Presbyterium, vel Diaconatum non promovendis. Concil. Hispalen. 2. Tit. 4.

Bigamus, aut viduæ maritus, Presbyter non erit. Decretum Hilarii Tit. 11. a Cap. 76.

Ii, qui in ægritudine baptizati sunt, Presbyteri non erunt, nisi Fide, & charitate cogente. Concil. Neo cæsar. Tit. 13. a Cap. 3.

TITVLVS XXX.

De doctrina, & regulis Presbyterorum.

QVod non debeant Sacerdotes, aut Clerici amicti pelleis, vel præcincti lumbis in Ecclesia ministrare. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 1. Epistola 34.

Quod Parochianis Presbyteris, quum ordinantur, Officialis Libellus debeat dari, & iidem Presbyteri in Litaniis sint de officio requirendi. Concil. Tolet. 4. Tit. 26. a Cap. 47.

De iis, quæ prohibentur Presbyteri in Ecclesiastici Sacramentis agere. Concil. Hispalen. 2. Tit. 7.

De professione Presbyterorum, vel Diaconorum Episcopo facienda, quum in Parochiis ordinantur. Concil. Tolet. 4. Tit. 24. a Cap. 47.

Non licere Presbyteris, contempto Episcopo, semotim populos colligere, & Altare erigere. Concil. Antioch. Tit. 5. a Cap. 6.

Presbyter Ministrum non ordinet, nec Altare consecret. Concil. Agathen. Tit. 43. a Cap. 30.

Ut Presbyter, qui præsumpserit Chrisma conficere, aut Ecclesiam, vel Altare consecrare, ab officio deponatur. Concil. Bracarense 2. Tit. 19. a Cap. 61.

Presbyter Benedictionem, aut pœnitentiam dare, non præsumat. Concil. Agathen. Tit. 44. a Cap. 30.

Chrisma, & Benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentium a Presbyteris non fiat. Concil. Carthag. 2. Tit. 3. a Cap. 14.

Vt Presbyter pœnitentem jussus ab Episcopo suo reconciliet. Concil. Carthaginensi 11. Tit. 3.

Quomodo Presbyter, absente Episcopo, ob necessitatem reconciliet pœnitentem. Concil. Carthag. 3. Tit. 32. a Cap. 15.

Vt Presbyter benedicat, & confirmet Neophytum. Concil. Rhegien. Tit. 3. a Cap. 25.

Vt Presbyter, inconsulto Episcopo, Virginem non consecret, & Chrisma nunquam conficiat. Conc. Carthag. 3. Tit. 36. a Cap. 25.

Presbyter Diaconum, aut Presbyterum non ordinabit. Concil. Hispalen. 1. Tit. 5.

Si Presbyter, inconsulto, & præsente Episcopo agendam celebraverit, honore privetur.

tur. Concil. Carthag. 2. Tit. 9. a Cap. 14.

Vt præter Episcopum nullus Chrisma conficiat. Concil. Tolet. 1. Tit. 20.

Non licere Presbyterum præsente Episcopo chrismare. In excerptis Martini Tit. 52.

Non oportere Presbyterum ante ingressum Episcopi ingredi, & sedere in Tribunali. Concil. Laodicen. Tit. 55. a Cap. 7.

Quia non licet Presbytero ante Episcopum in Baptisterium introire. Concil. Bracar. 3. Tit. 53. a Cap. 63.

De baptizatis, ut nihil accipiat Clerus. Concil. Bracar. 2. Tit. 7. a Cap. 62.

De Presbyteris, ut in secundas nuptias non vadant. In excerptis Martini, Tit. 38.

Ne Presbyteri forastici, præsente Episcopo, vel Presbytero Civitatis, audeat ministrare. In excerptis Martini....

Ne Presbyteris alterius regionis, præsente Episcopo, vel Presbyteris Civitatis, liceat ministrare; & quo ordine panem, sive Calicem dent. Concil. Neo-cæsareensi, Tit. 13. a Cap. 3.

Vt nullus Minister sine Chrismate proficiscatur, ubi & Presbyter Minister ostenditur. Concil. Arausic. Tit. 13. a Cap. 27.

Si Diaconus, vel Presbyter capitale crimen admiserit. Concil. Aurelian. Tit. 6. a Cap. 31.

Si Presbyter, aut Diaconus de ministerio Ecclesiæ aliquid vendiderit. Concil. Bracar. 3. Tit. 17. a Cap. 63.

Vt Presbyteri Parochiani, aut per se, aut per Sacristas suos accipiant Chrisma. Concil. Carthag. 4. Tit. 36. a Cap. 16.

Vt ab alterius Episcopo Chrisma nullus accipiat. Conc. Vasensi Tit. 3. a Cap. 38.

De iis, quæ omnino prohibentur Presbytero; quæ si præsumpserit, & dignitate, & communione privabitur. Sed nec Episcopus a culpa vacabit, si talia facientem dissimulaverit indicare. Decretum Gelasii generale Tit. 8. a Cap. 84.

TITULUS XXXI.

De electione, ætate, temporibus, & gradibus Presbyterorum.

QValiter Presbyteri ordinentur. Concil. Carthag. 4. Tit. 3. a Cap. 16.

Presbyter non ordinetur, nisi omnes, qui cum eo sunt, Fideles sint. Concil. Carthag. 3. Tit. 18. a Cap. 15.

Qualiter conjugati ad Sacerdotium promoveantur. Concil. Arelaten. 2. Tit. 2. a Cap. 22.

Laicus ante annum conversionis Presbyter non fiat. Concil. Arelatensi Tit. 2. a Cap. 23.

Laicus Presbyter non ordinetur, nisi per gradus Ecclesiasticos transierit. Concil. Bracar. 2. Tit. 20. a Cap. 62.

Presbyterum minus triginta annorum non ordinandum, quamvis probatæ vitæ. Concil. Neo-cæsareen. Tit. 2. a Cap. 3.

Vt Diaconus ante vigintiquinque annos, & Sacerdos ante triginta, non ordinentur. Episcopus, & Presbyter ante perfectam ætatem, idest, triginta annos, non ordinentur. Concil. Agathen. Tit. 16. a Cap. 30.

Ante triginta annos Presbyter non ordinetur. Concil. Bracar. 3. Tit. 20. a Cap. 63.

Vt ordinatio Presbyteri Sabbatho ad Vesperam celebretur. Epistola Leonis ad Dioscorum Tit. 1. a Cap. 74.

De ordinatione totius Ordinis, quibus mensibus, & temporibus fiat. Decretum Gelasii Tit. 13. a Cap. 84.

TITULUS XXXII.

De honore Sacerdotum, & non contemnendis oblationibus eorum.

DE Episcopis, atque Presbyteris, ut ad cujusquam Ecclesiam in ordine suo recipiantur; & tam ad verbum faciendum, quam ad Missam dicendam invitentur. Concil. Carthag. 4. Tit. 33. a Cap. 16.

De non contemnenda oblatione Presbyteri conjugati. Concil. Gangrensi Tit. 4. a Cap. 4.

Ut peregrino locus sacrificandi detur. Concil. Arelatensi Tit. 14. a Cap. 21.

TITULUS XXXIII.

De hæreticis, & schismaticis Episcopis, si Catholici fiant.

DE hæreticis, & schismaticis, si ad Catholicam Fidem venerint, quid observent. Concil. Rhegien. Tit 3. a Cap. 26.

TITULUS XXXIV.

De quibus Episcopi ordinandi non sunt.

DE iis, qui post Baptisma statim Episcopi fiunt; vel si præcedenti tempore mortale peccatum habent. Concil. Nicæno Tit. 11.

Ex laico Episcopus non ordinetur. Conc. Sardicen. Tit. 13. a Cap. 5.

De Neophytis Sacerdos non fiat. Concil. Laodic. Tit. 3. a Cap. 7.

De Neophytis Ministri, & Sacerdotes non fint. Concil. Arelaten. 2 Tit. 1. a Cap. 22.

Neophyti, vel laici Episcopi non fint. Epistola Syricii ad diversos Tit. 3. Epistola 5.

De Aggaro, & Tyberiano, qui ex laicis fuerunt ordinati. Epistola Leonis ad Africanos Tit. 3. a Cap. 71.

Ex pœnitentibus, quamvis bonus, Episcopus non fit. Concil. Carthag. 4. Tit. 18. a Cap. 15.

Digami pœnitentes, & repudiatarum mariti Episcopi non fint. Concil. Arelaten. 3. Tit.... a Cap. 14.

Viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, Episcopi non sint. Quærenda etiam dignitas natalium, & morum. Epist. Leonis ad universos Tit. 2. a Cap. 64.

Bigami, vel corruptæ, sive viduæ mariti, Episcopi non sint. Decretum Hilarii Tit. 2. a Cap. 76.

A Metropolitanis non laici, non viduarum mariti, non digami, sed irreprehensibiles ordinentur. Epistola Leonis ad Anastasium Tit. 3. a Cap. 69.

Indignus nullus efficiatur Episcopus, de re-

roborе etiam Niceni Concilii. Epistola Syricii ad diversos Tit. 1. 4.

Illicitæ personæ ad Episcopatum, vel ad ullum honorem promovendæ non erunt. Optime satis Epistola Leonis ad Africanos Tit. 1. a Cap. 71.

Pœnitentes, & inscii literarum, sive defectu membrorum, vel decisione aliquid minus habentes, Episcopi non sint. Decretum Hilarii Tit. 3. 76.

Non habeantur Episcopi, quos nec Clerus elegit, nec populus exquisivit. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 1. 69.

Nullus invitus ordinetur Episcopus. Epistola Leonis ad Anastasium Tit. 5. 69.

Quod nolentibus Clericis, vel populis, nemo debeat Episcopus ordinari. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 5.

Ignotis Ministerium, aut Sacerdotium non dabitur. Epistola Syricii ad diversos Tit. 2 4.

De omnibus pene personis, de quibus Episcopi non sint, ac de removendis iis, & ne in una Ecclesia duo habeantur Episcopi. Decretum Hilarii ad Ascanium Tit. 4. a Cap. 77.

De ordinatione Episcopi, ac de omnibus personis, quæ Episcopi ordinandi non erunt; vel qualiter, & ubi ordinetur Episcopus. Concil. Tolet. 4. Tit. 18. a Cap. 47.

Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum, & nullus de prohibitis personis Episcopus ordinetur. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 4.

Ut nullus contra ordinem Canonum efficiatur Episcopus. Epistola Innocentii ad Aurelium ex integro 16.

Quod non oporteat contemptis Clericis Ecclesiarum de laicis Episcopos ordinare. Epistola Cælestini ad Episcopos per Apuliam Tit. 2. a Cap. 36.

TITULUS XXXV.

De Chorepiscopis.

Quod Chorepiscopi ad exemplum septuaginta Seniorum sint instituti. Concilio Neo-cæsareensi Tit. 13.

De Chorepiscopis, vel quid possint. Conc. Ancyr. Tit. 13.

Epistolas formatas soli Chorepiscopi faciant. Concil. Antioch. Tit. 7. a Cap 6.

De Chorepiscopis, & potestate eorum. In quo supra Tit. 10.

TITULUS XXXVI.

De electione, temporibus, & gradibus Episcoporum.

Non licere populis ministros Altaris eligere. Concil. Laodicen. Tit. 13. a Cap. 7.

Idipsum de eodem subsequenter. Decretum Hilarii ad Ascanium Tit. 4. 78.

Idipsum de electione Episcopi. In excerp. Martini Tit. 1.

Dum Episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque, vel sex Episcopi conveniant. Concil. Carthag. 4. Tit. 40.

Si in electione Episcopi contentio sit, obtineat sententia plurimorum. Et de Primatibus Metropolitanorum. Conc. Niceno Tit. 6.

Ut Episcopus ante triginta annos non ordinetur. Concil. Agathen. Tit. 8.

Qua ætate Episcopus, vel Presbyter ordinetur. Concil. Agathen. Tit. 17.

Ut laicus ante annum conversionis Episcopus non ordinetur. Conc. Arelat. 3. Tit. 11.

Ex laico, nisi statuta tempora, & officia transierit, non fiat Episcopus. Concil. Bracar. 1. Tit. 20.

Ex laico Minister, & Episcopus non fiat, nisi tempora præfixa custodierit. Epistola Innocentii ad Felicem Tit. 9.

Monachi, vel laici, nisi per gradus Ecclesiasticos transierint, Episcopi non sint. Epistola Zosimi ad Isicium Tit. 1. 28.

De temporibus, gradibus, & officiis, quæ nisi quisque transierit, Sacerdos non erit. Inioi Tit. 3.

Episcopus non ordinetur, nisi omnes, qui cum eo sunt, fideles extitant. Concil. Carthaginensi 3. Tit. 18.

Quod per gradus Ecclesiasticos ad Episcopatus debeant officium pervenire; & quod nullus indignus ordinetur Episcopus. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 6.

TITULUS XXXVII.

Ne per præmium ordinentur Episcopi.

De Monachis, vel laicis per præmium ordinatis, ut cum Ordinatoribus Simonis crimen incurrant. Decretum Gelasii Tit. 27. a Cap. 84

Non oportere omnino per pecunias ordinare, vel ullum Clericum, vel ullum officium in Ecclesiæ domo, ex omni ordine, & persona. Concil. Chalced. Tit. 2. a Cap. 11.

Non accipiendum præmium pro Episcopatus honore, & de communione peccati. Epistola Hormisdæ ad Episcopos Hispaniæ Tit. 2. a Cap. 93.

Nullus honorem Ecclesiasticum quolibet præmio accipiat. Epistola Symmachi ad Cæsarium Tit. 1. 87.

De damnatione Clericorum per pecuniam Ecclesiasticos gradus assequentium. Concil. Tolet. 6. Tit. 4. 49.

TITVLVS XXXVIII.

Ne per ambitionem ordinentur Episcopi, & in una Ecclesia duobus Episcopis non habendis, neque duas Cathedras ab uno Episcopo obtinendas.

Nullus per ambitum ad Episcopatum accedat. Epistola Symmachi ad Cæsarium Tit. 5. 87.

Per ambitum nullus ordinetur Episcopus. Epistola Bonifacii ad Honorium Augustum ex integro 30.

Si denuo Romæ Episcopi duo ordinati fuerint, ambo expellantur. Epistola Honorii Augusti ad Bonifacium ex integro.

Ut in una Ecclesia duo Episcopi non habeantur. Vel de iis, qui illicite ordinati sunt, removendis. Epistola Hilarii ad Ascanium Tit. 4. 77.

Ne in una Ecclesia duo Episcopi permittantur. Epistola Hilarii ad Ascanium, ubi gratulatur de Fide Imperatoris, quæ in Chalcedonensi Concilio gesta est, & de Anatolio Episcopo, qui in eodem Concilio Alexandrinam, & Antiochenam Ecclesias, contra instituta Nicæna, per ambitum sibimet voluit subjugare. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum. 53.

Ubi Anatolium Constantinopolitanum Episcopum de Fide in Chalcedonensi Concilio laudat. Quem deinde arguit, quod contra Nicænam Synodum, Alexandrinam, atque Antiochenam Ecclesias sibimet subdere voluisset. Epistola Leonis ad Anatolium ex integro.

TITULUS XXXIX.

Ne sine Metropolitano ordinentur Episcopi.

Sine Metropolitano Episcopo non ordinetur Episcopus. Concil. Nicæn. Tit. 6.

Non licere sine consilio Metropolitani Episcopi, vel omnium Episcoporum ex omni provincia, ordinare Episcopum. Concil. Antioch. Tit. 19. a Cap. 16.

Sine consilio Metropolitani, & finitimorum omnium, & probatione vitæ, & scientiæ dignitate, non ordinetur Episcopus. Concil. Laodic. Tit. 12. a Cap. 7.

Sine consilio Metropolitani nullus ordinetur Episcopus. Concil. Carthag. III. Titul. 12. a Cap. 14.

Absque Metropolitano nullus ordinetur Episcopus, Et de morientis exequiarum diebus. Concil. Rhegien. Tit. 6. a Cap. 26.

Nec extra conscientiam Metropolitani, nec ab uno Episcopo ordinandum Episcopum. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. 1. 7.

Nemo, contempto Metropolitano, Episcopus ordinetur. Et de robore Nicæni Concilii. Epistola Bonifacii ad Hilarium Narbonensem ex integro 33.

Non esse Episcopum sine Metropolitano ordinandum. Conc. Arel. II. Tit. 6. a Cap. 22.

Sine Metropolitani, & trium Episcoporum præsentia, vel consensu omnium absentium, non ordinandum Episcopum. Concil. Arelatensi II. Tit. 5.

Non esse Episcopum sine Metropolitano, & confinitimis ordinandum. In excerptis Martini Tit. 3.

Ut nullus sine consensu Metropolitani Episcopus ordinetur. Epistola Hilarii ad Ascanium Tarraconensem Episcopum Tit. 77.

Qui in Metropolitanæ civitate non ordinetur Episcopus, post duos menses præsentatus occurrat. Concil. Tarraconen. Tit. 5. a Cap. 39.

TITULUS XL.

Ne a duobus Episcopis ordinetur Episcopus.

Ut non præsumant duo Episcopi ordinare Episcopum. Concil. Carthag. III. Titul. 36. a Cap. 15.

Ut non habeatur Episcopus a duobus Episcopis ordinatus. Conc. Rheg. Tit. 1. Cap. 16.

Quum violentus a duobus Episcopis ordinatur. Concil. Rhegien. Tit. 1. a Cap. 20. periclitabuntur. Si autem voluntarius, & ipse cessabit. Conc. Arausic. Tit. 21. a Cap. 27.

A duobus Episcopis ordinatus, aliquando Episcopus esse potest. Concil. Rhegien. Tit. 2. a Cap. 16.

Indebite ordinati Episcopi propter necessitatem, vel indulgentiam, aliquando stare possunt. Epistola Hilarii ad Ascanium 77.

Ut sine tribus Episcopis non ordinetur Episcopus. Conc. Arelaten. I. Tit. 20. a Cap. 21.

TITULUS XLI.

De Episcopis petentibus populis ordinandis.

De Episcopis petentibus populis ordinandis; & ne in vico, vel parvo loco ordinentur. Concil. Sardicen. Tit. 6. a Cap. 5.

Episcopos in vicis, & in villis non ordinandos; nec Presbyteros sine Episcopo aliquid acturos. Concil. Laodicen. Tit. 61. a Cap. 7.

TITULUS XLII.

De Episcopis volentibus suscipere ministerium, vel tenere sedem.

De Episcopis, qui post susceptam manus impositionem non acquiescunt suscipere ministerium. Concil. Antiochen. Tit. 16. a Cap. 6.

De contempore Episcopo, si nolit agere Sacerdotium. In excerptis Martini Tit. II.

De seditioso Episcopo, si Parochiam, in qua ordinatus est, non accipiat; sed alteram quærat. In excerptis Martini Tit. 12. a Cap. 43.

TITULUS XLIII.

De Episcopis ordinatis, & a populo non susceptis.

De Episcopis, qui non pro vitio, sed contradictione plebium non suscipiuntur. Concil. Antioch. Tit. 18. a Cap. 6.

TITULUS XLIV.

De exequiis morientis Episcopi, & rebus ejus.

Qualiter humetur Episcopus. Concilio Valletano Tit. 4. a Cap. 43.

De exequiis morientis Episcopi. Concilio Tolet. III. Tit. 3.

Ut Episcopus, qui sepelierit Episcopum, curam habeat Ecclesiæ ipsius. Concil. Rhegien. Tit. 5. a Cap. 26.

Ne extra constitutum ordinem morientis Sacerdotis hæredes rem ejus adire præsumant. Concil. Tolet. II. Tit. 7. a Cap. 52.

Quantum commodum sibi Episcopus tollat de Ecclesia, cujus tumulaverit Sacerdotem. Concil. eodem Tit. 9.

TITULUS XLV.

De non constituendis successoribus Episcoporum.

Episcopos non debere sibi successorem constituere. Concil. Antioch. Tit. 23. a Capite 6.

De

De non constituendis successoribus. Concilium Bracarense III. Tit. 8. a Cap. 63.

Vt Episcopus successorem sibi non eligat. Decretum Hilarii Tit. 5. 76.

TITULUS XLVI.

De non differenda ordinatione Episcoporum.

POst obitum Episcopi non diu differri ordinationem alterius ultra tres menses. Concil. Chalcedon. Tit. 25. a Cap. 11.

Ut intercessor nulla seditione retineat mortui Cathedram, sed intra annum provideat successorem. Concil. Carthag. v. Tit. 8. a Cap. 17.

TITULUS XLVII.

De Ordinandis Episcopis.

QValiter consecrentur Episcopi. Concil. Carthag. IV. Tit. 2. a Cap. 16.

Qualiter Episcopi debeant ordinari. Concil. Nicæn. Tit. 4.

Qnales, vel quam docti, debeant ordinari Episcopi. Concil. Carthag. IV. Titulo 1. a Cap. 16.

De ordinatione. In excerptis Martini Tit. 2.

Ut Episcopi de die consecrationis suæ literas ab ordinatoribus accipiant. Concil. Carthag. VIII. Tit. 14. a Cap. 20.

De ordinatione ministrorum Sacerdotum, quando fiat. Epistola Leonis ad Dioscorum Tit. 1. 74.

Idipsum quibus mensibus, & temporibus fiat. Decretum Gelasii Tit. 13. 84.

De omnibus secundum statuta Canonum ordinandis. Epistola Hormisdæ ad Episcopos per Hispaniam, Tit. 1. 64.

TITULUS XLVIII.

De Doctrina, & regulis Episcoporum.

UT Episcopus, antequam ordinetur, Canones agnoscat. Concil. Carthag. III. Tit. 3. a Cap. 15.

Ut Sacerdotes Scripturarum Sacrarum, & Canonum cognitionem habeant. Concil. Tolet. IV. Tit. 25. a Cap. 47.

Ut posteriores prioribus Episcopis deferant; nec inconsultis Primatibus suis aliquid agant. Concil. Carthag. VIII. Titulo 23. a Cap. 20.

Ut Episcopus ab Ecclesia die Dominico deesse non debeat. Concil. Aurelianense Tit. 27. a Cap. 31.

Ut Episcopus non longe ab Ecclesia hospitium habeat. Concil. Carthag. IV. Tit. 14. a Cap. 16.

Ut Episcopus supellectilem, & mensam vilem habeat. Concil. eodem Tit. 15.

Quod lectio in omnibus Sacerdotum mensis legi debeat. Concil. Tolet. III. Tit. 7. a Capite 46.

Ut Episcopus nullam curam rei familiaris ad se revocet, tantum ordinationi, & doctrinæ vacet. Conc. Carth. 4. Tit. 20. a Cap. 16.

De cura populorum, & pauperum, quam Episcopus sibi impositam noverit. Concil. Tolet. 4. Tit. 32. a Cap. 47.

Vt & pauperes, & infirmos tueatur. Concil. Aurelian. Tit. 12. a Cap. 31.

Vt Episcopus gubernationem viduarum, & pupillarum, aut peregrinorum, non per se, sed per subditos agat. Concil. Carthag. 4. Tit. 17 a Cap. 16.

Vt Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. Concilio Carthaginense 4. Tit. 18.

Vt Episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget. Concilio eodem Tit. 19.

Episcopus alienum Clericum peccantem redarguat. Concil. Vasense Tit. 8. a Cap. 29.

De Sacerdotibus ad gentem extraneam Nuncios mittentibus. Concil. Tolet. 4. Tit. 30. a Cap. 47.

Quod omni tempore liceat Episcopo Chrisma conficere. Conc. Bracar. 3. Tit. 51. a Cap. 63.

Pro Chrismate Episcopus nihil accipiat. Conc. Bracar. 2. Tit. 4 a Cap. 62.

Pro consecratione Basilicæ Episcopus nihil exigat. Conc. Bracarense 2. Tit. 5. a Cap. 62.

Vt Episcopus quolibet loco sedens, stare non patiatur Presbyterum. Conc. Carthag. 4. Tit. 34. a Cap. 16.

Pro deferendo Episcopis invicem sibi sedendi loco, servato Metropolitani Primatu. Conc. Bracar. 1. Tit. 6. a Cap. 61.

De consensu Presbyteri cum Episcopo in Ecclesia. Conc. Carthag. 4. Tit. 35. a Cap. 16.

Vt ea, quæ illicite decessor Episcopi amisit, vel ab aliis illicite commissa sunt, ab eo, qui successor est, emendentur. Decretum Hilarii Tit. 4. 76.

Vt Episcopus in ordinatione Clericorum commodum nullum accipiat. Concil. Bracar. 2. Tit. 2. a Cap. 62.

TITVLVS XLIX.

De Metropolitanis.

VT Metropolitanus de Episcopo electo ad Episcopum Primatum tenentem referat. De Metropolitano electo similiter Provinciales Episcopi referant. Et qualiter Metropolitanus ordinetur. Epist. Leonis ad Anastasium Tit. 6. 69.

De potestate Metropolitani, sine quo reliquos Episcopos, & quem sine reliquis Episcopis, nihil convenit agere; & ad judicium ejus cæterorum Episcoporum negotiis deferendis. Concil. Antioch Tit. 9. 6.

De Primatu Metropolitani, sine quo reliquos Episcopos, & quem sine reliquis, nihil agere. In excerptis Martini Tit. 4. a Cap 63.

De posteritate ejusdem. In quo supra Titulo 2.

Ut Metropolitano sua jura serventur. Epistola Leonis ad Anastasium Tit. 2. 69.

TITVLVS L.

De Archiepiscoporum Primatu.

DE Primatu Episcoporum Alexandriæ, Romæ, Antiochiæ. Et sine Metropolita-

litano Episcopo ordinatum omnino cessare. Concil. Nicæno Tit. 6.

De honore Episcopi Hierosolymitani. In quo supra Tit. 7.

De honore Episcopi Constantinopolitani. Concil. Constantinopolit. Tit. 5. a Cap. 8.

De honore Antiocheni Episcopi. Epistola Innocentii ad Bonifacium. Tit. 1. 19.

De Primatu Episcoporum Alexandriæ, Orientis, Antiochiæ, atque Asiæ. Concil. Constantinopolit. Tit. 2.

Vt primæ Sedis Episcopus Princeps Sacerdotum non appelletur. Concil. Carthag. 3. Tit. 26.

Quod prima Sedes apud Antiochiam Beati Petri esse memoretur. Et quod absque Episcoporum Primatu tenente, Episcopus non ordinetur. Epistola Innocentii ad Alexandrum Tit. 20.

TITVLVS LI.

De commissa vice Apostolicæ Sedis, aliisque præceptis.

QVod Thessalonicenses Episcopi vicem Apostolicæ Sedis impleverint. Et quod correptioni adhibenda dilectio; nec pro minimis caussis facile exercenda damnatio. Epistola Leonis ad Anastasium Tit. 1. 60.

De commissa vice Apostolicæ Sedis. Epistola Simplicii ad Zenonem Hispalensem ex integro 79.

De directis institutis, & vice commissa. Epistola Hormisdæ ad Joannem Illicitanæ Ecclesiæ Episcopum. Ex integro 81.

Vt contra hæreticos libentius, & majori intendat auctoritate, personam suam jubet induere. Epistola Hormisdæ ad Epiphanium, ex integro 95.

De commissa vice per Bæticam, & Lusitaniam. Epistola Hormisdæ ad Sallustium, ex integro.

TITVLVS LII.

De Clericis contra interdictum ordinatis, vel filios generantibus.

COntra interdictum ordinati, vel in honore positi filios generantes Clerici, honore, & ordine privabuntur. Concil. Ilerd. Tit. 12. a Cap. 42.

Vt quicumque contra vetita ordinati fuerint, cum ordinatoribus deponantur, de commemoratione Nicæni Concilii. Epistola Innocentii ad universos in Tholosana Tit. 4. a Cap. 27.

Vt ii, qui contra interdictum ordinaverint, excommunicentur. Concil. Arelaten. III. Tit. 3. a Cap. 23.

TITULUS LIII.

De Sacerdotibus, & Levitis sine examinatione promotis, & de sponte confessis.

DE Presbyteris, qui postquam promoti sunt, post examinati sua peccata confessi sunt. Concil. Nicæn. Tit. 9.

Si Presbyter confessus, convictus fuerit ante ordinationem peccasse. Conc. Neo-cæsar. Tit. 9. a Cap. 3.

Idem ipsum de Diaconibus. In quo supra Tit. 10.

Si Presbyter, aut Diaconus post ordinationem non convicti, confiteantur quod antea peccaverint. In excerptis Martini Tit. 25. a Cap. 63.

Diaconi si ante honorem peccasse probantur. Concilio Eliberritano Tit. 76. a Capite 38.

Si Sacerdos, vel Levita de se crimen confiteantur. Concil. Valentino Tit. 3. a Cap. 24.

Si Presbyter, aut Diaconus pro reatu aliquo ab Eucharistia se suspenderint. Concil. Aurelian. Tit. 8. a Cap. 22.

TITVLVS LIV.

De testimonio totius Ordinis Clericorum, ac de sponte professis.

DE castimonia Ministrorum, & Sacerdotum. Concil. Toletan. IV. Tit. 21. a Cap. 47.

Vt Episcopus in Conclavi suo idoneum testimonium habeat. Concil. Toletano IV. Tit. 22.

Vt Presbyter, vel Diaconus similiter vitæ suæ habeat testes. Concil. eodem Tit 23.

Vt castitas a Sacerdotibus, & Levitis custodiatur. Concil. Carthag. II. Tit. 2. a Cap. 14.

De adulteris. Concil. Ancyr. Tit. 22.

Si Presbyter uxorem duxerit, vel mœchaverit. Concilio Neo-cæsareensi Tit. 1. a Capite 3.

De Sacerdotibus, & Ministris, si mœchaverint. Concilio Eliberit. Tit. 18. a Cap. 38.

De iis, qui Altari serviunt, si subito flenda carnis fragilitate corruerint. Conc. Ilerd. Tit. 5. a Cap. 62.

De Sacerdotibus, & Ministris fornicantibus. In excerptis Martini Tit. 27.

Ne Clerici viduarum familiaritati socientur. Concil. Carthag. IV. Tit. 52. a Cap. 16.

Vt etiam ad propinas sanguinis sui Clerici cum testimonio vadant. Concil. Tarracon. Tit. 1. a Cap. 34.

De Clericis, & Ostiariis, qui adulteris mulieribus admiscentur, ut projiciantur. Concil. eodem Tit. 9.

De Clericis, eum quibus mulieres habitant. Concil. Hispal. I. Tit. 3. a Cap. 65.

TITVLVS XXV.

De abstinendis Clericis a propriis conjugibus.

DE Sacerdotibus, & Levitis, ut ab uxoribus se contineant. Concil. Carthag. V. Tit. 3. a Cap. 16.

De iis, qui post acceptum Diaconium incontinentes inveniuntur. Concil. Arausican. Tit. 23. a Cap. 27.

De Presbyteris, & Diaconibus, qui ad conjugalem thorum revertuntur. Conc. Agathen. Tit. 8. a Cap. 30.

De

De Sacerdotibus, & Miniftris, ut ab uxoribus fe abftineant. Concil. Elibert. Tit.33. a Cap. 38.

De Presbyteris, & Diaconibus, fi poft ordinationem filios genuerint. Conc. Tol. I. Tit. I. a Cap. 44.

Vt Epifcopis, Presbyteris, aut Diaconibus ex hæreti venientibus, uxoribus mifceri non liceat. Vel quod ii, qui femper Catholici fuerint, in cellulis cum mulieribus extraneis non morentur. Inventæ autem mulieres ab Epifcopis venundentur. Concilio Tolet. III. Tit. 5. a Cap. 45.

De Clericis Incontinentibus, & Indictione caftimoniæ. Epiftola Syricii ad Eumerium Tit. 6. 3.

Vt Sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus coire non debeant, fed omnino fint cafti. Epiftola Innocentii ad Victoricum Titulo 9. a Cap. 7.

De continentia Sacerdotum, & Levitarum. Epiftola Innocentii ad Eauperium Tit. I. a Cap. 8.

Vt ii, qui in Sacerdotio filios genuerint, ab officio removeantur. Epiftola Innocentii ad Maximum Tit. I. a Cap. 10.

De Sacerdotibus, & Miniftris, quod ceffare debeant ab opere conjugali, non tamen repudiare conjugia. Epiftola Leonis ad Rufticum Tit. 4. 68.

Quod Subdiaconibus, & deinceps majoris ordinis Clericis, carnale conjugium denegetur. Epiftola Leonis ad Anaftafium Titulo 4. 69.

Vt fi qui ex conjugibus ordinati funt, fine teftimonio communiter non habitent. Conc. Gerunden. Tit. 6. a Cap. 40.

Idipfum de eodem. Et ne Clericus ad domum extraneæ mulieris accedat. Conc. Agathen. Tit. 10. a Cap. 30.

TITVLVS LVI.

Ne mulieres commorentur cum Clericis.

DE feminis, quæ cum Clericis habitare poffunt. Epiftola Syricii ad Eumerium Tit. 12. a Cap. 3.

De fubintroductis, & adoptivis mulieribus. Et ut religiofæ feminæ nullius laici, vel alieni familiaritatem habeant. Conc. Brac. 3. Tit. 33. a Cap. 63.

Clerici, vel fanctimoniales feminæ cum extraneis viris, vel feminis, non habitent. Concil. Carthag. I. Tit. 3. a Cap. 13.

Cum Clericis extraneæ feminæ non cohabitent. Concil. Carthaginenf. III. Tit. 17. a Cap. 15.

De remotione mulierum a confortio Clericorum. Concil Tolet. IV. Tit. 42. a Cap. 47.

Nullus Clericus cujufcumque ordinis in cellario, aut in fecreto intromittat puellam. Conc. Arelat. II. Tit. 4. a Cap. 22.

Nullus Clericus in cellario, vel in fecreto quamcumque feminam intromittat. Concil. Agath. Tit. 11. a Cap. 30.

De familiaritate extranearum mulierum. Conc. Aurelian. Tit. 25. a Cap. 31.

Clerici extraneas feminas in domo non habeant. Conc. Eliber. Tit. 27. a Cap. 28.

Clerici, qui fine uxoribus ordinantur, extraneas mulieres in domo non habeant. Concil. Gerunden. Tit. 7. a Cap. 40.

Nullus Clericus a Subdiaconatu, & fupra, cum extranea habitet muliere. De difpofitione etiam operis ancillarum. Concil. Tolet. 2. Tit. 3. a Cap. 45.

Vt Clerici cum extraneis mulieribus non habitent. Concil. Ilerd. Tit. 15. a Cap. 42.

De venditione mulierum, quæ Clericis conjunctæ nofcuntur. Concil. Tolet. IV. Tit. 43. a Cap. 47.

TITVLVS LVII.

De non confummato concupifcentiæ malo.

DE concupifcentia non confummata. Concilio Neo-cæfareen. Titulo 4. a Cap. 6.

TITVLVS LVIII.

De Sacerdotibus, cunctifque Clericis defertoribus, & non transferendis in alienum locum.

VT ubi quis primum legerit, ibi permaneat Clericus. Conc. Carthag. 8. Tit. 15. a Cap. 20.

Ne quis qualibet neceffitate fuam relinquat Ecclefiam. Concil. Arelaten. 2. Tit. 13. a Cap. 22.

Ut nullus Clericus de Epifcopo fuo recedat, & ad alium fe transferat, neque ei communicet, excepto fi de hærefi ad Ecclefiam fe transferat. Concil. Toletan. I. Tit. 12. a Cap. 44.

Non debere Clericum ad aliam Ecclefiam migrantem ibi perfeverare. Concil. Antioch. Tit. 3. a Cap. 6.

Quod non liceat Clerico in duabus Ecclefiis miniftrare, fed aut primæ reftitui, aut fecundæ firmari. Conc. Chalced. Tit. 10. a Cap. 11.

Vt Clericus cujufcumque Ordinis alibi tranfiens excommunicetur. Conc. Arelat. I. Tit. 21. a Cap. 21.

De Clericis defertoribus. Conc. Bracar. 3. Tit. 33. a Cap. 43.

Item de Clericis defertoribus, ut Epifcopis fuis reftituantur. Conc. Hifpal. 2. Tit. 3. a Cap 46.

Si Epifcopus, Presbyter, aut Diaconus ab Ecclefia, vel a Civitate, in qua ordinati funt, abfceffcrint. Concil. Nicæn. Tit. 15.

De vagis, & inobedientibus Clericis, Miniftris, & Sacerdotibus. Concil. Valletano Tit. 5. a Cap. 43.

De Presbyteris, Diaconibus, vel Clericis, qui ad alias Civitates tranfeunt, ut non fufcipiantur alibi, fed omnino reverti cogantur. Concil. Nicæno Tit. 15.

Epifcopum de Provincia ad Provinciam non tranfire, nifi fuerit invitatus. Conc. Sardicen. Tit. 2. a Cap. 5.

De Sacerdotibus, qui Ecclefias fuas derelinquunt, & ad alienas Ecclefias migrant. Epiftola Confeffionis Damafi Tit. 3.

De Anatolio Epifcopo, qui Antiochenam, & Alexandrinam Ecclefiam ufurpare tentavit. Epiftola Leonis ad Marcianum Tit. I. a Cap. 57.

Item

Item de quo fupra . Epiftola ejufdem ad eundem Anatolium Tit. . . .

Non invitati Epifcopi ultra Diœcefes fuas non accedant . Concil. Conftantinopolitano , Tit. 3. 8.

De eo , qui per ambitionem de inferiori Civitate ad majorem tranfiens , vel agere Clericatum. Concil. Bracar. 3. Tit. 5. a Cap. 63.

Ut non liceat Epifcopum , vel quemlibet ex Clero ad aliam tranfire Civitatem . Conc. Chalcedon. Tit. 5. a Cap. 11.

Si quis Epifcopus, relicta fua Ecclefia , ad aliam fe tranftulerit . Decretum Gelafii Tit. 25. a Cap. 84.

Epifcopum de diœcefi ad diœcefim non debere tranfire , nec violentia impulfum , nec fuafione provocatum . Conc. Antioch. Tit. 21.

Epifcopum non debere in alienam irruere Civitatem. Concil. Antioch. Tit. 22. a Cap. 6.

Epifcopus de loco ignobili ad nobilem non tranfeat . Concilium Carthag. IV. Tit. 27. a Cap. 6.

De eo qui de inferiori Civitate ad majorem tranfire vult. Concil. Bracar. III. Tit. 5. 63.

De Sacerdotibus , qui de Ecclefiis fuis ad alias Ecclefias vel Civitates tranfeunt. Epiftola Damafi ad Paullinum Tit. 3. a.

Epifcopum non debere ad aliam Civitatem fe transferre. Conc. Sardicen. Tit. 1. a Cap. 5.

Ut nullus Epifcoporum , relicta propria Ecclefia , ad aliam tranfeat , ubi & natale fuum Romæ Epifcopi faciunt. Epiftola Hilarii ad Afcanium Tit. 2. a Cap. 77.

Vt Irenæus remotus a Barcinonenfi , ad propria revertatur . Epiftula ejufdem ad quem fupra Tit. 4.

De damnatione Irenæi fi ad fuam Ecclefiam non revertatur . Epiftola ejufdem ad quem fuera Tit. 5.

De remotione Irenæi. Et quod indebite ordinati Epifcopi , propter neceffitatem, vel indulgentiam, ftare poffint. Ac ne in una Ecclefia duo Epifcopi permittantur . Epift. Hilarii ad Afcanium ex integro .

Vt Epifcopi fuas diœcefes gubernent , nec ad alias accedant . Concil. Conftantinopolit. Tit. 2. a Cap. 8.

De non mutanda Parochia . In excerptis Martini Tit. 5.

Vt fi quis Epifcopus fuam deferens Civitatem , majorem Sedem ambitus petierit , nec illam obtinere poterit , & fua carere debebit. Epiftola Leonis ad Anaftaf Tit. 8. 69.

De Epifcopis in aliena provincia poffeffiones habentibus . Concil. Sardicen. Tit. 15. a Capite 5.

De Epifcopis, qui in poffeffione fua , vel in aliena diœcefi Bafilicam conftituunt. Concil. Araufic. Tit. 10. a Cap. 27.

Non licere fieri translationes Epifcoporum Concil. Carthag. III. Tit. 38.

Ut Epifcopus in aliena provincia non immoretur , licet fit eruditus . Concil. Sardic. Tit. 14. a Cap. 5.

Clerici vim paffi , fi ad aliam Civitatem acefferint , non vetentur ibi morari , quamdiu poturint . Concil. eodem Tit. 21.

Vt Clerici fine neceffitate in aliena Civitate nun immorentur . Concil. Carthag. III. Tit. 37.

Vt extranei Clerici apud Theffalonicam non tardent Con. Laodic. Tit. 20, a Cap. 5.

Non licere Epifcopis ad alienam tranfire provinciam , & ibi Clericos ordinare . Concil. Antiuch. Tit. 12. a Cap. 6.

De Epifcopis , qui in aliena provincia ordinationes facere præfumunt. Concil. Bracar. III. Tit. 7. a Cap. 63.

Si quis fufceperit Ecclefiæ propriæ defertorem , & ad aliquam provexerit dignitatem , fubjaceat fententiæ , quam Canones præfixerunt . Decretum Gelafii generale Tit. 26. a Cap. 84.

TITVLVS LIX.

De Sacerdotibus, & Clericis legitime transferendis .

DE Epifcopis , Clericis in alienam forte Ecclefiam legitime transferendis . Concil. Carthae. IV. Tit. 27. a Cap. 16.

Vt Epifcopus , qui plures habet Clericos, ei qui eget , pollulatus, ad ornandum tribuat. Concil. Carthag. III. Tit, 45. a Cap. 15.

TITVLVS LX.

Quod non liceat cuique alienum Clericum , five Monachum , laicum , vel civem , libertum , aut fervum , in fua Ecclefia ordinare , vel retinere .

VT Clericum alienum fine confenfu Epifcopi fui in alienam Ecclefiam non liceat ordinare . Concil. Nicænum Tit. 17. a Cap. 1.

Non licere Epifcopo alterius Clericum in fuam Ecclefiam ordinare . Concil. Sardicenfe Tit. 18. a Cap. 5.

Item de quo fupra Concil. eodem Tit. 19.

Non licere Epifcopis in aliam provinciam Clericos ordinare . Concil. Antioch. Tit. 13. a Cap. 6.

Item de quo fupra. Concil. eodem Tit. 22.

Item de quo fupra . Concil. Conftantinopolit . Tit. 3. a Cap. 8.

Vt Clericum alienum nullus fibi ufurpet . Concil. Carthag. III. Tit. 44. a Cap. 15.

Vt Epifcopus alienum Clericum non retineat, vel ordinet. Conc. Carthag. III. Tit. 21.

Vt Clericum alienum nullus ordinet ; nec fit Clericus , qui non fpoponderit locum ubi fit ordinatus . Concil. Valletanum Tit. 6. a Cap. 43.

Qui Clericum alienum fufceperit . Concil. Tolet. II. Tit. 2. a Cap. 45.

Vt nullus Epifcopus Clericum alterius ordinare præfumat . Concil. Bracr. I. Tit. 8. a Cap, 61.

De Clericis defertoribus . Concil. Hifpal. II. Tit. 4. a Cap. 66.

Quod minime Clericos in alienam Civitatem liceat transmigrare , nifi eos prius amiferint Civitates . Concil. Chalced. Tit. 20. a Cap. 11.

Vt nullus Epifcopus alterius Clericum ordinare ufurpet . Epiftola Innocentii ad Victoricum , Tit. 7. 7.

Vt alterius Clericum non promoveat alter , nec abjectum fufcipiat . Concil. Tarritan.

ritan. Titulo 6. a Capite 25.

Nullus alienum Clericum folicitare, vel retinere præfumat, nec aliquid etiam pulchrum auferre de fratribus Ecclesiæ. Epistola Leonis ad Anastasium, Tit. 9. a Cap. 49.

Vt qui Clericum alienum defendere nititur, a communione privetur. Concil. Arelaten. III. Tit. 4. a Cap. 23.

De iis, qui Clericum alienum ordinare præsumpserint. Concil. Araufic. Titulo 8. a Cap. 27.

Non ambiant fibimet Episcopi vindicare Clericos potestatis alienæ. Decretum Gelasii generale, Tit. 7. a Cap. 89.

De non recipiendis Clericis vagis. Et de infirmanda ordinatione ejus, qui fine consensu Episcopi sui ab alio Episcopo ordinatus est. Concil. Bracar. III. Tit. 33. a Cap. 63.

Vt Clericus, sive laicus in alterius Ecclesia non ordinetur. Concil. Carthag. I. Tit. 5. a Cap. 13.

De Clericis, vel Monachis ab alio Episcopo ordinatis. Concil. Carthag v. Tit. 14. a Cap. 17.

De iis, qui cives alienos ordinaverint. Concil. Araufic. Tit. 9. a Cap. 27.

Si Episcopus alterius Clericum fecerit, & Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit. Concil. Aurelian. Tit. 5. a Cap. 31.

Vt nullus Episcopus servum alterius ad officium Clericatus promoveat. Epist. Leonis ad universos Episcopos per Campaniam, Tit. I. a Cap. 66.

Vt nullus servum alienum absque consensu domini sui in Monasterio suscipiat. Concil. Chalced. Tit. 4. a Cap. 11.

Non debere servum occasione Religionis contemnere dominum suum. Concil. Gangr. Tit. 3. a Cap. 4.

De non docendis servis alienis contemnere dominum suum. Concil. Bracar. III. Tit. 47. a Cap. 63.

Servi fub obtentu Religionis non suscipiantur, aut vindicentur in Monasteriis, aut in Clero. Decretum Gelasii generale, Tit. 16. a Cap. 84.

Si Episcopus servum alienum Diaconum, aut Presbyterum fecerit, dupla satisfactione restituat servum. Concil. Aurelian. Tit. 5. a Cap. 31.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS

De institutionibus Monasteriorum, & Monachorum, atque ordinibus pœnitentium.

Index Libri Secundi.

TITVLVS I.

De Monasteriis Virorum, & ordinibus eorum.

De Monasteriis non convellendis. Conc. Hispal. II. Tit. II. a Cap. 67.

Cellulæ, vel Congregationes novæ absque Episcopi notitia non construantur. Concil. Agathen. Tit. 58. a Cap. 3.

Monasterium inconsulto Episcopo nullus ædificet.

Monachi si evagantur, reducantur, & si necesse erit, eum voluntate Abbatis, de Monacho Clericus fiat. Concil. Agathen. Tit. 27. a Cap. 30.

Vt Episcopo liceat unam de Parochianis Ecclesiis Monasterium facere, & conferre quod voluerit de rebus Ecclesiæ. Conc. Tolet. IV. Tit. 4. a Cap. 46.

Si Episcopus Monasterium faciat, vel Parochianam Ecclesiam ditet, quantam partem de rebus Ecclesiæ conferat. Conc. Tolet. 12. Tit. 5. a Cap. 52.

Monachus fine permissione Episcopi, vel Abbatis cellulam sibi non construat. Concil. Aurelian. Tit. 18. a Cap. 31.

De potestate Episcopi in Monasteriis habenda; & ulterius non fieri sæcularia habitacula, quæ fuerint Monasteria consecrata. Concil. Chalced. Tit. 24. a Cap. 11.

De discretione potestatis Episcoporum, quam in Monasteriis habere possunt. Concil. Tolet. IV. Tit. 51. a Cap. 47.

Abbates in potestate Episcopi sint. De Monachis etiam vagis; & non suscipiendum

alienum Monachum, Concil. Arelat. Tit. 15. a Cap. 21.

De Clericis, Monachis, vel laicis, qui sunt in toycis Monasteriis, atque Martyriis, in potestate sint uniuscujusque Episcopi Civitatis. Concil. Chalced. Tit. 8. a Cap. 11.

Vnus Abbas duobus Cœnobiis non præferatur. Concil. Agath. Tit. 62. a Cap. 30.

De honore Monachi, & pœnitente; & ut nullus eorum attentet Ecclesiastica, aut sæcularia inquietare negotia, neque Monasteria, vel Oratoria sibi constituere licere. Concil. Chalcedon. Tit. 4 a Cap. 11.

De Monachis vagis, & a Monasterio egressis. Concil. Tolet. IV. Tit. 52. a Cap 47.

Clerici, & Monachi, sine Episcopi Epistola non profecturi. De Abbatis quoque, & Monachorum cellulis, ac de Monachis ægris, & senibus. Concil. Agathen. Tit. 38. a Capite 40.

De Clericis, & Monachis non manentibus in suo proposito. Concil. Chalcedon. Tit. 7. a Cap 11.

De Monachis, & Puellis Deo dicatis, quod non liceat eis nuptiis jungi. Concil. eodem Tit. 16.

Monachi orarium, vel aancas in usu non habeant. Concil. Aurelianen. Tit. 16. a Capite 31.

Si Monachus uxorem duxerit. Concil. eodem, Tit. 17.

De Monachis, ut Clerici ordinentur cum voluntate Abbatis; & quæ Monasterio offeruntur, non auferantur; & de Basilicis, quas laici fecerint. Concil. Ilerdens. Titulo 3. a Cap. 42.

De Monachorum promotione ad Clerum. Epistola Syricii ad Eumerium Tarraconensem, Tit. 13. 3.

Vt Monachus missus alicubi, ministerium Clericatus agere non præsumat, nec negotiator, nec exsecutor existat. Conc. Tarrac. Tit. 10. a Cap. 39.

De professione Monachorum, & professione parentum eorum. Concil. Tolet. IV. Tit. 49. a Cap. 47.

TITULUS II.

De Monasteriis feminarum.

Monasterium Puellarum procul a Monachis constituendum. Concil. Agath. Tit. 28. a Cap. 30.

Vt Monasteria Virginum a Monachis tueantur. Concil. Hispalen. II. Tit. 12.

TITVLVS III.

De custodia sacrarum Virginum.

Qualiter sacræ Virgines Episcopi, vel Presbyteri custodia tueantur. Conc. Carthag. III. Tit. 33. a Cap. 15.

Vir Religiosis feminis præponendus ab Episcopo probetur. Concil. Carthag. IV. Tit. 97. a Cap. 16.

Quod ad reatum Sacerdotis pertineat, si Viduæ, vel Sanctimoniales, Clericorum, qui iis præsunt, familiaritatibus socientur. Concilio eodem Titul. 52.

TITVLVS IV.

De oratione sacrarum Virginum.

Qualiter Virgo Sanctimonialis ordinetur. Carthag. 4. Tit. 11. a Cap. 16.

De Virginibus ante viginti quinque annos non ordinandis. Con. Carth. 3. Tit. 4. a C. 15.

Nihil oberit Virginibus, quæ necessitate cogente, ante viginti quinque annos velata fuerit. Conc. Carthag. 8. Tit. 26. a Cap. 20.

Virgines Sanctimoniales ante ætatis annum quadragesimum non velentur. Concil. Agathen. Tit. 19. a Cap. 30.

Ante quadraginta annos ætatis Sanctimoniales Virgines non velentur. Concil. Cæsaraugust. Tit. 8. a Cap. 41.

De Diaconissis non ordinandis. Concilio Arausic. Tit. 26. a Cap. 27.

De Diaconissis lapsis, ut non ante annum quadragesimum ordinentur. Concil. Chalced. Tit. 15. a Cap. 11.

TITVLVS V.

De tempore velandarum Virginum.

De Virginibus sacris, quibus temporibus velentur; ob necessitatem tamen omni tempore, sicut de Baptismate dictum est; ne sine hoc munere transeant, quod implorasse dicuntur. Decret. Gelasii generale Tit. 14. a. Cap. 84.

TITVLVS VI.

De sacris Virginibus velatis, ac postea corruptis, & de corruptoribus earum.

De sacris Virginibus velatis, si publice, vel occulte lapsæ fuerint. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. 11. a Cap. 7.

De puellis, quæ jam consecratæ sunt, si postea nupserint; & propositi, & consecrationis duplex crimen admittunt. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 14. 68.

TITVLVS VII.

De Virginibus non velatis, & corruptis, ac de corruptoribus earum.

De Virginibus sacris non velatis, si lapsæ fuerint. Epistola Innocentii ad Victoricum Tit. 13. 7.

Quod puellæ, quæ non coactæ, sed voluntate propria virginitatis propositum susceperunt, delinquunt eum nupserint, etsi nondum fuerint consecratæ. Epistola Leonis ad Rusticum Narbonen. Tit. 13. a Cap. 68.

Si devota maritaverit, vel mœchaverit, pœnitentiæ deputabitur. Concil. Valentino Tit. 2. a Cap. 24.

De Virginibus Deo sacratis, si adulteraverint. Concil. Eliberit. Tit. 13. a Cap. 38.

Devota si adulteraverit, decem annis pœniteat; si maritum duxerit, non permittenda ad pœnitentiam, nisi maritus decesserit. Concil. Tolet. 1. Tit. 16. a Cap. 44.

Si devota peccaverit, vel maritaverit. Concil. Bracar. 3. Tit. 31. a Cap. 63.

De

De Virginibus facris, quæ vim barbaricam pertulerunt; quod non habeant corruptam mentem propter corruptelam corporis violentam; quodque laudabiliores funt, fi fe incontaminatis non compareat. Epiftola Leonis ad Epifcopos Africanos Tit. 4. a Cap. 71.

Vt raptores Viduarum, aut Virginum, vel qui facris Virginibus vi, vel fponte nupferint, communione priventur. Epiftola Symmachi ad Cæfarium Tit. 3. a Cap. 87.

Quod ii, qui facris Virginibus fociantur, & fœdera incerta commifcent, communicare non poffint, nifi publicam pœnitentiam gefferint. His autem de fæculo tranfeuntibus viaticum non negari. Decretum Gelafii generale Tit. 22. 84.

TITVLVS VIII.

De difcretione Viduarum, ac Virginum.

DE difcretione fæcularium, & Sanctimonialium Viduarum, ac Virginum Concil. Tolet. 4. Tit. 56. a Cap. 47.

De profeffione, & vefte Religiofarum Viduarum. Concil. Tolet. 10. Tit. 4 a Cap. 53.

TITVLVS IX.

De comprobatione Sanctimonialium, Viduarum, ac Virginum.

VIduæ, quæ in propofitum Religiofum diuturna obfervatione permanferint, & Virgines, quæ plurimis annis in Monafteriis fuerint, omnino nubere prohibentur. Epiftola Symmachi ad Cæfarium Tit. 4 87.

De feminis, quæ viduitatem profeffæ funt coram Epifcopo. Concil. Araufic. Tit. 27. a Cap. 27.

De remotis excufationibus Viduarum tranfgreffionem fequentium. Concil. Tolet. 10, Tit. 10. a Cap. 53.

TITVLVS X.

De prohibitione minifterii feminarum.

DE feminis, ut facris Altaribus non miniftrent, vel aliquid ex eis, quæ Virorum funt officiis deputata, præfumant. Decretum Gelafii generale Tit. 28. a Cap. 84.

Vt nulla profeffa, vel Vidua abfente Sacerdote in domo fua Sacerdotale officium, vel Lucernarium impleat. Concil. Tolet. 1. Tit. 9. a Cap. 44.

Non debere mulieres ad Altare ingredi. Concil. Laodic. Tit. 44. a Cap. 63.

Qualiter Viduæ, vel Sanctimoniales ad Baptifmi minifterium ordinentur. Concil. Carthag. 4. Tit. 12. a Cap. 16.

Vt mulieres publice docere non præfumant. Concil. Carthag. 4. Tit. 12. a Cap. 16.

Vt mulier baptizare non audeat. Concil. eodem Tit. 1. Cap. . . .

TITVLVS XI.

De non velandis Viduis.

VIduæ non velentur, quia id nec auctoritas Divina, nec Canonum Inftituit forma. Decretum Gelafii generale Tit. 15. a Cap. 84.

Quod Viduæ, ut fupra dictum eft, non velentur; & fi profeffam continentiam propofito mutato calcaverint, ipfæ pro fe Deo rationem reddant. Decretum Gelafii generale Tit. 23.

TITVLVS XII.

De caftimonia, & regulis Viduarum.

CVm Viduis, vel Viduabus extraneæ perfonæ ne commorentur. Conc. Carthag. 1. Tit. 4. a Cap. 13.

De Viduis adolefcentulis, & infirmis victu Ecclefiæ fuftentandis. Concil. Carthag. 4. Tit. 101. a Cap. 16.

Vt Viduæ, quæ impendiis Ecclefiæ fuftentantur, Ecclefiam meritis, & orationibus juvent. In quo fupra Tit. 103.

De Viduis fenioribus, quæ tamquam ordinatæ non fufcipiantur. Conc. Laodic. Tit. 11. a Cap. 7.

TITVLVS XIII.

De caftimonia Monachorum, ac Virginum, & damnatione prævaricatorum.

DE Monachis, vel puellis Deo dicatis, quod non liceat eis nuptiis jungi. Conc. Chalcedon. Tit. 16. a Cap. 11.

Clerici, vel Sanctimoniales feminæ cum extraneis viris, vel feminis non habitent. Concil. Carthag. 1. Tit. 3. a Cap. 14

Clerici, vel continentes ad Virgines, & Viduas foli nunquam accedant. Conc. Carthag. 3. Tit. 25. a Cap. 15.

Vt Religiofa puella virorum familiaritatem non habeat. Conc. Tolet. 1. Tit. 6. a Cap. 44.

De Monachis, & Virginibus caftitatis propofitum non fervantibus. Epiftola Syricii ad Eumerium Tit. 6. 3.

Quod fi qui propofitum Monachi deferuerint, publica fint pœnitentiæ fatisfactione purgandi. Epiftola Leonis ad Rufticum Tit. 12. 68.

De viris, ac feminis facris, propofitum tranfgredientibus facrum. Concil. Tolet. vt. a Cap. 49.

TITVLVS XIV.

De Viduis mœchis.

DE Viduis mœchis, fi eundem poftea habeant. Concil. Eliberitan. Tit. 72. a Capite 38.

TITVLVS XV.

De appetendo pœnitentiæ bono.

QVod non oportet Chriftianum de die in diem differre converti, ne anguftias temporis incurrat extremi. Epiftola Leonis ad Theodorum Foro julienfem Tit. 4. 72.

TITVLVS XVI.

Quid poffit pœnitentia.

QVod omni tempore neceffitatis, & periculi pœnitentia, & reconciliatio fine mo-

mora sit conferenda. Epistola Leonis ad Theodorum Foro Juliensem Tit. 3.

Quod Christianum non conveniat in spatio vitæ spem indulgentiarum habere. In quo supra Tit. 4.

TITVLVS XVII.

De dilatione pœnitentiæ, & communionis.

DE iis, qui pœnitentiam agere differunt propter metum gravius delinquendi. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 7. a Cap. 68.

De iis, qui quocumque obstaculo impediti, accipere pœnitentiam non recurrunt; quod eis hoc remedium pœnitentiæ post mortem dari non poterit; quodque eorum merita Dei sint judicio relinquenda. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-Juliensem Tit. 2. & in Epistola Innocentii ad Exuperium Tit. 2. 72. & 8.

De iis, qui usque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in exitu communicationem petunt. In excerptis Martini Tit. 72.

TITVLVS XVIII.

De dando pœnitentia, & temporibus pœnitendi.

IN infirmitate conversi manus impositionem accipient. Concil. Arelaten. 1. Tit. 6. a Cap. 21.

De iis, qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt, qualiter ab Ecclesia recipiantur. Concil. Carthag. VIII. Tit. 23. a Cap. 22.

Juxta peccati differentiam pœnitentiæ tempora decernantur. Conc. eodem III. Tit. 31.

Vt Sacerdos pœnitenti absque personæ acceptione pœnitentiæ Leges jungat. Concil. Charthag. IV. Tit. 74. a Cap. 16.

De petentibus pœnitentiam, si postea obmutescant, vel in phrenesin vertantur. Concil. eod. Tit. 76.

Pœnitentiam desiderantibus Clericis non negandam. Conc. Arausic. Tit. 4. a Cap. 27.

De iis, qui subito obmutescunt, ut Baptismum, & pœnitentiam accipiant. Conc. Arausic. Tit. 12. a Cap. 27.

De iis, qui mente desipiunt, ut eis quæ pietatis sunt, conferantur. Concil. eod. Tit. 13.

Quod qui pœnitentiam petit, si obmutuerit, aut judiciis, aut testimoniis certis comprobatus, quod quæsivit, accipiat. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-Juliensem Tit. 5. 72.

Qualiter majores pœnitentiam accipiant, quæ minoribus non facile committenda est; & quod viaticum in morte posito nulli sit denegandum. Conc. Agathen. Tit. 15. a Cap. 30.

Vt pœnitentia conjugatis ex consensu detur. Concil. Arelaten. II. Tit. 22.

Qualiter pœnitentia detur cum detonsione capitis, & mutatione vestis. Concil. Tolet. III. Tit. 12. a Cap. 46.

De iis, qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt, ut si digne pœnituerint, communio tribuatur. Conc. Laodic. Tit. 2. a Cap. 7.

Quod nulli sit ultima pœnitentia deneganda. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 2. a Cap. 34.

De pœnitentia Fidelium, ut quum ad eam pervenerint, cessio eorum non publicetur. Epistola Leonis ad Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum Tit. 2. 67.

Quod ægritudine aggravatis, vel obmutescentibus, pœnitentia per testimonium audientium detur. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-Juliensem Tit. 1. 72.

Quod in generalibus caussis nihil sine Metropolitano oportet inquiri. Et ut iis, qui in exitu sunt, pœnitentia, & communio non negetur. Nam nonnisi per supplicationes Sacerdotum valent Dei indulgentiam obtinere. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-Juliensem Tit. 1.

TITVLVS XIX.

De pœnitentium Legibus.

VT negligentes pœnitentes tardius recipiantur. Concil. Carthag. IV. Tit. 25. a Cap. 16.

Vt pœnitentes infirmi Viaticum accipiant, Concil. eod. Tit. 77.

Vt pœnitentes, viatico accepto, si supervixerint, sine manus impositione non se credant absolutos. Concil. eodem Tit. 78.

Vt pœnitentium caussa, defunctorum, & oblatio, & memoria commendetur. In quo sub. Tit. 29. Omni tempore jejunii a Sacerdote manus pœnitentibus imponenda. In quo supra Tit. 80.

Mortuos Ecclesiæ pœnitentes efferant, & sepeliant. In quo supra Tit. 82.

Quod pœnitentes secundum modum Canonum antiquorum agere pœnitentiam debeant. Concil. Tol. III. Tit.

Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam multis licitis abstinere. Et quod pœnitentes si caussas suas perfectionis amore non relinquunt, Ecclesiastico eas judicio agant. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 8. 68.

Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat. In quo supra Tit. 9.

Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam omnino redire non liceat. In quo supra Tit. 10.

TITVLVS XX.

De temporibus remissionis pœnitentium.

DE pœnitentium remissionis tempore. Epistola Innocentii ad decretum Tit. 7. 6.

TITVLVS XXI.

De non recipiendis alienis pœnitentibus.

DE pœnitentibus, ut ab aliis Episcopis vel Presbyteris non suscipiantur, nec alibi communicent, nisi in sua Ecclesia. Quod si qui eos susceperint; culpam tangunt. Epistola Felicis ab Episcopos per Siciliam Tit. 6. 81.

TITULVS XXII.

De iis, qui in pœnitentia positi moriunt.

DE iis, qui in pœnitentia positi vita excesserunt, ut & communicent, & oblatio eorum recipiatur. Concil. Arelaten. II. Tit. 12. a Cap. 22.

De

De pœnitentibus subito mortuis, ut oblationes eorum recipiantur. Concil. Vasensi 1. Tit. 2. a Cap. 28.

De non reconciliatis pœnitentibus, qui de corpore exeunt, ut Viaticum accipiant; & si supervixerint, inter pœnitentes sint. Concilio Arausic. Tit. 3. a Cap. 27.

TITVLVS XXIII.

De damnatione transgressorum pœnitentium & profitentium castitatem.

DE Apostatis qui tardius revertuntur, nisi per dignam pœnitentiam recipiantur. Concil. Arelaten. 1. Tit. 22. a Cap. 21.

De iis, qui post sanctam Religionis professionem apostatant, & ad sæculum redeunt; & qui post pœnitentiam habitum sæcularem resumunt. Conc. Arel. 11. Tit. 25. a Cap. 22.

Si post acceptam pœnitentiam quis nupserit, vel qualibet familiaritate cum extraneo vixerit. Concil. eod. Tit. 21.

De iis, qui pœnitentiam violaverint. Concil. Aurel. 2. Tit. 6. a Cap. 31.

De pœnitentibus mœchis, si postquam pœnituerint, rursum fornicati fuerint. Concil. Eliberit. Tit. 7. a Cap. 38.

De viduis, quæ professam continentiam prævaricaverint. Conc. Carthag. IV. Tit. 104. a Cap. 16.

De feminis, quæ viduitatem professæ sunt eoram Episcopo; si prævaricaverint, cum raptoribus damnentur. Conc. Arausic Tit. 27. a Cap. 27.

De iis, quæ professæ sunt castitatem, si prævaricaverint. Concil. eod. Tit. 28.

De pœnitentibus viris, ac feminis, sive Viduis, Virginibusque sacris, qui divertentes, laici fiunt, aut vestem mutant, vel conjugiis copulantur. Tolet. IV. Tit. 55. a Cap. 47.

De iis, qui Viduæ, sue pœnitenti, vel Religiosæ Virgini stuprum intulerint. Concil. Ilerdensi Tit. 6. a Cap. 42.

De iis, qui acceptam pœnitentiam servaverunt, quid damnationis, vel quid subventionis, habebunt. Epistula Syricii ad Eumerium Tit. 5. 3.

Quod adolescens, si urgente, aut metu mortis, aut captivitatis periculo, pœnitentiam gesserit, & non se continet, uxoris potest remedio sustineri. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 11. a Cap. 68.

De pœnitentibus transgressoribus. Conc. Tolet. VI. Tit. 7. a Cap. 49.

Quid quibusdam pœnitentibus pristina reddantur conjugia. Concil. Tolet. VI. Tit. 8.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIUS

De institutionibus judiciorum, & gubernaculis rerum.

INDEX TITULORUM.

TITULUS I.

De retinendo suscepto regimine, & sollicite peragendo.

QUod non sint quacumque ex caussa relinquenda regiminis jura suscepta. Præfatio

tio Epiſtolæ Leonis ad Ruſticum Narbonenſem 68.

Quod jura regiminis ſolicita ſint agenda. Præfatio Epiſtolæ Leonis ad Epiſcopos per Siciliam 65.

TITULUS II.

De formatis.

QUomodo fiat formata. Epiſtola Attici Conſtantinopolitani Epiſcopi, quæ eſt in hac Græcorum Conciliorum, ex integro.

Qualiter fiat formata. Et ut ſine formata nullus Clericus quocumque proficiſcatur. Concil. Carthag. VIII. Tit. 20. a Cap. 20

TITULUS III.

De modo profectionis miniſtrorum.

NOn oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicum, ſine formatis literis aliquo proficiſci. Conc. Laodic. Tit. 40. a Cap. 7.

Non oportet altaris miniſtrum, vel quemlibet Clericum, præter juſſionem Epiſcopi ſui ad peregrina proficiſci. Concil. eodem Tit. 41.

Nullum peregrinum abſque Epiſtolio, ideſt formata, ſuſcipi. Concil. Antioch. Tit. 7. a Capite 6.

Quod non oporteat egenis Epiſtolia tribui; honeſtiores autem commendatitiis literis approbari. Conc. Chalcedon. Tit. 11. a Cap. 11.

Ut qui confeſſorum literas portant, alias communicatorias recipiant. Concil. Arelat. 1. Tit 9. a Cap. 21.

De Epiſtolis communicatoriis Confeſſorum. Concil. Eliberitano Tit. 25. a Cap. 38.

De iis, qui communicatorias literas portant, ut de Fide interrogentur. Concil. eod. Tit. 58.

De Clericis, qui ſine Epiſtolis ſui Pontificis proficiſcuntur. Concil. Agathen. Tit. 52. & in eodem Tit. 38. a Cap. 30.

Ut Clerici, vel laici in alienam Eccleſiam non communicent ſine literis Epiſcopi ſui. Concil. Carthag. 1. Tit. 7. a Cap. 13.

De Præſidibus, vel cæteris Rempublicam agere volentibus, ne ſine literis Epiſcopi ſui communicent; & quum contra diſciplinam egerint, excommunicentur. Concilio Arelatenſi 1. Tit. 7. a Cap. 21.

Quod non oporteat extraneos Clericos ſine commendatitiis literis miniſtrare. Conc. Chalced. Tit. 13. a Cap. 11.

TITULUS IV.

De modo profectionis Sacerdotum.

UT Epiſcopus ſine formata Metropolitani longius non proficiſcatur. Concil. Carthag. III. Tit. 28. a Cap. 15.

Quod Epiſcopus abſque vocatione Principis, & abſque juſtis cauſſis ad comitatum vadens, communione, & dignitate privetur. Concil. Sardicen. Tit. 11. a Cap. 5.

De commotione Epiſcoporum, ne paſſim ad comitatum ire præſumant. Concil. Sardic. Tit. 12. a Cap. 5.

De Epiſcopis, vel omnibus omnino, qui ſunt ſub Eccleſiaſtica regula conſtituti, ut nulli abſque conſilio, & literis Metropolitani, omniumque, qui in eadem Provincia ſunt Epiſcopi, ad Principem eant. Concil. Antioch. Tit. 11. a Cap. 6.

Ut Epiſcopi paſſim ad comitatum non pergant, niſi a Principe evocati. Et quomodo pro oppreſſis, aut viduabus, vel pupillis, atque damnatis, apud Poteſtates Epiſcopi remedium impatrent. Concil. Sardicen. Tit. 8. a Cap. 5.

Quomodo Epiſcopi, aut per ſe, aut per Miniſtros ſuos, cauſſas ſibi competentes juſte agere poſſint quum velint. Conc eod. Tit. 9.

Quod niſi pro juſtis cauſſis, aut pupillorum, vel viduarum, ſive laborantium remediis, Epiſcopus non eat. Conc. eod. Tit. 10.

De convicinis Epiſcopis in Urbe Regia commorandis. Concil. Toletan. 7. Tit. 6. a Cap. 50.

TITULUS V.

De conſpirationis crimine.

DE conjuratoribus, & conſpirationibus, quod crimen Græci *phratrias* dicunt. Concil. Chalcedon. Tit. 18. a Cap. 11.

TITULUS VI.

De delatoribus.

DE delatoribus. Concil. Eliberit. Tit. 73. a Cap. 38.

TITULUS VII.

De accuſatorum quærenda converſatione.

QUærendam in judicio converſationem accuſatoris, & accuſati. Concil. Carthag. 4. Tit. 96. a Cap. 16.

TITULUS VIII.

De accuſatorum reprobatione.

QUI non bonæ converſationis ſunt, aut criminibus implicati ſunt, Clericos non accuſent. Concil. Carthag. 2. Tit. 6. a Cap. 14.

De perſonis, quæ Clericos accuſare non poſſunt. Concil. Carthag. 7. Tit. 2. a Cap. 19.

De excommunicatis, ut donec in eadem ſententia ſunt, non accuſent. Conc. eod. Tit. 1

Ut accuſatores, qui primum crimen objectum non comprobaverint, ad cætera accuſanda non admittantur. Concil. Carthag. 7. Tit. 3. a Cap. 19.

De iis, qui Sacerdotes accuſant, nec probant. Concil. Eliberit. Tit. 75. a Cap. 38.

Ut qui Clericum accuſaverit, & id non probaverit, excommunicetur. Concil. Bracar. 2. Tit. 8. a Cap. 6a.

Clerici accuſatores Fratrum ad communionem non recipiantur. Concil. Carthag. 4. Tit. 55. a Cap. 16.

Ut falſi accuſatores Fratrum, uſque ad exitum excommunicentur. Concil. Arelaten. 1. Tit. 14. a Cap. 21.

De

De accusatoribus Fratrum. Concil. Arelaten. 2. Tit. 28. a Cap. 22.

De laicis, qui in Clericos crimen intendunt. Concil. Tolet. .... Tit. 3. a Cap. ...

Vt accusatores de levibus caussis non audiantur; de criminalibus vero discutiantur. In quo Episcopus accusatoris vice se discutiendum sciat. Conc. Vasensi Tit. 7. a Cap. 28

Vt Episcopus si cuicumque crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodo. Concil. Carthag. 4. Tit. 29 a Cap. 16.

Soli Episcopo accusanti non esse credendum. Quod si quem solus accusaverit, & negantem excommunicaverit, nec ipse communicet. Concil. Carthag. 7. Tit. 5. a Cap. 19.

TITVLVS IX.

De accusatorum acceptione.

DE Episcoporum, & Clericorum accusatoribus, quales debeant in accusationibus suscipi. Chalced. Tit. 21. a Cap. 11.

Ne sine accusatore legitime quisquam condemnetur. Concil. Tolet. 6. Tit. 11.

TITULUS X.

De examinatione testium.

EJus, qui frequenter litigat, & ad accusandum facilis est, testimonium nemo absque gravi examinatione recipiat. Conc. Carthag. 4. Tit. 58. a Cap. 16.

TITVLVS XI.

De non compellendis ad testimonium.

DE Clericis, nullius Ecclesiastici ad testimonium dicendum persona pulsetur. Concil. Carthag. 5. Tit. 1. a Cap. 17.

TITVLVS XII.

De reprobatione testium.

DE personis, quæ adversus Clericos testificari non possunt. Concil. Carthag. 7. Tit. 4. a Cap. 19.

De falsis testibus. Concil. Eliber. Tit. 74. a Cap. 38.

De Judæis conversis, & post prævaricantibus, ut ad testimonium non admittantur. Concil. Tolet. 4. Tit. 64. a Cap. 47.

De eo, quem solo suo testimonio præsumpserit Episcopus excommunicare. Concil. Carthag. 3. Tit. 5. a Cap. 9.

TITULUS XIII.

De contemptu judicii.

DE accusatis judicio adesse nolentibus. Epistola Bonifacii ad Episcopos Galliæ, ex integro 32.

TITULUS XIV.

De exordiis judicii.

UT nullus Episcopus pro judicio munera accipiat. Concil. Tarracon. Tit. 10. a Cap. 39.

Vt Episcopus caussas Cleris præsentibus audiat. Conc. Carthag. 4. Tit. 23. a Cap. 16.

Nullus Episcopus, vel infra positus, die Dominico caussas audire præsumat. Concil. Tarraconen. Tit. 14. a Cap. 39.

De discretione caussarum, in quibus Sacerdotes judices esse possunt. Concil. Tolet. 4. Tit. 30. a Cap. 47.

TITVLVS XV.

De implorandis judiciis.

DE Clericis, si a Principe sæculari, aut Episcopale judicium postulent. Concil. Carthag. VIII. Tit. 19. a Cap. 20.

Si Clericus injustam districtionem Episcopi circa se putat, recurrat ad Synodum. Concil. Carthag. XIII. Tit. 66. a Cap. 16.

Licere Clericis, si injuste fuerint excommunicati, vicinos adire Episcopos. Concil. Sardicen. Tit. 17. a Cap. 5.

De Clericis, qui de judiciis Episcoporum suorum conqueruntur. Concil. Carthag. VIII. Tit. 22.

Qui sententiæ Episcopi sui non acquiescit, reccurrat ad Synodum. Concil. Vasen. Tit. 5. a Cap. 29.

TITULUS XVI.

De non relinquendis Ecclesiasticis judiciis.

NE Catholici apud infideles caussas proponant. Concil. Carthag. VIII. Tit. 87. a Cap. 20.

Quod non uporteat Clericos, prætermisso Episcopo, ad sæcularia judicia commeare. Et si Clericus adversus Episcopum alienum caussam habeat, apud audientiam Synodi ejus provinciæ conqueratur. Nam si contra ipsius provinciæ Episcopum, aut contra Metropolitanum habuerit Episcopus, vel Clericus, ad diœcesis Episcopos pergat. Concil. Chalced. Tit 9. a Capite 11.

Vt Clerici omnino publica judicia non appellent; quod si fecerint, aut caussam perdant, aut dignitate priventur. Concil. Carthag. III. Tit. 9. a Cap. 9.

Vt Clericus inconsulto Episcopo ad judicem sæcularem non pergat. Concil. Agathen. Tit. 32. a Cap. 30.

Quod non liceat duos Clericos in forum caussare publicum. Concil. Tolet. III. Tit. 13. Cap. 47.

TITVLVS XVII.

De electione judicum.

VT si ex consensu partium judices electi fuerint a numero qui constitutus est, non licet esse judices pauciores. Concil. Carthag. III. Tit. 10. a Cap. 15.

TITULUS XVIII.

De numero judicum.

DE numero judicum, & Clericis contumacibus, quanti possint judicare Episco-

fcopum , Presbyterum , vel Diaconum . Concil. Carthag. I. Tit. II. a Cap. 13.

Quanti debeant judicare Epifcopum, Presbyterum , vel Diaconum . Concil. Carthag. II. Tit. 10. a Cap. 14.

De Epifcopis , & accufatoribus , ubi , vel infra quod tempus examinentur ; & de fpatio purgationis , & communionis eorum . Concil. Carthag. III. Tit. 7. a Cap. 15

De Presbyteris, & Diaconibus, quanti Epifcopi eos difcutiant; & ut idem ordo cum accufatoribus , in eorum cauffis , & difcuffionibus confervetur. Qui in Epifcoporum negotiis confervari jubetur, aliorum Clericorum cauffas folus loci Epifcopus agnofcat , & finiat . Concil. Carthag. III. Tit. 8.

Ut Gallicani Epifcopi in Galliis non difcutiantur . Concil. Vafenfi Tit. I. a Cap. 28.

De Presbyteris,vel Diaconibus ab uno Epifcopo non deponendis. Concil. Hifpalen. II. Tit. 6.

TITULUS XIX.

De dubiis judiciis .

DE Epicopis, vel Clericis a Synodo , vel a proprio Epifcopo damnatis ; quod fi quefti fuerint , ad majorem Epifcoporum Synodum fe convertant , & Principis auribus nullam moleftiam ingerant. Concil. Antioch. Tit. 12. a Cap. 6.

De Epifcopis accufatis , ut fi una pars eum innocentem , & altera judicaverit reum , alter Metropolitanus cum aliquantis Epifcopis veniat , ut contentionem diffolvat . Concil. Antioch. Tit. 14.

TITULUS XX.

De diverfis judiciis .

VT fi quis ab aliis judicibus Ecclefiafticis, ad alios tranfeat, non obfit prioribus, fi diverfam fententiam proferant . Quærendum tamen,fi nulla fint caufa injuftitiæ depravati. Concil. Carthag. III. Tit. 10. a Cap. 15.

TITULUS XXI.

De injuftis judiciis .

IRritam effe fententiam Epifcopi, nifi Clericorum fuocum fententia confirmetur . Concil. Carthag. IV. Tit. 23. a Cap. 16.

Irritam effe injuftam Epifcoporum damnationem , & iccirco a Synodo retractandam . Concil. eod. Tit. 28.

Irritam effe , abfente eo , cujus cauffa agitur , fententiam prolatam . Nam qui fecerint, in Synodo cauffam dabunt . Concil. eod. Tit. 30.

TITULUS XXII.

De incertis judiciis .

DE Epifcopis , qui erceperint fententiam a totius pcovinciæ Epifcopis , ut eorum judicium revolvi non poffit. Concil. Antioch. Tit. 15. a Cap. 6.

Non licere Epifcopo , vel cuicumque Clerico , fi exhaufto raris fuerit miniftrare , donec reparari poffit . Concil. Antioch. Tit. 5.

De Clericis pro ccimine fuo damnatis , ut a quolibet non defenfentur. Concil. Carthag. V. Tit. 2. a Cap. 17.

De Clericis excommunicatis , quamdiu eis allerere liceat . Cuncil. eod. Tit. 12.

TITVLVS XXIII.

De convellendis , & confirmandis judiciis .

DE Epifcopo adjudicato . Ut fi voluerit Epifcopus Romanus , aut renovet, aut confirmet judicium . Concil Sardic. Tit. 4. a Cap. 5.

Ut fi Epifcopus a Synodo fuerit depofitus , in Cathedram ejus nuullus per omnia ordinetur , nifi ejus cauffam Epifcopus Romanus determinaverit . Concil. eod. Tit. 5.

De cauffis Clericorum, tam fuperioris ordinis, quam inferioris, quæ in provincia minime finiuntur , ut ab Apoftolica Sede determinentur. Epift. Innocentii ad Victoricum Tit. 3. 7.

Quod furreptum fuerit Apoftolicæ Sedi , & fuam in melius fententiam commutaverit , quando damnationem * phoniti refcindat. Epift. Innocentii ad Ruffum Tit. 7. a Cap. 26

Item de Epifcopo adjudicato, ut per quos voluerit Epifcopus Rumanus , renovet judicium . Concil Sardicen. Tit. 4 a Cap. 6.

De ordine , quo depofiti iterum ordinentuc . Concil. Tolet. 4. Tit. 29.

De Epifcopis accufatis , ut a Romano Epifcopo , vel ab aliis , quos mifecit , actio finiatur . Conc. Sardic. Tit. 7. a Cap. 5.

Si Presbyter , aut Diaconus injufte fe excommunicatum in Concilio conqueratur . In excerptis Mattini 25.

TITVLVS XXIV.

De collationibus pauperum .

DE iis , quæ in ufus pauperum confecuntuc , ut extra Ecclefiam dentur . Conc. Gangrenfi Tit. 8. a Cap. 4.

Agapen fratrum non debere contemni . Concil. eodem Tit. 11.

TITULUS XXV.

De opprimentibus pauperes , & fraudantibus Ecclefiarum oblationes .

VT opprimentium pauperes oblationes non fufcipiantur. Concil. Carthag. 4. Tit. 94. a Cap. 6.

Ut qui oblationes defunctorum , aut negant , aut difficulter reddunt , excommunicentur . Concil. eodem Tit. 45.

Ut qui oblationes defunctorum retinent , excommunicentur . Concil. Vafenfi Tit. 3. a Cap. 28.

De iis , qui fuas , vel propinquorum oblationes Ecclefiis fraudant . Concil. Agathen. Tit. 4. a Cap. 30.

Si quis pœnitentium quemlibet exfpoliaverit , & admonente Epifcopo non cеddiderit, exc ommunicetur . Conc. Tolet. I. Tit. II. a Cap. 44.

TI-

TITVLVS XXVI.

De Conciliis celebrandis.

Ut bis in anno Episcoporum fiat Concilium. Concil. Niceno Tit. 5.

Quod oporteat bis in anno Concilium fieri per singulas Provincias. Concil. Chalced. Tit. 19. a Cap. 11.

Vt gesta Conciliorum Episcoporum subscriptionibus roborentur. Conc. Carthag. 3. Tit. 49. a Cap. 15.

Vt ad Metropolitani arbitrium Synodus congregetur. Conc. Arel. Tit. 18. a Cap 22.

Vt Epistolas ad Concilium revocandum Metropolitanus subscribat, & dirigat. Concil. Carthag. 4. Tit. 10. a Cap. 20.

Quod in communes caussas Ecclesiæ generale Concilium congregare oporteat, in privatis vero caussis speciale uniuscujusque Provinciæ. Concil. Carthag. 8. Tit. 9. a Cap. 20.

De qualitate Conciliorum, vel quare, aut quando fiant. Concil. Tolet. 4. Tit. 3. a Cap. 47.

Vt Episcopus ad diem Concilii occurrat. Concil. Carthag. 5. Tit. 10.

Formula qualiter Concilium fiat. Concil. Tolet. 4. Tit. 4.

Vt Episcopus ægrotans pro se Legatum ad Synodum mittat. Concil. Carthag. 4. Tit. 21. a Cap. 16.

De tempore Paschæ, & die Concilii, quo celebrari oporteat. Concil. Carthag. 5. Tit. 7. a Cap. 17.

De Synodo annis singulis congreganda. Concil. Agathen. Tit. 71. a Cap. 30.

Vt per singulos annos Concilium fiat. Concil. Carthag. 3. Tit. 2.

Vt bis in anno Concilium fiat. Conc. Rhegiensi Tit. 7. a Cap. 26.

Vt bis in anno Synodus celebretur. Concil. Antioch. Tit. 20. a Cap. 6.

De bis in anno Synodo facienda; & non licere alteri Episcopo proprie apud se Concilium facere, nisi soli Metropolitano. Concil. Bracar. 3. Tit. 18. a Cap. 63.

Vt nulli Episcopo a Synodo liceat deesse, vel ante peractam Synodum discedere. Concil. Aurelian. 2. Tit. 19. a Cap. 22.

Vt nullus Episcopus de Concilio sine consensu discedat, aut ad Concilium ire recuset. Neque officia sua Presbyteris injungat; sed Episcopi, & alii ea coram se agant. Concil. Arausic. Tit. 29. a Cap. 27.

Quod semel in anno ad Concilium Sacerdotes, & judices, atque actores patrimonii Fiscales debeant convenire. Concil. Tolet. 3. Tit. 18. a Cap. 46.

Ut Episcopus Diœcesanus Presbyteros, & quosdam ex laicis convocare literis ad Synodum moneat. Concil. Tarracon. Tit. 13. a Cap. 39.

Vt de Sicilia terni annis singulis Episcopi die tertia Kalend. Octobrium Romam pro Synodo occurrant. Epistola Leonis ad Episcopos per Siciliam Tit. 7. 65.

Vt bina per annos singulos Episcoporum Concilia celebrentur. Epistola Leonis ad Anastasium Tit. 7. 69.

Vt bini de Provinciis Episcopi, quos Metropolitani probaverint, ad Thessalonicam dirigantur. Epistola Leonis ad Anastasium Tit. 10.

Vt non amplius, quam dies quindecim in Concilio remorentur Episcopi. Epistola ejusdem ad quem supra Tit. 11.

De Concilio per annos singulos celebrando. Epistola Hormisdæ ad Episcopos per Hispaniam Tit. 3. a Cap. 93.

De Episcopis, qui post Acta Carthaginensis Synodi retenti sunt ad reliqua peragenda. Concil. Milevitano Tit. 27.

TITVLVS XXVII.

De Episcopis ad Synodum ire contemnentibus

Episcopos ad Synodum vocatos non debere contemnere. Concil. Laodicen. Tit. 39. a Cap. 7.

Ut qui plebe sua contempta ad Concilium venire detractant, plebem, & honorem amittant. Concil. Carthag. 3. Tit. 43. a Cap. 15

Vt nullus Episcopus de Concilio sine consensu discedat, aut ad Concilium ire excuset. Concil. Arausic. Tit. 29. a Cap. 27.

Si Episcopus a Metropolitano admonitus, pro Synodo, vel ordinatione Episcopali venire distulerit. Conc. Agath. Tit. 35. a Cap. 30

Vt Episcopus, qui a Metropolitano commonitus, ad Synodum non venerit, excommunicetur. Conc. Tarracon. Tit. 19. a Cap. 39

De Episcopo, qui noluerit venire ad Synodum. Conc. Bracarensi 3. Tit. 19. a Cap. 63.

TITVLVS XXVIII.

De custodiendis Episcoporum pactis, & a Principe confirmandis.

Ut gesta Concilii Episcoporum subscriptionibus confirmentur. Concil. Carthag. 3. Tit. 49. a Cap. 15.

Vt pacta inter Episcopos inita custodiantur. Concil. Carthag. 1. Tit. 11 a Cap. 13.

Vt Episcopus, qui contra professionem suam in Concilio habitam venerit, deponatur. Concil. Carthag. 2. Tit. 13. a Cap. 14.

Vt de hæreticis, & infidelibus, quicquid in Concilio constituitur, a Principe impetretur. Concil. Carthag. VIII. Tit. 11. a Cap. 20.

TITULUS XXIX.

De excommunicatis.

De excommunicatis Clericis, sive laicis. Concil. Niceno Tit. 5.

De Clericis excommunicatis, ne alii Episcopi eis communicent. Concil. Sardicen. Tit. 16. a Cap. 5.

De excommunicatis quid observetur. Concil. Antioch. Tit. 6. a Cap. 6.

De excommunicatis, qui præter voluntatem Episcopi ad Vrbem Regiam venerint. Concil. Chalced. Tit. 23. a Cap. 11.

Vt qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur, & pari crimine obnoxius teneatur. Concil. Carthag. 2. Tit. 7. a Cap. 14.

Excommunicatus Presbyter si sacrificare præsumpserit, anathematizetur. Concil. eodem Tit. 8.

De Clericis, & Monachis excommunicatis, qui præter voluntatem Episcopi sui ad Urbem Regiam veniunt. Concil. Chalcedon. Tit. 23. a Cap. 11.

Vt cum excommunicato communicans, vel orans excommunicetur. Concil. Carthag. 4. Tit. 73. a Cap. 16.

De iis, qui excommunicatos alterius recipiunt. Concil. Arelaten. 2. Tit. 8. a Cap. 22.

De Clericis, qui per culpam suam ab Episcopo suo excommunicantur. Concil. Tauritano Tit. 4. a Cap. 25.

De iis, qui vel innocentes, vel pro minimis caufsis ab Episcopo excommunicantur, ut ab aliis Episcopis indubitanter communionem accipiant. Concil. Agath. Tit. 4. a Cap. 30.

Vt excommunicatus humiliet semetipsum, ut festinius reconcilietur. Concil. Vasensi Tit. 6. a Cap. 29.

De eo, qui ab Episcopo suo aliquid repetit pro ipsa conventione, ab Ecclesia non privetur. Concil. Aurelian. Tit. 4. a Cap. 31.

De excommunicatis Presbyteris, ut in necessitate communionem deni. Concil. Eliberit. Tit. 32. a Cap. 38.

De Episcopis, qui excommunicatum alienum communicant. Concil. eodem Tit. 53.

Vt qui a suis Episcopis privantur, ab aliis non recipiantur. Concil. Cæsaraugust. Tit. 5. a Cap. 41.

De iis, qui excommunicantur a Sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat. Concil. Tolet. 1. Tit. 15. a Cap. 44.

De non communicando excommunicatis. Concil. Bracar. Tit. 15.

De Clericis excommunicatis. Concil. Bracar. 3. Tit. 37.

Non licere communicare excommunicatos. Concil. eodem Tit. 84.

De iis, qui in sua Provincia non communicantes, alibi communicant. Concil. Africano Milevitano Tit. 18. a Cap. 20.

Si qui libens Clericus, aut laicus pro hæresi fuerit excommunicatus, libellum Fidei suæ det, ut opinionem hæresis expurget. In excerptis Martini Tit. 36. a Cap. 63.

De damnatione Acacii, quod hæreticis ausus sit communicare. Epistola Felicis ad eundem Acacium Constantinopolit. ex integro.

De Episcopis, qui excommunicatum alterius suscipiunt. Concil. Arausic. Tit. 11. a Cap. 27.

TITVLVS XXX.

De excommunicatis, & ita defunctis.

De excommunicatis a sæculo exeuntibus Concil. Nicæn. Tit. 12.

De communione privatis, & ita defunctis. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 6.

TITULUS XXXI.

De conservanda integritate locorum.

Non accipiat alium Episcopum plebs, quæ in Diœcesin semper subjacuit. Concil. Carthag. 3. Tit. 45. a Cap. 15.

Vt Diœcesis, quæ Episcopum nunquam habuit, nun habeat. Concil. Carthag. 2. Tit. 5. a Cap. 19.

Vt qui comprobaverit suam Civitatem Metropolitani fuisse, teneat primatum. Concil. Tauritano Tit. 1. a Cap. 25.

Ne in una Provincia duo Metropolitani sint, & de quibus ita factum est. Concil. Chalced. Tit. 12. a Cap. 11.

Quod non oporteat secundum statuta Imperatorum duos esse Metropolitanos Episcopos. Epist. Innocentii ad Alexandrum Tit.2.

Quod unaquæque Provincia suo Metropolitano debeat esse contenta. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 4.

De terminis non transferendis. Epistola Innocentii ad Florentinum ex integro.

Vt nullus Episcopus relicta Cathedra in Diœcesi residead. Concil. Carthag. 5. Tit. 5. a Cap. 17.

Episcopus in Diœcesin factus, solam eam teneat plebem, in qua est ordinatus. Concil. Carthag. 3. Tit. 46. a Cap. 15.

Si Episcopi negligentes sint adversus hæreticos, amittant eadem loca, in quibus inveniuntur existere negligentes. De judicibus etiam, quibus in causa dirimi potest. Concil. Carthag. 8. Tit. 24. a Cap. 20.

Vt si Episcopus in majoribus Cathedris conventus a vicinis Episcopis, infra sex menses ad Ecclesiæ unitatem non converterit, excommunicetur. Quod si fuerit de communione mentitus Episcopus privetur. Concil. eod. Tit. 25.

TITULUS XXXII.

De invasis Sedibus, & locis.

De Episcopis vagantibus Ecclesias vacantes occupantibus. Et hanc esse plenam Synodum, ubi Metropolitanus fuerit. Concil. Antioch. Tit. 16. a Cap. 6.

Vt nullus Episcopus alienum conculcet Episcopum. Conc. Arel. 1. Tit. 19. a Cap. 21.

Ne Episcopus alterius Episcopi plebes, aut fines usurpet. Conc. Carth. 1. Tit. 10. a Cap. 13

Vt nullus Parochiam alienam præsumat. Concil. Carthag. 3. Tit. 20. a Cap. 15.

De Episcopis, qui quod repetere poterant, prætermissa Synodo, invaserunt. Concil. Carthag. 8. Tit. 21. a Cap. 20.

TITULUS XXXIII.

De regendis Ecclesiis, & tricennali possessione.

De Ecclesiis in barbarico positis. Concil. Constantinop. Tit. 4. a Cap. 8.

De Ecclesiis in Parochiis per triginta annos ab Episcopo habitis, vel renovatis Urbibus. Concil. Chalcedon. Tit. 17. a Cap. 11.

De tricennii tempore, & per Provincias caussarum discretione. Concil. Tolet. 4. Tit. .... a Cap. 47.

De tricennali præscriptione; ut post triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit. Epistula Gelasii ad Sicilienses Episcopos Tit. 2. a Cap. 85.

Vt

Vt Basilicæ in cujus territorio sunt, in ejus Episcopi maneant potestate. Concil. Aurelian. Tit. 13. a Cap. 31.

De Ecclesiis ab hæreti translatis, ut ad eos Episcopos, in quorum sunt Parochiis, pertineant. Concil. Tolet. 3. Tit. 9. a Cap. 46.

Quod Ecclesiarum omnium dotes ad Episcopi ordinationem debeant pertinere. Concil. Tolet. 3. Tit. 19. a Cap. 46.

De Conventu territorii, & Basilicis noviter constructis, ad quem Episcopum pertineant. Concil. Tolet. 4. Tit. 25.

TITVLVS XXXIV.

De visitandis, & moderandis Parochiis.

VT annis singulis Episcopi Diœcesin visitent. Ut non plusquam tertiam de Parochiis suis accipiant. Concil. Tarraconen. Tit. 8. a Cap. 39.

De requisitione Episcoporum per singulos annos in Parochiis peragenda. Concil. Toletano 3. Tit. 20. a Cap. 46.

Ne ex facultatibus Ecclesiarum Diœcesis, excepto tertiam rationem tributorum, ac frugum, Episcopus aliquid auferat. Concil. Tolet. 4. Tit. 34. a Cap. 47.

Vt Episcopus ambulet per Diœcesem suam. Concil. Bracar. 2. Tit. 1.

Vt Episcopus per Diœcesem suam ambulans, duos solidos tantum accipiat; neque tertiam partem de oblationibus quærat; Clerici non cogantur more servili. Concil. eodem. Tit. 5.

Vt Episcopus ambulet per Diœcesem suam discutiens Clericos, si bene min strent, & ante 20. dies Paschæ Catechumeni doceantur Symbolum. Concil. Bracar. a Tit. 1.

De exactione Ecclesiarum Galliciæ Provinciæ. Concil. Tolet. 7. Tit 4 a Cap 50.

TITVLVS XXXV.

Si contentio inter Parochias oriatur, qua examinatione determinetur.

DE Theodulphi Malacitanæ Ecclesiæ Episcopi querimoniis adversus reliquos Episcopos pro quibusdam Parochiis. Concil. Hispalensi 3. Tit. 1

De querimoniis Fulgentii, & Honorii Episcoporum pro quibusdam Parochiis. Concil. eodem, Tit. 2.

De duobus Episcopis unius Provinciæ inter se contentionem habentibus. Concil. Sardicen. Tit. 3. a Cap. 5.

TITVLVS XXXVI.

De Oeconomis, & Defensoribus Ecclesiarum

DE Oeconomis, idest, Dispensatoribus singularum Ecclesiarum habendis. Concil. Chalced. Tit. 26. a Cap. 41.

De institutione Oeconomorum, idest, qui res Ecclesiasticas tractant. Concil. Tolet. 4. Tit. . . . . a Cap. 47.

De Oeconomis, ne ex laicis constituantur. Concil. Hispalensi 2. Tit. 9.

Defensor Ecclesiarum a principio postuletur. Concil. Carthag. 5. Tit. 9 a Cap 17.

Vt pro caussis Ecclesiæ pro persecutores, vel advocati a Principe postulentur. Concil. Carthag. 8. Tit. 16. a Cap. 20.

Vt fundatores Ecclesiarum, quousque advixerint, earum habeant curam; ipsique illic Ministros eligant servituros. Concil. Tolet. 9. Tit. 2. a Cap. 52.

TITVLVS XXXVII.

De dispensatione rerum Ecclesiasticarum.

VT oblatio Fidelium, quæ in nummis offertur, apud unumquemlibet Clericum servetur, competenti tempore inter Clericos dividenda. Concil. Bracar. 1. Tit. 21.

De iis, quæ in Altario offeruntur, sive prædiis. Concil. Arelat. Tit. 10. a Cap 31.

De iis, quæ in Altario a Fidelibus in Parochitanis Basilicis offeruntur. Concil. eod. Tit. 11.

De rebus Ecclesiasticis, quod portiones fiant. Concil. Bracar. 4. Tit. 7.

De rebus Ecclesiæ dispensandis, quæ dispensatio ita fiet, ut nulla necessitas maneat. Concil. Bracar. 3. Tit. 16.

Vt de redditibus Ecclesiæ, & oblatione Fidelium quatuor portiones fieri debeant. Decretum Gelasii generale Tit. 29. a Cap. 84.

De bene regendis Ecclesiæ rebus ab Episcopis. Epistola Gelasii ad Sicilienses Episcopos Tit. 2. 85.

De conquisitis rebus, inter Ecclesiam, & Sacerdotis intestati hæredes, quæ divisio fiat. Concil Tolet. 9. Tit. 4. a Cap. 52.

Vt Episcopus tertiam Ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui eligerit, conferat. Concil. Tolet. 8. Tit. 6. a Cap. 52.

TITVLVS XXXVIII.

De custodiendis, & non alienandis Ecclesiarum rebus.

DE collatis rebus Ecclesiis, ut in earum jure perdurent. Concil. Tolet. 6. Tit. 15. a Cap. 49.

Non debere Sacerdotes Ecclesiastica vendere, verumtamen vendita revocare. Conc. Ancyritano Tit. 15. a Cap. 2.

Irritam esse quamcumque distractionem Episcopi actam sine conniventia Clericorum. Concil. Carthag. 4. Tit. 32. a Cap. 16.

Res Ecclesiæ, inconsulto Metropolitano Episcopo, non alienandæ. Concil. Carthag. 5. Tit. 4. a Cap. 17.

Vt Episcopo non liceat rem alienare Ecclesiæ; Clericis autem, Monachis, & Peregrinis liceat dare. Concil. Tolet. 3. Tit. 3. Concil. Agathen. Tit. 22. a Cap. 30.

Non licere cunctis Ministris, & Sacerdotibus res Ecclesiæ commutare, vendere, vel donare; nec libertis a Parochitanis editis Ecclesiam relinquere. Conc. Agathen. Tit. 49.

Non licere Presbyteris Parochitanis de rebus Ecclesiæ aliquid vendere. Concil. eod. Tit. 53.

Presbyteri Parochitani quodcumque emerint,

TITVLVS XXXIX.

De libertis ex familia Ecclesiarum.

 TI-

TITVLVS XL.

De non ignorandis Canonibus.

QVod nulli Sacerdoti liceat Canones ignorare. Epistola Cælestini ad Episcopos per Apuliam Tit. 1. a Cap. 36.

Quod ignorantia sanctarum Scripturarum Eutychen hæreticum fecerit. Rescriptum Leonis ad Navianum Tit. 11. a Cap. 40.

Vt sciant servare, quod noverunt, & curent nosse, quod ignorant. Decretum Gelasii generale Tit. 28. a Cap. 84.

TITVLVS XLI.

De observatione Canonum, & damnatione vetita præsumentium.

DE statutis Canonum conservandis. Epistola Leonis ad Episcopos Africanos Tit. 5. 71.

Vt Canones Nicæni, & Apostolicæ Sedis Decreta custodiantur. Decretum Hilarii Tit. 1. 76.

De institutis Ecclesiasticis moderandis, pro temporis qualitate dispositis. Decretum Gelasii Tit. 76.

Vt ubi nulla perurget necessitas, constituta Patrum inviolata serventur. In quo supra Tit. 2.

Quod Apostolica Sedes paternos Canones pro studio devota custodiat, & eos custodiri simili intentione præcipiat. Decretum Gelasii generale Tit. 1.

Vt Episcopus, Presbyter, & Diaconus, qui contra hæc statuta fecerint, periclitentur. Decretum Gelasii generale Tit. 30.

Quod prævaricatores interdictorum communionis se noverint subire jacturam. Epistola Symmachi ad Cæsarium Tit. 5. a Cap. 87.

Quod in præteritis regulis, & quæ custodienda sunt, & quæ vetita sunt, ordinataque, in omnibus diligenter debeant observare, Epistola Hormisdæ ad Sallustium Hispalensem Tit. 2. a Cap. 96.

Vt nullus privilegia antiqua convellat, sed in honore suo a Patribus decreta serventur. Rescripto Hormisdæ ad Episcopos Bæticæ, ex integro 96.

De damnatione eorum, qui ea, quæ interdicta sunt, usurpare præsumunt. Epistola Zosimi ad Isicium Salonitanum Episcopum Tit. 3. a Capite 28.

Id ipsum de eodem. Epistola Cælestini ad Episcopos per Apuliam, Tit. 3. a Cap. 36.

Vt si quis Sacerdotum contra interdicta fecerit, a suo sit officio removendus. Epistola Leonis ad universos Episcopos per Campaniam, & diversas provincias Tit. 5. 66.

Qui instituta violaverit, senteniam in se inveniet. Decretum Hilarii Tit. 4. 76.

Vt Episcopi, qui contra statuta faciunt, honore priventur. Concil. Tauritano Tit. 2. a Cap. 25.

De Abgaro, & Hyberitano, qui ex laicis fuerunt ordinati. Epistola Leonis ad Africanos Episcopos Tit. 3. 71.

De damnatione eorum, qui prætereuntes statuta, nova introducunt præcepta. Sententia in fine Gangrensis Concilii a Cap. 4.

De Canonibus uniuscujusque Concilii conservandis. Concil. Chalced. Tit. 1. a Cap. 11.

De observatione priorum Canonum, Concil. Tolet. 111. Tit. 1. a Cap. 47.

De stabilitate Canonum, & damnatione eos violantium. Concil. Bracar. Tit. 22.

Vt laici contemptores Canonum excommunicentur, Clerici honore priventur. Concil. Carthag. 1. Tit. 14 a Cap. 13.

De Proterio Alexandrino Episcopo, ut primorum suorum decreta conservet. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum Tit. 1. a Cap. 57.

Vbi postulat eundem Imperatorem, ut Epistolam, quam ad Havianum Constantinopolitanum Episcopum scripserat, in Græcum translatam Alexandrinæ Ecclesiæ destinet. In quo supra Tit. 2.

Vbi per Legatos suos hortatur Dei Sacerdotes, ut secundum sacras Scripturas cuncta disponant. Epistola Leonis ad Synodum Chalcedonensem ex integro 56.

TITULVS XLII.

De non contemnendis quæstionibus, & cavendis contentionibus.

PRofundiores quæstiones nec contemnendæ sunt, nec penitus asserendæ. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ. Tit. 13. 24.

Quod magnopere contentio sit cavenda. Epistola Anastasii ad Anastasium Tit. 4. a Cap. 86.

TITVLVS XLIII.

De retinenda conditione servorum.

VT servi sub obtentu Religionis non suscipiantur, aut vindicentur in Monasteriis, vel in Clero. Decretum Gelasii generale Tit 16. a Cap. 84.

TITVLVS XLIV.

De quorumcumque libertis Ecclesiæ commendatis.

DE libertis, qui Ecclesiæ commendati sunt, ne opprimantur. Concil. Arau. sic. Tit. 7. a Cap. 27.

De libertis, ut in necessitate ab Ecclesia tueantur. Conc. Agathen. Tit. 29. a Cap. 30.

Quod liberti ab Episcopis, vel ab aliis facti, & Ecclesiæ commendati, permanere debeant liberi. Conc. Tol. 3. Tit. 6. a Cap. 46.

De libertis patrocinio Ecclesiæ commendatis. Concil. Tolet. 4 Tit. 72. 47.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QUARTUS

De institutionibus Officiorum, & ordine baptizandi.

TITULI.

1. *Quod sibi tantum noceant, quum a me-*

TITVLVS I.

Quod sibi tantum noceant, quando a malis bona ministrantur.

QUod mali bona ministrando, sibi tantummodo noceant, nec Ecclesiæ Sacramenta commaculent. Epistola Anastasii ad Anastasium Augustum, Tit. 8. a Cap. 86.

Quod eos, quos post damnationem suam baptizavit, vel ordinavit Acacius, nulla portio læsionis attingat. In quo supra Tit. 7.

TITVLVS II.

De non usurpanda doctrina, & nomine Doctoris.

VT Doctoris sibi nomen non imponat, cui concessum non est. Concil. Cæsaraugust. Tit. 7. a Cap. 41.

Ut laicus, præsentibus Clericis, non doceat. Concil. Carthag. 4. Tit. 98. a Cap. 16.

Vt mulieres publice docere non præsumant. Concil. Carthag. 4 Tit. 99.

TITULUS III.

De recipiendis Libris Canonicis, & renuendis Libris, & Psalmis apocryphis.

NOn licere Psalmos ab idiotis compositos in Ecclesia dici, neque Libros, qui sunt extra Canonem, legere; & qui sint Libri Canonici. Concil. Laodic. Tit. 58. a Cap. 7.

Vt præter sacras Scripturas nihil in Ecclesia legatur sub nomine Divinarum Scripturarum; & qui sint Libri Canonici. Conc. Carthag. 3. Tit. 47. a Cap. 15.

Præter Canonicas Scripturas nihil in Ecclesia Catholica, nihil in auctoritate recipiendum. Concil. Tolet. 1. ex Regula Fidei Tit. 12. a Cap. 44.

Quod extra auctoritatem Veteris, & Novi Testamenti nihil poeticum sit in Ecclesia decantandum. Concil. Bracar. 1. Tit. 12.

De eo, quod non liceat Psalmos poeticos in Ecclesia dicere, nec Libros apocryphos legere. Concil. Bracar. 3. Tit. 67.

De Apocalypsis Libro in omnibus recipiendo Concil. Tolet. 4 Tit. 17. a Cap. 47.

De Canonicis Libris, qui recipi debeant. Epistola Innocentii ad Exuperium Tit. 7. a Cap. 8.

TITVLVS IV.

De Symbolis Patrum.

SYmbolum Niceni Concilii a Cap. 1. Fides Sancti Gregorii Majoris.

Symbolum Constantinopolitani Concilii a Cap. 8.

Regula Fidei habita in Concil. Tolet. 1. a Cap. 44.

Tractatus, & Confessio Fidei Recaredi Regis, quando Gens Gotthorum est ab hæresi Ariana conversa. Exordium Concil. Tolet. 3. a Cap. 46.

De evidenti Fidei Catholicæ veritate. Concil. Tolet. 4. Tit. .... a Cap. 47.

De plenitudine Fidei Catholicæ. Concil. Tolet. 6. Tit. 1. a Cap. 49.

De unius sacræ Fidei veritate. Concil. Tolet. 8. Tit. 1. a Cap. 51.

TITVLVS V.

De custodiendis Symbolis.

CVstodiendam Fidem Patrum trecentorum decem & octo. Concil. Constantinop. Tit. 1. a Cap. 9.

TITVLVS VI.

De prædicando Symbolo.

DE prædicando Symbolo populis in Ecclesia. Concil. Tolet. 3. Tit. 2. a Cap. 46.

Ut

Vt Symbolum ante octo dies Paschæ competentibus prædicetur. Conc. Agathen. Tit. 13. a Cap. 30.

TITVLVS VII.

De construendis Ecclesiis, & Altaribus.

NE sine præceptione Episcopi novæ Basilicæ dedicentur. Decretum Gelasii generale Tit. 6. a Cap. 84.

Vt nulla Basilica sub quorumlibet defunctorum nomine constructa dedicetur. Decretum Gelasii generale Tit. 27. a Cap. 84.

De Basilicis, quæ sine Martyrum Reliquiis dedicatæ sunt, ut destruantur. Concil. Carthag. 5. Tit. 15. a Cap. 17.

Ne picturæ in Ecclesia fiant. Concil. Eliberit. Tit. 36. a Cap. 38.

Quod manere debeat firmum, si servi fiscî Ecclesias fecerint, easque periculo suo ditaverint. Conc. Tolet. III. Tit. 16. a Cap. 46.

Vt Altare, & ungatur, & benedicatur. Concil. Agathen. Tit. 14. a Cap. 30.

De Ecclesiarum restauratione in fabricis, vel ædificatione quid sit observandum. Epistola Vigilii ad Profuturum Episcopum Tit. 4. a Capite 98.

TITVLVS VIII.

De honore Ecclesiarum.

DOmum Dei, & congregationes, quæ in ea fiunt, non debere contemni. Concil. Gangren. Tit. 5. a Cap. 4.

Non licere extra Ecclesiam congregationes fieri, & contempto Episcopo cum Presbytero agere. Concil. eod. Tit. 6.

Non licere communionem Ecclesiæ contemnere, aut excommunicatis communicare. Concil. Antiochen. Tit. 2. a Cap. 6.

De fructibus in Ecclesia, & non aliis, dandis. Concil. Gangren. Tit. 7. a Cap. 4.

Non licere in Ecclesiis accubitus sternere, vel Agapen facere. Concil. Laodic. a Cap. 7.

Vt nullus in Ecclesia communicet. Concil. Charthag. III. Tit. 30. a Cap. 15.

TITVLVS IX.

De honore Martyrum.

DE communicando in Basilicis Martyrum. Concil. Gangren. Tit. 20. a Cap. 4.

De Martyrum sepulchris, & honorificentia. Concil. Carthag. I. Tit. 2. a Cap. 14.

Ne cerei in cœmeteriis incendantur. Conc. Eliberit. Tit. 34. a Cap. 38.

TITVLVS X.

De consecratione sanctarum oblationum.

VT in Sacrificio panis tantom, & Calix offeratur. Concil. Carthag. III. Tit. 24. a Capite 15.

Quod in Altario non potest aliud offerri præter panem, vinum, & aquam. Concil. Bracar. III. Tit. 55.

Vt in unum propositio Sacramenti consecretur. Concil. Arausic. Tit. 17. a Cap. 37.

TITVLVS XI.

De honore sanctarum oblationum.

VT Sacrificium a jejunis fiat. Verba Honorati, & Vrbani Episcoporum. Conc. Carthag. III. Tit. 18. a Cap. 15

Vt Missa a jejunis celebretur. Concil. eod. Tit. 29.

Vt Presbyter post cibum non teneat Missam pro mortuis. Concil. Bracar. II. Tit. 10. a Cap. 26.

Non oportet in domibus, ab Episcopis, vel Presbyteris oblationes fieri. Concil. Laodic. Tit. 57. a Cap. 7.

De eo quod non liceat super monumenta, vel in campo Missas tenere, vel Sacramenta distribuere. Concil. Bracar. III. Tit. 18. a Cap. 63.

Sanctas oblationes pro eulogiis in festivitate Paschali ad alias parochias non debere transmitti. Concil. Laodic. Tit. 14 a Cap. 7.

Vt mortuis Baptismus, vel Eucharistia non detur. Conc. Carthag. III. Tit. 6. a Cap. 15.

De tenendis oblationibus eorum, qui non communicant. Concil. Eliberit. Tit. 28. a Cap. 38.

De iis, qui in Ecclesiam intrant, & non communicant, ut excommunicentur. Concil. Toletan. I. Tit 13 a Cap. 44.

Vt qui Eucharistiam in Ecclesia accipit, & ibi eam non sumit, anathematizetur. Concil. Cæsaraugust. I. Tit. 3. a Cap. 41.

De eo, qui acceperit Eucharistiam, & non sumpserit, ut sacrilegus repellatur. Conc. Tolet. I. Tit. 43. a Cap. 44.

De eo quod non liceat convivia facere de confessis. Conc. Bracar. III. Tit. 61. a Cap. 63.

De fermento, quod Civitatis tantum Presbyteris die Dominico dirigatur. Epistola Innocentii ad Decentium Tit. 5. 6.

De festivitatibus, ut si una agenda populo non suffecerit, non sit hæsitatio Sacrificium iterare. Epistola Leonis ad Dioscorum Tit. 4. a C. 74.

De languoris eventu ministrantium Clericorum. Conc. Toletan. VII. Tit. 2 a Cap. 59.

TITVLVS XII.

De situ, & accessu in Choro.

DE discretione Presbyterorum, atque Diaconorum, ut in utroque Choro consistant. Concil. Tolet. IV. Tit. 39. a Cap. 47.

De eo quod intra Altare, neque laici neque mulieres communicare jubentur. Concil. Bracar. I. Tit. 13. a Cap. 61.

TITULUS XIII.

De concordia Officiorum.

VT unaquæque provincia in Officio unum ordinem teneat. Concil. Gerunden. Tit. I. a Cap. 40.

De uno ordine in ministeriis, & Officiis in cunctis Ecclesiis celebrando. Concil. Toletan. IV. Tit 3. a Cap. 47.

De

De uno ordine in Vespertinis, vel in Matutinis Officiis in cunctis Ecclesiis celebrando. Concil. Bracar. 1. Tit. 1. a Cap. 61.

TITULUS II.

De ordine Officiorum.

Psalmos sparsim non licere confundi. Concil. Laodic. Tit. 17. a Cap. 7.

Quod non sit aliter dicendum, nisi Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Epistola Vigilii ad Profuturum, Tit. 2. 98.

Quod in fine Psalmorum, Gloria, & honor Deo sit dicendum. Concil. Tolet. IV. Tit. 15. a Cap. 47.

De discretione Gloriæ in fine Responsoriorum. Concil. eod Tit. 16.

Ut post Antiphonas Orationes dicantur; verum, & Hymnus Matutini, & Vespertini cum capitellis Psalmorum cantentur. Concil. Agathen. Tit. 30. a Cap. 30.

De non renuendo pronunciare Hymnos. Concil. Tolet. IV. Tit. 13. a Cap. 47.

De celebrando Officio in festa Feria Paschæ. Concil. Tolet. IV. 7. a Cap. 47.

De benedicendo Cereo, & lucerna in pervigiliis Paschæ. Concil. eod. Tit. 9

TITULUS XV.

De ordinationibus, & celebritate Missarum.

De orationibus quotidianis. Concil. Laodic. Tit. 18. a Cap. 7.

Ut preces, vel orationes, nisi probatæ fuerint in Concilio, non dicantur. Conc. African. Milevitan. Tit. 12. a Cap. 20.

De omnibus diebus matutinis, & vespertinis oratio Dominica dicatur. Concil. Gerunden. Tit. 12. a Cap. 40.

De Dominica oratione quotidie patenter pronuncianda. Concil. Tolet. IV. Tit. 10. a Cap. 47.

Quod non aliter Presbyteri, sed sicut Episcopus, populum salutare debebunt, dicentes: *Dominus sit vobiscum*. Concil. Bracar. 1. Tit. 3. a Cap. 61.

De non legendis diversis Lectionibus per solennium dierum vigilias, vel Missas. Concil. Bracar. 1. Tit. 12. a Cap. 61.

De Hymno trium puerorum in cunctis Missarum solennitatibus decantando. Concil. Tolet. IV. Tit. 14. a Cap. 47.

Ut Sanctum Euangelium etiam Sabbathis legatur. Concil. Laodicen. Tit 16. a Cap. 7.

Ut Euangelium post Apostolum legatur. Concil. Valletano Tit. 1 a Cap. 43.

Quod Laudes non mox post Apostolum, sed post Euangelium dicendæ. Concil. Tolet. IV. Tit. 12. a Cap. 47.

De non cantando in Quadragesima *Alleluja*. Concil. Tolet. IV. Tit. 11.

Quod juxta auctoritatem Apostolicæ Sedis, a Profuturo Metropolitano Episcopo susceptam, Missarum ordo debeat celebrari. Con. Bracar. 1. Tit. 4. a Cap. 61.

De ordine orationum Catechumenorum, atque fidelium tempore Missæ, & de commutatione eorum. Concil. Laodic. Tit. 19. a Capite 7.

De precibus, & orationibus Missarum; & quis erit in eis ordo servandus; & ut absque collatione fratrum nomine proferatur. Concil. Carthag. IV. Tit. 23. a Cap. 15.

De pacis osculo dando post confecta mysteria. Epistola Innocentii ad Decentium Tit. 1. a Capite 6.

De nominibus offerentium ante precem Sacerdotis non recitandis. Epistola Innocentii ad eundem Tit. 2. 6.

De Paschæ annunciatione, ac de precum ordine, & Missarum solennitate. Epistola Vigilii ad Profuturum Tit. 5. a Cap. 98.

Quod post benedictionem populo datam sic communicare debeant Sacerdotes. Concil. Tolet. IV. Tit. 18. a Cap. 47.

Quod propter statuta Sedis Apostolicæ omnes orationes, *Ecce Christi gratiam*, resonent, qua genus reparatur humanum. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 11. a Cap. 39.

Quod pro Christo fungatur legatione, dum pro pace precatur Ecclesiæ. Epistola Anastasii ad Anastasium Imperatorem Tit. 1. a Cap. 86.

TITVLVS XVI.

De honore Missarum.

Ut Vallematiæ, & turpia cantica prohibeantur a Sanctorum solennitatibus. Concil. Tolet. III. Tit. 23. a Cap. 46.

Ut quando Sacerdos verbum facit, ab auditorio exiens excommunicetur. Conc. Carthag. IV. Tit. 24. a Cap. 17.

Ut ante Missam expletam, & benedictionem perceptam, ne quis fidelium, nec populus egrediatur, aut abire præsumat. Concil. Agathen. Tit. 47. a Cap. 30.

Ut populus ante completam Missam, & benedictionem acceptam, egredi non præsumat. Concil. Arelat. Tit 22. a Cap. 31.

Non debere die Dominico jejunari. Concil. Gangren. Tit. 19. a Cap. 4.

Ut diebus Dominicis nullus jejunet. Conc. Cæsaraugust. Tit. 2. a Cap. 41.

De diebus Dominicis, & Pentecostes, ut in eis stantes eriмus. Concil. Niceno Tit. 21. a Cap. 1.

De non jejunando in die Dominicio, neque genuflectendo; similiter & in Quinquagesima. Concil Bracar. III. Tit. 51. a Cap. 63.

TITVLVS XVII.

De Litaniis.

Ut Litaniæ post Ascensionem Domini celebrentur. Concil. Aurelian. Tit. 33. a Capite 31.

Ut Litaniæ post Pentecosten a quinta Feria usque in Sabbatum celebrentur. Concil. Gerunden. Tit. 2. a Cap. 40.

De secundis Litaniis faciendis Kalendarum Novembrium. Concil. eod. Tit. 3.

De institutione novarum Litaniarum. Concil. Tolet. V. Tit. 1. a Cap. 48.

TI-

TITVLVS XVIII.

De observantia jejuniorum.

NOn licere jejunia communia solvere. Concil. Gangren. Tit. 19. a Cap. 4.

De iis, qui studiose die Dominico jejunant, ut non credantur Catholici. Conc. Carthag. IV. Tit. 64. a Cap. 16.

De temporibus jejuniorum, & ut omnibus mensibus jejunium fiat, exceptis Julio, & Augusto. Concil. Eliberitano, Tit. 24. a Cap. 38.

Vt omni Sabbatho jejunetur. Concil. eodem Tit. 26.

Quod rite omni Sabbatho jejunetur. Epistola Innocentii Papæ ad Decentium Tit. 4. a Capite 6.

TITVLVS XIX.

De observantia Quadragesimæ.

NOn debere in Quadragesima Natalitia Martyrum celebrari, nisi tantum Sabbatho, & Dominica memoriam eorum fieri. Concil. Laodic. Tit. 50. a Cap. 7.

Vt omnibus diebus Quadragesimæ Sabbatho etiam jejunetur cum districtionis auctoritate. Concil. AgathenTit. 13. a Cap. 30.

Non licere quinta feria septimanæ ultimæ solvi jejunium. Concil. Laodic. Tit. 49. a Capite 7.

De non solvendo jejunio in quinta feria. Concil. Bracar. III. Tit. 50. a Cap. 43.

De non solvendo jejunio in sexta feria Paschæ. Concil. Tolet. IV. Tit. 8. a Cap. 47.

Vt ante Pascha, non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur. Concil. Aurelian. Tit. 20. a Cap. 31.

Vt diebus Quadragesimæ nemo ab Ecclesia se absentet. Concil. Cæsaraugust. Tit. 2. a Cap. 41.

De non celebrandis Natalitiis Martyrum, neque Natalitiis hominum, vel nuptiis, Quadragesimæ diebus. Concil. Bracar. 3. Tit. 47. a Cap 63.

In Quadragesima Sabbatho tantum, & Dominica offerendum. Concil. Laodic. Tit. 48. a Cap. 7.

TITVLVS XX.

De cognitione, & celebritate Paschæ.

UT Comprovinciales Episcopi de Pascha suum Primatem inquirant. Conc. Carthag. 3. Tit. 1. a Cap. 15.

Vt per singulos annos convenientes Episcopi ad Concilium de Paschali solennitate a Primate suo informentur. Concil. eod. Tit. 41.

De tempore Paschæ, seu Concilii, per formatas Provinciis nunciando. Conc. Carthag. V. Tit. 7. a Cap. 17.

De annunciatione Paschæ ante Epiphaniam inter Episcopos exquirenda. Concil. Tolet. 4. Tit. 5. a Cap. 47.

Vt per singulos annos a Metropolitano Episcopo Pascha pronuncietur. Concil. Bracar. 2. Tit. 9. a Cap. 62.

De Pascha uno die, & tempore celebrando. Concil. Carthag. 4. Tit. 65. a Cap. 16.

Vt uno die, & tempore Pascha celebretur. Concil. Arelat. 1. Tit. 1. a Cap. 21.

Non debere Pascha diverso tempore facere, neque cum Judæis celebrare. Concil. Antioch. Tit. . . . a Cap. 6.

De insinuatione, & indictis temporibus Paschæ. Epistola Innocentii ad Aurelium ex integro 15.

De celebratione Pentecostes. Concil. Eliberit. Tit. 43. a Cap. 38.

De celebritate festivitatis Dominicæ Matris. Concil. Tolet. 10. Tit. 1. a Cap. 53.

TITVLVS XXI.

De Catechumenis.

VT Evangelica Catechumeni audiant. Concil. Arausic. Tit. 18. a Cap. 27.

De Catechumenis, qui Ecclesiam non frequentant. Concil. Eliberit. Tit. 45. a Cap. 38.

De Catechumenis peccantibus, ut aut emendati audiant verbum, aut abjiciantur omnino. Concil. Neo-cæsar. Tit. 5. a Cap. 3.

Ut ad BaptisteriumCatechumeni nunquam accedant. Concil. Arausic. Tit. 19. a Cap. 27.

UtCatechumeni cum Fidelibus benedictionem non accipiant. Concil. eodem Tit. 20.

De Catechumenis sine Baptismo defunctis, ut eorum commemoratio in oblatione non fiat. Concil. Bracar. 1. Tit. 17. a Cap. 61.

TITVLVS XXII.

De iis, qui Baptismum dare possunt.

VT in necessitate Fideles baptizent. Concil. Eliberit. Tit. 38.

TITULUS XXIII.

Quod in nomine Trinitatis debeat Baptismus dari.

QVod in nomine Trinitatis debeant baptizari. Epistola Vigilii ad Profuturum Tit. 6. a Cap. 98.

TITULUS XXIV.

Quid valeat virtus Baptismi.

QUod in Baptismo non proveniat interfectione peccati, & sepulturam Christi imitetur trina demersio; & ab aquis elevatio sit velut Resurrectio de sepulchro. Epistola Leonis ad Episcopos per Siciliam Tit. 3. 65.

Quod gratiam det etiam baptizandorum, testatur instituta purgatio; cum exorcismis, & insufflationibus spiritus ab eis expellantur immundi. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ, Tit. 12. a Cap. 34.

TITVLVS XXV.

De mersione Baptismi.

DE trina, & simpla in Baptismo mersione. Conc. Tolet. IV. Tit. 6. a Cap. 47.

De trina mersione. Epist. Vigilii ad Profuturum, Tit. 2.

De trina, & simpla mersione. Epistola Gregorii ad Leandrum ex integro 79. 9.

TITULUS XXVI.

De tempore Baptismi.

DE iis, qui ad Fidem veniunt, quando baptizentur. Concil. Eliberit. Tit. 42. a Cap. 38.

Vt in Pascha tantum, & Natali Domini Baptismus detur, exceptis iis, qui in languore consistunt. Concil. Gerunden. Tit. 4. a Cap. 40.

Non debere post duas septimanas Quadragesimæ aliquem ad Baptismum suscipi. Concil. Laodicen. Tit. 43. a Cap. 7.

Non suscipi debere infantes ad Baptismum nisi ante tres septimanas Paschæ, & ut baptizandi Symbolum discant, quod quinta Feria Paschæ Sacerdotibus reddant. Concilio Bracar. III. Tit. 49. a Cap. 63.

Vt præter Pascha, & Pentecosten Baptismus non celebretur; ad necessitatem tamen omni tempore. Epistola Syricii ad Eumerium, Tit. 2. a Cap. 3.

Quod in die Epiphaniorum Baptismus celebrari prohibeatur. Epistola Leonis ad Episcopos per Siciliam, Tit. 1. a Cap 65.

Quod omnia nobis rerum ordine per Incarnationem Domini nostri Jesu Christi salutis Sacramenta digesta sunt. In quo supra, Tit. 2.

Quod in Pascha, & Pentecoste sit baptizandum. In quo supra, Tit. 3.

Quod Beatus Petrus in die Pentecostes virorum tria millia baptizavit. In quo supra Tit. 4.

Quod in Pascha, & Pentecoste sit baptizandum. In quo supra, Tit. 5.

Quod omni tempore ii, qui necessitate mortis, aut ægritudinis, vel obsidionis, sive persecutionis, aut naufragii urgentur, debeant baptizari. De reddita etiam Christi Baptismi ratione. In quo supra, Tit. 6.

Vt non omni tempore Baptismi regeneratio detur, nisi in Pascha, & Pentecoste; ob necessitatem tamen omni tempore. Epistola Leonis ad Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum, Tit. 1. a Cap. 46.

Vt præter Paschale tempus, & Pentecosten nemo baptizari præsumat. Decretum Gelasii generale, Tit. 12. a Cap. 84.

TITVLVS XXVII.

De baptizandis ægrotis, & non baptizandis mortuis.

DE iis, qui in ægritudine baptizantur, ut sani facti, Symbolum doceantur. Concil. Laodic. Tit. 46. a Cap. 7.

De baptizandis ægrotis, qui jam loqui non possunt. Concil. Carthag. III. Tit. 34. a Capite 15.

De Catechumeno, si graviter ægrotaverit, quando baptizetur. Concil. Eliberit. Tit. 11. a Capite 38.

Vt unius diei infans, si in discrimine est, baptizetur. Conc. Cerunden. Tit. 5. a Cap. 40.

Vt mortuis Baptismus, vel Eucharistia non detur. Conc. Carthag. III. Tit. 6. a Cap. 15.

TITVLVS XXVIII.

De prægnantibus baptizandis.

DE baptizandis propter quod uniuscujusque confessio pro se teneatur. Concil. Bracar. III. Tit. 54. a Cap 63.

De prægnantibus baptizandis; quod nihil communicet Baptismi Sacramentum cum filio generando. Concil. Neo-cæsareen. Tit. 7. a Cap. 3.

TITVLVS XXIX.

De baptizandis gentibus.

DE meretricibus paganis baptizandis, si convertantur. Concil. Eliberit. Tit. 44. a Cap. 38.

TITULUS XXX.

De dubio Baptismo.

DE iis, qui nullo testimonio se baptizatos noverunt, ut baptizentur. Concil. Carthag. 5. Tit. 6. a Cap. 17.

De quibus dubium est, utrum Baptismum perceperint, necesse est, renascantur. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 15. a Cap. 68.

De parvulis, qui in captivitatem devenerunt, & Baptismi gratiam non reminiscuntur, ut baptizentur. Epistola Leonis ad Leonem Ravennensem Tit. 1. a Cap. 73.

TITVLVS XXXI.

De regulis baptizatorum.

UT qui baptizandi sunt, nomen dent, & a vino, & a carnibus abstineant. Concil. Carthag. IV. Tit. 85. a Cap. 16.

Vt nuper baptizati, caste, & continenter vivant. Concil. Carthag. IV. Tit. 68.

Baptizandos debere FideiSymbolum doceri, & quinta feria Paschæ reddere. Concil. Laodic. Tit. 15. a Cap. 7.

TITULUS XXXII.

De ordine baptizandi.

DE ordine, secundum quem, baptizari oportet. Concil. Bracar. 1. Tit. 5. a Cap. 61.

TITULUS XXXIII.

De baptizatis, & non confirmatis, atque ita mortuis.

DE baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur. Concil. Eliberit. Tit. 77.

TITULUS XXXIV.

De filiis Catholicorum si Baptismati hæresis dentur.

De

De Catholicis, qui filios suos Baptismati hæreticorum dederint, ut non recipiatur eorum oblatio. Concil. Ilerden. Tit. 13. a Cap. 42.

TITULUS XXXV.

De non iterando Baptisme.

Baptismus in Trinitate susceptus, non iteretur. Concil. Carthaginen. I. Tit. I. a Cap. 14.

Ex hæresi conversi, si in Trinitate baptizati sunt, manus impositionem accipiant tantum. Concil. Arelat. I. Tit. 8. a Cap. 21.

De iis, qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant. Concil. Ilerden. Tit. 9. a Cap. 42.

De Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, qui in lapsu hæreticorum se Baptismati dederunt, ut tantundem laicam communionem habeant. Epistola Felicis ad Episcopos per Siciliam Tit. 2. a Cap. 81.

De Clericis, ac Monachis, & puellis Dei, vel sæcularibus, qui se rebaptizandos impie dederunt. In quo supra Tit. 3.

De iis, qui per ignorantiam ætatis rebaptizati sunt, & temporibus constitutis super eos, qui in hanc impietatem labuntur. In quo supra Tit. 3.

De Arianis Catholicis non rebaptizandis. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. I. a Cap. 3.

Ut non rebaptizentur qui a Novatianis, vel Montensibus veniunt. Epistola Innocentii ad Victorium Tit. 8. a Cap. 7.

Quod eos, qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua Fide nesciunt, per manus impositionem suscipi conveniat. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 16. a Cap. 68.

Ut iis, qui ab hæreticis baptizati sunt, sola Sancti Spiritus invocatione firmentur. Epistola Leonis ad Nicetam Aquilejensem Tit. 7. a Capite 70.

Ut ab hæreticis baptizatus, per manus impositionem accipiat Spiritum Sanctum. Epistola Leonis ad Leonem Ravennensem Tit. 2. a Capite 73.

De iis qui rebaptizati doluerunt, & postea pœnitere voluerunt. Epistola Felicis ad Episcopos per Siciliam Tit. I. a Cap. 81.

De iis, qui ab Arianis iterum baptizantur; & quod alia sit impositio manus, per quam Spiritus Sanctus accipitur; alia per quam pœnitentiæ fructus acquiritur, & sancta communio restauratur. Epistola Vigilii ad Profuturum Tit. 3. 98.

Quod ii, qui ad iterationem Baptismi, vel vi, vel timore coacti animos inclinaverunt, pœnitentiæ sint remedio sublevandi; & senilis ætatis periculorum quoque ægritudinem, cæterarumque necessitatum habeatur sollicita consideratione respectus. Epistola Leonis ad Nicetam Aquilejensem Tit. 6. 70.

Baptizandi sacrilegium opus bonorum non esse credendum, sive agendum. Concil. Toletan. IV. ex Capitulis contra Arianos Tit. 15. a Cap. 46.

TITULUS XXXVI.

De baptizatis a solis Episcopis consignandis.

Quod non debeant baptizati nisi ab Episcopis consignari, nec Presbyteris licere fontem ea chrismate ungere; quod solis debetur Episcopis, quum Sanctum Spiritum tradunt. Epistola Innocentii ad Decentium Tit. 3. 6.

De energumenis baptizatis, ut permittente Episcopo a Presbyteris adsignentur, & cæteri Clerici eis manus imponant. In quo supra Tit. 6.

De infirmis chrismate perungendis, & orandum pro eis, ex commemoratione Epistolæ Sancti Jacobi. Epistola Innocentii ad Decentium Tit. 8. a Cap. 6.

TITVLVS XXXVII.

De baptizatis chrismate perungendis.

Post Baptismum chrismandum est. Concil. Loadic. Tit. 47. a Cap. 7.

Ut hæretici, qui in Trinitate baptizati sunt, cum chrismate, & manus impositione recipiantur. Conc. Arelaten. II. Tit. 27. a Cap. 22.

Ut nulla prædia, vel illationes de baptizandis, consignandisque fidelibus exigantur. Decretum Gelasii generale Tit. 7. a Cap. 84.

TITVLVS XXXVIII.

De funeribus Christianorum.

Quod Religiosorum corpora cum Psalmis & Canticis tantum deferenda sint ad sepulcra. Conc. Tolet. III. Tit. 20. a Cap. 46.

De corporibus hominum intra Basilicas Sanctorum nullatenus sepeliendis. Concil. Bracar. I. Tit. 18. a Cap. 61.

TITVLVS XXXIX.

De non judicando de mortuis.

Quod non sit temere judicandum de iis, qui jam ad Dominum migrarunt, Epistola Anastasii ad Anastasium Augustum Tit. 2. a Cap. 86.

TITVLVS XL.

De energumenis.

Energumenis omni die ab Exorcistis manus imponenda. Concil. Carthag. IV. Tit. 90. a Cap. 16.

Pavimenta domus Dei energumeni verrant. Concil. eod. Tit. 91.

Energumenis victus in domo Dei per Exorcistas administretur. Concil. eod Tit. 92.

De energumenis baptizatis, ut Clericorum monitis obtemperent. Concil. Arausic. Tit. 14. a Cap. 27.

Energumenis, & Catechumenis de Baptismo consulendum. Concil. Arausic. Tit. 15. a Cap. 27.

De energumenis, ut nec eorum nomen recitetur, nec ipsi ministrent. Concil. Eliberit. Tit. 29. a Cap. 38.

De energumenis, quando baptizentur, vel communicent. Concil. eodem Tit. 37.

FINIS LIBRI QUARTI.

LIBER QUINTUS

De diversitate nuptiarum, & scelere flagitiorum.

TITVLI.

TITVLVS I.

De non exsecrandis nuptiis, & dispositionibus nuptiarum.

Qualiter sponsus, & sponsa benedicantur; & de castimonia eorum tempore nuptiarum Concil. Carthag. IV. Tit. 13. a Cap. 16.

De iis, qui nuptias damnant. Concil. Gangren. Tit. 1. a Cap. 4.

Si quis dixerit, vel crediderit, conjugia hominum, quæ secundum Legem Divinam licita habentur, exsecrabilia esse, anathema sit. Concil. Tolet. I. Ex Regulis Fidei Catholicæ contra Priscillianos Tit. 16. a Cap. 44.

Virginitati studentes non debere nuptias exsecrari. Concil. Gangren. Tit. 9 a Cap. 4.

De iis, qui pro virginitate superbiunt. In quo supra Tit. 10.

Non debere condemnantem nuptias a viro discedere. In quo supra Tit. 14.

Non licere in Quadragesima nuptias fieri, Concil. Laodic. Tit. 51. a Cap. 7.

Non licere Christianos ad nuptias euntes ballare, vel stare. In quo supra Tit. 82.

De eo, qui sororem sponsæ suæ vitiaverit. Concil. Ancyrit. 25. a Cap. 2.

De parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt. Concil. Eliberit. Tit. 54. a Cap. 34.

Quod non liceat alterius sponsam matrimonii alterius jura fortiri. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 4. 3.

Si cujus uxor absens fuerit, & alteram maritus acceperit; revertente prima, secunda mulier excludi. Epistola Innocentii ad Probum ex integro 14.

Quod debeant feminæ, quæ, captis viris, aliis nupserint, de captivitate reversis, prioribus copulari. Epist. Leonis ad Nicetam. Tit. 1. a Cap. 70.

Quod non probetur esse culpabilis qui uxorem captivi in matrimonio videtur esse sortitus. In quo supra Tit. 2.

Si viri in captivitate ingressi, in dilectione suarum conjugum perseverant, recipient eas. In quo supra Tit. 3.

Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ Ecclesiastica communione privandæ sint. In quo supra Tit. 4.

Quod aliud sit uxor, aliud concubina: nec errat quisquis filiam suam in matrimonio concubinam habenti, dederit. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 4. a Cap. 68.

Quod non sit conjugii duplicatio, quando ancilla rejicitur, & uxor adsumitur. In quo supra Tit. 5.

TITULUS II.

De potestate nubendi, & impedientibus castitatem.

De viduis, & virginibus, quod quæ voluerint, continentiam teneant, & quæ nubere elegerint, quibus voluerint, nubant. Et de excommunicandis qui propositum castitatis impedierint. Concil. Tolet. III. Tit. 10. a Cap. 16.

TITVLVS III.

De raptoribus.

Desponsatis puellis, & ab aliis corruptis, ut etiam cum damno pudoris restituantur sponsis. Conc. Ancyrit. Tit. 11. a Cap. 2.

De iis, qui sibi rapiunt uxores, vel eis auxilium præstiterint. Concil. Chalcedon. Tit. 26. a Cap. 11.

De raptoribus, si ad Ecclesiam confugiunt. Concil. Aurelianen. Tit. .... a Cap. 31.

De raptoribus viduarum, ac virginum. Epistola Symmachi ad Cæsarium Tit. 3. a Cap. 87.

TITVLVS IV.

De interruptis conjugiis.

De sæcularibus, ut sine judicio Episcopi culpabiles conjuges non relinquant. Concil. Agathen. Tit 25. a Cap. 30.

Ut neque dimissa alteri conjungatur. Concil. African. VT11. Tit. 17. a Cap. 20.

Ut cujus uxor adulteraverit, alteram non accipiat. Conc. Arelaten. Tit. 10. a Cap. 21.

De feminis, quæ, relictis viris suis, aliis nubunt. Concil. Eliberit. Tit. 8. a Cap. 38.

De feminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt. In quo supra Tit. 9.

Quod qui intercedente repudio diu pertulerunt, si se aliis nuptiis junxerint, adulteri esse monstrentur. Epistola Innocentii ad Exupe-

perium Tolofanum Tit. 6. 8.

TITVLVS V.

De duplicatis, & frequentatis conjugiis.

VT fecunda conjugia fæcularibus non negentur; quibus tamen ad Clerum minime venire conceditur. Decretum Gelaſii generale Tit. 24. a Cap. 84.

Presbyterum ad fecundas nuptias vadere non licere. Conc. Neo cæſar. Tit. 7. a Cap. 3.

De Presbyteris, ut ad fecundas nuptias non vadant. Concil. Bracar. 111. Tit. 38. a Cap. 63.

De iis, qui multis nuptiis communicaverint. Concil. Neo cæſar. Tit. 3. a Cap 3.

De iis, qui multis nuptiis irruunt. Concil. Bracar. 111. Tit. 80. a Cap. 63.

Ut fecundo, licet legitime, nubentes, niſi pœnituerint, non communicent. Concil. Laodic. Tit. 1. a Cap. 7.

TITVLVS VI.

De virginibus fæcularibus mœchis, & ne eum alienis viris habitent.

DE virginibus fæcularibus, fi mœchaverint. Conc. Eliberit. Tit. 40. a Cap. 38.

De virginibus puellis, quæ cum nonnullis viris habitare volunt. Concil. Ancyrit. Tit. 19. a Cap. 2.

TITVLVS VII.

De iis, qui ſæpe mœchantur.

DE eo, qui uxorem habens fæpius mœchatur. Conc. Eliberit. Tit. 40. a Cap. 38.

De viris conjugatis, poſtea in adulterium lapſis. Concil. eod. Tit. 68.

De eo, qui uxorem habet, fi concubinam habuerit, non communicet. Concil. Tolet. 1. Tit. 17. a Cap. 44.

Quod cur viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum utroque fexu adulterium Religio Chriſtiana condemnet? Epiſtola Innocentii ad Exuperium Tit. 4. 8.

De iis, qui poſt Baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, ultimo vitæ pœnitentiam poſcunt. Epiſtola Innocentii ad Exuperium Tit. 2.

TITVLVS VIII.

De adulteriis, diſſidio, & lenocinis conjugum.

LAicus, cujus uxor adulteraverit, aliam non accipiat. Concil. Arelaten. 1. Titul. 10. a Cap. 21.

De fæcularibus, qui fuas conjuges derelinquunt. Concil. Agathen. Tit. 25. a Cap. 30.

De relicta Catechumeni, fi alteram duxerit; quod fi fidelis mulier fit quæ ducitur, & noverit virum, inculpatam uxorem relinquere; nec in finem communicet. Concil. Eliberit. Tit. 10. a Cap. 38.

De mulieribus quæ lenocinium fecerint. Concil. eod. Tit. 12.

De feminis, quæ uſque ad mortem cum alienis viris adulterantur. Conc. Eliberit. Tit. 64.

Ne fidelis, aut Catechumena, comatos, aut cinerarios viros habeant. Concil. cod. Tit. 67.

De feminis, quæ conſciis maritis adulterantur. Concil. eod. Tit. 70.

De fidelibus conjugatis, fi cum Judæis, five Gentilibus mœchaverint. Concil. eod. Tit. 79.

Si cujus uxor adulteraverit, feptem annis pœniteat. Concil. Bracar. 111. Tit. 76. a Cap. 63.

TITVLVS IX.

De alterno inter parentes, & filios affectu.

NOn debere quemquam continentiæ cauſſa fuos filios negligere. Concil. Gangren. Tit. 15. a Cap. 4.

Non debere filios occaſione Religionis parentes fuos deſpicere. Concil. eod. Tit. 16

TITVLVS X.

De parentibus, qui filios fuos necant.

DE mulieribus, quæ fornicatæ partus fuos necant. Concil. Ancyrit. Tit. 21. a Cap. 2.

De Catechumena adultera, quæ filium necat. Concil. Eliberit. Tit. 68.

Quod fi qui filios fuos necaverint, a Sacerdotibus, vel Judicibus diſtringantur. Concil. Tolet. 111. Tit. 17. a Cap. 15.

De mulieribus fornicariis, & ad abortum, vel contra conceptum facientibus. Concil. Bracar. 111. Tit. 77.

De uxoribus, quæ filios ex adulterio necant. Concil. Eliberit. Tit. 63. a Cap. 38.

De iis, quæ abortum faciunt, vel natos fuos extinguunt. Conc. Ilerden. Tit. 2. a Cap. 42.

TITVLVS XI.

De expoſitis infantibus.

VT qui expoſitum invenerit, Eccleſiam conteſtetur. Concil. Vaſenſ. Titul. 8. a Capit. 28.

Ut qui præter conſtitutum expoſitum repoſcit, homicida habeatur. Concil. eodem Tit. 10.

De expoſitis inventis, ut id quod conſtitutum eſt, obſervetur. Concil. Agathen. Tit. 24. a Cap. 30.

TITVLVS XII.

De inceſtuoſis conjugiis.

DE inceſtis, ut excommunicentur. Concil. Aurelianen. Tit. 14. a Cap. 31.

De iis, qui duabus fororibus copulantur. Concil. Eliberit. Tit. 61. a Cap. 38.

De inceſtis, ut quamdiu in fcelere funt, inter Catechumenos habeantur. Concil. Ilerden. Tit. 4. a Cap. 42.

De iis, qui proximis fe copulant, ut a communione Chriſti feparentur. Concil. Tolet. 11. Tit. 5. a Cap. 45.

De

De muliere, quæ duos fratres in conjugio, vel vir, qui duas sorores habuerit. Concil. Bracar. III. Tit. 78. a Cap. 63. & in Concil. Ancyritan. Tit. 16. a Cap. 2.

De iis, qui privignas suas ducunt. Concil. Eliberit. Tit. 66. a Cap. 38.

Mulierem duobus fratribus, & virum duabus sororibus, nubere non licere. Concil. Neo-cæsar. Tit. 5. a Cap. 3

TITULUS XIII.

De stupratoribus puerorum.

DE stupratoribus puerorum. Concil. Eliberit. Tit. 71. a Cap. 38.

Item de stupratoribus puerorum. Concil. Toletan. XVI. a Cap. 58.

TITULUS XIV.

De iis, qui cum animalibus commisti sunt.

DE iis, qui se animalibus commiscuerunt. Conc. Bracar. III. Tit. 81. a Cap. 63.

De iis, qui irrationabiliter vixerunt. Concil. Ancyrit. Tit. 16. a Cap. 2.

De iis, qui sicut muta animalia vixerunt, ut inter energumenos orent. Concil. eod. Tit. 17.

TITVLVS XV.

De observatione vanitatum.

DE iis, qui augutia, auspicia, sive somnia, cæteraque hujusmodi secundum morem gentilium observant. Concil. Ancyrit. Titul. 24. a Cap. 2.

De iis, qui auguriis, vel incantationibus, vel Judaicis superstitutionibus serviunt. Concil. Carthag. IV. Tit. 89.

De sortilegis, vel auguria observantibus, ut ab Ecclesia separentur. Concil. Agathen Tit. 42. a Cap. 30.

De divinis, & sortilegis. Concil. Bracar. III. Tit. 71. a Cap. 73.

De eo, quod non liceat Christianis observationes diversas attendere. Concil. eodem Tit. 72. a Cap. 63.

De eo quod non liceat Kalendas observare. Concil. Bracar. III. Tit. 73. a Cap. 63.

De eo quod non liceat mulieres Christianas in lanificiis aliquid observare. Concil. eodem Titul. 75.

De Religiosis, & sæcularibus, qui divinationes attendunt. Concil. Aurelian. Tit. 26.

TITVLVS XVI.

De homicidiis non voluntariis.

DE iis, qui nolentes, homicidium fecerint. Concil. Ancyrit. Tit. 23. a Cap. 2.

Si domina per zelum, voluntate, an casu ancillam occiderit. Concil. Eliberit. Tit. 5. & Concil. Bracar. III. Tit. 78.

TITVLVS XVII.

De homicidiis voluntariis, & falsis testibus, adulteris, & furibus, vel si ad Ecclesiam confugiant.

DE iis, qui volentes, homicidium fecerint. Concil. Ancyrit. Tit. 22. a Cap. 2.

De homicidiis, & falsis testibus, ne communicent. Conc. Agathen. Tit. 37. a Cap. 30.

De iis, qui servos suos extra judicium negant. Concil. eod. Tit. 62.

De homicidis, adulteris, & furibus, si ad Ecclesiam confugerint. Concil. Aurelianen. Tit. 1. a Cap. 31.

Si quicumque per maleficium hominem interfecerit. Concil. Eliberit Tit. 6. a Cap. 38.

De iis, qui sibi, quacumque negligentia, mortem inferunt, ut eorum commemoratio in oblatione non fiat. Similiter & de iis, qui pro sceleribus puniuntur. Concil. Bracar. I. Tit. 16. a Cap. 61.

De homicidio voluntario, & non voluntario. Concil. Bracar. 3. Tit. 68. a Cap. 63.

TITVLVS XXVIII.

De iis, qui ad Ecclesiam confugerunt, & pro eis non pignorandis Clericorum servis.

DE servis, qui ad Ecclesiam confugerint, ut post juramentum exire nolentes, liceat occupare. Conc. Aurel. Tit. 3. a Cap. 31.

De iis, qui ad Ecclesiam confugiunt, ne tradantur. Concil. Arausic. Tit. 5. a Cap 27.

Ut nullus pro suis mancipiis, quæ ad Ecclesiam confugiunt, occupet mancipia Clericorum. Concil. eodem Tit. 6.

Si Clericus servum, aut discipulum de Ecclesia traxerit, ut pœnitentiam agat. Conc. Ilerden. Tit. 8. 42.

De iis, qui, jubente Episcopo, omissa culpa, ab Ecclesia exire contemnunt. Concil. eodem Tit. 10.

De iis, qui ad Ecclesiam confugium faciunt. Concil. Tolet. 12. Tit. 10. a Cap 55.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTUS

De generalibus regulis Clericorum, cæterorumque Christianorum, & regimine principali.

TITULI.

TITVLVS I.

De populis docendis.

DOcendus est populus, non sequendus. Epistola Cælestini ad Episcopos per Apuliam Tit. 3. a Cap. 36.

Ne putetur valere petitio populorum, & voluntas Domini deferatur. Epistola Hilarii ad

ad Afcanium, & univerfos Tarraconenfes Tit. 4. a Cap. 77.

Ut laicus, præfentibus Clericis, non doceat. Concil. Carthag. IV. Tit. 99.

TITULUS II.

De conveniendo ad Ecclefiam.

DE iis, qui, Ecclefia prætermiffa, ad fpectacula pergunt. Concil. Carthag. IV. Tit. 88. a Cap. 47.

De iis, qui tardius ad Ecclefiam accedunt. Concil. Eliberit. Tit. 21. a Cap. 38.

Quod Solemnitates majores a laicis in Civitatibus omnino funt celebrandæ. Concil. Agathen. Tit. 21. a Cap. 30.

De laicis, qui in Solennitatibus majoribus ad Civitatem conveniunt. Concil. eodem, Tit. 63.

Vt cives Feftivitates majores in villa celebrent. Concil. Aurelianen. Tit. 21. a Capite 31.

Vt tribus hebdomadibus, quæ funt ante Epiphaniam, ab Ecclefia non procedant. Concil. Cæfaraugult. Tit. 4. a Cap. 41.

De laicis, quibus temporibus communicare debeant. Concil. Agathen. Tit. 18. a Capite 30.

De iis, qui intrantes Ecclefiam, per nimiam luxuriam fuam a Sacramento fe abftinent. Concil. Bracar. III. Tit. 83.

TITULUS III.

De quibufdam Regulis.

DE non permittendo laicis imperare Religiofis. Concil. Tolet. X. Tit. 3. a Capite 53.

Quod ob neceffitatem peccatum populi in Ecclefia multum foleat præteriri. Epiftola Innocentii ad Ruffum, Tit. 6. a Cap. 36.

De iis, qui in Ecclefiam Libellos famofos ponunt. Conc. Eliberit. Tit. 52. a Cap. 38.

Nulli Chriftiano licere cum mulieribus lavacra exercere. Concil. Laodicen. Tit. 29. a Cap. 7.

De viris, & mulieribus, qui veftimenta fua ad ornandam pompam fæculi dederint. Conc. Eliber. Tit. 57. a Cap. 38.

De iis, qui tabulas ludunt. Concil. eod. Tit. 79.

De eo quod non liceat Chriftianis prandia ad monumenta portare. Concil. Bracar. 3. Tit. 69. a Cap. 63.

De continentibus ab ufu pulliorum. Conc. Granat. Tit. 12. a Cap. 4.

Quod ufuram non folum Clerici exigere non debeant, fed nec laici Chriftiani. Epiftola Leonis ad Epifcopos per Campaniam, & diverfas Provincias, Tit. 3. 66.

Vt qui in pace arma projiciunt, excommunicentur. Concil. Arelaten. I. Tit. 3. a Cap. 21.

Vt aurigæ dum agitant excommunicentur. Concil. eod. Tit. 4.

Vt qui in Theatris conveniunt, excommunicentur. Concil. eod. Tit. 5.

De aurigis, & theatricis fidelibus excommunicandis. Concil. Arelaten. II. Tit. 20. a Cap. 22.

De aurigis, & pantomimis, fi convertantur. Concil. Eliber. Tit. 62. a Cap. 39.

TITVLVS IV.

De difcordia, & oblationibus Clericorum, atque laicorum.

DIfcordantes Epifcopos fi non timor Dei, Synodus reconciliet. Concil. Carthag. IV. Tit. 25. a Cap. 16.

Epifcopi diffidentes Clericos, five laicos concordare compellant. Concil. eodem, Tit. 26.

De iis, qui per odium ad pacem non revertuntur. Conc. Agath. Tit. 31. a Cap. 30.

De iis, qui facramento fe obligant, ne ad pacem redeant. Concil. Ilerd. Tit. 7. a Cap. 41.

Ut oblationes fratrum difcordantium non recipiantur. Concil. Carthag. IV. Tit. 93. a Cap. 16.

TITULUS V.

De difcretione abftinentiæ carnium.

CLerici non exfecratis, fed prægultatis carnibus, abftineant, fi voluerint. Concil. Bracar. III. Tit. 58. a Cap. 63.

De totius ordinis Clericis a carne fe abftinentibus. Concil. Ancyr. Tit. 14. a Cap. 2.

De iis, qui præter idolothytum, & fuffocatum, carnes comedentem damnant. Conc. Gangren. Tit. 2 a Cap. 4.

De Clericis ab efca carnium abftinentibus. Concil. Bracar. I. Tit. 14. a Cap. 61.

De damnatione Prifcillianorum, qui fe a carnibus abftinent. Epift. Vigilii ad Profuturum, Tit. 1. a Cap. 88.

Carnibus avium, & pecorum, non pro exfecratione, fed pro caftigatione corporis abftinendum. Concil. Tolet. I. ex Regulis Fidei Catholicæ, Tit. 17. a Cap. 44.

TITVLVS VI.

De regulis feminarum.

DE feminarum Epiftolis. Concil. Eliber. Tit. 81. a Cap. 38

Ut feminæ fideles a virorum alienorum cœtibus feparentur. Concil. Cæfaraugustan. Tit. 1. a Cap. 41.

Non debere mulieres continentiæ cauffa virilem habitum ufurpare. Conc. Gangren. Tit. 13. a Cap. 4.

Caput tondere mulieri non licere. Conc. eod. Tit. 17.

Ne feminæ in cœmeteriis pervigilent. Concil. Eliberit. Tit. 35.

FINIS LIBRI SEXTI.

LI-

LIBER SEPTIMUS

De honestate, & negotiis Principum.

TITULI.

TITVLVS I.

De reverentia Principum Dei Sacerdotibus exhibenda.

De allocutione Marciani Augusti ad sanctam Synodum Chalcedonensem. Principium Concilii Chalcedonensis a Cap. II.

Allocutio Recaredi Principis in sanctam Synodum Toletanam. Principium Concilii Toletani a Cap. 46.

Commemoratio de allocutione Sisenandi Principis ad Synodum Toletanam. Principium Concilii Toletani IV. a Cap. 47.

Commemoratio de allocutione Chintilani Principis ad Synodum Toletanam. Principium Concilii Toletani V. a Cap. 48.

Allocutio Reccesvinthi Principis ad Synodum Toletanam, cum expositione Fidei sanctæ, & prolato remedio pietatis contra institutionem gravedinis parentalis. Principium Concilii Toletani VIII. a Cap. 51.

TITULUS II.

Qualiter eligantur Principes.

De electione Principum. Conc. Tolet. 4. a Cap. 47.

TITVLVS III.

De laude operum Regum.

De laude Reccaredi Regis, quod per eum ad Catholicam Fidem Gens Gotthorum conversa est. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem, Tit. I. a Cap. 102.

De Constitutione ejusdem, quod non sit auro corrupta, Epistola ejusdem, ad quem supra Tit. 3.

De favore Principis Concilii acclamatione concesso. Conc. Tolet. V. Tit. 9. a Cap. 48.

De gratiarum actione in confirmatione Concilii Deo, & Principi data. Concil. Tolet. VI. Tit. 19. a Cap. 49.

TITVLVS IV.

De institutione operum Regalium.

Ut Principes humilitatem cordis habeant. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem, Tit. 4. a Cap. 102.

Vt Principes moderati, & mites erga subjectos existant. Ejusdem, ad quem supra Tit. 6.

Vt Principes castitati corporis studeant. Ejusdem, ad quem supra Tit. 5.

Vbi admonetur Imperator, ut constitutis Apostolicæ Sedis obtemperet cum argutione patenti. Epistola Anastasii ad Anastasium Augustum, Tit. 6. 86.

Vt Alexandrinos Imperator admoneat ad Fidem sinceram, & pacem redire Catholicam. Epistola Anastasii ad Anastasium, Tit. 5. 86.

De indulgentia Principum noxiis reservata. Concil. Tolet. V. Tit. 8. a Cap. 48.

TITULUS V.

De tutamine Principum.

De custodia salutis Regum, & defensione prolis eorum. Concil. Tolet. V. Tit. 2. a Cap. 48.

De custodia vitæ Principum, & defensione præcedentium Regum a sequentibus adhibenda. Concil. Tolet. VI. Tit. 18. a Cap. 49.

De iis, qui Principes maledicere præsumunt. Concil. Tolet. V. a Cap. 48.

Quod in celebritate cunctorum Conciliorum Synodus Toletana tempore Sisenandi Principis habita debeat referari. Concil. eodem, Tit. 2.

De incolumitate, & adhibenda dilectione Regiæ prolis. Concil. Toletan. VI. Tit. 16. a Cap. 49.

TITVLVS VI.

De judiciis, & excidiis Principum.

De commonitione Principum, qualiter judicent. Concil. Tolet. 4. Tit. 75.

De ultione Principum nequiter judicantium, inibi.

TITVLVS VII.

Ne plebs in Principem delinquant.

De exsecratione Svintilanis, & conjugis, ac prolis ejus; & de Jeilane, ac rebus eorum, inibi.

TITVLVS VIII.

De non violanda fide Principibus promissa.

De transgressione fidei, quæ promittitur Principibus. Concil. Tolet. 4. Tit. 75. a Cap. 47.

De non violandis juramentis in salutem regiam datis. Conc. Tolet. 10. Tit. 2. a Cap. 53.

TITULUS IX.

De non usurpando Regno.

De iis, qui sibi Regnum blandiuntur spe Rege superstite. Concil. Tolet. 5. Tit. 4. a Cap. 48.

De reprobatione personarum, quæ prohibentur adipisci Regnum. Conc. eod. Tit. 3.

De iis, qui Rege superstite, aut sibi, aut aliis

aliis ad futurum provident Regnum; & de personis, quæ prohibentur ad Regnum accedere. Concil. Tolet. vi. Tit. 16.

TITVLVS X.

De fidelibus Regum.

Ut Regum fideles a successoribus Regni a rerum jure non fraudentur, pro servitutis mercede. Concil. Toletan. v. Titul. 6. a Capite 48.

De honore primatum palatii. Concil. Tolet. vi. Tit. 13. a Cap. 49

De remuneratione collata fidelibus Regum. Concilio Tolet. vi. Tit. 14.

TITVLVS XI.

De iis, qui ad hostes confugiunt.

De confugientibus ad hostes. Concil. Tolet. vi. Tit. 12. a Cap. 49.

De refugis, atque perfidis Clericis, sive laicis. Concil. Tolet. vii. Tit. 1. a Cap. 50.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER OCTAVUS

De Deo, & de iis, quæ sunt credenda de illo.

TITVLI.

TITVLVS I.

Quod unus Deus sit, qui omnia fecerit, & qui Legem, atque Evangelia dederit.

Quod Deus solus, & mundum, & omnia ejus fecerit. Concil. Tolet. 1. De reg. Fidei Titul. 1.

Quod solus ille Deus fecerit mundum, de quo scriptum: *In principio fecit Deus cælum, & terram.* In quo supra Tit. 9.

Quod nihil sit, quod se extra Divinitatem possit extendere. In quo supra Tit. 14.

Quod idem Deus sit, & priscæ Legis, & Evangeliorum. In quo supra Tit. 8.

TITULUS II.

Quod unus sit in Trinitate Deus.

Ut Trinitas, & credatur, & prædicetur. Concil. Carthag. Africæ 11. Tit. 1. a Cap. 14.

Regula Fidei de Trinitate contra Priscillianos Concil. Tolet. 1.

Quod non sit idem Pater, qui Filius, aut Paraclitus. In quo supra Tit. 2.

Quod non sit Filius, qui Pater, vel Paraclitus. In quo supra Tit. 3.

Quod non sit Paraclitus, qui Pater, vel Filius. In quo supra Tit. 4.

De Trinitatis unitate. Epistola secunda confessionis Damasi ad Paullinum Tit. 2.

Contra Priscillianistas, qui Sanctam Trinitatem non Personis, sed tantum nominibus distinguunt. Epistola Leonis ad Turibium Asturicensem Tit. 1. 63.

De Mysterio Trinitatis; quid personæ, quid designentur substantiæ. Epistola Hormisdæ ad Justinianum Imperatorem Tit. 2. a Cap. 88.

TITVLVS III.

De Mysteria Incarnationis Christi.

De duabus in Christo Naturis, & Mysterio Trinitatis. Epistola Hormisdæ ad Epiphanium. Tit. 2. Epist. 95.

De Divinitate, & humanitate Domini nostri Jesu Christi. Epistola Hormisdæ ad Justinum Imperatorem Tit. 3. a Cap. 88.

Adversus id quod dicitur, ideo Unigenitum Christum, quia solus sit de Virgine natus. Epistola Leonis ad Turribium Asturicensem Tit. 3. a Cap. 63.

Quod, & carnem, & animam Filius Dei susceperit. Concil. Tolet. 1. Ex regula Fidei Tit. 5. a Cap. 44.

Quod Christus natus est. In quo supra Tit. 6.

Quod Deitas Christi convertibilis, & passibilis non est. In quo supra Tit. 7.

Quod Deitas, & carnis Christi una natura non sit. Tit. 13.

Confitendum, Deum esse veraciter, & Emmanuel, & Dei Genitricem Virginem Mariam, quæ peperit secundum quod scriptum est, Verbum carne factum. Synodo Ephesina Tit. 1. a Cap. 10.

Confitendum Verbum Dei Patris Unigenitum proprie carnem, ita ut unus sit Christus Deus, scilicet simul & homo. In quo supra Tit. 2.

Confitendum, duas substantias in Christo post unitatem, non sola potestate, sed conventu naturali, qui per unitatem factus est, esse conjunctas. In quo supra Tit. 3.

Quæ Apostolicis, & Evangelicis vocibus de Christo dicuntur, non ita dividenda sunt, ut soli naturæ Dei deputentur quæ digna Deo sunt, ut soli naturæ hominis quæ digna homine sunt. In quo supra Tit. 4.

Confitendum, Christum non ita esse hominem quasi theophoron, idest, Deum ferentem,

tem, sed veraciter Filium Dei per naturam, secundum quod Verbum caro factum est; & similiter ut nos, communicabile carni, & sanguini. In quo supra Tit. 5.

Confitendum, Christum non solum in hoc esse Deum, quod Verbum est Patris, & in eo quod Verbum caro factum est, Deum, & hominem esse unum Christum Deum. In quo supra Tit. 6.

Non ita confitendum, Jesum, velut hominem Dei operatione Verbo conjunctum, ut quasi alteri praeter ipsum existenti Unigeniti gloria tribuatur. In quo supra Tit. 7.

Non confitendum in Christo coadorandum hominem cum Deo, quasi alter cum altero adoretur, sed una supplicatione, atque glorificatione Verbum caro factum; idem adorandus, & glorificandus est unus Christus. In quo supra Titul. 8.

Non confitendum Jesum ita per Spiritum Sanctum operatum fuisse miracula, quasi aliena virtute usus fuisset; sed vere per suum spiritum complevit signa, quae voluit. In quo supra Tit 9

Confitendum, Jesum hunc ipsum factum esse Pontificem, & Apostolum confessionis nostrae, qui Verbum caro factum est; & non alterum praeter ipsum specialiter ex muliere hominem natum. Confitendum etiam pro nobis tantum obtulisse semetipsum, & non pro se. In quo supra Tit. 10.

Confitendum, Christi carnem, & vivificatricem esse, & omnia vivificare valentem; non autem ita esse, ut quasi sit Divinitatis habitatio tantum. In quo supra Tit. 11.

Confitendum, Verbum Dei, & passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque Primogenitum ex mortuis secundum quod vita est, & vivificans Deus. In quo supra Tit. 12.

TITVLVS IV.

Contra Eutychetis dogma de Incarnatione Christi.

ADversus id, quod Deum dominum pro parte credunt fuisse cum Patre. Epistola Sancti Leonis ad Turibium Asturicensem Tit. 2. 63.

Quod integrum hominem susceperit Christus sine peccato, & quod unus sit Christus ante saecula ex Virgine natus. Epistola Damasi ad Paullinum ex integro.

Contra eos, qui in duos filios dispensationis Dominici Mysterium scindere moliuntur. Rescriptum Leonis ad Flavianum Episcopum Tit. 2. a Capite 38.

Contra eos, qui passibilem Divinitatem Unigeniti Filii Dei audent asserere. In quo supra Titul. 3.

Contra eos, qui in duas naturas Christi temperamentum, vel confusionem argumentantur. In quo supra Tit. 4.

Contra eos, qui caelestem, aut alterius cujusquam substantiae exstitere formam servi, quam Dominus ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt. In quo supra Tit 5.

Contra eos, qui duas quidem ante annunciationem naturas Domini deliberant, unam vero post annunciationem fingunt. In quo supra Titul. 6.

Item Epistola Petri Episcopi Ravennensis ad Eutychen; ubi contra ejus errores illi apto exemplo respondit ex integro. Epistola 41.

Quod in una Domini nostri Jesu Christi Persona gemina sit Deitatis, & humanitatis asserenda natura. Epistola Leonis ad Leonem Augustum Tit. 2. a Cap. 62.

De capitulis Fidei ex Sanctorum Patrum Libris collectis pro eo ipso. In quo supra Tit. 3.

Epistola Papae Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum; ubi quaerit quid Eutyches contra Fidem Catholicam sentiens, a communione Ecclesiae ab eo fuerit separatus. Ex integro 38.

De subdolis hostis insidiis. Rescriptum Flaviani ad Leonem Papam Tit. 1. a Cap 39.

De fraudulenta subtilitate haereticorum. In quo supra Tit. 2.

De blasphemiis Eutychetis. In quo supra Tit. 3.

De excommunicatione ejus justissima. In quo supra Tit. 4.

Ubi scripsit de exilio Eutychetis, ut ad secretiora loca eum transferret; quia ubi positus erat, adhuc prava docebat. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum.

De blasphemiis, & anathemate Nestorii, & Eutychetis. Epistola Leonis ad Leonem Augustum Tit. 1.

Libellus Fidei, in quo anathematizat Nestorium, atque Eutychen, & reliquorum haereticorum blasphemias. Epistola, sive Libellus Fidei S. Joannis, de Graeco in Latinum translatus, & directus adversus Nestorii, & Eutychetis blasphemias. Epistola Hormisdae ad Justinum Imperatorem Tit. 1. 88.

Ubi Leo Episcopus provocat congregatos Episcopos Eutychetis blasphemias condemnare. Epistola Leonis ad Ephesinam Synodum ex integro 42.

De secunda Synodo Ephesina, in qua Eutychetis haeresis quorumdam Episcoporum pravo intellectu adjuta est. Unde hortatur Leo Episcopus Theodosium Augustum, ut priscae Fidei constituta ab eis non violentur, donec Sacerdotes totius Orbis coadunentur. Epistola Leonis, & universae Synodi, ad Theodosium Augustum ex integro 43.

Contra eandem secundam Ephesinam Synodum, ut ejus errores in alia Synodo retractentur. Epistola Leonis ad Pulcheriam Augustam ex integro 44.

De damnatione Ephesini Concilii secundi. Epistola Leonis ad Martinum, & Faustinum Presbyteros.

Ubi scribit Leo, ut de eo quod de Incarnatione Filii Dei ab Anatolio Constantinopolitano Episcopo praedicatur, agnoscat, & universale Concilium in Italia fiat. Epistola Leonis ad Theodosium Augustum ex integro.

Ubi petit a Pulcheria Augusta ea, quae superius a Theodosio Augusto postulavit. Epistola Leonis ad Pulcheriam Augustam ex integro.

De commendatione eorum, qui ad Principem eum Patrum auctoritate directi sunt. Epistola Leonis ad Faustum, & Martinum, cae-

cæterosque Presbyteros, ex integro.

TITULUS V.

Contra Arianos de Fide Sanctæ Trinitatis.

FIdem, & communionem ab Ario venientem non esse retinendam. Concil. Toletan. III. ex Capitulis contra Arianos Tit. I. a Cap. 46.

Quod Dominus noster Jesus Christus a paterna substantia sine initiu genitus, æqualis, & cosubstantialis illi sit. Concil. Tolet. III. ex Capitulis contra Arianos Tit 2 a Cap. 46.

Spiritum Sanctum a Patre, & Filio procedere, cum quo æternum, & essentialem esse credendum. Concil. Tolet. III. Ex Capitulis contra Arianos Tit. 3. a Cap. 46.

In Patre, & Filio, & Spiritu Sancto Personas distinguendas, & unius Divinitatis substantiam agnoscendam. In quo supra Tit. 4.

Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum Sanctum, Patre, minores esse, & gradibus separari, creaturamque dici penitus non debere: In quo supra Tit. 5.

Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unius substantiæ, omnipotentiæ, & æternitatis esse credendum. In quo supra Tit. 6.

Nescire Filium Dei, quæ Pater sciat, non esse dicendum. In quo supra Tit. 7.

Initium Filio Dei, & Spiritui Sancto non esse deputandum. In quo supra Tit. 8.

Filium Dei secundum Divinitatem suam visibilem, aut passibilem, non esse profitendum In quo supra Tit. 6.

Spiritum Sanctum, sicut Patrem, & Filium, verum Deum, & omnipotentem esse credendum. In quo supra Tit. 10.

Fidem, & communionem Catholicam præter universalem Ecclesiam, quam Nicæna, Constantinopolitana, prima Ephesina, atque Chalcedonensis consilii stio tenet, non esse credendum. In quo supra Tit. 11.

Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum honore, & gloria Divinitatis non esse separandum, aut disjungendum. In quo supra Tit. 12.

Filium Dei, & Spiritum Sanctum cum Patre esse glorificandos, & honorandos. In quo supra Titul. 13.

Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto esse dicendum. In quo supra Tit. 14.

TITVLVS VI.

Contra Priscillianos.

COrpora humana non neganda resurgere posse post mortem. Concil. Tolet I. Ex Regulis Fidei Tit. 44.

Animam humanam Dei portionem, vel substantiam non esse credendam. In quo supra Titul. 15.

Non sequendam Priscilliani sectam, nec in salutari Baptismo contra Sedem Petri Apostoli faciendum. In quo supra Tit. 18.

De Natali Domini, quod in illo Priscillianistæ jejunia celebrant. Epistola Leonis Papæ ad Turibium AsturicensemEpiscopum Titul. 4. a Cap. 63.

Adversus id, quod ajunt, animam hominis ex divina esse substantia. In quo supra Tit 5.

Contra illud, quod ajunt, Diabolum, esse; vel ex chao esse, propriam habere naturam. In quo supra Tit. 6.

Propter illud, quod nuptias, & procreationem filiorum asserunt esse peccatum. In quo supra Tit. 7.

Contra id, quod corpora humana Diaboli dicunt asse figmenta, & a dæmonibus in utero formari. In quo supra Tit. 8.

Contra id, quod filios repromissionis ex Spiritu Sancto dicunt esse conceptos. In quo supra Titul. 9.

Contra id, quod animas in cælestibus peccare credunt, & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem bonam, vel malam. In quo supra Tit. 10.

Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas. In quo supra Tit. 11.

Contra id, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub alis corporis membra describunt. In quo supra Tit. 12.

Contra id quod Patriarcharum nomina per singula corporis membra disponunt. In quo supra Tit. 13.

Contra id, quod duodecim signa, quæ Mathematici observant, per corpus omne distinguunt. In quo supra Tit. 14.

De apocryphis scripturis eorundem Priscillianorum. In quo supra Tit. 15.

De iis, qui tractatus Priscillianorum legunt, In quo supra Tit. 16.

TITVLVS VII.

Contra Pelagianos de libero arbitrio.

COntra Pelagianos, qui dicunt, etiam sine peccato mori potuisse Adam. Concilio Africano Milevitano Tit. 1. a Cap. 20

Quod juxta Apostoli testimonium, etiam parvuli, qui nihil peccati adhuc commise. runt, omnes in peccatorum remissione baptizentur. Concil. eod. Tit. 2.

Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet, ne committantur. Concil. eod. Tit. 3.

Quod per gratiamDei sciamus quid facere debeamus, & diligere ut faciamus. Concil. eod. Tit. 4.

Quod gratia Dei præstet, ut Lex impleatur. non sicut Pelagius, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri. Concil. eod. Tit 5.

Quod juxta sententiam Joannis Evangelistæ, nemo sit qui esse possit sine peccato. Concil. eod. Tit. 6.

Quod unicuique, & justo, non solum pro alienis, sed pro semetipso dicere oporteat: *Dimitte nobis debita nostra*. Concil. eod. Tit. 7.

Quod a Sanctis veraciter dicatur. *Dimitte nobis debita nostra*. Concil. eod. Tit. 8.

De Prospero, & Hilario, qui quosdam Galliæ Presbyteros accusant Pelagii sectatores. Epistola Cælestini ad Episcopos Galliæ Tit. 1. a Cap. 34.

De Sancto Augustino mirabilis assertio. In

ſupra Tit. 2.

Præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum auctoritates de gratia Dei. In quo ſupra Tit. 3.

Quod Adam omnes homines læſerit; nec quemquam niſi Chriſti gratia poſſe a, juvari. In quo ſupra Tit. 4.

Quod nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione ejus, qui ſolus eſt bonus. In quo ſupra Tit. 5.

Quod niſi gratia Dei continuo adjuvemur, inſidias diaboli devitare non poſſumus. In quo ſupra Tit. 6.

Quod per Chriſtum libero bene utamur arbitrio. In quo ſupra Tit. 7.

Quod omnia Sanctorum merita bona ſint Dei. In quo ſupra Tit. 8.

Quod omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo eſt. In quo ſupra. Tit. 9.

Quod gratia Dei non ſolum peccata dimittat, ſed etiam adjuvet, ne committantur, & præſtat, ut Lex impleatur; non ſicut ait Pelagius, facile, quaſi ſine Dei gratia difficilius poſſet impleri. In quo ſupra Tit. 10.

T I T V L V S VIII.

De damnatione hæreſum, & hæreticorum.

De damnatione quorundam hæreticorum, Epiſtola confeſsionis Damaſi ad Paullinum, Tit. 1. a Cap. 2.

De eo, quod plurimi Manichæorum vigilantia Papæ Leonis in Urbe Roma detecti ſunt. Epiſtola Papæ Leonis ad Epiſcopos per Italiam, a Cap. 64.

Adverſus Jovinianum hæreticum, ejuſque Socios ab Eccleſiæ unitate removendos; ubi & Epiſcopus, & Presbyter, Conpresbyteri dicuntur. Epiſtola Syricii ad diverſos Epiſcopos miſſa. Ex integro 5.

De Bubalio, & Tauriano damnatis a Provincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam Sedes Apoſtolica retractare curavit. Epiſtola Innocentii ad Ruffum, & cæteros per Macedoniam. Ex integro 12.

De Bonoſiacis, qui Judæis ſunt comparandi. Epiſtola Innocentii ad Laurentium Senienſem, Tit. 1. 25.

De damnatione Sabellianæ, & Priſcillianæ hæreſis, & Capitulis contra nequiſſimas ſectas. Concil. Bracar. I. Tit. 1. a Cap. 61.

Damnatio hæreſum, & confeſſionis confirmatio ſanctorum Conciliorum. Recaredi Regis Fidei confeſsio, Sacerdotum, & totius Gotthicæ Gentis cum Capitulis diverſas hæreſes condemnantibus in Concilio Toletano III. a Cap. 66.

Libellum deteſtabile Liuvigildi temporibus editum, in quo ſupra continetur a Gotthis Romanorum ad hæreſim Arianam transductio, pro vero penitus non habenda. Conc. Tol. III. contra Arianos Tit. 10. a Cap. 46.

Ariminenſe Concilium ex toto corde repuendum, atque damnandum. In quo ſupra Tit. 17.

T I T V L V S IX.

De damnatione Concilia Patrum non recipientium.

Cui ſancta Fides Eccleſiæ non placeat, anathema ſit. Concil. Tolet. 3. ex Capitulis contra Arianos, Tit. 18. a Cap. 17.

Qui Fidem ſpernit Niceni Concilii, anathema ſit. In quo ſupra Tit. 19.

Qui Fidem Concilii Conſtantinopolitani veram non eſſe dixerit, anathema ſit. In quo ſupra Tit. 20.

Qui Fide Epheſinæ Synodi primæ, & Chalcedonenſis non delectatur, & tenet, anathema ſit. In quo ſupra Tit. 21.

Qui Concilia Orthodoxorum omnium Epiſcoporum conſona Conciliorum Niceni, Conſtantinopolitani primi, Epheſini, & Chalcedonenſis non recipit, anathema ſit. In quo ſupra Tit. 22.

Atteſtatio in confirmationem Catholicæ Fidei, & in condemnationem totius pravitatis hæreticæ. In quo ſupra Tit. 23.

FINIS LIBRI OCTAVI.

L I B E R N O N U S.

De abdicatione hæreticorum.

T I T U L I.

T I T V L V S I.

De vitandis hæreticis, eorumque uſibus.

Non debere Catholicos in ea, quæ in Martyria ſua hæretici dicunt, intrare. Concil. Laodic. Tit. 9. a Cap. 7.

Non debere Chriſtianos judaizare, ſeu ſabbatizare. Concil. eodem Tit. 28.

Non debere ab hæreticis benedictiones accipere, quia maledictiones ſunt. Concil. eodem Tit. 31.

Non debere cum hæreticis, aut ſchiſmaticis orare. Concil. Laodic. Tit. 32. a Cap. 7.

Non eundum ad falſos martyres. Concil. eodem Tit. 34.

Non licere Chriſtianis derelicta Eccleſia ad Angelos idololatriæ congregationes colligere. Concil. eodem Tit. 64.

Non licere ab hæreticis, vel Judæis feriatica, quæ mittuntur, accipere, vel eum eis feſtos dies agere. Concil. eodem Tit. 28

Ut hæreticorum cœtus, non Eccleſia, ſed conciliabulum ſit. Concil. Carthag. IV. Tit. 71. a

71. a Cap. 16.

Vt cum hæreticis nec orandum sit, nec psallendum. Concil. eodem Tit. 72.

Vt infideles pro audienda lectione in Ecclesia usque ad Missam stent. Concil. eodem Tit. 84.

De frugibus Fidelium, ne a Judæis benedicantur. Concil. Eliberitano Tit. 49.

TITULUS II.

De vitandis conviviis hæreticorum.

UT Christiani Judæorum vitent convivia. Concil. Agathen. Tit. 40. a Cap. 30.

De Christianis, qui cum Judæis vescuntur, Concil. Eliberit. Tit. 50. a Cap. 38.

Cum rebaptizatis Fideles religiosi nec in cibo participent. Conc. Ilerd. Tit. 14. a Cap. 42.

De eo, quod non liceat Clericis, vel laicis Catholicis ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipsis, vel cum schismaticis orare. Concil. Bracar. III. Tit. 70. a Cap. 63.

TITVLVS III.

De conjugiis Fidelium, & hæreticorum.

NOn debere Catholicos hæreticorum matrimonio sociari. Concil. Laodic. Tit. 10. a Cap. 7.

De non miscendis conjugiis cum hæreticis, nec dandis Christianorum filiis, illorum autem accipiendis. Concil. eodem Tit. 30.

De cavendis hæreticorum conjugiis. Concil. eodem Tit. 30.

Feminæ Fideles, quæ Gentilibus se junxerint, excommunicentur. Concil. Arelat. I. Tit. 11. a Cap. 21.

De Catholicis, ne hæreticorum connubiis copulentur. Conc. Agath. Tit. 66. a Cap. 30.

Quod puellæ Christianæ in matrimonium dari Gentilibus possunt, propter adulterii caussam. Concil. Eliberit. Tit. 15. a Cap. 38.

De puellis fidelibus, ne infidelibus jungantur. Concil. eod. Tit. 16.

De iis, qui filias suas Sacerdotibus conjungunt. Concil. eod. Tit. 16.

TITVLVS IV.

De Judæorum fide, illisque consentientibus contra Fidem.

DE discretione Judæorum, qui non, vel qui credere vi cogantur. Concil. Toletan. Tit. 58. a Cap. 47.

De custodia fidei Judæorum. Concil. Tovi. Tit. 4.

De solertia fidei Judæorum adhibenda; & ut filii eorum cum testimonio baptizentur. Concil. Hispalen. II. Tit. ....

De Judæis dudum Christianis, & postea in priorem ritum reversis, ac servis, vel filiis eorum circumcisis. Conc. Tolet. IV. Tit. 59. a Cap. 47.

De iis, qui contra Fidem Christi, Judæis munus, vel favorem præstant. Concil. eodem Titul. 58.

TITULUS V.

De uxoribus, & filiis Judæorum; ac ne subditos emptos habeant Christianos, neque officia agant.

DE Christianorum, Judæorumque conjugiis, & filiis eorum. Concil. Tolet. IV. Tit. 63. a Cap. 47.

Ut Judæis uxores, vel concubinas Christianas habere, sive comparare mancipia Christiana, & judaizare, vel publica officia peragere, non liceat. Concil. Tolet. III. Tit. 14. a Cap. 46.

De filiis Judæorum, ut a parentibus separati, Christianis debeant deputari. Concil. Tolet. IV. Tit. 60. a Cap. 47.

De filiis fidelium Judæorum, ne prævaricatis parentibus, & damnatis, a rebus parentum exsules fiant. Concil. eod. Tit. 61.

Vt Judæi, vel si qui ex Judæis sunt, officia publica non agant. Concil. eod Tit. 62.

Ne Judæi quodcumque mancipium Christianum quocumque titulo habeant. Concil. eod. Titul. 66.

De Judæis baptizatis, qui se sociant infidelibus Judæis, ut Christianis illi donentur, isti cædibus deputentur. Concil. Tolet. IV. Tit. 62. a Cap. 47.

Ut baptizati Judæi eum Episcopis celebrent dies festos. Concil. Toletan. 12. Tit. 17. a Capite 52.

TITVLVS VI.

De hæreticis ab Ecclesia suscipiendis.

DE Novatianis, qualiter ab Ecclesia Catholica recipiantur; & de Sacerdotibus, atque ministris ex iis venientibus, quo honore, vel loco suscipiantur. Concil. Nicæno Tit. 8.

De Paullianistis, & Cataphrygis rebaptizandis; & qualiter suscipiantur in Clero qui ex ipsis Clerici fuerint. De Diaconis quoque, qui apud eos inveniuntur, ut inter laicos habeantur. Concil. Nicæno Tit. 19.

Non debere hæreticos in hæresi permanentes in Ecclesiam ingredi. Concil. Laodic. Tit. 6. a Cap. 7.

De Novatianis, & Quartadecimanis, qualiter recipi debeant. Concil. eodem Tit. 7.

De Cataphrygis ad Ecclesiam venientibus baptizandis. Concil. eod. Tit. 8.

De baptizatis a Donatistis, qualiter suscipiantur. Concil. Carthagin. III. Tit. 48. 15.

Ut Novatiani in communione non suscipiantur, nisi suscepta pœnitentia, credulitate errore damnato. Concil. Arelaten. II. Tit. 8. a Cap. 22.

Ut Photiniani Paullianistæ baptizentur. Concil. eod. II. Tit. 16. a Cap. 22.

De eo, qui se ab hæreticis separare voluerit, ut ab Ecclesia suscipiatur. Concil. Tauritano Titul. 5.

De hæreticis, si in mortis discrimine convertantur. Concil. Arausic. Tit. 1. a Cap. 27.

De Judæis, qui converti cupiunt, qualiter suscipiantur. Concil. Agathen. Titul. 34. a Capite 30.

De Gentilibus, si in discrimine baptizari ex-

expetunt. Conc. Eliber. Tit. 39. a Cap. 38.
De quodamAcephalorum Episcopo. Conc. Hispal. II. Tit. 13.

TITULUS VII.

De hereticis ab Ecclesia non suscipiendis in suis officiis.

QUod Arianorum Clerici non sint recipiendi in suis officiis, quamvis eorum Baptismum, quod Catholicum constat, confirmet Ecclesia. Epistola Innocentii ad Alexandrum Tit. 3. 22.

TITULUS VIII.

De gratulatione defensionis Catholicæ Fidei.

UBi gratiæ Pulcheriæ Augustæ aguntur, quæ Nestorianam, & Eutychianam hæresim Fidei defensione destruxit. Epistola Leonis ad Pulcheriam Augustam ex integro. 44.
Vbi Marciano Augusto pro conservatione Catholicæ Fidei gratulatur. Epistola Leonis ad Macianum Aug. ex integro.
Vbi inter cætera defensorem FideiCatholicæ Imperatorem gratulatur. Epistola Leonis ad Marcianum Aug. ex integro.
Vbi gratias Imperatori agit, quod per Chalcedonense Concilium pax sit Ecclesiæ Catholicæ restituta. Epistola Leonis ad Marcianum Aug. ex integro.

TITULUS IX.

De decretis defensionis Sanctæ Fidei, & non retractanda Catholica Fide.

SYnodus Ephesina prima adversus Nestorium ex integro. Epistola Ephesini Concilii ad Nestorium, inibi.
Edictum Valentiniani, & Marciani Imperatorum in confirmatione Concilii Chalcedonensis, ex integro.
Sacra Valentiniani, & Marciani ad Palladium Præfectum contra Eutychem. In eodem.
De directa vicis suæ legatione, per quam postulat Imperator, ut in Concilio Fidem Sanctam, quasi dubium retractare non patiatur. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum, ex integro.
Item Sacra Marciani ad Palladium contra eos, qui sequuntur hæreticos. Confirmatio Concilii Toletani III. Recaredi Regis in Concil. Tolet. III.
Homilia Toletani Concilii III. a Leandro edita in laudem Ecclesiæ ob conversionem Gothicæ Gentis, ex integro.

FINIS LIBRI NONI.

LIBER DECIMUS

De idololatria, & cultoribus ejus; ac scripturis pacis, & muneribus missis.

TITULI.

TITVLVS I.

De eversione idololatriæ.

DE idololatris destruendis. Concil. Carthag. V. Titul. 16. a Cap. 17.
De Sacerdotibus, qui idololatriam non everterint, vel illicite culta non prohibuerint, ut sacrilegi teneantur. Concil. Arelaten. II. Tit. 23. a Cap. 22.
De iis, qui destruentes Idola occiduntur, ne Martyres vocentur. Concil. Eliberitano, Tit. 60. a Capite 38.
Quod idololatriæ cultura a Sacerdotibus, vel Iudicibus exquirenda est, atque exterminanda. Concil. Toletano III. Tit. 16. a Cap. 46.
Ut prohibeant domini idola colere servis. Concil. Eliberit. Tit. 41. a Cap. 38.
Ne id quod idolothytum est, fideles gratum accipiant. Concil. eod. Tit. 40.

TITVLVS II.

De iis, qui idolis ante Baptismum sacrificaverunt.

DE iis, qui ante Baptismum sacrificaverunt idolis. Conc. Ancyr. Tit. 12. a Cap. 2.

TITVLVS III.

De apostatis

DE Catholicis in hæresim transeuntibus, si revertantur, sive minores sint. Concil. Eliberit. Tit. 22. 38.
De fidelibus, si apostataverint, quamdiu pœniteant. Conc. eod. Tit. 46.
Ut apostaticis, & scenicis histrionibus, vel hujusmodi personis, reconciliatio non negetur. Concil. Carthag. III. Tit. 35. a Cap. 15.
De apostatis ab Ecclesia separandis, & iis conversis recipiendis. Epistola Syricii ad Eumerium Tit. 3. a Cap. 3.

TITVLVS IV.

De Clericis, & laicis Christianis lapsis a Fide, vel infidelium operibus mistis.

DE lapsis Clericis ordinatis. Concilio Nicæno Titul. 10.
De iis, qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant pœnitere; & de discretione temporum pœnitentiæ ipsorum. Concil. eod. Tit. 11.
De Catechumenis lapsis. Concilio eodem Tit. 13.
De Presbyteris ipsis in persecutione, & iterum reversis. Concilio Ancyritano Tit. 1. a Cap. 2.

De

De Diaconibus, qui immolaverunt idolis, & iterum reversi sunt. Concil. eod. Tit. 2.

De Clericis, sive laicis, quorum manus alii cum injuria sub idolorum sacrificia posuerint. Concil. Ancyrit. Tit. 3.

De iis, qui in templis idolorum cœnaverunt. De quibus supra.

De iis, qui timore ritus Gentilium peregerunt. Concil. Ancyrit. Tit. 5.

De iis, qui frequenter idolis immolaverunt. Concil. Ancyrit. Tit. 7.

De iis, qui vi coacti, idolis immolaverunt. Concil. Ancyrit. Tit. 8.

De iis, qui & aliis sacrificandi caussam attulerunt. Concil. Ancyrit. Tit. 9. a Cap. 2.

De iis, qui voluntarie in persecutione prævaricati sunt, qua pœnitentia correcti suscipiantur. Concil. Arelaten. 11. Tit. 10. a Cap. 22.

De iis, qui pœnis victi sacrificare compulsi sunt. Concilio eod. Tit. 11.

Circa eorum personas, qui se post unum, & sanctum lavacrum, vel profanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lavatione polluerunt. Concil. Valentino Tit. 3. a Cap. 24.

De lapsis, qui de Catholica Fide in hæresim transeunt. Concil. Agathen. Tit. 60. a Cap 30.

De iis, qui post Baptismum idolis immolaverunt. Concil. Eliberit. Tit. 1. a Cap. 38.

De Sacerdotibus Gentilium, qui post Baptismum immolaverunt. Concil. eod. Tit. 2.

De iisdem, si idolis tantum munus dederint, aut idipsum post pœnitentiam intentaverint. Concil. eod. Tit. 3.

De iisdem, si Catechumeni adhuc immolant, quando baptizentur. Concilio eod. Tit. 4.

De Sacerdotibus Gentilium, qui jam non sacrificant, quando communicent. Concil. Eliberit Tit. 55. a Cap. 38.

De fidelibus, ne ad Capitolium caussa sacrificandi accedant. Concil. eod. Tit. 59.

De iis, qui post Baptismum administraverunt, aut tormenta exercuerunt, vel capitalem sententiam protulerunt. Epistola Innocentii ad Eauperium Tolosanum Tit. 3 a Cap8.

Quod qui preces, vel crimina dictant, habeantur immunes. Epistola Innocentii ad Exuperium Tit. 5.

De baptizatis, qui postea convivils Gentilium, & escis immolatitiis usi sunt, aut idola adoraverunt, vel homicidiis, aut fornicationibus contaminati sunt. Epistola Leonis ad Rusticum Tit. 17. 68.

Captivis, aut terrore, aut fame cum veneratione cibos immolatitios edere compulsis pœnitentia concedenda. Epistola Leonis ad Nicetam Tit. 5. 70.

Quod Arianorum Clerici non sint recipiendi in suis officiis, quamvis eorum Baptismum, quod Catholicum constat, confirmet Ecclesia. Epistola Innocentii ad Alexandrum Titul. 3. a Cap. 22.

De iis, qui metu in hæresim lapsi sunt, ut si conversi fuerint, recipiantur. Epistola Leonis ad Anatolium Tit. 2 a Cap. 51.

De iis, qui hæreticorum erroribus metu, vel voluntate implicantur, ut per satisfactionem ab Ecclesia suscipiantur. Item Epistola Leonis ad eundem Anatolium.

De suscipiendis Clericis, quos Bonosus antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur. Epistola Innocentii ad Laurentium Tit. 2. Epistola 25.

Quod non admittantur ad Clerum Clerici qui sunt ab hæreticis ordinati. Epistola Innocentii ad Ruffum Tit. 3. 12.

Quod ii, qui a bonoso hæretico ordinati sunt Clerici, propterea sint recepti, ne scandalum seminetur Ecclesiæ. Epistola Innocentii ad Ruffum Tit. 5.

De Donato Novatinorum Episcopo, & de Maximo ex Donatistis Episcopo, ut datis fidei suæ libellis, in Episcopatus honore permaneat. Epistola Leonis ad Africanos Episcopos Tit. 2. 71.

Quod omnis cujuslibet ordinis Clericus, qui Catholicam Fidem deserens, hæreticis se communioni immiscuerit, in eo gradu in quo erat, sine promotione permaneat. Epistola Leonis ad Januarium Aquilejensem ex integro 67.

De iis, qui hæreticorum erroribus metu, vel voluntate implicantur, ut per satisfactionem ab Ecclesia suscipiantur, & ut hæreticorum nomina ad Altare non recitentur. Epistola Leonis ad Anatolium Constantinopolitanum 54.

De memoria Episcopi Joannis in laudem Fidei, & mentione prævaricatoris Acacii. Sacra Justiniani ad Hormisdam Papam 89.

TITULUS V.

De nominibus hæreticorum ad Altare non recitandis.

De iis, qui hæreticorum erroribus metu, vel voluntate implicantur, ut per satisfactionem ab Ecclesia suscipiantur; & ut hæreticorum nomina ad Altare non recitentur Epistola Leonis ad Anatolium Constantinopolitanum 54.

Ut specialiter in Ecclesia nomina taceantur Acacii. Epistola Anastasii ad Anastasium Augustum Tit. 4. 53.

TITULUS VI.

De scriptis gratiæ, & pacis.

De scriptis gratiæ, & pacis. Epistola Innocentii ad Aurelium, & Augustinum. Ex integro 15.

Exhortatoria Epistola Innocentii ad Julianum nobilem. Ex integro 18.

De pace ubi Episcopus, & Presbyteri, Compresbyteri dicuntur. Epistola Innocentii ad Acacium Beroba Episcopum. Ex integro 24.

De commendatione Juliani Episcopi, vel eorum Clericorum, qui Flaviano Episcopo in Fide adhæserant. Epistola Leonis ad Anatolium, Tit. 4. 51.

De Antiochena Ecclesia, & memoria Sancti Joannis, & quibusdam Fratribus receptis. Epistola Innocentii ad Bonifacium Presbyterum. Ex integro 19.

De gratulatione Fidei missis scriptis probata.

bata. Epistola Leonis ad Anatolium Titulo 1. 51.

De pace Ecclesiarum. Epistola Acacii Constantinopolitani ad Simplicium Urbis Romæ a Cap. 80.

De ampleaione charitatis, & commendationis Terentiani, & matris ejus. Epistola Felicis ad Zenonem Episcop. es integro 84.

Ubi Episcopi Joannis Constantinopolitani professionem dirigit propter Orientales Clericos, qui eorum communionem poposcerint. Epistola Hormisdæ ad Hispaniæ Episcopos a Cap. 93.

Ubi de communione Constantinopolitanæ Ecclesiæ scribens, ei gratulatur, quod Justinus Augustus de Fide Sancti Ioannis acceptum destinaverit. Epistola Hormisdæ ad Ioannem Episcopum Iiicitanæ Ecclesiæ ex integro 91.

Vbi Hierosolymitani, dato Libello Fidei suæ, in communionem debeant recipi. Epistola Hormisdæ ad Epiphanium, Tituio 3. a Cap. 95.

De gratulationis bono, quod pax Ecclesiæ conservetur. Scriptum Hormisdæ ad Episcopos Bæticæ, Tit. s. 97.

De Attico Constantinopolitano Episcopo, & reddita communione. Epistola Innocentii ad Maaimianum ea integro 23.

TITVLVS VII.

De muneribus missis.

De directis Libris Regulæ Pastoralis. Epistola Gregorii ad Leandrum es integro

De Pallio a B. Petri Apostoli Sede transmisso. Epistola Gregorii ad Leandrum ex integro 101.

De muneribus B. Petro Apostolo a Recaredo Principe missis. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem, Tit. 2. a Cap. 102

De Clave corporis Beati Petri, & de Cruce Domini missa, & de Pallio ad Leandrum Episcopum directo. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem, Tit. 7. a Cap. 102.

FINIS LIBRI DECIMI, ET ULTIMI.

CATALOGUS
ROMANORUM PONTIFICUM

A tempore irruptionis Saracenorum in Hispaniam. Nimirum ab anno Christi circiter MCCXV. usque ad præsentem diem.

Ad dignoscendam facilius epocham Conciliorum, & aliorum veterum monumentorum, quæ in hoc, & seqq. Tomis exhibentur
Juxta computum Papebrochii in Propyleo ad Acta SS. Maji.

Ann. 715. GRegorius S. R. E. Diaconus, natione Romanus, ex patre Marcello, electus anno 715. ante 9. Aprilis, ordinatus 28. ejusdem in Dominica, sedit anno: 15. menses 8. dies 21. Fuit autem temporibus Anastasii, Theodosii, Leonis, atque Constantini Augustorum; obiit 17. Januarii, anno 731. Sepultus ad S. Petrum 11. Februarii, vel potius 13. quando colitur, Indictione 14. Leone, & Constantino Imperatoribus. Cessavit Episcopatus dies 35.

A. C. 731. Gregorius S. R. E. Presbyter, natione Syrus, ea patre Joanne, electus ante 13. Februarii anni 731. & ordinatus 22. ejusdem, Feria quidem 5 seu Festo Cathedræ S.Petri idoneo huic actui; fuit temporibus Leonis Isauri, & Constantini Copronymi Imperatorum annos 2. menses 8 dies 20. obiit 10. Novembris anni 741. Sepultus in Basilica B.Petri 28. ejusdem mensis, quando colitur; & cessavit Episcopatus dies 8.

A. C. 741. Zacharias natione Græcus, es patre Polychronio, ordinatus tempore Constantini Copronymi, & Leonis filii ejus, anno 741. die 19. Novembris in Dominica, sedit annos 2. menses 3. dies 14. defunctus anno bissestili 752. Indictione 5. die 3. Martii, sepultus in Basilica S. Petri 15. ejusdem mensis, quando etiam colitur; & cessavit Episcopatus dies 15.

A. C. 752. Stephanus Presbyter, anno 752. die 6. Martii electus a cuncto populo, & in Patriarchium Lateranense immissus Feria 2. post Dominicam 2. Quadragesimæ, ibi biduo mansit, tertio autem postquam a suo surgeret somno, & sedens familiares caussas disponeret, subito dum sederat, alienatus obmutuit, & sequenti die defunctus est, Feria 6. idest 10. Martii.

A. C. 752. Stephanus S. R. E. Diaconus, natione Romanus, es patre Constantinu, tempore Copronymi, & Leonis, anno 752. electus ante 15. Martii, ordinatus 19. ejusdem, in Dominica IV. Quadragesimæ, sedit annos 5. dies 29. mortuus anno 757. die 26. Aprilis, sepultus ad S Petrum 26. ejusdem, & cessavit Episcopatus mensem 1. dies 5.

A. C. 757. Paulius S. R. E. Diaconus, frater Stephani Papæ II. natione Romanus, ea patre Constantino, anno 757. electus ante 26. Aprilis, ordinatus 22. Maii, tempore Copronymi, & Leonis, in Dominica post Ascensionem; sedit annos 10. mensem 1. mortuus 21. Junii, anno 767. translatus ab Ecclesia S. Paulli, ubi obierat, ad Basilicam S. Petri, mense Septembri. Colitur nunc 28. Junii, & cessavit Episcopatus anno 1. mense 1. diebus 16.

A. C. 767. Antipapa. Constantinus II. Pseudo-Papa, Nepesini Ducis filius, ex laico Pseudo-Pontifea, vitio ordinatus anno 767. 28. Iunii in Dominica, sedit annum 1. mensem 1. dies 2. Espulsus 29. Iulii, anno 768. Pontificalibus exutus 6. Augusti, & post aliquantos dies excæcatus.

A. C. 768. Stephanus, natione Siculus, Presbyter S. Cæciliæ, ex patre Olivo, tempore Constantini Copronymi, & Leonis, electus anno 767. vel sequenti ante 28. Iunii, ordinatus autem 7. Au-

7. Augusti, anno 768. in Dominica, sedit annos 3. menses 5. dies 28. obiit 772. 3. Februarii, sepultus ad B. Petrum; & cessavit Episcopatus dies 5.

A. C. 772.

Hadrianus S. R. E. Diaconus, natione Romanus, ex patre Theodoro, Constantino Copronymo & Leone imperantibus, ordinatus anno 772. die 9. Februarii in Dominica, sedit annos 23. menses 10. dies 17. obiit imperante Constantino Irenes filio anno 795. 25. Decembris, Indictione 4. fortassis 7. Ianuarii, sepultus in Basilica B. Petri Apostoli; & vacavit Sedes dumtaxat die 1.

A. C. 795.

Leo S. R. E. Presbyter, natione Romanus, ex patre Azuppio, imperante Constantino filio Irenes, ordinatus 27. Decembris, Festo S. Joannis Evangelistæ, & Dominico die, anno 795. sedit annos 20. menses 5. dies 16. obiit 11. Junii, Indictione 9. anno 816. sepultus in Ecclesia S. Petri; & cessavit Episcopatus dies 10.

A. C. 816.

Stephanus S. R. E. Diaconus, natione Romanus, ex patre Marino, imperante Ludovico Pio in Occidente, Leone Armeno in Oriente, ordinatus 22. Junii in Dominica, anno 816. sedit menses 7. diem 1. obiit 22. Januarii, anno 817. sepultus in Ecclesia S. Petri; & cessavit Episcopatus Romanus dies 2.

A. C. 817.

Paschalis, natione Romanus, ex patre Bonoso, sub eisdem, quibus decessor Imperatoribus, ordinatus anno 817. die 25. Januarii in Dominica; sedit annos 7. menses 3. dies 17. obiit anno 824. die 11. Maji. Sepultus in Ecclesia S. Praxedis; & cessavit Episcopatus ejus dies 4. in mense Junio, Indictione 2. idest, usque ad 5. diem mensis Iunii.

A. C. 824.

Eugenius natione Romanus, ex patre Buemundo, S. R. E. Archipresbyter, Tituli S. Sabinæ, imperantibus Ludovico Pio & Michaele Balbo, ordinatus anno 824. die 5. Junii in Dominica; sedit annos 3. menses 2. dies 23. obiit 27. Augusti, anno 827. & cessavit Episcopatus dies 4. ipse ad S. Sabinam sepultus videtur.

A. C. 827.

Valentinus natione Romanus, ex patre Petro, de Regione Via-lata, S. R. E. Archidiaconus, Pontifex ordinatus 1. Septembris in Dominica, anno 827. iisdem, qui supra nominantur, imperantibus, sedit dies 11. mortuus 10. Octobris; & cessavit Episcopatus menses 2. dies 25.

A. C. 828.

Gregorius natione Romanus, ex patre Joanne, S. R. E. Presbyter Tit. S. Marci Confessoris, atque Pontificis, Imperantibus Ludovico Pio, & Michaele Balbo, ordinatus anno 828. die 5. Ianuarii, in vigilia Epiphaniæ, eademque Dominica; sedit annos 16. dies VII. obiit anno 844. 11. Ianuarii, sepultus in Basilica B. Petri; & cessavit Episcopatus dies 15.

A. C. 844.

Sergius natione Romanus, ex patre Sergio, Regionis quartæ, S. R. E. Archipresbyter, ejecto ex Lateranensi Palatio ejus invasore Ioanne Diacono, imperantibus Michaele Theophili & Lothario Ludovici filiis, ordinatus 27. Ianuarii, anno 844. in Dominica; sedit annos 3. diem 1. defunctus 27. Ianuarii, anno 847. sepultus ad S. Petrum; & cessavit Episcopatus menses 2. dies 15.

A. C. 847.

Leo natione Romanus, ex patre Rodoaldo, Presbyter Tit. SS. Quatuor Coronatorum, imperantibus Lothario & Michaele prædictis, ordinatus 12. Aprilis, Feria 3. Paschali 847. sedit annos 8. menses 3. dies 6. obiit 17. Iulii anno 855. sepultus in Ecclesia B. Petri Apostoli, & Romano Martyrologio ad dictam mortis diem inscriptus; & vacavit Episcopatus mensem 1. dies 15.

A. C. 855.

Benedictus natione Romanus, ex patre Petro, Presbyter Tit. S. Callisti, dejecto tandem invasore, & tyranno Anastasio, imperantibus Ludovico Iuniore, & Michaele III. ordinatus 1. Septembris in Dominica, anno 855. sedit annos 2. menses 6. dies 10. obiit 10. Martii 858. sepultus ante fores Basilicæ B. Petri; & cessavit Episcopatus dies 14.

A. C. 858.

Niculaus natione Romanus, ex patre Theodoro Regionario, S. R. E. Diaconus, imperantibus Ludovico Juniore & Michaele III. ordinatus 25. Martii, Festo Annunciationis Dominicæ, Feria 6. ante Dominicam Palmarum, annu 858. sedit annos 9. menses 7. dies 19. obiit 12. Novembris, Indictione 1. anno 867. sepultus ante fores Basilicæ B. Petri; & cessavit Episcopatus mensem 1. & diem 1.

A. C. 867.

Hadrianus natione Romanus, ex patre Talaro post Episcopo, Regionis tertiæ, Presbyter Tit. S. Marci, imperantibus Ludovico Juniore & Basilio Macedone, ordinatus 14. Decembris in Dominica, anno 867. sedit annos 4. menses 11. dies 12. obiit 25. Novembris 872. & vacavit Episcopatus dies 18.

A. C. 872.

Joannes natione Romanus, ex patre Gundo, S. R. E. Archidiaconus, imperantibus Ludovico Iuniore, & Basiliu Macedone, ordinatus 14. Decembris in Dominica, anno 872. sedit annos 10. dies 2. defunctus anno 882. 15. Decembris, sepultus ante Ecclesiam Vaticanam juxta portam Iudicii; & cessavit Episcopatus dies 7.

A. C. 882.

Marinus natione Gallisauus, ex patre Palumbo Presbytero, S. R. E. Diaconus, & pro novella Slavorum Ecclesia, per S. Methodii mortem Pastoris egente, ordinatus Episcopus Apostolicus, nullius adhuc certæ Sedis, forsitan in Septembri, anni 882. mortuo Ioanne assumitur, & inthronizatur Pontifex Romanus 23. Decembris in Dominica, imperantibos Carolo Crasso & Basilio Macedone; sedit annum 1. menses 2. diem 1. defunctus circa 23. Februarii anno bissextili 884. & cessavit Episcopatus dies 6.

A. C. 884.

Hadrianus natione Romanus, ex patre Benedicto, imperantibus Carolo Crasso & Basilio Macedone, ordinatus 1. Martii in Dominica, anno 884. sedit annum 1. menses 4. dies 8. obiit anno 885. 8. Julii, quo colitur Nonantulæ, ubi sepultus est; & cessavit Episcopatus dies 16.

A. C. 885.

Stephanus natione Romanus, de Regione Via-lata, Titulo SS. Quatuor Coronatorum Presbyter, imperantibus Carolo Crasso & Basilio Macedone, ordinatus anno 885. 25. Iulii

in Dominica; sedit annos VI. dies 14. defunctus 891. 7. Augusti; & vacavit Episcopatus mensem 1. dies 11.

A. C. 891. Formosus, ex patre Leone, Episcopus Portuensis, tempore Arnulphi, ac Vvidonis Regum Germaniæ, atque Italiæ, & Leonis Sapientis in Oriente imperantis, ad Romanam Ecclesiam regendam translatus, & inthronizatus anno 891. 19. Septembris Dominica; sedit annos 4. menses 6. dies 17. obiit 4. Aprilis die Paschæ, anno 896. & cessavit Episcopatus dies 6.

A. C. 896. Bonifacius natione Romanus, ex patre Adriano, Presbyter depositus, manu populari intrusus, sub tempore Arnulphi & Leonis Imperatorum, ordinatus 11. Aprilis, Dominica in Albis; sedit dies 15. mortuus, vel depositus 25. Aprilis; & cessavit Episcopatus dies 6. anno 896.

A. C. 896. Stephanus natione Romanus, ex patre Ioanne Presbytero, ordinatus tempore Arnulphi & Leonis Imperatorum, anno 896. 2. Maji, Dominica quarta post Pascha, sedit annum 1. menses 3. defunctus circa initium Augusti anno 897. & vacavit Episcopatus usque ad 9. Septembris; & ipse sepultus fuit ante Ecclesiam S. Petri.

A. C. 897. Romanus natione Gallisanus, ex patre Constantino, imperantibus Berengario & Leone, ordinatus 11. Semptembris in Dominica, anno 897. sedit menses 4. dies 23. obiit initio Februarii, anno 898. & vacavit Sedes usque ad 12. Februarii.

A. C. 898. Theodorus natione Romanus, ex patre Photio, imperantibus Berengario, & Leone, ordinatus 12. Februarii, anno 898. in Dominica; sedit dies 20. obiit 3. Martii & cessavit Episcopatus usque ad 12. ejusdem mensis.

A. C. 900. Joannes natione Romanus, Tiburtinensis, ex patre Rampaldo, Lamberto & Leone imperantibus, ordinatus anno 898. Dominica 2. Quadragesimæ, 12. Martii; sedit annos 1. dies 15. obiit 26. Martii, anno 900. & cessavit Episcopatus usque ad 6. Aprilis; ipse vero sepultus est ante Ecclesiam S. Petri ante portam Guidaneam.

A. C. 900. Benedictus natione Romanus, ex patre Mammolo, imperantibus Berengario iterum & Leone, ordinatus 6. Aprilis in Dominica Passionis anno 900. sedit annos 4. menses 6. dies 15. obiit 20. Octobris, anno 904. & cessavit Episcopatus ad 28. ejusdem mensis.

A. C. 904. Leo Forensis fuit, natione Ardeatinus, de loco, qui appellatur Priapi, imperantibus Ludovico Bozonis & Leone, ordinatus 904. 28. Octobris in Dominica, sedit dies 40. defunctus 6. Decembris, sepultus in Ecclesia Lateranensi; & cessavit Episcopatus tantum biduo.

A. C. 904. Christophorus natione Romanus, ex patre Leone, imperantibus prædictis Ludovico Bozonis & Leone, qualitercumque ordinatus, 9. Decembris in Dominica, anno 904. sedit menses VI. Hic de Pontificatu dejectus est, & Monachus effectus, initio Junii, anno 905.

A. C. 905. Sergius natione Romanus, ex patre Benedicto, S. R. E. Presbyter, deposito Christophoro, tempore Berengarii Regis, & Leonis Imperatoris, ordinatus anno 905. 9. Junii in Dominica, post septem annos, menses tres, ab electione facta anno 898. 6. Martii; sedit annos 7. menses 3. dies 16. obiit 24. Septembris, sepultus in restaurata a se Lateranensi Basilica, anno 912. & cessavit Episcopatus usque ad 4. Octobris.

A. C. 912. Anastasius natione Romanus, ex patre Luciano, tempore Berengarii Regis, & sub initium Constantini Porphyrogennetæ Imperatoris, ordinatus anno 912. 4. Octobris Dominica die; sedit annos 2. mensem 1. dies 22. obiit anno 914. 25. Novembris, sepultus in Basilica S. Petri; & vacavit Episcopatus usque ad 4. Decembris.

A. C. 914. Lando nomine Romanus, Sabinensis, ex patre Tamo, sub Berengario Rege, & Constantino Porphyrogenneta imperante, ordinatus anno 914. 4. Decembris in Dominica; sedit menses 4. dies 22. obiit 25. Aprilis anni 915. & vacavit Episcopatus usque in 30. ejusdem mensis.

A. C. 915. Joannes natione Ravennas, ex patre Joanne, primum Bononiensis Episcopus electus, tum Archiepiscopus Ravennas consecratus, & mox Romanus Papa inthronizatus, regnante Berengario, & imperante Constantino Porphyrogenneta, anno 915. 30. Aprilis, Dominica tertia post Pascha; sedit annos 13. menses 2. dies 3. depositus, & conjectus in carcerem 2. Iulii, anno 928. sepultus in Basilica Lateranensi; & cessavit Episcopatus usque ad 6. Julii.

A. C. 928. Leo natione Romanus, ex patre Christophoro Primicerio, sub Hugone Italiæ Rege, & imperante apud Græcos Constantino Porphyrogenneta, ordinatus anno 928. proxima post Joannis depositionem Dominica 6. Julii; sedit menses 6. dies 15. defunctus 20. Januarii, & sepultus ad S. Petrum 929. & cessavit Episcopatus usque ad 1. Februarii.

A. C. 929. Stephanus natione Romanus, ex patre Theudemundo, Hugone regnante, & Constantino imperante, anno 929. 1. Februarii in Dominica; sedit annos 2. mensem 1. dies 22. obiit 12. Martii, sepultus ad Sanctum Petrum 931. & cessavit Episcopatus usque ad 20. ejusdem Martii.

A. C. 931. Joannes natione Romanus, ex patre Sergio Papa, Hugone regnante, & Constantino imperante, ordinatus 20. Martii, anno 931. Dominica *Lætare*, sedit annos 4. menses 10. dies 15. obiit in carcere anno 936. 3. Februarii, sepultus in Ecclesia Lateranensi; & cessavit Episcopatus usque ad 4. ejusdem.

A. C. 936. Leo natione Romanus, Hugone regnante, & Constantino imperante, ordinatus anno 936. 14. Februarii, in Dominica Septuagesimæ; sedit annos 3. menses 6. dies 10. obiit 23. Augusti, anno 939. sepultus in Basilica Beati Petri; & vacavit Episcopatus usque ad 1. Septembris.

Ste-

A. C. 939. Stephanus natione Germanus, Hugone regnante, & Constantino Imperante, ordinatus 1. Septembris in Dominica, anno 939. sedit annos 3. menses 4. dies 15. obiit 15. Januarii, anno 943. & cessavit Episcopatus usque 22. ejusdem mensis.

A. C. 943. Marinus natione Romanus, Hugone regnante, & Constantino imperante, ordinatus 22. Januarii, anno 943. in Dominica; sedit annos 3. menses 6. dies 14. obiit 4. Augusti, sepultus ad S. Petrum 946. & vacavit Episcopatus usque ad 9. ejusdem mensis.

A. C. 946. Agapetus natione Romanus, Lothario regnante, & Constantino Porphyrogenneta imperante, ordinatus anno 946. 9. Augusti in Dominica; sedit annos 9. menses 7. dies 10. mortuus 956. 18. Martii, sepultus in Basilica Lateranensi; & cessavit Episcopatus usque ad 13. ejusdem mensis.

A. C. 956. Joannes natione Romanus, antea Octavianus, Urbis Patricius, & Clericus, ex patre Alberico Patricio, Othone I. regnante, & Constantino imperante, ordinatus anno 956. 23. Martii, Dominica Passionis; sedit annos 7. menses 8. dies 13. usque ad 5. Decembris anni 963. & post bimestre exilium revocatus, ante finem Februarii, anno 964. non longo vixit tempore, mortuus 14. Maji, sepultusque est in Basilica Lateranensi; & cessavit Episcopatus usque ad 29. Maji.

A. C. 963. Leo natione Romanus, S. R. E. Protoscriniarius, regnante Othone I. & imperante Nicephoro Phoca, ordinatus proxima post Synodum habitam contra Ioannem Dominica, 6. Decembris, anni 963. expulsus ante 26. Februarii, anno 964. receptus a Romanis fame subactis, post 23. Junii; Pontificatus titulum partim Romæ, partim in castris apud Imperatorem, atque iterum Romæ gessit annum 1. menses 4 defunctus anno 965. initio Aprilis.

A. C. 964. Benedictus natione Romanus, S. R. E. Diaconus, regnante Othone, & imperante Nicephoro, anno 964. ordinatus 29. Maji in Dominica 1. post Pentecosten, saltem ultra diem 23. Junii verus Pontifex; & rursus, postquam in Saxonia exsulantis restitutionem Otho decrevit, uno fere anno post; atque ita sedisse dicitur universim menses 2. usque ad 5. Iulii, quo obiit Hamburgi in Saxonia anno 965. translatus Romam sub Othone III. anno 999. post ejus obitum vacavit Episcopatus usque ad 1. Octobris.

A. C. 965. Ioannes natione Romanus, ex patre Ioanne Episcopo, ipse Episcopus Narniensis, coronatus 1. Octobris in Dominica, imperantibus Othone & Constantino, anno 965. sedit annos 6. menses 11. dies 6. obiit 6. Septembris anni 972. depositus in Basilica S. Paulli a dextris ingressus; & cessavit Episcopatus usque ad 22. Septembris.

A. C. 972. Benedictus natione Romanus, ex patre Ildebrando, imperantibus Othone I. & Ioanne Tzemisce, ordinatus 12. Septembris in Dominica 972. sedit annum 1. menses 6. obiit circa finem Martii, anno 974. & cessavit Episcopatus diebus paucis usque in Aprilem.

A. C. 974. Antipapa. Bonifacius, antea Franco, hac vice dumtaxat sedit mense 1. quo vixit in carcere Benedictus VI. sacrilege ordinatus 1. Martii, anno 974. in Dominica; mortuo autem Benedicto, mox expulsus fugit Constantinopolim; de quo plenius post sequentes Pontifices tres.

A. C. 974. Dunus natione Romanus, imperantibus Othone II. & Ioanne Tzemisce, anno 974. ordinatus initio Aprilis, puta die 5. Dominica Palmarum, sedit annum 1. menses 6. defunctus mense Octobri anni 975. & sepultus ad S. Petrum; & cessavit Episcopatus usque ad 19. Decembris.

A. C. 975. Benedictus natione Romanus, Sutrinus Episcopus, ex patre David, propinquus Alberici Romani Consulis, imperantibus Othone II. & Basilio ac Constantino Fratribus, inthronizatus 18. Decembris in Dominica, anno 975. sedit annos 8. menses 6. dies 22. obiit 10. Iulii anno 984. sepultus in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem dicta; & cessavit Episcopatus mensem 1. dies 6. vel menses 3. dies 8.

A. C. 984. Ioannes, antea Petrus, Episcopus Papiensis, defuncti Othonis II. Imperatoris Archicancellarius, Othone III regnante, imperantibus Basilio, ac Constantino Fratribus, coronatur 17. Augusti, vel 19. Octobris, utrovis Dominico, anno 984. capitur a Romanis, & Castro S. Angeli includitur mense Novembris, vel circa finem anni, aut initio sequentis; exauctoratur vero cum sedisset menses 8. anno 985. circa 18. Aprilis, ante Dominicam in Albis, vel post medium Junium; & quadrimestri ærumna, fameque maceratus, moritur 20. Augusti ejusdem anni 985. in proxima Vaticana Basilica verosimiliter sepultus, absque titulo, & honore.

A. C. 974. Bonifacius natione Romanus, antea dictus Franco, ex patre Ferrutio, S. R. E. Diaconus, dejecto Benedicto VI. sacrilege ordinatus, anno 974. 1. die Martii, Dominica prima Quadragesimæ, post primum mensem Sedis invasæ pulsus, fugit Constantinopolim; indeque rediens, Sedem denuo invasit anno 985. mense Januario, seditque ex tunc menses 11. partim, ut invasor, partim ut successor Joannis XIV. in carcere mortui, usque ad finem fere anni, quando obiit; post mortem fœde concisus, raptatusque, & sepultus in Basilica Lateranensi; cessavitque Episcopatus usque ad 25. Aprilis anni sequentis 986.

A. C. 975. Joannes Filius Roberti, natione Romanus, post mortem Bonifacii VII. electus, & in Palatium Lateranense inductus, ante finem anni 985. regnante Othone III. imperantibus Basilio ac Constantino Fratribus, illud absque consecratione Episcopali tenuit mensibus 4. defunctus, vel exauctoratus post diem 20. Aprilis, anno 986.

A. C. 986. Joannes natione Romanus, ex Patre Leone Presbytero, de Regione Gallinæ-Albæ, sedit annos 10. dies 6. regnante Othone III. imperantibus Basilio & Constantino Fratribus, a die 25. Aprilis, anno 986. quando fuit in Dominica coronatus, usque ad 30. Aprilis, quo obiit anno 996. forsan sepultus in Vaticano; & cessavit Episcopatus usque ad diem 17. Maji.

A. C. 996. Gregorius, antea Bruno, natione Saxo, ex Patre Othone Marchione Veronensi, ordi-

natus 17. Maji, in Dominica, anno 996. regnante, ac mox coronato Imperatore Othone III. Constantinopoli vero Basilio & Constantino Fratribus, sedit annos 2. menses 9. dies 2. defunctus 18. Februarii, anno 999. sepultus in Vaticana S. Petri Basilica; & cessavit Episcopatus usque ad 2. Aprilis.

A. C. 997. Antipapa. Joannes, antea Philagathus, natione Græcus, ex Calabria, patria Rossanensis, ex Cassinensi Monacho, & futlan Abbate Nonantulano, sub annum 982. factus Placentinus Episcopus, seu (ut ipse scribebat) Archiepiscopus; corrupto pecunia Crescentio Romano, qui anno 996. Gregorium Papam, mox a recessu Imperatoris ab Italia Vrbe expulerat, in ejus locum substitutus anno 97. mense Majo, sequenti autem mense Martio, occupatæ Sedis decimo, tempore Quadragesimæ, oculis, lingua, naso truncatus, deprecante pro eo Sancto Nilo ægre vitam servavit, haud diu post mortuus, & in Laterano sepultus.

A. C. 999. Sylvester natione Aquitanus, antea Gerbertus, a Remensi Archiepiscopatu, ut male occupato, auctoritate Joannis XV. depulsus, & anno 998. mense Aprili ad Archiepiscopatum Ravennensem per Gregorium V. receptus; denique Romanus Pontifex coronatur, imperantibus Othone III. & Basilio ac Constantino Fratribus, uno post anno, qui fuit Christi 999. 2. Aprilis, in Dominica Palmarum; sedit annos 4. mensem 1. dies 11. defunctus anno 1003. 12. Maji, sepultus in Basilica Lateranensi; & cessavit Episcopatus dies 24.

A. C. 1003. Joannes, qui dicebatur Sicco, natione Romanus, de Regione Viveretica, seu Biberatica, anno 1003. regnante S. Henrico, & imperantibus Basilio ac Constantino, ordinatus 6. Junii in Dominica; sedit menses 4. dies 26. defunctus 1003. 31. Octobris; sepultus in Monasterio S. Sabæ; & cessavit Episcopatus usque 19. Martii anni 1004.

A. C. 1004. Joannes, qui dicebatur Fasanus, natione Romanus, de Regione secus portam Metroni, regnante S. Henrico, & imperantibus Basilio ac Constantino, ordinatus Dominica 3. Quadragesimæ 19. Martii anno 1004. sedit annos 5. menses 4. defunctus 18. Julii anno 1009. sepultus in Vaticano; & vacavit Episcopatus usque ad 2. Octobris.

A. C. 1009. Sergius natione Romanus, ex Patre Martino, antea Petrus Episcopus Albanensis, coronatus 2. Octobris in Dominica anno 1009. regnante S. Henrico, imperantibus Basilio & Constantino, sedit annos 2. menses 9. dies 12. defunctus 13. Julii anni 1012. sepultus in Ecclesia Lateranensi; & cessavit Episcopatus dies 6.

A. C. 1012. Benedictus natione Tusculanus, ex Patre Gregorio Comite Tusculano, antea dictus Joannes Episcopus Portuensis, coronatus anno 1012. 20. Julii in Dominica, imperantibus Basilio & Constantino, & mox etiam S. Henrico coronato, sedit annos 11. menses 11. dies 21. obiit 10. Julii anno 1024. sepultus in Basilica B. Petri; & cessavit Episcopatus dies 8.

A. C. 1024. Joannes natione Tusculanus, ex Patre Gregorio Tusculano Comite, Frater Benedicti, VIII. hactenus laicus regnante Conrado II. & imperante Constantino Porphyrogenneta solo ordinatus 19. Julii in Dominica, anno 1024. sedit annos 9. menses 3. dies 19. obiit 6. Novembris 1033. & cessavit Episcopatus mensem 1. dies 2.

A. C. 1033. Benedictus natione Tusculanus, Filius Alberici Comitis, antea dictus Theophylactus, supradictorum Benedicti & Ioannis Pontificum Nepos, imperantibus in Occidente Contrado II. in Oriente Romano & Zoe, ordinatus 9. Decembris in Dominica, anno 1033. Post undecimum suæ Sedis annum expulsus est de Pontificatu circa Natalem Domini anni 1044. propter spurcissimam, & scandalosissimam vitam; & constitutus est in Apostolicam Sedem 3 Kalendas Januarii in Dominica, Joannes Sabinensis Episcopus, cui imposuerunt nomen Sylvester; qui injuste tenuit Cathedram Pontificalem dies 69. usque ad 8. Martii 1040. & ejectus inde prædictus Benedictus, recuperavit, & tenuit Pontificatum mensem 1. dies 21. Et ille ipse, eum sedisset annos 11. menses 4. dies 20. eum dedit Joanni, & Archi-canonico S. Joannis ante Portam Latinam, patrino suo, 4. Kal. Majas, cui imposuerunt nomen Gregorius; qui etiam Pontificatum tenuit annum 1. & menses 8. præter dies 11. & per Imperatorem legaliter eum perdidit, & ductus exstitit in Transalpinis partibus, anno 1046.

A. C. 1044. Antipapa. Sylvester, antea Joannes, Episcopus Sabinensis, Laurentii Filius, imperantibus Henrico II. & Constantino Monomacho, expulsoque Benedicto IX. illegitime coronatus, anno 1044. in Dominica 30. Decembris; sedit dies 69. ejectus a Benedicto præfato, die 8. Martii, anno 1045. ac deinde in Sutrina Synodo absolute depositus, circa finem anni 1046.

A. C. 1045. Gregorius, antea Joannes Gratianus dictus, Archipresbyter S. Ioannis ad Portam Latinam, imperantibus Henrico III. & Constantino Monomacho, ultro cedente Benedicto, ordinatus 28. Aprilis in Dominica, anno 1045. sedit annum 1. menses 7. dies 20. abdicavit ultro sese anno 1045. in Sutrina Synodo, 17. Decembris; & cessavit Episcopatus dies 7.

A. C. 1046. Clemens natione Saxo, antea Babenbergensis Episcopus, Suidigerus dictus, tempore Henrici III. & Constantini Monomachi, anno 1046. in ipso Natalis Domini die, Apostol cæ Sedi 152. ex more consecratus est; qui mox ipsa die Henricum Regem, eum Conjuge sua Agnete, Imperiali benedictione sublimavit. Sedit mensibus 9. diebus 15. obiit anno 1047. 9. vel 10. Octobris, & ad Episcopatum suum Babenbergam reportatus tumulatur; vacavitque Sedes usque ad 8. Novembris,

A. C. 1047. Benedictus tertio reversus in Pontificatum, tenuit eum menses 8. dies 10. idest a festivitate Sanctorum quatuor Coronatorum 8. Novembris Dominica die, anno 1047. usque ad festum S. Alexii 17. Iulii, anni 1048.

A. C. 1048. Damasus natione Noricus, antea Poppo, Episcopus Brixinensis, seu Sabionensis, imperantibus Henrico III. & Constantino Monomacho, coronatus 17. Julii in Dominica 1048. sedit dies 23. defunctus 8. Augusti, sepultus in Ecclesia S. Laurentii extra muros; & cessavit Episcopatus usque ad 12. Februarii, anni 1049.

Leo

Leo natione Theotonicus, ex Patre Hugone Imperatoris Conradi Consobrino, antea dictus Bruno, Tullensis Episcopus, Vvormaciæ anno 1048. Papa designatus, iterumque Romæ electus liberrime anno 1049. 11. Februarii, consecratus 13. prima Dominica Quadragesimæ; sedit annos 5. menses 2. dies 8. obiit, & colitur 19. Aprilis 1054. sepultus in Ecclesia S. Petri, & cessavit Episcopatus usque ad 13. anni sequentis. A. C. 1049.

Victor natione Noricus, antea Gebahardus dictus, Episcopus Aistettensis, Imperatoris Henrici III. Consiliarius intimus, & proximus consanguineus, Constantinopoli imperante Theodora Constantini Porphyrogennetæ Filia, coronatus Romæ anno 1055. in Cœna Domini, 13. Aprilis; sedit annos 2. menses 3. dies 16. obiit 28. Julii 1057. in Tuscia, fortassis sepultus Florentiæ in Cathedrali; & cessavit Episcopatus dies 5. A. C. 1055.

Stephanus natione Lotharingus, antea Junianus Fridericus Cardinalis S. Chrysogoni, electus in Festo S. Stephani Papæ, & postridie Festo Inventionis S. Stephani Protomartyris 3. Augusti, eodemque Dominico die, anno 1057. consecratus Pontifex, sedit menses 7. dies 27. defunctusque Florentiæ 1058. 29. Martii, in Ecclesia Cathedrali juxta tumbam S. Zenobii sepultus est; & post dies 6. sacrilege ordinato Benedictus X. cessavit autem revera Episcopatus menses 10. diem 1. A. C. 1057.

Benedictus natione Romanus, ex Patre Guidone, antea Joannes Episcopus Veliternensis, regnante Henrico IV. Isacio Comnene imperante, ab Archipresbytero Ostiensi sacrilege coronatus 5. Aprilis in Dominica Passionis, anno 1058. sedit menses 9. dies 20. depositus 24. Januarii, anno 1059. & impetrata præsumptionis venia, jussus est apud S. Mariam Majorem manere, Sacerdotali privatus officio, Mincius exinde cognominatus. A. C. 1058. Pseudo Papa

Nicolaus natione Burgundus, antea Gerardus, Episcopus Florentinus, electus Senis, & annuente Rege Pontifex declaratus 9. Decembris 1058. Romæ deinde inthronizatus regnante Henrico 4. Isacio Comneno imperante, 31. Januarii, anno 1059. in Dominica; sedit annos 2. menses 4. dies 25. defunctus Florentiæ 24. Junii 1061. & sepultus ibidem in Ecclesia S. Reparatæ; cessavit autem Episcopatus menses 3. dies 5. A. C. 1059.

Alexander natione Mediolanensis, ex Patre Anselmo, dictus ipse Anselmus, & Lucensis Episcopus, in Sede S. Petri coronatus in Dominica, 30. Septembris 1061. regnante Henrico IV. Constantino Duca imperante, sedit annos 11. menses 6. dies 12. defunctus anno 1073. 22. Aprilis, sepultus 22. ejusdem in Ecclesia B. Petri Apostoli; & cessavit Episcopatus menses 2. dies 9. A. C. 1061.

Cadulus, eum nomine Honorii II. ex Episcopatu Parmensi assumptus a Schismaticis, die 28. Octobris 1061. Romanam Urbem, & Sedem anno 1062. 18. Aprilis invadere frustra visus, & condemnatus in Synodo Osboriæ, sive Osnabrugi, celebrata per S. Annunem Archiepiscopum Coloniensem 1062. 27. Octobris; deinde in duobus Conciliis Romanis, hoc, & sequenti anno factis, & potissimum in Synodo Mantuana. Vaticanam nihilominus Basilicam occupavit, anno 1064. sed ut ibi se coronari faceret, tempus non habuit. Mox expulsus a populo; ægreque in Castello S. Angeli salvatus, & inde fugam pecunia redimens, perseveravit sese pro vero Pontifice gerere, licet a nemine fere reciperetur; quoad sub annum 1065. aut serius, vitam infeliciter terminavit. A. C. 1061.

Gregorius, antea Hildebrandus S. R. E. Archidiaconus, natione Thuscus, ex Patre Bonizo, regnante Domino nostro Jesu Christo, anno clementissimæ Incarnationis 1073. Indictione & Luna 11. 10. Kal. Maji, Feria 2. die 3. sepulturæ Domini Alexandri bonæ memoriæ electus, consecratus est 30 Junii; sedit annos 11. menses 10. dies 26. anno 1085. 25. Maji defunctus Salerni, & in Ecclesia S. Matthæi ibidem sepultus, ubi & colitur. Cessavit autem Episcopatus annum 1. menses 11. dies 13. A. C. 1073.

Guibertus, unde Ghibellinorum perniciosa factio nomen traxit, ex Henrici Regis Cancellario, Archiepiscopus Ravennæ ordinatus ab ipsomet Gregorio Papa, schisma contra eundem excitat; atque in pseudo-Synodo Brixiensi eidem illegit me deposito sacrilege substitutus sub nomine Clementis, anno 1080. 25. Julii, coronationem exsecrabilem suscipit Romæ in Basilica S. Petri anno 1083. ut volunt aliqui, Feria 6. ante Pentecosten, die 26. Maji, secundum alios vero anno 1085. Feria 6. ante Dominicam Palmarum, 31. Martii, quando in ipso Ascensionis Festo, vicissim Henricum IV. Imperatorem coronavit, & a variis Pontificibus successive anathematizatus, pervicax in scelere obiit anno 1101. A. C. 1080. Antipapa.

Albertus Guiberto suffectus, ipso electionis suæ die captus, & reclusus apud Sanctum Laurentium. Eodem anno Ant papa.

Theodoricus sacrilegum titulum tenuit diebus centum & quinque; captus deinde, & in Cavense Monasterium retrusus. Antipapa.

Maginulphus, præstigiis magicis frustra confidens exul moritur, eodem anno, quo Guibertus, aut proxime sequenti. Antipapa.

Victor, ex Principibus Beneventanis, primum Monachus, deinde Abbas Cassinensis, & S. R. E. Presbyter Cardinalis, nomine Desiderius, diu multumque reluctatus, electus tamen anno 1086. in die Pentecostes 24. Maji, & tandem ordinatus anno 1087. 9. Maii, Dominica post Ascensionem Domini, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno, sedit menses 4. dies 7. defunctus Cassini 15. Septembris anni ejusdem 1087. tumulatus in Capitulo, & cessavit Episcopatus usque ad 12. Martii 1088. A. C. 1087.

Urbanus natione Gallus, ex Oppido Castellionis, quod est supra Marnam in Archiepiscopatu Remensi, antea Otho Episcopus Ostiensis, Pontifex creatus Terracinæ anno 1088. 12. Martii, Festo S. Gregorii Papæ, & Dominica 2. Quadragesimæ, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno; sedit annos 11. menses 4. dies 18. defunctus 29. Julii 1099. sepultus in Basilica S. Petri; & cessavit Episcopatus dies 15. A. C. 1088.

Pascha-

A. C. 1099. Paſchalis natione Flaminiæ Provinciæ, patriæ Bledæ, ea patre Creſcentio, matre Alfatia, Ragingerius, ſive Rainerus dictus, Presbyter Cardinalis Tit. S. Clementis, ordinatus 1099. 14. Auguſti in Dominica, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno; ſedit annos 18. menſes 5. dies 5. mortuus 18. Ianuarii 1118. ſepultus in Baſilica Lateranenſi 20. Ianuarii, & vacavit Sedes dies 12.

A. C. 1118. Gelaſius natione Campanus, antea Ioannes Cajetanus, S. R. E. Archidiaconus, anno 1118. Imperantibus Henrico V. & Ioanne Comneno, 31. Ianuarii creatus Romæ, & 24. Februarii ordinatus Cajetæ; ſedit menſes 11. dies 29. defunctus Cluniaci 29. Ianuarii, anno 1119. ibique ſepultus; & vacavit Sedes dies 15.

A. C. 1118. Antipapa. Mauritius Burdinus natione Gallus, Epiſcopus Bracarenſis in Luſitania, ab Henrico V. Germaniæ Rege contra Gelaſium II. elevatus ſub nomine Gregorii, anno 1118. 14. Martii, Feria 4. & veroſimiliter coronatus 17. in Dominica, anno ſequenti ad famam venientis Calliſti Sutrium ſe recepit, unde poſt uſurpatæ Sedis annos 3. menſem 1. dies 15. anno 1121. relegatus in Monaſterium Cavenſe ad pœnitentiam, denique in tanto Fumonis obiit, ignobili ſepultura conditus.

A. C. 1119. Calliſtus natione Francus, antea Guido Archiepiſcopus Viennenſis, imperantibus Henrico V. & Ioanne Comneno, creatus Cluniaci, anno 1119. 4. Februarii; coronatus ibidem, poſt reditum Nunciorum Roma, adulto Martio, aut fortaſſis ipſo die Paſchatis 30. ejuſdem; præfuit Eccleſiæ annos 5. menſes 10. dies 9. defunctus 12. Decembris 1124. ſepultus in Laterano 13. ejuſdem menſis; & vacavit Sedes dies 3. ſeu varius 11. vel etiam 15.

A. C. 1124. Honorius patria Bononienſis, antea Lambertus, Epiſcopus Oſtienſis, imperantibus Henrico V. & Ioanne Comneno, intruſus in Sedem 16. Decembris 1124. in eadem deinde rite confirmatus poſt 7. vel 12. dies, & coronatus proxima Dominica a dicta confirmatione, 28. Decembris, vel 4. Ianuarii ſequentis; ſedit univerſim annos 5. menſem 1. dies 30. defunctus 14. Februarii 1130. ſepultus in Baſilica Lateranenſi; & vacavit Sedes dumtaxat dies 2.

A. C. 1130. Innocentius natione Romanus, ex patre Ioanne de Regione Tranſtyberim, antea Gregorius Cardinalis S. Angeli, regnante Lothario per ipſum deinde coronato Imperatore, Conſtantinopoli vero Comneno, creatus anno 1130. 17. Februarii, & ſequenti Dominica 23. menſis ejuſdem ordinatus, coronatuſque, ſedit annos 13. menſes 7. dies 8. defunctus anno 1143. 24. Septembris, ſepultuſque in Laterano; & vacavit Sedes diem 1.

A. C. 1130. Antipapa. Petrus natione Romanus, filius Petri Leonis, Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani, electus a paucioribus, anno 1130. 17. Februarii; & 23. in Dominica, aſſumpto Anacleti nomine conſecratus, ſedit annos 7. menſes 11. dies 22. obiit 7. menſis Februarii anno 1138. in latebris ſine pompa ſepultus.

A. C. 1138. Antipapa. Gregorius natione Romanus, Presbyter Cardinalis Sanctorum Apoſtolorum, mortuo Anacleto ſuffectus a ſchiſmaticis anno 1138. circa 16. Martii, & veroſimiliter ordinatus Dominica proxima Paſſionis, die 20. ejuſdem menſis, ſub nomine Victoris; poſt duos menſes, die 29. Maji ſubjecit ſeſe Innocentio cum ſibi adhærentibus Cardinalibus.

A. C. 1143. Cæleſtinus, antea Guido dictus, natione Thuſcus, de Caſtro S. Felicitatis, ea Presbytero Cardinali S. Marci, regnante Conrado III. & imperante Manuele Comneno, electus anno 1143. 26. Septembris in Dominica, & veroſimiliter proxima Dominica die 3. Octobris ordinatus, coronatuſque; ſedit menſes 5. dies 13. defunctus anno 1144. biſſextili die 9 Martii, & ſepultus in Laterano. Vacavit Sedes ad ſequentem dumtaxat diem.

A. C. 1144. Lucius, antea Gerardus, Presbyter Cardinalis, patria Bononienſis, ea patre Alberto, regnante Conrado III. & imperante Manuele Comneno, creatus 10. Martii, & conſecratus 12. ejuſdem in Dominica Paſſionis, anno 1144. ſedit menſes 11. dies 4. defunctus 13. Februarii, anno 1145. ſepultus in Laterano; & vacavit Sedes ad ſequentem dumtaaat diem.

A. C. 1145. Eugenius natione Piſanus, antea Bernardus Abbas S. Anaſtaſii, Ordinis Ciſtercienſis Romæ creatus Pontifex anno 1145. 14. Februarii, Rege, & Imperatore prædictis, ordinatus in Monaſterio Farfenſi in Dominica Sexageſimæ 18. Februarii 1145. ſedit annos 8. menſes 4. dies 25. obiit Tibure 8. Julii, 1153. ſepultus in Baſilica S. Petri, & non vacavit Sedes, niſi in diem ſequantem.

A. C. 1153. Anaſtaſius, antea Conradus, Epiſcopus Sabinenſis, natione Romanus, de Regione Saburræ, ea patre Benedicto, regnante Frederico Aenobarbo, & Manuele Comneno imperante, creatus 1153. 9. Julii, & coronatus 12. eiuſdem in Dominica; ſedit annum 1. menſes 4. dies 4. defunctus 1154. 2. Decembris; ſepultus in Baſilica Lateranenſi, & vacavit Sedes diem 1.

A. C. 1154. Adrianus natione Anglicus, antea Nicolaus, Epiſcopus Albanenſis, electus 4. Decembris, anno 1154. coronatus 5. ejuſdem in Dominica, ſedit tempore Friderici Aenobarbi, & Manuelis Comneni, annos 4. menſes 8. dies 28. defunctus 1. Septembris, anno 1159. ſepultus in Vaticano in Baſilica B. Petri, juxta ſepulcrum Eugenii Papæ III. in optima concha; & vacavit Sedes dies 5.

A. C. 1159. Alexander natione Thuſcus, patria Soanenſis, ea patre Rainutio, antea Rolandus, Presbyter Cardinalis S. Marci, & S. R. E. Cancellarius, imperantibus Friderico, & Manuele, creatus 7. Semptembris, Feria 2. pridie Nativitatis B. Mariæ Virginis; ordinatus ad Nymphas, in Vigilia S. Matthæi, Dominica die 20. ejuſdem, anno 1159. ſedit annos 21. menmenſes 11. dies 19. defunctus 25. Auguſti 1181. ſepultus in Lateranenſi Baſilica; & vacavit Sedes dies 3.

A. C. 1159. Antipapa. Victor, alias Octavianus, natione Romanus, Presbyter Cardinalis S. Cæciliæ, ſchiſmatice

tice ordinatus Romæ prima Dominica Octobris, idest, die 4. mensis, 1159. sedit annos 4.
menses 6. & dies aliquot; defunctus Lucæ circa Pascha anni 1164. quod 12. Aprilis celebratum fuit; sepultus in Monasterio extra Civitatem, eo quod Canonici, tam majoris Ecclesiæ,
quam Regulares S. Fridiani elegerint potius sedibus suis expelli, quam schismatici cadaver
apud se recipere.

Paschalis, alias Guido, patria Cremensis, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtyberim, A. C. 1164. Antipapa.
Tit. S. Callisti, ordinatus circa Pascha anni 1164. sedit annos 3. menses 4. plus minus, cancro extinctus anno 1167. mense Augusto Romæ.

Callistus, alias Joannes, ex Abbate Strumensi creatus Presbyter Cardinalis, Guidoni A. C. 1167. Antipapa.
suffectus mense Augusto, anni 1167. sedit annos 10. & dies aliquot; & ab ipsomet Imperatore Friderico Venetiis ad Aleaandri Papæ gratiam recepto, desertus, ad ejusdem obedientiam Tusculi redit anno 1178. 29. Augusti, & eodem anno infeliciter obiit.

Innocentius, antea Lando dictus, quis fuerit, qualisve, incertum est, brevis admodum
temporis pseudo-Papa. A. C. 1157.

Lucius natione Thuscus, patria Lucensis, antea Ubaldus, Episcopus Ostiensis, impe- A. C. 1181.
rantibus Frederico Aenobarbo & Alexio Comneno, creatus 29. Augusti, & postridie in
Dominica coronatus anno 1181. sedit annos 4. menses 2. dies 28. obiit Veronæ 1185. 25. Novembris, ibique sepultus est; & non vacavit Sedes nisi in diem sequentem.

Urbanus natione Lombardus, antea Ubertus, Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Damaso, imperantibus Friderico Aenobarbo & Isaacio Angelo, creatus 26. Novembris, co- A. C. 1185.
ronatus 8. Decembris in Dominica 1185. sedit annum 1. menses 10. dies 25. defunctus Ferrariæ 20. Octobris, anno 1187. & non vacavit Sedes nisi in diem sequentem.

Gregorius natione Beneventanus, antea Albertus, Presbyter Cardinalis S. Laurentii in A. C. 1187.
Lucina, & S. R. E. Cancellarius, imperantibus Frederico Aenobarbo & Isaacio Angelo,
creatus 21. Octobris, & 25. ejusdem in Dominica, anno 1187. ordinatus Ferrariæ; sedit
mensem 1. dies 27. defunctus Pisis 17. Decembris, & vacavit Sedes diem unum.

Clemens natione Romanus, antea Paullus, Prænestinus Episcopus, creatus Pisis 19. De- A. C. 1188.
cembris, coronatus ibidem iisdem Imperatoribus, 6. Januarii, in solenni Festo Epiphaniæ,
Feria 4. anno 1188. sedit annos 3. menses 3. dies 18. obiit 5. Aprilis, anno 1191. sepultus in
Basilica Lateranensi; & vacavit Sedes dies 6.

Cælestinus natione Romanus, ex patre Petro Bobonis, antea Hyacinthus Diaconus Car- A. C. 1191.
dinalis S. Mariæ in Cosmedin, creatus 12. Aprilis, consecratus die Resurrectionis 14. ejusdem, anno 1191. sedit annos 6. menses 8. dies 28. tempore Henrici VI. & Isaaci Angeli Imperatorum. Obiit die 8. Januarii 1198. sepultus in Basilica Lateranensi; & paucis solum horis vacavit Sedes.

Innocentius natione Campanus, patria Anagninus, ex patre Trasimundo de Comitibus A. C. 1198.
Signiæ, matre Clarina, antea Lotharius, SS. Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis, imperante Aleaio Angelo; Occidentali vero Imperio vacante, creatus 8. Ianuarii 1198. consecratus est in Festo Cathedræ S. Petri Antiochenæ 22. Februarii, in Dominica 2. Quadragesimæ, sedit annos 18. menses 6. dies 9. defunctus 16. Iulii, anno 1216. Perusii, ibidemque
in Ecclesia Cathedrali Sancti Laurentii sepultus; & vacavit Sedes diem dumtaxat unum.

Honorius, antea Cencius, Diaconus Cardinalis S. Luciæ, & Cœlestini Papæ III. Camera- A. C. 1216.
rius, natione Romanus, patre Haymerico, postea sub Innocentio III. Presbyter Cardinalis
SS. Paulli, & Joannis Tit. Pammachii, electus Perusii anno 1216. 18. Julii, regnante, quem
ipse postea Imperatorem coronavit, Friderico II. consecratus 24. Iulii in Dominica, ibidem
in Ecclesia S. Petri; obiit anno 1227. 18. Martii Pontificatus sui exacto anno 10. mense 8. sepultus ad Sanctæ Mariæ Majoris ante Aram Præsepii; & non vacavit Sedes, nisi in diem sequentem.

Gregorius, antea Ugolinus, Cardinalis, Episcopus Ostiensis, natione Campanus, anno A. C. 1227.
1227. tempore Friderici II. electus 19. Martii, coronatus 21. ejusdem in Dumitica 4. Quadragesimæ, sedit annos 14. menses 5. dies 3. defunctus anno 1241. die 21. Augusti; sepultus in Basilica Vaticana; & vacavit Sedes fortassis menses 2. dies 5. A. C. 1241.

Cælestinus, antea Gaufridus, Cardinalis, Episcopus Sabinensis, natione Mediolanensis,
Friderico II. Ecclesiam persequente, electus fortassis 27. Octobris, anno 1241. & coronatus
3. Novembris in Dominica; sedit diebus 17. & obiit eodem mense, die forsitan 12. sepultus
in Basilica S. Petri; & vacavit Sedes usque ad 24. Iunii anni 1243. A. C. 1243.

Innocentius, antea Sinibaldus, Cardinalis Presbyter S. Laurentii in Lucina, natione Ianuensis, de Comitibus Lavaniæ, imperante Friderico II. excommunicato, electus Anagniæ,
anno 1243. die Nativitatis S. Ioannis Baptistæ 24. Iunii; & die Apostolorum Petri, & Paulli
29. ejusdem Feria 2. ibidem ordinatus; sedit annos 11. menses 5. dies 14. mortuus 7. Decembris, anno 1254. & sepultus Neapoli in Ecclesia Cathedrali; & vacavit Sedes dies 17.

Alexander, antea Raynaldus, patria Campanus, de Castro Gennæ, in Diœcesi Anagnina, A. C. 1254.
ex Comitibus Signiæ, nepos Gregorii Papæ IX. antea Raynaldus Cardinalis, Episcopus
Ostiensis, & Velitrensis, anno 1254. electus Neapoli in die Natalis Domini, coronatus Dominica proaima, Festo S. Ioannis Euangelistæ 27. Decembris; sedit annos 6. menses 5. mortuus Viterbii anno 1261. 25. Maji; sepultusque in Ecclesia S. Laurentii; & vacavit Sedes
menses 3. dies 4.

Urbanus natione Gallicus, de Civitate Trecensi, antea Jacobus Pantaleon Hierosolymi- A. C. 1261.
tanus Patriarcha, electus Viterbii anno 1261. 29. Augusti, coronatus 4. Septembris in Dominica, sedit annos 3. mensem 1. dies 4. defunctus Perusii 2. Octobris 1264. ibique in Ec-
clesia

clesia Cathedrali Sancti Laurentil sepultus; & vacavit Sedes menses 4. dies tres.

A. C. 1265. Clemens natione Provincialis, de Villa S. Ægidii, antea Guido Grossus, Cardinalis, Episcopus Sabinensis, in Anglicana Legatione absens electus, assensum suum Perusii præbuit quinto vacantis Sedis mense, anno 1265. die 6. Februarii; & coronationem suscepit ibidem prima Dominica Quadragesimæ, eademque festiva Cathedræ S. Petri 22. ejusdem Februarii, Sedit a die suscepti oneris Pontificalis annos 3. menses 9. dies 24. mortuus Viterbii die 29. Novembris 1268. sepultus in Ecclesia Prædicatorum. Vacavit Sedes aonos duos, menses 10. dies 27.

A. C. 1271. Gregorius natione Placentinus, antea Theobaldus Archidiaconus Leodiensis, Viterbii anno 1271. 1. Septembris electus, absens in Palæstina, electioni assensum præbuit 27. Octobris, exindeque censetur sedisse annos 4. menses 2. dies 15. licet primum coronatus Romæ 27. Martii, anno 1272. in Dominica 3. Quadragesimæ; obiit autem anno 1276. 10, Ianuarii, sepultus Aretii, & vacavit Sedes dies 10.

A. C. 1276. Innocentius natione Burgundus, de Tarentasio, antea Petrus Cardinalis, Episcopus Ostiensis, electus Aretii, anno 1276. 21. Januarii, coronatus Romæ in Dominica 1. Quadragesimæ 23. Februarii; sedit menses 5. dies 2. defunctus Romæ anno eodem 22. Junii; sepultus in Laterano; & vacavit Sedes dies 17.

A. C. 1276. Adrianus natione Genuensis, antea Ottobonus, Diaconus Cardinalis S. Andreæ, electus Romæ anno 1276. 10. Julii, sedit mensem 1. dies 19. & antequam consecrari posset, infirmatus, obiit Viterbii 18. Augusti, sepultus in Ecclesia Fratrum Minorum; & vacavit Sedes dies 28.

A. C. 1276. Joannes, antea Petrus Juliani Cardinalis, Episcopus Tusculanus, natione Portugalensis, electus Viterbii 16. Decembris, anno 1276. coronatus ibidem die 20. in Dominica; sedit menses 8. diem 1. mortuus Viterbii 16. Maji, anno 1277 & sepultus ibidem in Ecclesia Sancti Laurentii. Vacavit Sedes menses 6. dies 8.

A. C. 1277. Nicolaus natione Romanus, de domo Ursinorum, antea Joannes Cardinalis Diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano, electus Viterbii die 25. Novembris, anno 1277. consecratus, & coronatus Romæ anno sequenti die 19. Januarii; sedit annos 2 menses 8. dies 30. defunctus Suriani prope Viterbium 23. Augusti 1280. sepultus Romæ in Basilica S. Petri; & vacavit Sedes menses 5. dies 29.

A. C. 1281. Martinus natione Gallicus, antea Simon, Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis, electus Viterbii anno 1281. 22. Februarii, consecratus, & coronatus Urbeveteri 23. Martii, Dominica 4. Quadragesimæ; sedit annos 4. mensem 1. dies 7. mortuus Perusii 28. Martii, anno 1285. ibique in Ecclesia S. Laurentii sepultus; & vacavit Sedes dies 4.

A. C. 1285. Honorius, antea Jacobus de Sabello, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, electus Perusii 2. Aprilis, anno 1285. consecratus, & coronatus Romæ 20. Maji, octava Pentecostes, sedit annos 2. dies 2. defunctus anno 1287. 3. Aprilis, sepultus est in Vaticano; & vacavit Sedes menses 10. dies 8.

A. C. 1288. Nicolaus, antea Hieronymus, patria Asculanus, Cardinalis, Episcopus Prænestinus, electus 22. Februarii, anno 1288. bissextili, Dominica 2. Quadragesimæ, coronatus 25. ejusdem, Feria 4. Festo S. Matthæi; sedit annos 4. mensem 1. dies 14. mortuus 14. Aprilis, anno 1292. sepultus ad Sanctam Mariam Majorem, & vacavit Sedes annos 2. menses 3. dies 2.

A. C. 1294. Cælestinus, antea Fr. Petrus de Murrone, Eremita, ex Regno Neapolitano prope Sulmonem oriundus, electus Perusii 5. Julii, anno 1294. absens, coronatus in Ecclesia sui Ordinis prope Aquilam 29. Augusti in Dominica; sedit menses 5. circiter; abdicavit Pontificatum 12. Decembris, & supervixit usque ad 19. Maji anni 1296. vacavit autem Sedes post abdicationem ejus dies 11.

A. C. 1294. Bonifacius, antea Benedictus Cajetanus, natione Campanus, de Anagnia, Presbyter Cardinalis SS. Sylvestri, & Martini in Montibus, electus Neapoli 24. Decembris anno 1294. consecratus, & coronatus Romæ 23. Januarii 1295. in Dominica, sedit annos 8. menses 9. dies 18. mortuus 11. Octobris 1303. Romæ sepultus in Ecclesia ad S. Petrum in Vaticano. Vacavit Sedes dies 10.

A. C. 1303. Benedictus, antea Nicolaus, Cardinalis, Episcopus Ostiensis Tervisiæ in Lombardia natus, electus anno 1203. 22. Octobris, coronatus Dominica sequenti, 27. ejusdem mensis; sedit menses 8. dies 15. mortuus Perusii 6. Julii, anno 1304. ibique sepultus in Ecclesia Fratrum Prædicatorum. Vacavit Sedes menses 10. dies 29.

A. C. 1305. Clemens, antea Bertrandus, Burdigalensis Archiepiscopus, natione Vasco, electus Perusii absens, anno 1305. 5. Junii, coronatus Lugduni 14. Novembris in Dominica; sedit annos 8. menses 10. dies 16. defunctus in Rocca Mauri super Rhodanum, anno 1314. 20. Aprilis; sepultus Uzestæ, Vasatensis Diœcesis Vico; & vacavit Sedes annos 2. menses 3. dies 17.

A. C. 1316. Joannes, antea Jacobus, Cardinalis. Episcopus Portuensis, natione Aquitanus, de Cadurco Civitate, Lugduni electus, anno 1316. 7. Augusti; coronatus ibidem 5. Septembris, in Dominica; sedit annos 18. menses 3. dies 28. defunctus Avenione anno 1339. 4. Decembris, & ibidem sepultus in Ecclesia S. Mariæ de Donis. Vacavit autem Sedes dies 15.

A. C. 1328. Antipapa. Petrus de Corbario, agente Ludovico Bavaro prætenso Imperatore, a paucis ex inferiori Clero Romæ electus, assumpto nomine Nicolai V. anno 1338. initio Maji, post annos 2. menses 4. ante pedes Joannis Papæ, anno 1340. 25. Augusti, Avenione, sicut antea Pisis fecerat, ejuravit schisma, culpam fassus, receptusque in gratiam, supervixit in honesta custodia

stodia

stodia annos 3. mensem 1. defunctus Avenione anno 1333. mense Septembri exeunte, & se-
pultus apud Franciscanos.

Benedictus, antea Jacobus Presbyter Cardinalis Tituli S. Priscæ, natione Tolosanus, de A. C. 1334.
Savarduno, electus Avenione 20. Decembris 1334. coronatus 8. Januarii sequentis in Domi-
nica, sedit annos 7. menses 4. dies 6. defunctus Avenione, anno 1342. 25. Aprilis, sepul-
tus in Ecclesia Cathedrali, & vacavit Sedes dies 11.

Clemens natione Lemovicensis, antea Petrus Rogerii, ex Archiepiscopo Rothomagensi, A. C. 1342.
Presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achillei, Tit. Fasciolæ, electus Avenione 7. Maji, anno
1342. coronatus 19. Maji in Dominica Pentecostes, sedit annos 10. menses 6. dies 30. defun-
ctus Avenione anno 1352. 6. Decembris; sepultus in suo, ubi Abbas fuerat, Casæ-Dei Mo-
nasterio; & vacavit Sedes dies 11.

Innocentius natione Lemovicensis, antea Stephanus, Cardinalis, Episcopus Ostiensis, A. C. 1352.
electus Avenione anno 1352. 18 Decembris, coronatus 30. Decembris; sedit annos 9. men-
ses 8. dies 26. defunctus Avenione anno 1362. 12. Septembris. Sepultus apud Carthusia-
nos Villæ-novæ, prope Avenionem; & vacavit post mortem ejus Apostolica Sedes men-
sem 1. dies 18. A. C. 1362.

Urbanus natione Lemovicensis, antea Guillelmus Grimoaldi, Abbas S. Victoris Massi-
liensis, electus absens 23. Septembris, misit Massilia subsignatum decretum electionis suæ 27.
Octobris, & Avenione inthroniaatus 31. ejusdem, consecratus, & coronatus fuit sequenti
Dominica, 6. Novembris 1362. sedit a die inthronizationis suæ annos 8. mensem 1. dies 19. de-
functus Avenione 19. Decembris 1370. sepultus in Abbatia S Victoris Massiliensis, & vaca-
vit Sedes dies 10. A. C. 1370.

Gregorius natione Lemovicensis, antea Petrus Diaconus Cardinalis S. Mariæ Novæ, ele-
ctus Avenione 30. Decembris, anno 1370. consecratus, & coronatus 5. Januarii sequentis in
vigilia Epiphaniæ, sed Dominica tunc die; sedit annos 7. menses 2. dies 27. mortuus Ro-
mæ anno 1378. 27. Martii, & sepultus in Ecclesia Sanctæ Mariæ-Novæ. Vacavit Sedes
Pontificia dies 11.

Urbanus natione Neapolitanus, antea Bartholomæus, Archiepiscopus Barensis, electus A. C. 1378.
8. Aprilis, anni 1378. coronatus ipse die Paschæ, 18. Aprilis; sedit annos 11. menses 6. dies
8. defunctus 1389. 15. Octobris; sepultus ad Sanctum Petrum in Vaticano; & vacavit Se-
des dies 17.

Robertus ex Comitibus Gebennensibus, natione Gebennensis, Sanctorum XII. Apostolo- A. C. 1378. Antipapa.
rum Presbyter Cardinalis, a seditiosis Cardinalibus Fundis electus, anno 1378. 20. Septem-
bris, assumpto nomine Clementis VII. & 30. Octobris in Dominica coronatus, usurpavit Pa-
patum annos 15. menses 11. dies 28. defunctus Avenione 16. Septembris anno 1394. & vaca-
vit Antipapatus dies 11.

Bonifacius, antea Petrus Tomacellus, Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, natione Nea- A. C. 1389.
politanus, electus die 2. Novembris, anno 1389. die 11. ejusdem mensis in Festo S. Martini
consecratus, coronatus autem Dominica sequenti 14. Novembris; sedit annos 14. menses 11.
defunctus 1. Octobris 1404. sepultus in Basilica Vaticana; & vacavit post ejus mortem Apo-
stolica Sedes dies 15.

Petrus de Luna, natione Hispanus, S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis, a schis- A. C. 1394. Antipapa.
maticis Avenione in Antipapam electus anno 1394. 28. Septembris; consecratus, & corona-
tus 11. Octobris in Dominica, sumpto nomine Benedicti XIII. non solum non cessit cedente
æmulo, uti facturum se ante electionem juraverat suis Pseudo-Cardinalibus; sed neque ad
gemini Concilii sententiam, Pisani primum, anno 1408. 5. Junii, ac deinde Constantiensis
anno 1417. 16. Julii, dimisit male usurpatum titulum, usque ad extremum pertinax in schis-
mate, desertus licet ab omnibus. Obiit Paniscolæ Regni Valentini arce 23. Maji, anno
1423. ubi sepultum corpus, postea Igluescam, Aragoniæ Oppidum delatum est.

Innocentius natione Sulmonensis, antea vocatus Cosmatus de Melioratis, Tit. S. Crucis A. C. 1404.
Presbyter Cardinalis, Episcopus Bononiensis, electus anno 1404. 17. Octobris, coronatus
2. Novembris in Dominica, sedit annos 2. dies 21. defunctus 6. Novembris, anno 1406 se-
pultus in Basilica S. Petri; & vacavit Sedes dies 23.

Gregorius natione Venetus, antea Angelus Corarius, Tit. S. Marci Presbyter Cardinalis, A. C. 1406.
creatus Pontifex anno 1406. 30. Novembris, coronatus 5. Decembris Dominicâ 2. Adventus
in Concilio Pisano una cum secum contendente Benedicto abdicatus anno 1409. 5. Junii, non
tamen ante coactum Constantiense Concilium Pontificatu cessit, quod in eo per Procurato-
rem Carolum Malatestam Constantiæ fecit, anno 1415. 4. Julii, cum ad eam usque diem se-
disset annos 8. menses 7. dies 5. mortuus Recineti anno 1417. cum titulo Episcopi Cardinalis
Portuensis, vel Tusculani, & perpetui Legati Marchiæ, 4. Julii, ibidem in Cathedrali Ec-
clesia Pontificaliter tumulatus.

Alexander natione incerta, de Ordine Fratrum Minorum, antea Petrus Candianus, Ti- A. C. 1409.
tuli XII. Apostolorum, Presbyter Cardinalis, in Concilio Pisano, post depositionem Gre-
gorii, & Benedicti, assumptus anno 1409. 26. Junii, & ibidem coronatus 7. Julii in Domi-
nica, sedit menses 10. dies 8. defunctus Bononiæ anno 1410. 3. Maji; sepultus ibidem in
Ecclesia Fratrum Minorum; & vacavit Sedes controversi juris, propter Gregorium adhuc
viventem, dies 13.

Joannes natione Neapolitanus, antea Cardinalis Diaconus S. Eustachii, Balthassar Cossa, A. C. 1410.
electus Bononiæ 17. Maji, anno 1410. coronatus est 25. ejusdem mensis in Dominica 2. post
Pentecosten; cumque sedisset annos 5. dies 15. in Concilio Constantiensi se abdicavit anno

1415. 31. Maji, & vacavit Sedes annos 2. menses 5. dies 10. ipse vero obiit Florentiæ, anno 1419. 22. Decembris, sepultus in Cathedrali.

A. C. 1417. Martinus natione Campanus, de Principibus Urbis, domus de Columna, antea Otho, Diaconus Cardinalis S. Georgii in Velabro, electus concorditer in Papam Constantiæ, anno 1417. 11. Novembris, coronatus 21. ejusdem, Festo Præsentationis, ac simul Dominica; sedit annos 13. menses 3. dies 10. defunctus anno 1431. 20. Februarii. Sepultus est in Basilicæ Lateranensi; & vacavit Sedes dies 13.

A. C. 1424. Antipapa. Ægidius Munionis, natione Catalanus, Canonicus Barcinonensis, post Petrum de Luna electus a paucis Pseudo-Cardinalibus Antipapæ, anno 1424. nomen Clementis VIII. assumpsit cum insigniis Pontificiis, coronatus anno 1425. Paniscolæ 17. Maji, in die Ascensionis Domini; & ex hinc nomen Papæ usurpavit annos 4. menses 2. dies 10. abdicavit autem anno 1429. 26. Julii, Festo S. Annæ, & schisma ex toto cessavit.

A. C. 1431. Eugenius Papa IV. ejus nominis, natione quidem gloriosissimus Venetus, familia Condelmeria vetusta, patre Angelo, Gabriel religiosissimus antea vocatus, 2. Nonas Martii apud Minervam Romæ anno 1431. post Martinum Papam Pontifex creatus, eum esset Presbyter Cardinalis Tit. S. Clementis, coronatus 11. Martii in Dominica 4. Quadragesimæ; sedit annos 15. menses 11. dies 13. mortuus 18. Februarii, anno 1447. & sepultus in Vaticano, vacavitque post ejus mortem Apostolica Sedes dies 15.

A. C. 1440. Antipapa. Felix V. ejus nominis, natione Sabaudiensis, Amedeus, Eremita antea vocatus, anno Domini 1439. die 15. Novembris; Eugenio Pontifice a Basileensi Concilio Philippi Ducis Mediolanensis procuratione deposito, Pontifex electus in schismate, Antipapatum acceptavit 17. Decembris, coronatus Basileæ anno 1440. die 24. Augusti, Festo S. Bartholomæi, a qua die sedit annis 8. menses 7. dies 13. abdicavit se Lausanæ 7. Aprilis, anno 1449. postea Cardinalis Episcopus Sabinensis pie defunctus est Genevæ anno 1451. 7. Januarii; ac Ripaliæ loco sui primi secessus, tumulatus.

A. C. 1447. Nicolaus Papa, ejus nominis V. natione Genuensis, patria Sarzanensis, Thomas antea vocatus, Patre Bartholomæo Chirurgico, humili familia natus, anno 1447. omnium suffragiis Pontifex creatus 7. Martii coronatus 19. Dominica 4. Quadragesimæ; sedit annos 8. dies 19. defunctus 24. Martii 1455. sepultus in Vaticano; & vacavit Sedes dies 14.

A. C. 1455. Callistus Papa III. hujus nominis, natione Catalanus, Patria Valentinus, Patre Joanne, Viro nobilissimo natus, Alphonsus Borgia antea vocatus, Nicolao Pontifici omnium suffragiis, jam decrepitus, anno 1455. suffectus est 8. Aprilis, coronatus 20. die, eademque Dominica 2. post Pascha; sedit annos 3. menses 3. dies 30. defunctus 6. Augusti, anno 1458. & sepultus in Vaticana Basilica. Vacavit Sedes Apostolica dies 12.

A. C. 1458. Pius Papa II. ejus nominis, natione Etruscus, patria Senensis, Æneas Sylvius antea vocatus, Poeta egregius, Patre Sylvio, nobili satis familia Piccolominea natus, anno 1458. Callisto Pontifici subrogatus 19. Augusti, coronatus 3. Septembris in Dominica, sedit annos 5. menses 11. dies 27. defunctus Anconæ 14. Augusti 1464. sepultus primum in Vaticano, denique in ædem S. Mariæ (*legendum, S. Andreæ*) de Valle Patrum Theatinorum translatus. Vacavit Sedes dies 16.

A. C. 1464. Paullus Papa II. hujus nominis, patria Venetus, Patre Nicolao, Matre Polyxena natus, Petrus Barbo antea vocatus, Eugenii Pontificis ex sorore nepos, anno 1464. pridie Kal. Septembris ex Cardinali S. Marci Pio Pontifici suffectus, coronatus 9. Septembris in Dominica; sedit anno 6. menses 10. dies 26. mortuus 26. Julii, anno 1471. sepultus in Basilica Vaticana S. Petri; & vacavit Sedes dies 13.

A. C. 1471. Xystus Papa IV. hujus nominis, natione Ligur, patria Saonensis, Franciscus a Ruvere antea vocatus, Ordinis Minorum Generalis Minister, anno 1471. Paullo Pontifici repentino interitu sublato surrogatus 9. Augusti, coronatus 25. in Dominica, sedit annos 13. dies 4. mortuus 1484. die 12. Augusti; sepultus in Vaticano. Vacavit Sedes Apostolica dies 16.

A. C. 1484. Innocentius Papa VIII. ejus nominis, patria Genuensis, Patre Aaron, Cyborum mediocri familia, sed honorata natus, Joannes Baptista antea vocatus, post Xystum Pontificem ex Cardinali Presbytero S. Cæciliæ, anno 1484. Pontifex creatus 29. Augusti, coronatus 12. Septembris in Dominica, sedit annos 7. menses 10. dies 28. mortuus anno 1492. 25. Julii, sepultus in Vaticano, & vacavit Sedes dies 16.

A. C. 1492. Alexander Papa ejus nominis VI. natione Hispanus, Rodericus antea vocatus, S. R. E. Archidiaconus, Callisti olim Pontificis ex fratre nepos, anno 1492. Innocentio Papæ consensu Cardinalium Pontifex suffectus 11. Augusti, coronatus 26. in Dominica; sedit annos 11. dies 8. defunctus anno 1503. 18. Augusti, sepultus in Vaticano; & vacavit Sedes mensem 1. dies 3.

A. C. 1503. Pius Papa III. hujus nominis, natione Etruscus, patria Senensis, nepos Pii II. Franciscus Piccolomineus antea vocatus, S. R. E. Archidiaconus, Tit. S. Eustachii Cardinalis, Alexandro suffectus 22. Septembris, anno 1503. coronatus 8. Octobris; sedit dies 27. defunctus 18. Octobris, sepultus in Vaticano, translatus fuit ad S. Andream de Valle; & vacavit Sedes dies 12.

A. C. 1503. Julius Papa II. hujus nominis, natione Ligur, patria Saonensis, Julianus a Ruvere antea vocatus, Xysti olim IV. Pontificis ex fratre nepos, hoc anno 1503. pridie Kalendas Novembris, ex Presbytero Cardinali Tituli Sancti Petri ad Vincula, post Pium III. Pontificem creatus est Pontifex, coronatus 26. Novembris, in Dominica; sedit annos 9. menses 3. dies 22. obiit anno 1513. 21. Februarii. Inserendus monumento, quod in Ecclesiæ S. Petri ad Vincula sibi vivens curaverat, manet adhuc in Basilica Vaticana; & vacavit Sedes dies 17.

A. C. 1513. Leo, antea Joannes Laurentii de Medicis, patria Florentinus, ex Diacono Cardinali Tit.

S. Ma-

S. Mariæ, in Dominica electus anno 1513. 11. Martii, coronatus 19. in Sabbatho, Lateranum progressus solenniter 11. Aprilis, Festo S. Leonis Papæ; sedit annos 8. menses 8. dies 21. defunctus anno 1521. 1. Decembris; sepultus in Vaticano, translatus est ad S. Mariæ supra Minervam. Vacavit Sedes menses 2. dies 14.

Adrianus, patre Florentio, Trajecti ad Rhenum in Belgio humiliter natus, ex Dertusensi in Hispania Episcopo Presbyter Cardinalis Tit. SS. Joannis & Paulli, electus Romæ absens ipse in Hispania anno 1522. 19. Januarii, Pontificatum suscepit Victoriæ in Cantabria 16 Februarii, Romæ coronatus 31. Augusti in Dominica; sedit a die acceptati muneris annum 1. menses 6. dies 30. mortuus anno 1523. 14. Septembris, sepultus in Ecclesia Teutonicorum S. Mariæ de Anima; & vacavit Apostolica Sedes menses 2. dies 4. A. C. 1522.

Clemens patria Florentinus, antea Julius Juliani de Medicis, ex Archiepiscopo Florentino, & Cardinali Presbytero Tit. S. Clementis, electus 1523. 19. Novembris; coronatus 26. Novembris, Feria 5. sedit annos 10. menses 10. obiit 1534. 26. Septembris, sepultus in Vaticano, translatus fuit ad Sanctæ Mariæ supra Minervam, & vacavit Sedes dies 16. A. C. 1523.

Paullus natione Romanus, ex patre Petro Aloysio de Farnesiis, antea Alexander Cardinalis Episcopus Ostiensis, electus anno 1534. 12. Octobris, coronatus 3. Novembris, Feria 3. sedit annos 15. dies 29. obiit 1549. 10. Novembris; sepultusque est in Vaticano. Vacavit Apostolica Sedes menses 2. dies 28. A. C. 1534.

Iulius natione Etruscus, ex Oppido S. Savini, antea Ioannes Maria Vincentii de Monte, Cardinalis, & Episcopus Prænestinus, electus 8. Februarii 1550. coronatus 20. Februarii, Sabbatho Festo Cathedræ S. Petri Antiochiæ; sedit annos 5. mensem 1. dies 16. obiit 1555. 23. Martii. Sepultus fuit in Vaticano. Vacavit Sedes dies 16. A. C. 1550.

Marcellus ex Patre Richardo Cervino, natione Picenas, in Oppido Montis-Fani natus, antea Presbyter Cardinalis Tit. Crucis in Hierusalem, electus anno 1555. 9. Aprilis, & mox propter imminens Festum Paschæ sequenti die consecratus, ac coronatus Feria 4. majoris hebdomadæ, sedit dies 22. defunctus 1. Maji, sepultus in Ecclesia Vaticana; & vacavit Sedes Apostolica dies 22. A. C. 1555.

Paullus, antea Joannes Petrus, patria Neapolitanus, Patre Joanne Caraffa, Cardinalis, Episcopus Ostiensis, electus 1555. 23. Maji, Festo Ascensionis Domini, & proxima Dominica 26. mensis coronatus, sedit annos 4. menses 2. dies 27. obiit anno 1559. 18. Augusti, sepultus in Vaticano, ac postea translatus ad Minervam; & vacavit Sedes menses 4. dies 7. A. C. 1555.

Pius natione Lombardus, ex Civitate Mediolani, antea Joannes Angelus Bernardini de Medicis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Priscæ, electus 26. Decembris 1559. coronatus 6. Januarii in Festo Epiphaniæ in Sabbatho; sedit annos 5. menses 11. dies 14. defunctus 1565. 9. Decembris; sepultusque in Vaticano, & inde translatus in Ecclesiam S. Mariæ Angelorum. Vacavit Sedes dies 28. A. C. 1559.

Pius natione Lombardus, ex oppido Boschi, antea Michael Paulli de Gisleriis, ex Ordine Prædicatorum, Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariæ super Minervam, anno 1566. electus 7. Januarii, coronatus die suo natalitio, & Festo S. Antonii 17. ejusdem mensis Feria 5. sedit annos 6. menses 3. dies 25. vita functus 1572. 1. Maji, & sepultus in Vaticano, ac postmodum translatus ad Basilicam S. Mariæ Majoris. Beatificatus autem anno 1672. a Clemente Papa X. & die 5. Maji Officio Ecclesiastico coli jussus. Post mortem ejus vacavit Sedes dies 11. A. C. 1566.

Gregorius natione Italus, ex Civitate Bononiæ, ante Hugo Christophori de Boncompagnis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Xysti, electus anno 1572. 13 Maji, coronatus in Festo Pentecostes 25. Maji; sedit annos 13. menses 10. dies 29. defunctus 1585. 10. Aprilis; sepultus in Vaticani Sacello Gregoriano; & vacavit Sedes dies 13. A. C. 1572.

Xystus natione Picenas, ex Oppido tunc, mox Civitate Montis-Alti, antea Felix Peretti de Perettis, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, Presbyter Cardinalis Tit. Sancti Hieronymi Illyricorum, electus anno 1585. 24. Aprilis, coronatus 1. Maji Feria 4. sibi semper felicissima, utpote qua & natus fuerat, & factus Frater, Generalis, Cardinalis, ac Papa; sedit annos 5. menses 4. dies 4. defunctus anno 1590. 27. Augusti, sepultus in Vaticano, postea translatus ad proprium suum Sacellum in Basilica S. Mariæ Majoris; & vacavit Sedes dies 18. A. C. 1585.

Urbanus patria Romanus, antea Joannes Baptista Cosmi Castaneæ Genuensis, Presbyter Cardinalis Tituli S. Marcelli, electus 1590. 15. Septembris, sedit dies 13. obiit nec ordinatus, nec coronatus 27. Septembris, sepultus in Ecclesia Vaticana; & vacavit Sedes menses 2. dies 19. A. C. 1590.

Gregorius natione Lombardus, ex Civitate Mediolani, antea Nicolaus Francisci de Sfondratis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Cæciliæ, electus anno 1590. 5. Decembris, coronatus 8. Festo Conceptionis Immaculatæ in Sabbatho; sedit menses 10. dies 11. defunctus 1591. 15. Octobris; sepultus ad Sanctum Petrum in Sacello Gregoriano; & vacavit Sedes dies 14. A. C. 1590.

Innocentius natione Italus, ex Civitate Bononia, antea Antonius Antonii de Facchinetti, Presbyter Cardinalis Tit. SS. Quatuor Coronatorum, electus 30. Octobris 1591. coronatus 3. Novembris, in Dominica; sedit menses 2. defunctus 30. Decembris, anno eodem, & sepultus in Vaticano. Vacavit Sedes mensem 1. A. C. 1591.

Clemens natione Etruscus, de Civitate Florentia, antea Hippolytus Silvestri de Aldobrandinis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Pancratii, electus anno 1592. 30. Ianuarii, ordinatus 2. Februarii, in Dominica, Festo Purificationis, & coronatus 9. ejusdem similiter in Domini- A. C. 1592.

ca; sedit annos 13. mensem 1. dies 3. defunctus anno 1605. 3. Martii, sepultus in Vaticano; & vacavit Sedes dies 29.

A. C. 1605. Leo patria Florentinus, antea Alexander Octaviani de Medicis, Cardinalis Episcopus Praenestinus, electus 1605. 2. Aprilis; coronatus 10. ejusdem, Dominica Paschae; sedit dies 26. defunctus 27. Aprilis, sepultus in Vaticano; & vacavit Sedes dies 18.

A. C. 1605. Paullus patria Romanus, antea Camillus Marci Antonii de Burghesiis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Chrysogoni, electus anno 1605. 16. Maji, coronatus in Festo Pentecostes 29. ejusdem mensis; sedit annos 15. menses 8. dies 13. obiit 28. Ianuarii 1621. sepultus in Vaticano, ac deinde translatus ad Basilicam S. Mariae Majoris, & extructum hujus Imaginis ab eo Sacellum. Vacavit porro Sedes dies 11.

A. C. 1621. Gregorius patria Bononiensis, antea Alexander Pompeji de Ludovisiis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariae in Trans-pontina, & Archiepiscopus Bononiensis, electus anno 1621. 19. Februarii, & post dies aliquot (forte Dominica proxima, die 14. Februarii) coronatus; sedit annos 2. menses 4. dies 29. obiit 7. Julii 1623. sepultus In Basilica S. Petri; & vacavit Sedes dies 30.

A. C. 1623. Urbanus patria Florentinus, antea Maphaeus Antonii de Barberinis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Onuphrii, electus 1623. 6. Augusti, coronatus 29 Septembris, Feria 6. Festo S. Michaelis; sedit annos 20. menses 11. dies 24. defunctus 1644. 29. Julii, sepultus in Vaticano; & vacavit Sedes mensem 1. dies 16.

A. C. 1644. Innocentius patria Romanus, antea Joannes Baptista Camilli Pamphilii, Presbyter Cardinalis Tit. S. Eustachii, anno 1644. electus 15. Septembris, coronatus 4. Octobris in Dominica; sedit annos 10. menses 3. dies 4. defunctus 1655. 7. Januarii; sepultus in Vaticano, ac postmodum translatus ad Ecclesiam S. Agnetis in Foro Agonali. Vacavit Apostolica Sedes menses 3.

A. C. 1655. Alexander natione Etruscus, patria Senensis, antea Fabius Flavii Chisii, Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariae de Populo, Episcopus Neritonensis, electus anno 1655. 7. Aprilis, Feria 4. post Octavas Paschae; coronatus 18. ejusdem, Dominica 3. post Pascha; sedit annos 12. mensem 1. dies 14. obiit 1667. 20. Maji; sepultus in Vaticano; & vacavit Sedes mensem 1.

A. C. 1667. Clemens IX. natione Etruscus, patria Pistoriensis, antea Julius Hieronymi Rospigliosi, Cardinalis Presbyter Tit. S. Xysti, electus die 20. Junii, 1667. & 26. ejusdem, Dominica quarta post Pentecosten, coronatus; sedit annos 2. menses 5. dies 20. defunctus 1669. 9. Decembris, sepultus in Basilica Sanctae Mariae Majoris; & vacavit Sedes menses 4. diem unum.

A. C. 1670. Clemens X. patria Romanus, antea Aemilius Laurentii de Alteriis, Episcopus Camerinus, & Cardinalis, nondum accepto Galero, Tituloque, electus Pontifex anno 1670. 29. Aprilis, coronatus 11. Maji, Dominica quinta post Pascha; sedit annos 6. mensem 1. dies 25. obiit anno 1676. 22. Julii, sepultus in Basilica S. Petri; & vacavit Apostolica Sedes mensem 1. dies 29.

A. C. 1676. Innocentius XI. natione Lombardus, ex Civitate Como, antea Benedictus Livii Odescalchi, Presbyter Cardinalis Tit. S. Onuphrii, & Episcopus Novariensis, electus anno 1676. 21. Septembris, coronatus 4. Octobris in Dominica. Obiit 12. Augusti, anno 1689. sedit annos 12. menses 10. dies 21. Vacavit Sedes mensem 1. dies 19.

A. C. 1689. Alexander hujus nominis VIII. natione Venetus, antea Petrus Otthobonus, creatus die 6. Octobris, anno 1689. sedit annum 1. menses 3. dies 26. obiit die 1. Februarii anno 1691. Vacavit Sedes menses 5. dies 11.

A. C. 1691. Innocentius XII. patria Neapolitanus, antea Antonius Pignatellus, creatus die 12. Julii anno 1691. Vivat feliciter.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

A. C. 1700. Clemens XI. Urbinas, antea Joannes Franciscus Albanus, in locum Innocentii XII. qui obiit v. Kal. Octobris, anno 1700. eum magni consilii Pontifex fuisset annos 9. menses 2. & dies 15. eodem anno II. Kal. Decembris suffectus est. Vixit in Pontificatu annos 20. menses 3. dies 25. obiitque XIV. Kal. Aprilis anno 1721. annum agens 72. sepultus in Choro Canonicorum Basilicae Vaticanae.

A. C. 1721. Innocentius XIII. Romanus, antea Michael Angelus de Comitibus, VIII. Idus Majas anni 1721. electus Pontifex. Obiit Nonis Martii anno 1724. aetatis 69. cum regnasset supra biennium, menses 9. & dies 29. Sepultus in Basilica Vaticana.

A. C. 1724. Benedictus XIII. antea Vincentius Maria Ursinus, Ordinis Praedicatorum IV. Kal. Junias electus Pontifex anno 1724. obiit cum fama sanctitatis IX. Kal. Martias, anno 1730. post quinquennium, menses 8. diesque 23. quam Pontificatum obtinuerat. Sepultus in Ecclesia sui Ordinis S. Mariae supra Minervam.

A. C. 1730. Clemens XII. Florentinus, antea Laurentius Corsinus, creatus Pontifex IV. Idus Junii anno 1730. obiit VIII. Idus Februarii anno 1730. cum regnasset annos 9. menses 6. & dies 29. sepultus Sacello, quod in Basilica Lateranensi in honorem Gentilis sui S. Andreae Corsini extruxerat.

A. C. 1740. BENEDICTUS XIV. magnum in Ecclesia nomen, provectus est ad Summi Pontificatus apicem anno 1740. XVI. Kal. Septembris, & XII. Kal. mensis ejusdem Pontificali Tiara die Dominico coronatus. Vivit feliciter, suaeque Ecclesiae Deus quamdiutissime servet incolumem.

CATA-

C A T A L O G U S

R E G U M H I S P A N I Æ

Sub quibus Concilia habita sunt, a tempore irruptionis Saracenorum, ab anno Christi circiter DCCXIV. usque modo.

Pelagius nepos Chindasvinti Regis Gotthorum, filius Fasilæ, sive Favilæ Cantabriæ Du- A. C. 716. aut
cis, primus restaurator Hispaniæ, regnavit annos 20. & expugnavit Legionem. Alli circiter.
gnum Pelagii longe postea collocant.
Favila filius Pelagii regnavit annos duos. In venatione occisus fuit ab urso. 736.
Alphonsus I. cognomento Catholicus, duxit Ormisindam Pelagii filiam. Regnavit an- 738.
nos XVIII.
Froila Alphonsi filius, ex Munina filia Eudonis Ducis Aquitaniæ, sorore Aznarli I. Ara- 757.
goniæ Comitis, suscepit Alphonsum, & Ximenam, postea Bernardi Carpensis matrem. Re-
gnavit annos 11.
Aurelius regnavit annos 6. & semestre sine prole. 768.
Silo Adosindam filiam Alphonsi I. duxit. Regnavit 9. annos. 774.
Mauregatus nothus Alphonsi, pacto cum Mauris infami tributo centum virginum, occu- 783.
pavit Regnum ipsorum ope 5. annos, & semestre.
Veremundus Diaconus, sive Bimarani, sive Froilæ fratris, Alphonsi filius, ex Numi- 788.
lona Ramirum suscepit, Regno restituto Alphonso, cognomento Casto. Regnavit annos tres,
& semestre.
Alphonsus II. cognomento Castus, regnavit feliciter annos 52. quamvis sine prole. Ejus 791.
tempore Corpus B. Jacobi Apostoli inventum fuit, & damnatus error Elipandi.
Ramirus I. filius Veremundi, regnavit annos 7. Clavisiano prælio clarus, ex Urraca, sive 844.
Paterna genuit Ordonium, & Garsiam.
Ordonius I. regnavit annos 11. vel 17. uxor Munia. 850.
Alphonsus III. cognomento Magnus, regnavit annos 48. Templum lapideum D. Jacobo 862.
erexit. Ejus tempore Joannes VIII. Papa Ecclesiam Ovetensem constituit Metropolitanam,
in qua & Concilium ea de re celebratum fuit. Uxor ipsi ex Galliis Ximena, sive Amilina.
Garsia I. regnavit tres annos. Uxor illius filia Nugni Fernandi Comitis Castellæ. 910.
Ordonius II. frater Garsiæ, regnavit decem annos. Uxor Munina Elvira; deinde San- 913.
ctia filia Enneci Regis Navarræ.
Froila II. tyrannice regnavit annum 1. Uxor ejus Munia. 922.
Alphonsus IV. filius Ordonii II. cognomento Monachus, regnavit annos 6. Vxor Vrraca 924.
Semena. Postea Regnum commisit Ramiro fratri, & Monachatum professus est.
Ramirus II. regnavit 19. annos. Vxor Theresia Sanctii Abarcæ filia. 931.
Ordonius III. filius Ramiri II. regnavit 5. annos. Vxor Elvira. 950.
Sanctius I. cognomento Crassus, frater Ordonii, regnavit 12. annos. Ejus tempore Fer- 955.
nandus Gundisalvus, Comes Castellæ, illam a dominio Regum Legionis liberavit. Fernan-
dum vero sequuti sunt Garsia Ferdinandus anno 968. Sanctius Garsia anno 1006. ac subin-
de Sanctius Major, & postea Ferdinandus I Castellæ Rex, de quo postea.
Ramirus III. regnavit annos 15. Normannos vicit. Uxor ejus Urraca. Decessit abs- 967.
que prole.
Veremundus II. filius Ordonii III. regnavit annos 17. Ex Elvira secunda uxore na- 982.
tus est ei.
Alphonsus V. regnavit annos 29. Ejus tempore anno 1012. habitum fuit Legione celebre 999.
Concilium. Uxor ejus Geloira; occisus fuit a fratre in obsidione Visei.
Veremundus III. regnavit annos 10. occisus fuit a fratre. 1028. 1038.
Ferdinandus I. Castellæ Rex, cognomento Magnus, filius Sanctii Majoris Navarræ Re-
gis, regnavit annos 27. cum Sanctia sorore Veremundi III. 1066.
Sanctius II. dictus Fortis, ad Zamóram occisus initio Regni.
Alphonsus VI. frater Sanctii, Rex Legionis, & Castellæ, qui expugnavit Toletum, & 1066.
post multa præclare gesta obiit anno sui Regni 43. Christi 1109.
Urraca Alphonsi VI. filia regnavit annos 17. 1109.
Alphonsus VII. filius Vrracæ, & Raymundi Ducis Burgundiæ, regnavit annos 35. Di- 1126.
ctus fuit Hispaniæ Imperator, Diademate solenni ritu apud Legionem recepto. Divisit Re-
gna inter filios, quorum Sanctius Castellæ, cognomento Desideratus, regnavit annum 1.
Ferdinandus Legionis annos 31. usque ad 1188. Successit Alphonsus dictus IX. qui pariter
Legione regnavit ab anno 1193. usque ad 1231.
Alphonsus VIII. (alias IX.) filius Sanctii Desiderati, regnavit in Castella 56. annos; 1157.
Concham expugnavit, & insignem ad Navas victoriam obtinuit.
Henricus I. annos duos. Palentiæ obiit ex ictu lapidis. 1214.
S. Fernandus III. Legionis, II. Castellæ Rex, annos 35. regnavit. Inter alia præclara 1217.
gesta Hispalim Saracenis eripuit.
Alphonsus X. cognomento Sapiens, regnavit annos 32. Vxor illi Violante Jacobi Arago- 1256.
nii filia.

San-

1284. Sanctius III. cognomento Fortis, regnavit annos 2. Vxor Maria filia Alphonsi Infantis Molinæ

1295. Fernandus IV. Sanctii filius, regnavit annos 17. Vxor Constantia Dionysii Portugalliæ filia. Illum Caravaxalii ad tribunal Dei compellarunt.

1312. Alphonsus XI. regnavit 38. annos. Nomen sibi fecit ex victoria ad fluvium Salsum. Vxor Maria Alphonsi IV. Portugalliæ filia.

1350. Petrus cognomento Crudelis, occisus ab Henrico fratre notho, post 20. Regni annos.

1369. Henricus II. occiso fratre, regnavit annos 10. Vxor Joanna abneptis D. Fernandi de la Cerda.

1379. Joannes I. Henrici, & Joannæ filius, regnavit annos 11. Vxor Eleonora Petri IV. Aragoniæ filia. Compluti obiit præceps actus ab equo.

1390. Henricus III. cognomento Infirmus, regnavit annos 16. Vxorem duxit Catherinam Lecestriæ.

1407. Joannes II. regnavit annos 48. Vxor illi Maria Fernandi Aragonii filia.

1454. Henricus IV. regnavit annos 20. turbida plerumque Republica.

1475. Isabella soror Henrici, cum Fernando Aragonum simul & Castellæ Rege V. ejus nominis, feliciter regnavit annos 30. erepta Mauris Granata, & Tribunalibus Fidei institutis. Vtriusque filius Joannes Princeps, Hispaniarum spes, Salmanticæ obiit. Successit in Regno.

1505. Joanna utriusque filia, uxor Philippi Archiducis Austriaci, cum ipso regnavit, & peperit Carolum V. Regem Hispaniæ, deinde Imperatorem, cognomento Maximum; qui regnavit annos 40. Vxor Isabella Emmanuelis Lusitaniæ filia.

1556. Philippus II. cognomento Prudens, regnavit 48. annos.

1599. Philippus III. cognomento Bonus, regnavit annos 22. expulsis Mauris ab Hispania. Ex Margarita Austriaca Imperatoris Germaniæ filia genuit

1621. Philippum IV. cognomento Pium, qui regnavit annos 44. & ex Maria-Anna Austriaca, Imperatoris Ferdinandi filia, secunda uxore habuit

1675. Carolum II. regnantem ab anno 1665. cum secunda uxore Maria-Anna Neoburgica, quibus faustam prolem, & felicia omnia, tot Regna utriusque Orbis exoptant.

C A T A L O G U S

T O L E T A N O R U M P R Æ S U L U M

A tempore irruptionis Saracenorum in Hispania, sive ab anno Christi 514.

Oppas intrusus. 714.

Sinderedus. *Romam fugiens subscripsit in Concilio Romano I. celebrato anno Christi 721. tempore S. Gregorii II. PP.*

Vrbanus, sub jugo Saracenorum. 719.

Sunieredus. 740.

Concordius. 760.

Cixilanus, *Scriptor Vitæ Sancti Ildephonsi. Exstat Epistola Adriani I. Papæ ad illum.* 775.

Elipandus hæresi Adoptivorum infectus, damnatur in Concilio Francfordiensi, sed resipiscit. 784.

Gumesindus. 820.

Vvistremirus, *de quo Sanctus Eulogius in Chronico.* 850.

Sanctus Eulogius *electus Martyr, & Scriptor.* 859.

Bonitus.

Joannes obiit anno 926.

Paschalis.

Hoc loco desunt alii Præsules, & sinitur Catalogus antiquus.

Alphonsus VI. Toletum expugnat anno 1085. *die 25. Martii, & Bernardum Monachum S. Benedicti, Abbatem S. Facundi, in Sede Toletana collocat.*

Bernardus *insignis Præsul, restaurator Ecclesiæ Toletanæ.* 1085.

Raymundus ex Monacho S. Facundi. 1128.

Joannes I. alias IV. 1150.

Cerebrunus. 1166.

Petrus III. alias VI. *de Cardona.* 1181.

D. Gundisalvus I. *Perez.* 1181.

D. Martinus *Lepez de Pisuerga.* 1191.

D. Rodericus *Ximenez de Rada, Scriptor celebris.* 1208.

D. Joannes II. alias V. *de Medina.* 1247.

D. Guterius I. 1248.

D. Paschasius, *antea Archidiaconus Toletanus, qui Crucem ferebat in prælio apud Navas Tolosæ.* 1250.

D. Sanctius, *filius S. Fernandi Regis.* 1262.

D. Sanctius II. *filius Jacobi Aragonum Regis.* 1266.

D. Ferdinandus I. *depositus a Nicolao III. Papa.* 1235.

D. Gundisalvus II. *Garsia Gudiel, Cardinalis.* 1291.

D. Gundisalvus III. *Diaz Palomeque.* 1298.

D. Guterius II. *Gomez de Toledo.* 1310.

D. Joannes III. alias VI. *Jacobi II. Aragonum Regis filius, eximie pius.* 1319.

D. Ximenus *de Luna.* 1327.

D. Ægidius *Carillo de Alboruoz, Cardinalis.* 1338.

D. Gundisalvus IV. *de Aguilar.* 1350.

D. Vascus *Fernandez de Toledo.* 1353.

D. Gomezius I. alias III. *Maurique.* 1355.

D. Petrus IV. alias VII. *Tenorio.* 1375.

D. Petrus V. alias VIII. *de Luna.* 1399.

D. Joannes IV. alias VII. *Martinez Contreras,* interfuit Concilio Constantiensi. 1422.

D. Joannes V. alias VIII. *de Cerezuela.* 1434.

D. Gu-

OPUSCULA ALIQUA QUORUNDAM PATRUM

PRIMO EDITA

A D. GARSIA LOAISA.

ADMONITIO CARDINALIS DE AGUIRRE AD LECTOREM.

Opuscula hæc gravissimus Scriptor Loaisa non dubitavit inserere Tomo unico Conciliorum Hispaniæ, & plura alia similia, quamvis non videantur spectare ad scopum præcipuum ejus Operis. Similiter VV. Clarissimi Philippus Labbe, & Gabriel Cossartius (ut alios anteriores prætercam) novissimæ editioni Conciliorum Parisiensi inseruerunt plurima alia Patrum, Imperatorum, Regum, Historicorum, & eruditiorum hominum scripta, quæ apparent ab instituto Operis aliena. Quare nihil mirum, si in quatuor, aut quinque vastis Voluminibus Conciliorum Hispaniæ id exemplum fuerimus sequuti; præsertim cum ex ipsa Operis epigraphe, & Præfatione constet, nos nullatenus sola Concilia Hispaniæ edenda curasse, sed etiam Epistolas Decretales Pontificum, & alia sacra monumenta ad ipsum spectantia. Inter ea vero collocari potissimum debet quod statim judicamus. CARD. DE AGUIRRE.

PRÆFATIO LOAISÆ.

Isidorus, & post eum Ildephonsus, exempla Divi Hieronymi, atque Gennadii, Catalogum & ipsi De viris illustribus *contexuere. Ex quibus cum nonnulli Conciliis Hispanis subscripserint, frequensque ipsorum in eisdem habeatur mentio; visum est nobis quo lectori clariora omnia, magisque in aperto sint, duo hæc Sanctissimorum Antistitum Opuscula, nondum a quoquam edita, nostræ huic Conciliorum Collectioni adjungere; idque eo ordine, ac modo, quo in mss. posita invenimus; videlicet præmissis ante omnia nudis nominibus eorum Virorum, qui in Catalogis Divi Hieronymi, & Gennadii recensentur; addita etiam Vita Juliani Episcopi, Auctore Felice, & Salvi Abbatis Monasterii Albeldensis, aliisque duodecim, in vetustissimo Bibliothecæ Regiæ Divi Laurentii Codice a nobis, incerto Auctore, repertis. LOAISA.*

CATALOGUS VIRORUM ILLUSTRIUM

EX HIERONYMO

Simon Petrus.
Andreas.
Jacobus frater Domini.
Matthæus.
Jacobus Zebedæi.
Philippus.
Bartholomæus.
Thomas.
Simon Cananæus.
Matthias.
Timotheus Episcopus.
Titus Episcopus.
Crescens.
Judas frater Jacobi.
Paullus Apostolus.
Barnabas.
Lucas.
Marcus.
Joannes Apostolus.
Hermas.
Philo Judæus.
Lucius Annæus Seneca.
Josephus Matthatiæ.
Justus Tiberiensis.

Cle-

Clemens Episcopus Romæ.
Ignatius Antiochiæ Episcopus.
Polycarpus Smyrnæ Episcopus.
Papias Hierapolis Episcopus.
Quadratus Athenarum Episcopus.
Aristides.
Agrippa cognomento Castor.
Egesippus.
Justinus Philosophus Martyr.
Melito Sardensis Episcopus.
Theophilus Antiochiæ Episcopus.
Apollinarius Hierapolis Episcopus.
Dionysius Corinthi Episcopus.
Pinytus Gnosiæ Episcopus.
Tatianus hæreticus.
Philippus Cretæ Episcopus.
Musanus.
Modestus.
Bardesanes hæreticus.
Victor Romæ Episcopus.
Irenæus Lugduni Episcopus.
Pantænus.
Rhodon.
Clemens Alexandriæ Presbyter.
Miltiades.
Apollonius.
Sarapion Antiochiæ Episcopus.
Apollonius Romæ Martyr.
Theophilus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus.
Bacchilus Corinthi Episcopus.
Polycrates Ephesi Episcopus.
Heraclius.
Maximus.
Candidus.
Appion.
Sextus.
Arabianus.
Judas.
Tertullianus Presbyter.
Origenes, qui & Adamantinus.
Ammonius.
Ambrosius Diaconus.
Tryphon.
Minucius Felix.
Cajus.
Beryllus Bostrenus Episcopus hæreticus.
Hippolytus Episcopus.
Alexander Cappadociæ Episcopus.
Julius Africanus.
Geminus Antiochiæ Presbyter.
Theodorus, qui & Gregorius, Episcopus.
Cornelius Romæ Episcopus.
Cyprianus Carthaginensis Episcopus.
Pontius Diaconus.
Dionysius Alexandriæ Episcopus.
Novatianus Presbyter hæreticus.
Malchion Presbyter.
Archelaus Mesopotamiæ Episcopus.
Anatolius Laodiceæ Syriæ Episcopus.
Victorinus Pitavionensis Episcopus, Martyr.
Pamphilus Presbyter, Martyr.
Pierius Presbyter Alexandriæ.
Lucianus Presbyter, Martyr.
Phileas Episcopus, Martyr.
Arnobius.
Firmianus, qui & Lactantius.
Eusebius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus.
Rhæticius Augustodunensis Episcopus.
Methodius Tyri Episcopus Martyr
Juvencus Hispanus
Eustachius Antiochiæ Episcopus.
Marcellus Ancyræ Episcopus.
Athanasius Alexandriæ Episcopus.
Antonius Monachus.
Basilius Ancyræ Episcopus.
Theodorus Heracliæ Episcopus.
Eusebius Emesenus Episcopus.
Triphyllius Cypri Episcopus.
Donatus hæreticus.
Asterius Arianus hæreticus.
Lucifer * Caracalitanus Episcopus.
Eusebius Vercellensis Episcopus.
Fortunatianus Aquilejæ Episcopus.
Acacius Cæsareensis Episcopus.
Sarapion Σμίων.
Hilarius Pictaviensis Episcopus.
Victorinus Afer.
Titus Bostrinus Episcopus.
Damasus Romanus Episcopus.
Apollinarius Laodicenus Episcopus.
Gregorius Bæticus Eliberi Episcopus.
Pacianus Barcilonæ Episcopus.
Photinus Smyrni Episcopus hæreticus.
Sœbadius Ageunl Episcopus.
Didymus Alexandrinus.
Optatus Milevitanus Episcopus.
Aquilius Severus.
Cyrillus Hierosolymæ Episcopus.
Euzoius Cæsareæ Episcopus.
Epiphanius Cypri Episcopus.
Efrem Diaconus.
Basilius Cæsareæ Cappadociæ Episcopus.
Gregorius Nazianzenus Episcopus.
Lucius Alexandriæ Episcopus Arianus.
Diodorus Tarsensis Episcopus.
Eunomius Cyzicenus Episcopus Arianus.
Priscillianus Avilæ Episcopus, hæreticus.
Matronianus.
Tiberianus Bæticus.
Ambrosius Mediolanensis Episcopus.
Evagrius Antiochiæ Episcopus.
Ambrosius Alexandrinus.
Maximus Constantinopolitanus Episcopus.
Gregorius Nyssenus Episcopus.
Joannes Antiochiæ Presbyter.
Gelasius Cæsareæ Episcopus.
Theotimus Tomorum Episcopus.
Dexter Paciani filius.
Amphilochus Iconi Episcopus.
Sophronius.
Hieronymus.

EX GENNADIO.

Jacobus Nesibenæ Episcopus.
Julius Romæ Episcopus.
Paullinus Presbyter, hæreticus.
Vitellius Afer, Donatianus.
Macrobius Donatianorum Episcopus.
Heliodorus Presbyter.
Pachonius Monachus.
Theodorus Presbyter.
Orechiesis Monachus.
Macarius Monachus.
Evagrius Monachus.
Theodorus Antiochiæ Presbyter.
Prudentius.
Audentius Episcopus.
Commodianus.
Faustinus Presbyter.
Ruffinus Aquilejæ Presbyter.
Tichonius Afer.

* Caralitanus.

Se-

Severus Presbyter.
Antiochus Episcopus.
Severianus Gabalensis Episcopus.
Nicæas Romæ Episcopus.
Olympius Episcopus.
Bacciarius.
Sabbatius Episcopus.
Isaac.
Ursinus Monachus.
Macarius alius Monachus.
Heliodorus alius Presbyter.
Joannes Hierosolymorum Episcopus.
Paullus Episcopus.
Helvidius Hæreticus.
Theophilus Alexandriæ Episcopus.
Eusebius.
Vigilantius Presbyter.
Simplicianus Episcopus.
Vigilius Episcopus.
Augustinus Hipponensis Episcopus.
Orosius Presbyter Hispanus.
Maximus Taurinensis Episcopus.
Petronius Bononiensis Episcopus.
Pelagius hæresiarches.
Innocentius Romæ Episcopus.
Cæléstinus.
Julianus Episcopus Capuanus.
Lucianus Presbyter.
Avitus Presbytes.
Paullinus Nolæ Episcopus.
Eutropius Presbyter.
Evagrius alter.
Vigilius Diaconus.
Atticus Constantinopolitanus Episcopus.
Nestorius hæresiarches.
Xystus Romæ Episcopus.
Thedorus Ancyræ Episcopus.
Fastidius Britanniarum Episcopus.
Cyrillus Alexandrinus Episcopus.
Timotheus Episcopus.
Leporius Presbyter.
Victorinus Rhetor.
Cassianus Presbyter.
Philippus Presbyter.
Eucherius Lugduni Episcopus.
Vincentius Presbyter.
Syagrius.
Isaac Presbyter Antiochiæ.
Salvianus Massiliensis Presbyter.
Paullinus alter.
Hilarius Arelatensis Episcopus.
Leo Romæ Episcopus.
Mochimus Presbyter.
Timotheus hæresiarches.
Asclepius Episcopus.
Petrus Presbyter.
Paullus Presbyter.
Pastor Episcopus.
Victor Cartemnæ Episcopus.
Vaconius Castellani Episcopus.
Musæus Massiliæ Episcopus.
Vincentius alius Presbyter.
Cyrus Monachus.
Samuel Presbyter.
Claudianus Presbyter.
Prosper Aquitanius.
Faustus Episcopus.
Servus-Dei Episcopus.
Cæsarius Episcopus.
Victorius Calculator.
Theodoretus Cypri Episcopus.
Gennadius Constantinopolitanus Episcopus.
Theodulus Presbyter.
Joannes Presbyter.
Sidonius Episcopus.
Geladius Episcopus.
Honoratus Constantinæ Episcopus.
Cerealis Episcopus.
Eugenius Carthaginensis Episcopus.
Pomerius Presbyter.
Honoratus Massiliensis Episcopus.
Gennadius Presbyter.

E X I S I D O R O.

Osius.
Idatius.
Syricius.
Paullinus.
Proba.
Joannes.
Sedulius.
Possidonius.
Primasius.
Proterius.
Paschasius.
Julianus.
Eugipius.
Fulgentius.
Eucherius.
Hilarius.
Aprigius.
Justinianus.
Facundius.
Justinianus alter.
Justus.
Martinus.
Avitus.
Dracontius.
Victor.
Joannes.
Gregorius.
Leander.
Licinianus.
Severus.
Joannes.
Eutropius.

E X I L D E P H O N S O.

Afturius.
Montanus.
Donatus.
Aurasius.
Joannes.
Helladius.
Justus.
Isidorus.
Nonnicus.
Conantius.
Braulio.
Eugenius.
Eugenius alter.

E X F E L I C E

Jullianus.

EX INCERTO AUCTORE.

Salvus Abbas.

EX INCERTO AUCTORE.

Xystus Episcopus.
Macrobius.
Filastrius.
Theodorus.
Tyrannius Ruffinus.
Vergundus.

Victorinus. Ferrandus.
Itatius. Petrus.
Cerealis. Marcellinus.

S. PATRIS ISIDORI
HISPALENSIS EPISCOPI

Additio ad Librum S. Hieronymi, & post eum Gennadii, de Viris Illustribus Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ.

1 Osius Cordubensis Civitatis Episcopus, scripsit ad sororem suam, *De laude virginitatis*, Epistolam, pulchro, ac diserto compiam eloquio. In Sardicensi etiam Concilio quamplurimas ipse edidit sententias. Hic autem post longum senium vetustaris accersitus a Constantio Principe, minisque perterritus, metuens, ne senex, & dives damnaretur, vel exsilium pateretur, illico Arianæ impietati consensit; cujus quidem vitam, ut meruit, confestim crudelis exitus finivit. Nam post impiam, ut ait * quidam, Osii prævaricationem, dum Sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus in Cordubensem Urbem, juxta Imperiale Decretum, fuisset adductus, ac minime vellet illi communicare; commotus Osius dixit a Clementino Constantii b Præfecto Vicario, ut mitteret eum in exsilium; at ille; Non audeo (inquit) Episcopum in exsilium mittere, nisi prius eum ab Episcopatu dejeceris. Ut autem vidit Sanctus Gregorius, quod Osius vellet dare sententiam, appellat Christum, totis Fidei suæ visceribus exclamans: Christe Deus, qui judicaturus es vivos, & mortuos, non patiaris hodie c humanam proferri sententiam adversus me, minimum servum tuum, qui pro Fide nominis tui, ut reus assistens, spectaculum factus sum. Sed tu ipse, quæso, in caussa tua hodie judica; ipse sententiam proferre dignare per ultionem. Non ego quasi metuens de exsilio, fugere cupio; cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium grave sit; sed ut multi a prævaricationis errore liberentur, cum præsentem viderint ultionem. His dictis, ecce repente Osius residens, faltu quasi Regalis Imperii, cum sententiam conaretur exprimere, os vertit, distorquens pariter & cervicem, ac de sessu in terram eliditur, atque illico expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille Gentilis expavit: & licet esset judex, tamen metuens, ne in se simile supplicium vindicaretur, prostravit se ad pedes sancti Viri, obsecrans, ut sibi parceret, qui in eum Divinæ Legis ignorantia peccasset; & non tam proprio arbitrio, quam mandantis imperio. Inde est, quod solus Gregorius ex numero vindicantium integram Fidem, nec in fugam versus est, nec passus est exsilium. Unusquisque enim timuit de illo ulterius judicare.

* *Intelligit Marcellinum Italiæ Presbyterum, de quo infra, Verum Athanasius in Epistola* ad Solitar. *oppositum sentit: & August.* contra Epist. Parm C. 4. *quorum sententiam amplexi sumus To. II. Diss. II. eo quod Isidorus secutus sit Marcellinum, qui hæresis labe infectus, hujus opinionis fuit primus Auctor.*
a Alias, Clementio.
b Alias, Præfecti.
c Alias, inhumanam.

2. Idatius Hispaniarum Episcopus, cognomento, & eloquio clarus, scripsit quendam Librum sub Apologetici specie; in quo detestanda Priscilliani dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonstrat; ostendens Marcum quendam Memphiticum, magiæ scientissimum, Nianis, & Priscilliani Magistrum. Hic autem cum Ursacio Episcopo, ob necem ejusdem Priscilliani, cujus accusatores exstiterant, Ecclesiæ communione privatus, exsilio condemnatur, ibique diem ultimum obiit, Theodosio majore, & Valentiniano regnantibus.

3. Syricius clarissimus Pontifex, & Romanæ Sedis Antistes, scripsit Opusculum directum ad Himerium Tarraconensium Episcopum; in quo inter alias Ecclesiasticas disciplinas, constituit, hæreticorum Baptisma nequaquam ab Ecclesia rescindendum. Reperimus & aliam ejus Epistolam ad diversos Episcopos missam; in qua condemnat Jovinianum hæreticum, atque Auxentium, cæterosque eorum sequaces. Præfuit Romæ annis quatuordecim, obiitque sub Theodosio, & Valentiniano Imperatoribus.

4. Paulinus Presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum, triplici intelligentiæ genere, Libellum satis succincta brevitate compositum. Idem etiam, petente Augustino, conscripsit Ambrosii Vitam, signis florentem, atque doctrinis, & meritis Apostolorum non imparem. Siquidem & Constantius Episcopus, obitumque Paullini Uranius edidit.

5. Proba * Uxor Adelphi Proconsulis, femina inter Viros Ecclesiasticos idcirco posita, solo pro eo, quod in * laudem Christi versata est; componens centonem de Christo Virgilianis coaptatum versiculis. Cujus quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. Quod tamen Opusculum legitur inter apocryphas scripturas insertum.

* *Proba, quæ cognomento Falconia dicitur, uxor. In alio ms.*
* *Alias*, laude.

6. Joannes Constantinopolitanæ Sedis sanctissimus Episcopus, cognomento Chrysostomus, cujus oratio, & plurimam cordis compunctionem, & magnam suaviloquentiam tribuit, condidit Græco eloquio multa, & præclara Opuscula, e quibus ** Latinitas duobus *De lapsu*, Libellis scriptis ad quendam Theodorum lamentis, & exhortationibus plenis, utpote illum a bona conversatione dejectum; & quia Monachi vitam cum eo, in uno, eodemque Monasterio exercuerat; ideo conversationis ibi factæ eum in Libris ipsis admonuit, provocans eum ad propositum, atque ostendens, nulli peccatori, vel impio, si ad pœnitentiam redeat, desperandum. Legimus etiam ejusdem Librum alium, cujus prænotatio est, *neminem posse lædi ab alio, nisi a semetipso*. Ad personamque cujusdam nobilissimæ matronæ Gregoriæ reperitur ejus Opus insigne, *De conversatione vitæ, & institutione morum*, sive, *De * compugnatione virtutum, ac vitiorum*. Est etiam alius Liber ejusdem apud Latinos, *De compunctione cordis*; alter quoque scriptus ad quendam Eutropium, cum Palatio

* *Alias*, compugnantia.

statio pulsus, ad Altare confugisset. Multos præterea composuit diversos Tractatus, quos enumerare longum est. Cujus quidem studii, etsi non omnia, tamen quamplurima eloquentiæ ejus fluenta, de Græco in Latinum sermonem translata sunt. Hic decimo tertio anno Episcopatus sui, discordia Theophili Alexandrini Episcopi oppressus. Faventes Episcopi Arcadio Imperatori, damnaverunt eum innocentem, atque ab Episcopatu dejectum, Pontum in exilium detruserunt. Cujus Corpus tricesimo quinto anno, die functionis, ab exsilio Constantinopolim revocatur, etiam in Apostolorum Ecclesia sepelitur.

7. Sedulius Presbyter edidit tres Libros dactylico heroico metro compositos; quorum primus signa, & virtutes Veteris Testamenti potentissime resonat, reliqui vero gestorum Christi sacramenta, vel miracula intonant,

8. Possidonius Africanæ Provinciæ Episcopus. Hic stylo prosecutus est Vitam Sancti Augustini, cui etiam Operi subjecit indiculum scriptorum ejus; enumerans quanta idem Beatissimus Doctor scripsit. Ubi plusquam quadringentorum Librorum volumina supputantur; Homiliarum vero, & Epistolarum, Quæstionumque infinitus modus est; ut pene vix possit quisquam articulo suo aliena tanta scribere, quanta ille proprio labore composuit.

9. Primasius Africanus Episcopus composuit sermone scholastico, *De hæresibus*, tres Libros, directos ad Fortunatum Episcopum, explicans in eis quod olim Beatus Augustinus in Libro *Hæreseon* imperfectum, morte interveniente, reliquerat; in primo ostendens, quid hæreticum faciat; in secundo, & tertio digerens, quid hæreticum demonstret. Claruit Juliano regnante.

10. Proterius Alexandrinæ Ecclesiæ Antistes, scripsit ad Leonem Romanæ Sedis Episcopum, *De Festivitate Paschali*. Hunc autem Leonis Augusti temporibus Dioscori hæretici successores, auctore Timotheo, seditione facta, crudelissime peremere, ipsumque Timotheum sibi pro Alexandrino Episcopo constituerunt.

11. Paschasius Siciliensis Episcopus, edidit unam Paschalem Epistolam ad Leonem supradictum Papam directam, in qua refert Paschalis Mysterii miraculum, his verbis: Est, inquit, possessio, quæ appellatur Meltinas, in montibus arduis, & densissimis constituta; illic perparva, atque vili opere constructa Ecclesia est, in cujus Baptisterio, nocte sacrosancta Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis sit, vel fistula, vel aqua omnino vicina, fons ex se repletur, omnibus, qui affuerunt, consecratis; cum deductorium nullum sit, ut veniat aqua, ex se descendit. Claruit sub Theodosio Juniore Arcadii Imperatoris filio.

12. Julianus * quidam cognomento Pomerius, octo Libros, *De animæ natura*, in Dialogi morem conscripsit; quorum primus continet, quid sit anima, vel qualiter credatur ad imaginem Dei facta; in secundo loquitur, utrum anima corporea, vel incorporea sit; in tertio disserit, primo homini unde anima facta; in quarto, utrum nova anima sine peccato fiat, an peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trahat; in quinto describit, quæ sit facultas animæ; in sexto eloquitur, unde sit ea discordia, qua carni spiritus, vel caro spiritui adversetur; in septimo autem scribit de differentia vitarum, ac mortium, vel resurrectione carnis, & animæ, sive de morte carnis, ac ejus resurrectione; in octavo autem loquitur de iis, quæ in fine Mundi futura sunt, vel de quæstionibus, quæ solent de resurrectione proponi; sive de finibus bonorum, atque malorum. Hic tamen in secundo ejusdem Operis Libro, Tertulliani erroribus consentiens, animam corpoream esse dixit, quibusdam hoc fallacibus argumentis astruere contendens. Edidit etiam unum Librum, *De Virginibus instituendis*; aliosque tres, *De futuræ vitæ contemplatione*, vel, *De actuali conversatione*; necnon etiam, *De vitiis, & virtutibus*.

* De hoc Gennadius etiam scripsit. Sunt Auctores hac ætate, qui eum cum Juliano Archiepiscopo Toletano falso confundant.

13. Eugipius Abbas Lucanensis, Oppidi Neapolis Campaniæ, ad quemdam Paschasium Diaconum Libellum, *De vita Sancti Monachi Severini* transmissum, brevi stylo composuit. Scripsit etiam Regulam Monachis consistentibus in Monasterio S. Severini; quam eisdem moriens, quasi testamentario jure reliquit. Claruit post Consulatum * Importuni Junioris, Anastasio Imperatore regnante.

* *Legendum, post Consulatum Importuni, & Decii Junioris.*

14. Fulgentius Afer, Ecclesiæ Ruspensis Episcopus, in confessione Fidei clarus, in Scripturis Divinis copiose eruditus, in loquendo dulcis, & in docendo, ac disserendo subtilis, scripsit multa, e quibus legimus, *De gratia Dei, ac libero arbitrio*, Libros responsionum septem; quibus Fausto Galliæ Regiensis Urbis Episcopo, Pelagianæ pravitati consentienti respondens, obnititur ejus profundam calliditatem destruere. Legimus & ejus Librum, *De Sancta Trinitate*, ad Felicem directum Notarium; Librum quoque *Regulæ veræ Fidei*, & alia, *De sacramento Incarnationis Domini nostri Jesu Christi*. Exstant & duo ejus Libri *De veritate prædestinationis*, ad Episcopos missi; in quibus demonstrat, quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam præveniat, & quod Deus quosdam prædestinationis suæ munere justificans præelegit; quosdam vero in suis reprobis moribus occulto quodam judicio dereliquit. Est & Liber altercationis ejus, quo de Fide cum Trasamundo Rege idem Fulgentius disputavit. Ad Ferrandum quoque Ecclesiæ Carthaginensis Diaconum unum, *De interrogatis quæstionibus* subscripsit Libellum. Composuit & multos tractatus, quibus Sacerdotes in Ecclesiis uterentur. Plurima quoque feruntur ingenii ejus monumenta. Hæc tantum ex pretiosis doctrinæ ejus floribus carpsimus. Sors melior, cui delicias omnium Librorum ejus præstiterit Deus. Claruit sub Trasamundo Rege Vvandalorum, Anastasio Imperatore regnante.

15. Eucherius Franciæ Episcopus, elegans sententiis, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatensem Episcopum, eremi deserta petentem, unum Opusculum, *De laude ejusdem eremi*, luculentissime, & dulci sermone dictatum. In quo Opere laudamus dictatorem,

etsi pauca, tamen pulchra dicentem. Brevitas enim, ut ait quidam, laus est interdum in una parte dicendi; in universo eloquio laudem non habet.

16. Hilarius Arelatensis Episcopus scripsit Vitam parentis, & prædecessoris, sui, Sanctissimi ac venerabilis Honorati Episcopi, suavi ac præclaro prædictatam eloquio.

17. Aprigius Ecclesiæ Pacensis Hispaniarum Episcopus, disertus lingua, & scientia eruditus, interpretatus est Apocalypsin Beati Joannis Apostoli, subtili sensu, ac illustri sermone; melius pene quam veteres Ecclesiastici Viri exposuisse videntur. Scripsit etiam nonnulla alia, quæ tamen ad notitiam nostræ lectionis minime pervenerunt. Claruit temporibus Theudæ Principis Gotthorum.

18. Justinianus Imperator quosdam Libros *De Incarnatione Domini* edidit, quos etiam per diversas Provincias misit. Condidit quoque & Rescriptum contra Illyricianam Synodum, & adversus Africanos Episcopos Chalcedonensis Synodi defensores, perverso studio; in quo tria capitula damnare contendit; id est, Theodori numeros, Vellini Episcopi dicta, rescripta Theodoreti, & Epistolam, quæ dicitur Ibæ Edesseni Episcopi.

19. Facundius Afer, Ermanensis Ecclesiæ Episcopus, duodecim Libros pro defensione trium Capitulorum scripsit; quorum stylo elicuit, tria præfata Capitula in præscriptione Apostolicæ Fidei, & Chalcedonensis Synodi impugnatione fuisse damnata; id est, Epistolam Ibæ Edesseni Episcopi ad Marim Persam ductam, & Theodorum Mupsuestenum Episcopum, & Theodereti Cyri Episcopi dicta. Claruit post Consulatum Basilii anno quarto, regnante Justiniano Imperatore.

20. Justinianus de Hispania, Ecclesiæ Valentiæ Episcopus, ex quatnor fratribus Episcopis ex eadem matre progenitis unus. Scripsit Librum *Responsionum* ad quendam Rusticum, *De interrogatis quæstionibus*; quarum prima est de Spiritu Sancto; secunda est contra Bonosiacos, qui Christum adoptivum, & non proprium dicunt; tertia respunsio est de Baptismo Christi, quod iterare non licet; quarta responsio est, quod Filius, sicut Pater, invisibilis sit. Floruit in Hispaniis temporibus Theudæ Principis Gotthorum.

21. Justus Urgelitanæ Ecclesiæ Episcupus Hispaniarum, & frater prædicti Justiniani, edidit Libellum expositionis in Cantica Canticorum, totum valde breviter, ac aperte per allegoriarum sensum. Hujus quoque fratres Elpidius, & Nebridius quædam scripsisse feruntur; e quibus quia incogniti sumus, magis reticenda fatemur.

22. Martinus Dumiensis Monasterii sanctissimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans Gallæciam venit, ibique conversis ab Ariana impietate ad Fidem Catholicam Suevorum populis, regulam Fidei, & sanctæ Religionis constituit, Ecclesiasticos informavit, Monasteria condidit, copiosaque præcepta piæ institutionis composuit. Cujus quidem ego ipse legi Librum, *De differentiis quatuor virtutum*, & aliud Volumen Epistularum, in quibus hortatur vitæ emendationem, & conversationem Fidei, orationis instantiam, eleemosynarum distributionem, & super omnia culturam virtutum omnium pietatem. Floruit regnante Theodemiro Rege Suevorum, temporibus illis, quibus Justinianus in Republica, & Athanagildus in Hispaniis Imperium tenuere.

23. Avitus Viennensis Episcopus, scientia sæcularium literarum doctissimus, edidit quinque Libellos heroico metro compositos, quorum primus est, *De origine Mundi*; secundus, *De originoli perrato*; tertius, *De sententia Dei*; quartus, *De diluvio Mundi*; quintus, *De transitu maris rubri*. Scripsit ad Fuscinam sororem, *De laude virginitatis*, Librum unum, pulcherrimo compositum carmine, & eleganti epigrammate cuapratam.

24. Dracontius composuit heroicis versibus *Hexameron creationis Mundi*, & luculente quod composuit scripsit.

25. Victor Tunnunensis Ecclesiæ Africanus Episcopus, a principio Mundi usque ad primum Imperii Justini Junioris annum, brevem per Consules bellicarum, Ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgrvit Historiam, laude, & notatione illustrem, ac memoria dignam. Hic pro defensione trium Capitulorum a Justiniano Augusto Ecclesia sua pulsus, exsilio in Ægyptum transportatur. Inde rursus Constantinopolim vocatus, dum Justiniano Imperatori, & Eutychio Constantinopolitanæ Urbis Episcopo, obtrectaturibus eorundem trium Capitulorum resisteret, rursus in Monasterium ejusdem Civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt, permanens moritur.

26. Joannes sanctæ memoriæ alius Constantinopolitanus Episcopus, natione Cappadox, Vir fuit inæstimabilis abstinentiæ, & eleemosynis in tantum largissimus, ut zelo avaritiæ adversus eum Imperator Mauritius permotus, Urbe pauperes pellendos ediceret. Hic Græco eloquio edidit, *De Sarromento Boptismatis*, Rescriptum, ad beatæ recordationis dominum meum, & prædecessorem Leandrum Antistitem, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina mersione sententias. Claruit temporibus Mauritii Principis, defunctusque Augusto eodem regnante.

27. Gregorius Papa, Romanæ Sedis Apostolicæ Præsul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate summus, tantoque per gratiam Spiritus Sancti scientiæ lumine præditus, ut non modo illi præsentium temporum quisquam Doctorum, sed neque in præteritis quidem illi par foerit unquam. Hic in Episcopatus sui exordio edidit Librum *Regulæ Pastoralis*, directum ad Joannem Ravennæ Sedis Episcopum; in quo docet, qualis quisque ad officium regiminis veniat, vel qualiter, dum venerit, vivere, vel docere subjectos studeat. Idem etiam, efflagitante Leandro Episcopo, Librum Beati Job mystico, ac morali sensu disseruit, totamque prophetiæ ejus historiam in triginta quinque Voluminibus, largo eloquentiæ fonte explicuit. In quibus quidem quanta Mysteria sacramentorum aperiantur, quantaque in amo-

rem

rem vitæ æternæ morum præcepta tradantur; quantis etiam claruerit ornamentis verborum, nemo sapiens explicare valebit, etiamsi omnes artus ejus vertantur in linguas. Scripsit etiam & quasdam Epistolas ad prædictum Leandrum, e quibus unam in eisdem Libris Job, titulo Præfationis annectit. Altera eloquitur de mersione Baptismatis, in quo inter cætera ita scriptum est: *Reprehensibile*, inquit, *esse nullatenus potest, infantem in Baptismate mergere, vel semel, vel ter; quando in tribus mersionibus Personarum Trinitas, & in una potest Divinitatis singularitas designari*. Præterea * edidit, quod totum mysticis ejus intellectum, in xxII. Homilias disseruit: *Homilias item Evangeliorum*; item Dialogi more cum Petro habiti, *De virtutibus Patrum*, Libros quatuor, in quorum dissertione, & verborum flores, & sensuum depromit venustates. Fertur tamen idem excellentissimus Vir & alios *Libros Morales* scripsisse, totumque textum quatuor Evangeliorum, sermocinando in populis exposuisse, incognitum scilicet nobis Opus. Felix tamen, & nimium felix, qui omnium studiorum ejus potuit cognoscere dicta. Floruit autem Mauritio Augusto Imperatore, obiitque in ipso exordio Phocæ Romani Principis.

* *Hic aliquid desideratur in ms.*

28. Leander genitus patre Severiano Carthaginensis Provinciæ Hispaniæ, professione Monacho; & ex Monacho Hispalensis Ecclesiæ Provinciæ Bæticæ constitutus Episcopus, Vir suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque tantum, atque doctrina clarissimus, ut etiam fide ejus, atque industria populi Gentis Gotthorum ab Ariana insania ad Fidem Catholicam reverterentur. Hic namque in exsilii sui peregrinatione composuit duos, *Adversus hæreticorum Dogmata*, Libros, eruditione sanctarum Scripturarum ditissimos, in quibus vehementi stylo Arianæ impietatis confundit, ac detegit pravitatem; ostendens scilicet, quid contra eosdem habeat Catholica Ecclesia, vel quantum distet ab eis, religione, vel fidei sacramentis. Extat & aliud laudabile ejus Opusculum, *Adversus instituta Arianorum*, in quo propositis eorundem dictis, suas responsiones opponit. Præterea edidit unum ad Florentiam sororem, *De institutione virginum, & contemptu Mundi*, Libellum, Titulorum distinctionibus prænotatum. Siquidem & in Ecclesiasticis idem non parvo laboravit studio; in toto enim Psalterio, duplici editione *Orationes* conscripsit. In Sacrificii quoque laudibus, atque Psalmis multa dulcisone composuit. Scripsit & *Epistolas* multas; ad Papam Gregorium, *De Baptismo*, unam; alteram ad Fratrem, in qua præmonet, cuiquam mortem non esse timendam. Ad cæteros quoque Coepiscopos plurimas promulgavit *familiares Epistolas*, etsi non satis splendidas verbis, acutas tamen sententiis. Floruit sub Reccaredo Viro religioso, ac Principe glorioso, cujus etiam temporibus mirabili obitu mortalis vitæ terminum clausit.

29. Licinianus Carthaginis Spartariæ Episcopus, in Scripturis doctus, cujus quidem nonnullas Epistolas legimus; *De Sacramento* denique *baptismatis* unam, & ad Eutropium Abbatem, postea Valentiæ Episcopum, plurimas. Reliqua vero industriæ, & laboris ejus ad nostram notitiam minime devenerunt. Claruit temporibus Mauritii Augusti; occubuit Constantinopoli, veneno, ut ferunt, extinctus ab æmulis. Sed, ut scriptum est, *Justus quacunque morte præoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit*.

30. Severus Malacitanæ Sedis Antistes, collega, & socius Liciniani Episcopi, edidit Librum unum *Adversus Vincentium Cæsaraugustanæ Urbis Episcopum*; qui * ex Catholica in Arianam pravitatem fuerat devolutus. Est & alius ejusdem *De virginitate*, ad sororem Libellus, qui dicitur *Anulus*; cujus quidem fatemur cognovisse titulum, ignorare eloquium. Claruit temporibus prædicti Imperatoris, quo etiam regnante vitam finivit.

* *Deest* Fide, *aut legendum:* Catholico.

31. Joannes Gerundensis Ecclesiæ Episcopus, natione Gothus, Provinciæ Lusitaniæ Scalabitanus. Hic cum esset adolescens, Constantinopolim perrexit, ibique Græca, & Latina eruditione nutritus, septimo demum anno in Hispanias reversus est, eodem tempore, quo incitante Leuvigildo, Ariana fervebat insania. Hunc supradictus Rex, cum ad nefandæ hæresis * crudelitatem compelleret, & hic omnino resisteret, exsilio trusus, Barchinonam relegatus, per decem annos multas insidias, & persecutiones ab Arianis perpessus est; qui postea condidit Monasterium, quod nunc Biclaro dicitur; ubi congregata Monachorum societate, scripsit *Regulam* ipsi Monasterio profuturam; sed & cunctis Deum timentibus satis necessariam. Addidit in Libro *Chronicorum*, ab anno primo Justini Junioris Principatus, usque in annum octavum Mauritii Principis Romanorum, & quartum Reccaredi Regis annum, historico compositoque sermone valde utilem historiam. Et multa alia scripsisse dicitur, quæ ad notitiam nostram non pervenerunt.

* *Potius*, credulitatem.

32. Eutropius Ecclesiæ Valentinæ Episcopus, dum adhuc in Monasterio Servitano degeret, & pater esset Monachorum, scripsit ad Episcopum * Lucianum, cujus supra fecimus mentionem, valde utilem *Epistolam*, in qua petit ab eodem, pro qua re baptizatis infantibus Chrismatis unctio tribuatur. Scripsit & ad Petrum Episcopum Ircabicensem *De instructione Monachorum*, sermone salubri compositam *Epistolam*, & valde Monachis necessariam.

* *Forte*, Licinianum *ut supra*.

33. Maximus Cæsaraugustanæ Civitatis Episcopus, multa versu, prosaque componere dicitur. Scripsit & brevi stylo *Historiam de iis, quæ temporibus Gotthorum in Hispaniis acta sunt*, historico, & composito sermone. Sed & multa alia scribere dicitur, quæ nondum legi hactenus. Laus Deo, & Domino nostro Jesu Christo.

AN-

ANDREÆ SCOTTI
NOTÆ IN ISIDORUM
DE ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBUS.

I. *In Sardicensi etiam Concilio.*) Legendum, *In Sardicensi Concilio*, ex Coloniensi editione anni CIↃ IↃ LXXX. & ex ipsa Sardicensi Synodo, ubi multas Osii santentias videre licet.

Nam post iniquam, ut ait quidam, Osii prævaricationem.) Intellige Marcellinum Italiæ Presbyterum, de quo infra. Verum B. Athanasius *ad solit. vit. ag.* de Osio oppositum sentit, & Augustinus, *Contra Epistolam Parmen.* Cap. 4. quorum sententiam amplectendam plerique existimant, eo quod Isidorus secutus sit Marcellinum, qui hæresis labe infectus, hujus opinionis fuit primus auctor.

II. Pro *Itacius*, legendum esse *Idacius*, ex Sigeberto, Cap. 18. *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, & Joanne Trithemio apparet, & Joanne Vasæo ad annum CCXI. Chronici. Hunc Lemicæ Hispaniæ Urbis Episcopum fuisse, Trithemius ait, de quo eadem, quæ hic Isidorus refert. Cæterum quod eum Clarum Isidorus cognominat, videndum est, an sit in eo aliqua confusio; atque alius sit Idacius Clarus ab Idacio Lemicensi. Nam hic ob Priscilliani necem exsilium subiit; ille adversus Verimundum (aut, ut Alphonsus a Castro, Lib. 2. *De justa hæretic. punit.* Verimundum) Arianum contendit. Pro *Lemicæ*, Vasæus legit *Lamicæ*; quod ille, qui adversus Verimundum scripsit, Clarus cognominatur.

Ex numero vindicantium.) *Vindicantes* appellat Catholicam Fidem asserentes. Unde & *Vindicati* dicuntur Martyres ab Optato Milevitano Episcopo, Lib. 1. *De Schismate Donatistarum*, qui ab Ecclesia Catholica in Martyrum numerum recepti sunt. Et in Marcellini Vita infra Auctor incertus: *Inde est, quod solus Gregorius vindicavit integram Fidem &c.*

Manis, & Priscilliani magistrum.) Ita legendum omnino. Intelligit autem Scythianum Ægyptium, cujus meminerunt B. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi sexta, Epiphanius, Lib. 2. adversus hæreses, sive is *Marcus* sit, sive quis alius; nam Marci Epiphanius Lib. 1. Irenæus Lib. 1. Philaster, & B. Augustinus meminerunt.

Ad diversos.) Ad Ecclesiam Mediolanensem.

Atque Ausentium.) Auxentium. Rem cognosces ex Ambrosii Epistolis.

III. *Syricius.*) Lege quatuor syllabis, non *Syricus*.

Ad Eumenium.) Sic etiam Coloniensis editio. Lege *Himerium* ex ejusdem Epistola. Illa vero in Actis Sycicii.

IV. *Obitumque Paullini Uronius edidit.*) *Uranius* Coloniensis editio, & scripti. Vide, an Fortunati Poetæ cognomen, qui post Sulpicium Severum de Pontio Paullino conscripsit versibus; & an hic idem Paullinus Nolanus Episcopus.

V. *Inter apocryphas.*) Legendus Didacus Covarrubias, Lib. 4. *Var. Resolut.* Cap. 14. in Dist. 15. Gratiani. Falconiæ cognomentum Probæ tribuitur.

VI. *Faventes Episcopi Arcadio Imperatori.*) In vetere Toletano, *Episcopi novem* præfert, ut numeris significet. Nam ad eum condemnandum aliquot privatim Episcopi convenerunt, atque ita ad universalem Synodum provocavit, quæ postea numero circiter LX. congregata rursum illum ab exilio reduxit. In Joanne Chrysostomo extrema hæc absunt a Coloniensi. Sunt autem in scripto Toletano Codice pervantiquo, & editione Conciliorum Garsiæ Loaisæ V.Cl. *Cujus corpus tricesimo quinto anno, die functionis, ab exilio Constantino polim revocatur; etiam in Apostolorum Ecclesia sepelitur.*

XI. *Paschasius.*) Ita vocatur in Epistolis Leonis, inter quas hæc etiam Epistola Paschasii circumfertur, & in Concilio Chalcedonensi, cui præfuit.

Paschalis Mysterii miraculum. Idem miraculum in quibusdam Hispaniæ Baptisteriis accidisse, Gregorius Turonensis scribit Libro, *Historiæ Ecclesiasticæ*, Lib. 5. & 10. Sed mirum est, id ab Isidoro homine Hispano non recenseri, neque hoc loco, neque in *Originum*, seu *Etymologiarum* Libris, ubi de Cereo Paschali agit. Verba autem Epistolæ, quæ citantur ab Isidoro, ita in ipsa Paschasii Epistola leguntur: *Illic perparva, & vili opera constructa est Ecclesia, in cujus Baptisterio nocte sacrosancta Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, neque aqua omnino vicina, fons ex se repletur.*

Ut qua venerat, ex se se descendit.) At vox extrema melius his in veteri Libro est: *ut veniat aqua ex sese discedit.* Alius Liber, *discrevit.* Coloniensis editio: *ut venerat ex sese descendit.*

XII. *Julianus quidam Gallus, cognomento Pomerius.*] Gennadius hunc natione Maurum fuisse scribit; in Galliis tamen Presbyterum ordinatum. Hic alius prorsus esse asseritur a Juliano Toletano Præsule.

Octavo, De his, quæ in fine Mundi futura sunt. Hoc forte Prognosticon illud, quod Juliani nomine circumfertur, editque Duaci accuratius Boetius Epo, Frisius, & ibidem Martinum Dumiensem (de quo infra Cap. 20.) *De quatuor virtutibus*; qui falso Senecæ Philosopho Libellus adscriptus est.

XIII. *Eugipius Abbas.*) Amplius quam in Colonien. est in membranis: *Lucanensis Oppidi Neapoli Campaniæ.* Eugipius autem, *De Vita S. Severini Monachi*, auctius nuper Augustæ Vindelicorum prodiit; de quo in Severino, & Consulum Fastis, Joannes Cuspinianus in Anastasio.

Post Consulatum Importuni Junioris.) Quidam Libri hic *Mavortii* pro *Importuni* præ-

præferunt, *post* pro *sub*. Sic & Cap. 19. & in Conciliis, ubi hæc quoque locutio est, capitur. Locum tamen esse mendosum, opinor, nam aliquid deest. Neque enim *Junior* cum *Importuno* conjungendum; nam Paullus Orosius *Theodorum Imperatorem* appellat. Onuphrius *Importunum Decium*. Anno præcedenti Decius Junior recensetur Consul in Occidente, & ante hunc alius item Decius. Itaque fortasse legendum: *Post Consulatum Importuni, & Decii Junioris*.

XIV. *De Fide cum Trasamundo Rege.*) Transamundus est Paullo Diacono: *Trasimundus*, Gregorio Turonensi; *Trasimundus*, Fulgentio in excussis Operibus.

XV. *Presbyter Lugdunensis.*) Pro *Episcopo*, quomodo Gennadius nominat; nam & antiquitus, & B. Chrysostomum *Presbyterum* pro Episcopo dixisse post B. Paullum, non semel observatum. Honorius tamen Augustodunensis in Catalogo Scriptorum duos Eucherios facit, Episcopum unum, & alterum Presbyterum, forte quod scripta eorum diversa esse videret. Ætas certe utrique eadem, & Basileenses Typographi anno 1531. Opera, edente Menandro Brassicano, conjunxerunt. Eidem vero Eucherio asserit, ut vindex, Cæsar Cardinalis Baronius *Annalium Ecclesiast.* Tomo sexto, non longe a principio, Homilias, quas Eusebii Episcopi Emisseni falso nomine evulgavit Joannes Gaignerius, quas nos in membranis longe, & meliores, & plures habemus; & sunt sane piæ, ad populum habitæ de Sanctis Lugdunensis Agri, ut hominis Galli. Et diversæ ab his, quæ vulgo in Dominicos, festosque dies circumferuntur, quæ potius Collectanea alicujus ex Augustino, & Gregorio esse, non Græci hominis existimo, qualia & Glossæ ordinariæ nomen præferunt. Basilius Zanchus in Notationibus Sacræ Scripturæ Ennodio Ticinensi, ni fallor, adscribit. Sed hoc Critici viderint.

Ibidem: *Brevitas, ut ait quidam.*) Locus est Ciceronis in *Oratore* ad Brutum.

XVIII. *Theodori Mepsuesteni Episcopi.*) Sic enim leg. frequens alibi mentio. Ibæ quoque Edesseni Episcopi Cap. proximo, & in Constantinopolitana Synodo.

XIX. *In proscriptione Apostolicæ Fidei.*) Id est, in his, quæ proscribebat, & condemnabat Apostolica Fides; nam & hujusmodi locum apud probatos Auctores active sumpta in usu est. Livius Lib. 10. Decad. 4. *Hæ literæ fidem Persei criminibus fecerunt*; pro his, quæ objiciebat Perseus Demetrio.

Ibæ Edesseni Episcopi.) Sic legendum censeo. Amplius hic in membranis, quam in Coloniensi editione.

Ex Morin Persum ductum, & Theodorum Mepsuestenum Episcopum.) Alter Codex *ad Maxim*; legendum *ad Marin*, ex Concil. Constantinopolitano; & *Mopsuestenus*, ex eodem. At Nicephoro est *Mapsuestiuus*; qui de Theodoro isto Lib. 13. Cap. 2. qui Joanni Chrysostomo familiaris fuit. Mopsuestia autem in Cilicia est.

XXI. Justus *Orgilitanæ Ecclesiæ.*) Coloniensis Codex *Orgellitanæ*; sed legendum *Urgellitanæ*, ex Joanne Vasæo in Chronicis ad annum DXL. Liber exstat in Bibliotheca SS. Patrum.

Nebridius.) In membranis *Infridius*, vitiose. *Nebridius* reponendum, aut *Elpidius*, aut utrumque legendum. Nam hi duo fratres Justiniani, ac Justi, Auctore Trithemio in Justiniano, & Vasæo.

XXV. Victor *Tunnunensis Episcopus.*) Sic lego ex veteribus membranis Chronici, quod e nostra nuper exiit Bibliotheca Ingolstadii. Varii varia commenti. *Tunensis* etiam nonnemo, quæ Ægypti est Urbs.

Hic a principio mundi.) Lego, ut veritati respondeat lectio, *a principio mundi historiam, a Theodosio majore usque ad Justini Junioris annum 1. Consules &c.* Nam Eusebii historiam, qui a mundi origine auspicatur, Prosper excepit. Prosperum Victor continua serie per Consules.

XXIX. *Justus quacumque morte occupatus.*) Sapientiæ Cap. 4. In vulgata legitur editione: *Justus, si morte præoccupatus fuerit &c.*

XXX. *Qui dicitur Annulus.*) Vetus Liber *Anulus*. Forte etiam *Aureolus* legi posset, e vestigiis veteris scripturæ.

Episcopum Irtabicensem.) Sic Liber antiquus. Coloniensis editio, *Ircabicensem*; forte, *Ercaviensem*, rectum est.

XXXIII. Mox: *de distinctione.*) Colon. præfert; at in membranis, *de distictione* posset, & *de instructione Monachorum* legi.

ILDEPHONSI EPISCOPI TOLETANI

Additio ad Libellum Sancti Isidori, *De Viris illustribus sanctæ Ecclesiæ*, post Hieronymum, & Gennadium.

PRÆFATIO.

1. Virorum adnotationem illorum, quorum dictis, atque doctrinis Sancta Ecclesia toto terrarum Orbe diffusa illustratur, atque in bonis defenditur ex adversis, mox post descensionem Christi, ab Apostolorum exordio, Vir Beatus, atque doctissimus Hieronymus Presbyter plene dicitur annotasse; qui sigillatim nomina eorum, seriem temporum, monumenta Librorum, diversitates Opusculorum, in laudabilem, necessariamque memoriam, usque ad seipsum, stylo evidenti conscribens, & innotescendo monstravit, & retexendo posteris commendavit. Hunc sequutus Gennadius, renotarionis ordine, textu simili præcucurrit. Deinde Vir prudentissimus Isidorus Hispalensis Episcopus, eodem ductu quosque Viros optimos re-

reperit, in adnotationem subjunxit; siquidem non omnia perscrutatus abscessit. Post hunc in nostris partibus incuria cunctis; ita ut quædam vetusta antiquitas operiret, & quampluríma nova neglectus oblivionis absconderet.

2. Ast ego procul valde impar, & iis quos adnotatio retinet, & iis quos adnotatio delectavit, indignus satis, & absque substantia totius boni operis, successorque sanctæ memoriæ alterius Eugenii factus, in Sede illa gloriosa Toletanæ Urbis; quam non ex hominum numero gloriosam dico, cum hanc etiam gloriosorum illustret præsentia Principum; sed ex hoc quod coram timentibus Dominum, iniquis, atque justis habetur locus terribilis, omnique veneratione sublimis, conatus sum, etsi non elegans studium, vel obsequelam bonæ illorum miscere (me) memoriæ gloriosæ; ne incurrerem ex silentio damnum, si tam gloriosæ Sedis, tam gloriosorum Virorum clarescentem memoriæ lucem tenebrosa nube silentii contexissem.

3. Fertur namque ex antiquitate veteri, quod potuisse fieri cernitur exemplo temporis novi. Nam Montanus Sedis ejus Beatissimus Præsul, ut a se conjugalis conversationis infamiam propulsaret, tamdiu assumptos veste candentes narratur tenuisse carbones, donec Domino consecrans, oblationem totius per semetipsum compleret Missæ celebritatem, quo Sacrificio expleto, prunarum ignis cum decore vestis adeo in concordiam venit, ut neque vestis vim extingueret ignis, neque ignis statum deleret vestis.

4. Rursum cum Helladio Episcopo Sedis ejus Justus Diaconus fastu superbiæ insultaret, post mortem quidem sui Pontificis visit Episcopus, & ipse tabefactus; sed in reproborum versus sensum, ob intemperantiam morum, a Ministris Altaris sui dormiens strangulatus laqueo * spiravit.

* *Forte*, Exspiravit.

5. Item cum successori ejus, Justo Episcopo Geroutius Presbyter, Principis oblectamine fotus, contemptum, adversitatemque deferret, tam repentino motu vim perdidit intellectus, ut multis medicurum curationibus, quicquid in medelam fieret, totum in pejus augmentum cresceret. Sicque invaluit commotio mentis, ut usque ad obitum suum, terror esset homini ejus vel participatio visionis, vel colloquium oris.

6. Adhuc etiam successori in locum ejus Eugenio priori * Eufridius Diaconus suus, cum innixus amicitiæ sæculari, violenter honorem Presbyterii, & quædam prædia extorsisset; tam in reprobum sensum, tamquam in languoris supereminentem pervenit statum, ut eum vivere recusaret, tam ** mori esset quam viveret; quam vivere, quam mori vellet.

* *Alias*, Eufidius.

7. Horum ego Beatorum studiis provocatus, quæque vetera antiquorum relata reperi, quæque nova exhibitione temporis reperi, orsu linguæ, quo potui, subnotavi; ut illorum bonæ memoriæ jungerer, a quibus prava operatione disjungor; & qui cum illis in Templo Dei non infero doctrinæ copiam, offerentium commendem fideli obsequela memoriam; obsecrans omnes, ut me divinæ ingerant pietati; quia illos humanæ memoriæ, ex qua labi poterant, tenaciter commendavi. Sane Beatissimum Gregorium sanctæ memoriæ Isidorus adnotarat. Sed quia non tantum de ejus operibus dixit, quantum sumus experti; ideo renotationem illius submoventes, quæ de illo novimus, stylo pleniore notavimus *.

* *Hic quæ de Gregorio promittit, deesse videntur.*

8. Asturius post Audentium in Toletana Urbe Sedis Metropolis Provinciæ Carthaginensis Pontifex, Vir egregius, adsignans opera virtutum plus exemplo vivendi quam calamo scribentis. Hic, & Sacerdotio beatus, & miraculo dignus; quia quibus jungeretur in Cælo, eorum terreno reperire membra meruit in sepulchro. Nam cum Sedis suæ Sacerdotio fungeretur, divina dicitur revelatione commonitus, Complutensi sepultos municipio, quod ab Urbe ejus ferme sexagesimo milliario situm est, Dei Martyres perscrutari. Qui concitatus accurrens, quos, & tellus aggeris, & oblivio temporis presserat, in lucem, & gloriam terrenæ cognitionis provehendos invenit. Quibus repertis, redire in Sedem renuens, servitute simul, & assiduitate Sanctorum innexus, diem clausit extremum. Cujus tamen Sedem, donec vixit, nemo adiit; inde, ut antiquitas fert, in Toleto Sacerdos nonus, & in Compluto agnoscitur primus.

9. Montanus, post Celsum, primæ Sedis Provinciæ Carthaginis Toletanæ Urbis Cathedram tenuit; homo, & virtute spiritus, & eloquii opportunitate decorus; regimen honoris retemperavit, ac disposuit condigno, cælestique jure simul & ordine scripsit *Epistolas duas* Ecclesiasticæ utilitatis disciplina * consertas; e quibus unam Palentiæ habitantibus; in qua Presbyteros Chrisma conficere, Episcoposque alienæ Diœcesis, alterius territorii Ecclesias consecrare, magna perhibetur prohibere auctoritate; sacrarum Scripturarum testimoniis affirmans, idipsum fieri penitus non licere. Amatores quoque Priscillianæ sectæ, licet non operarentur eadem, quia tamen memoriam ejus amore retinerent, abdicat, & * exprobat, commemorans quod in Libris Beatissimi Turibii ipsis ad Leonem Papam missis eadem Priscillianorum hæresis detestata, convicta, atque decenter maneat abdicata. Aliam *Epistolam* ejus ad Turibium Monachum, in qua laudans eum, quod culturam destruxerit idolorum, commisit ei Sacerdotalis auctoritatem rigoris; per quam Presbyteros Chrisma conficere, & Episcopos alienæ sortis, alterius Diœcesis Ecclesias consecrare, magna compescat invectione. Hic Vir antiquissima, fidelique relatione narratur, ad exprobrationem infamiæ, tamdiu prunas tenuisse in vestimentis ardentes, donec coram Sedis suæ sacro Altare, totius Missæ celebritatem per semet expleret. Peractis autem solennibus, neque prunæ ignem, neque vestis inventa est amisisse decorem. Tunc Deo relatis gratiarum actionibus, per simplicem naturam ignis convicta est, & fallacia detestabilis accusantis, & innocentia Beatissimi Sacerdotis. Gloriosus habitus fuit temporibus Amalarici Regis; annis novem Pontificatus tenuit dignitatem.

* *Forte*, conseritas.

* *Alias*, exprobrat.

10. Do-

10. Donatus ex professione, & opere Monachus, cujusdam Eremitæ fertur in Africa extitisse Discipulus. Hic violentias barbararum Gentium imminere conspiciens, atque ovilis dissipationem, & gregis Monachorum pericula pertimescens, fere cum septuaginta Monachis, copiosisque Librorum Codicibus, navali vehiculo in Hispaniam commigravit, qui ab illustri, religiosaque femina Minchea subsidiis, ac rerum opibus ministratis, Servitanum Monasterium visus est construxisse. Iste prior in Hispaniam Monasticæ observantiæ usum, & Regulam dicitur adduxisse, tam vivens virtutum exempliis nobilis, quam defunctus memoria claritatis sublimis. Hic & in præsenti luce subsistens, & in crypta sepulchri quiescens, signis quibusdam proditur effulgere salutis; unde & monumentum ejus colere perhibentur incolæ Regionis.

11. Aurasius Toletanæ Ecclesiæ Pontifex, Metropolis Urbis, post Adelphium in loco adsciscitur Sacerdotis. Vir bonus, regiminis auctoritate præclarus, domesticis rebus bene dispositus, adversitatibus in suis constanter erectus. Qui quanto extitit temperantia mansuetus, tanto fortior semper fuit inventus adversis. Plus illi intentio in defensione veritatis, quam in scribendi exercitio mansit. Unde perfectis Viris compar habetur; quia quæ de verbo illorum prædicatio seminavit, defensionis hujus custodia præmunivit. Visit in Sacerdotio temporibus Vviderici Gundemari, & exordiis Sisebuti Regum, annis ferme duodecim.

12. Joannes in Pontificatu Maximum sequutus, Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Sedem ascendit. Primo Pater Monachorum, & ex hoc Præsul factus in regimine populorum, Vir in sacris litteris eruditus, plus verbis intendens, quam scriptis; tam largus, & hilaris dato, quam hilaris etiam vultu. Unctionem vero Spiritus Dei, qua fovebatur intrinsecus, tam largitate muneris, quam habitudine cultus adeo præferebat, ut & datum gratia commendaret, & non datum gratia excusaret. In Ecclesiasticis officiis quædam eleganter & sono, & oratione composuit. Adnotavit inter hæc *inquirendæ Paschalis Solennitatis* tam subtile, & utile argumentum, ut lectori & brevitas contracta, & veritas placeat patefacta. Duodecim annis tenuit Sedem honoris, adeptus vitam gaudii, ad quam anhelavit desiderabili voto. Subsistit in Sacerdotio temporibus Sisebuti, & Svinthilani Regum.

13. Heliadius post Aurasium Sedis ejus adeptus est locum. Hic cum Regiæ Aulæ illustrissimus, publicarumque rerum existeret rector sub sæculari habitu, Monachi votum pariter explebat, & opus. Nam ad Monasterium illud, Agaliense dico, cujus me susceptio Monachum tenuit, quod munere Dei, perennisque, & patentis sanctitatis decore, & opinabile cunctis, & palam est totum, cum sæpe discursantium negotiorum ductus itinere, perveniret, remota clientum, sæculique pompa decoris, Monachorum peculiaritatibus inhærebat. Quum inter decoremque, insolentiamque sæculi, solitudinis & amaret, & sectaretur arcana, celeri fuga, relictis omnibus, quæ esse noverat Mundi, adiit sanctum Monasterium, quod frequentavit voto, venit permansurus optabili usu. Ibi factus Monachis Pater, meritis, studiisque sanctis, & vitam Monachorum debite rexit, & statum * Monasteriis totius communis rei divitias cumulavit. Ex hoc fessis pene senio artubus, ad Pontificatus apicem devocatur; & quia vocaretur vi coactus pariter, & ignotus, illic majorum virtutum exempla, quam Monachus dedit; quia statum Mundi, quem contempsit, perhibetur reaste discretione; miserationes, eleemosynarumque copias tam large egenis intulisse probatur, ac si de illius stomacho putasses inopum, & artus descendere, & viscera confoveri. Scribere renuit, quia quod scribendum fuit, quotidianæ operationis pagina demonstravit. Me ad Monasterium rediens memoratum, ultimo vitæ suæ ipse Levitam fecit. Senex obiit, decem & octo annis regimen tenuit, temporibus Sisebuti, Svinthilani, & exordiis Sisenandi Regum. Qui post beatior, gloriam cælestis Regni bona plenus senectute promeruit.

* *Porte*, Monasterii.

14. Justus post Heliadium, Discipulus ejus, illique successor est, Vir habitudine corporis, ingeniique meritis decorus, atque subtilis; ab infantia Monachus, ab Helladio ad virtutem Monasticæ institutionis affatim educatus pariter & instructus, in Agaliensi Monasterio tertius post illum Rector est factus. Extitit Rector annis tribus. Tempore Sisenandi obiit. Qui Rex post hunc, die nonodecimo defunctus abscessit.

15. Isidorus, post Leandrum, Hispalensis Sedis Provinciæ Bæticæ Cathedram tenuit; Vir decore simul, & ingenio pollens. Illam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex ea in stuporem verteret audientes. Scripsit Opera eximia, & non pauca; id est Librum, *De genere Officiorum*, Librum *Præmiorum*, Librum, *De ortu, vel abitu Prophetarum*, Librum *Lamentationum*, quem ipse *Synonima* vocitavit; Libellos duos ad Florentinam sororem, *Contra ** nequitiam*, Librum, *De natura rerum*, ad Sisebutum Principem; Librum *Differentiarum*, Librum *Sententiarum*. Collegit etiam de diversis Auctoribus, quam ipse nominat, *Secretorum expositiones sacramentorum*; quibus in unum congestis, ipse Liber dicitur *Quæstionum*. Scripsit quoque ultimo, ad petionem Braulionis Cæsaraugustani Episcopi, Librum *Etymologiarum*, quem cum multis annis conaretur perficere, inexpleto Opere, diem extremum visus est conclusisse. Claruit temporibus Reccaredi, Gundemari, Sisebuti, Svinthilani, Sisenandi Regum, annis ferme quadraginta tenens Pontificatus honorem, insignemque doctrinæ sanctæ gloriam, pariterque decorem.

* *Aliquid deesse videtur in mss. CC. qui lacunam præferunt.*

16. Nonnitus, post Joannem, in Gerundensi Sede Pontifex accessit, Vir professione Monachus, simplicitate perspicuus, actibus sanctus, non hominum diutina deliberatione, sed Dei per homines celeri definitione, in Pontificatum adscitus; adhærens instanter obsequiis sepulchri Felicis Martyris; rexit Ecclesiam Dei meritorum exemplis amplius, quam ver-

verborum edictis. Hic & in corpore degens, & in sepulchro quiescens, fertur salvationis operari virtutes. Subtitit temporibus Svinthilani, & Sisenaudi Regum.

17. Conantius, post Maurilanem Ecclesiæ Palentinæ Sedem adeptus est, Vir tam pondere mentis, quam habitudine speciei gravis, communi eloquio facundus, & gravis; officiorum Ecclesiasticorum ordinibus intentus, & providus. Nam *Melodias* sonis multas noviter edidit; *Orationum* quoque Libellum, *De omnium* decenter scripsit *proprietate Psalmorum*. Viait in Pontificatu amplius triginta annis; dignus habitus fuit ab ultimo tempore Vvitterici, per tempora Gundemari, Sisebuti, Svinthilani, Sinenandi, & Cinthilæ Regum.

18. Braulio frater Joannis, in Cæsaraugusta decedentis adeptus est locum, Vir sicut germanitate conjunctus, ita non nimium ingenio minoratus; clarus & iste habitus Canonibus, & quibusdam Opusculis. Scripsit *Vitam Æmiliani* cujusdam Monachi, qui & memoriam hujus, & virtutem illius sancti Viri suo tenore commendat pariter, & illustrat. Habuit Sacerdotium ferme viginti annis, quibus expletis, clausit diem vitæ præsentis. Duravit in regimine temporibus Sinenandi, Cinthilæ, Tulganis, & Cindasvindi Regum.

19. Eugenius Discipulus Helladii, Collector, & consors Justi, Puntifer post Justum abscessit, ab infantia Monachus, ab Helladio cum Justo pariter sacris in Monasterio institutionibus eruditus. Hunc secum Helladius a Monasterio tulit, ad Pontificatum tractus, qui rursus ab eo Clericalibus institutus Ordinibus, Sedis ejus post eum tertius Rector accessit. Et bonum meritum senis, qui duobus Discipulia, sanctisque filiis, Ecclesiæ Dei hæreditatem meruit relinquere gubernandam. Idem Eugenius moribus, incessuque gravis; nam numeros, statum, incrementa, decrementaque, cursus, decursusque lunarum tanta peritia novit, ut considerationes disputationis ejus, auditorem in stuporem verterent, & in considerabilem doctrinam inducerent. Viait in Sacerdotio fere undecim annis, regnantibus Cinthila, Tulgane, & Cindasvindo Regibus.

20. Item Eugenius alter, post Eugenium Pontifea subrogatur. Hic cum Ecclesiæ Regiæ Clericus esset egregius, vita Monachi delectatus est, qui sagaci fuga Urbem Cæsaraugustanam petens, illic Martyrum sepulchris inhæsit; ibique studia sapientiæ, & propositum Monachi decenter incoluit. Unde Principali violentia reductus, atque in Pontificatum adscitus, vitam plus virtutum meritis, quam viribus egit; fuit namque corpore tenuis, parvus robore, sed valde fervescens spiritus virtute, studiorum bonorum vim persequens, cantus passivis usibus vitiatos, melodiæ cognitione * conneait; officiorum omissos ordines, curamque discrevit. Scripsit, *De Sancta Trinitate*, Libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perspicuum. Qui Lybiæ, Orientisque partibus mitti quantocyus poterat, nisi procellis resultantia freta incertum pavidis iter viatoribus distulissent. Scripsit & duos Libellos, unum diversi carminis metro; alium diversi operis prosa concretos, qui ad multorum industriam, ejus ex hoc tenaciter sanctam valuerunt commendare memoriam. Libellos quoque Dracontii, *De creatione Mundi* conscriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea, quæ inconvenientia reperit, subtrahendo, immutando, vel meliorando, ita in pulchritudinis formam coegit, ut pulchriores de artificis corrigentis, quam de manu processisse videantur Auctoris. Et quia de die septimo idem Dracontius omni modo reticendo, semiplenum opus visus est reliquisse; iste & sex dierum recapitulationem singulis versibus renotavit, & de die septimo, quæ illi visa sunt, eleganter dicta subjunxit. Clarus habitus fuit temporibus Cindasvindi, & Recesvindi Regum; fere duodecim annis tenens dignitatem simul, & gloriam Sacerdotis. Sicque post lucis mundanalis occasum, in Basilica Sanctæ Leocadiæ tenet habitationem sepulchri.

* *Forte* correxit.

ANDREÆ SCOTTI

NOTÆ IN ADDITAMENTUM

SANCTI ILDEPHONSI.

I. IN Asterio, vel Austurio, extremo. *In Toleto Sacerdos nonus.*) Pro, *Episcopus nonus.*) Hinc apparet, ordinem illum, qui in Ecclesiæ Toletanæ camera est usque ad Asturium, recte computari; simulque Divi Eugenii Martyris, primi Archiepiscopi Toletani Ildephonsi temporis notitiam non haberi. Quod etiam probat, in Prologo Eugenium priorem nominari, qui hodie secundus numeratur, & infra.

II. In Montano. *Turibii ipsis.*) Lege, *Thoribii Episcopi*, ex ea ipsa, quæ citatur, Epistola ad Leonem Papam.

Ad exprobationem infamiæ.) Forte *exprobrationem*, hoc est, ad infamiam, quæ illi probro dabatur, depellendam. Nam *exprobratio*, pro apologia, aut improbatione nove dicitur.

Temporibus Amarici Regis.) Lege *Amalarici*, ex Concilio Toletano secundo; quamvis in eacussis Codicibus legimus *Amalrici*, & ea nummis antiquis Gotthorum Regum.

III. De hoc Donato vide Chronicon Joannis Abbatis Biclarensis ad annum 570. & Joannem Vasæum anno 569. qui mox *Manichæam* legit, alias *Mira*.

VI. *Et palam est totum.*) *Toletum* reponendum arbitror, vel Tolet. In alio Codice legitur: *& palam*, *& totis*. Mox illa de veteri Libro addidi, quæ in Toletana editione Conciliorum abesse deprehendi: *Peculiaritatibus inhærebat, ut furnis junctis eorum stipula-*

rum

rum fasciculos ad clibanum deportaret, *Cumque inter &c.* Rursum in Justo ante *Exstitit*, bene longa periodus amplius hic, quam in Toletana editione 1593. legitur.

IX. Nonnicus.) *Nonnitus* est in Toletano Codice ms. Joannes Vasæus in Chronicis anni 634. *Nontinnt* videtur legisse, quamvis & *Nonnitus* quoque agnoscit, nisi si illud operarum est vitium.

XIII. In Eugenio II *Quos antiquitus protulerat vitiatos*.) Ita membranæ; repono tamen *antiquitas*; ita legisse puto Joannem Vasæum ad annum 651. Chronicorum; cujus verba sunt, *vetustate viciatos*.

A D M O N I T I O

Hoc loco placet subjicere duo Opuscula sequentia, prætermissa a D. Loaisa, & cæteris Conciliorum editoribus, quæ sunt continuationes quædam Libri præcedentis.

APPENDIX JULIANI.

1. ILdephonsus memoria sui temporis clarus, & irriguis eloquentiæ fluminibus exornans sæcula ætatis nostræ [a] novissimus Toletanæ Sedis ascitus in Cathedram Præsul, post secundum Eugenium in Sacerdotium consecratur. Vir tanta laude dignissimus, quanta & virtutum gratia numerosus. Fuit denique timoris Dei instantia præditus, religione compunctus, compunctione profusus, incessu gravis, honestate laudabilis, patientia singularis, secreti tacitus, sapientia summus, disserendi ingenio clarus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copiosus. Tantoque eloquentiæ cothurno celebris habitus, ut disputationum ejus profusa oratio dum prefecte dirigitur, merito non homo, sed Deus per hominem affatim eloqui crederetur.

[a] novissime.

2. His igitur sub rudimentis adhuc infantiæ degens, Divino [b] tactus Spiritu, vita delectatus est Monachorum, contemptisque parentum [c] rerumque affectibus, Agallense Monasterium petiit. Cujus fugam rabido furore insequens pater, unum tantum maceriæ impeditus est obice; quo, & furentis est delusa quæstio, & fugientis salvata devotio. Nempe parentis furor dum percitus in interiora prætenderet, latibulum, quo hic Vir occultabatur reliquit, sicque præterita incur atum pertransit, & in arteribus, quæ præterierat inquisivit. Armata denique manu Agaliensem cellam impetens gladio, dum quæsitum non invenit, rediens in propria, ut [d] perditum.

[b] al. coactus.
[c] Mundanarum.

3. Præcognita igitur præfatus Vir abstinentia parentali, Agaliense illico Monasterium adiit, Monachumque se in eo multis fere annis decenter exhibuit. Cœnobium quoque Virginum in Deibiensi [e] Monasterio villula construxit, ac propriis opibus [f] ædificavit. Rector mihi effectus Agaliensis Cœnobii Monachorum mores exercuit. Rem discrevit, vitaque servavit. Principali post [g] hanc violentia Toletum reducitor, atque inibi post decessoris sui obitum Pontifex subrogatus.

[d] Perdit.
[e] al. Debiensi villula, deest, Monasterio.
[f] al. dedicavit.
[g] Hac.

4. Scripsit sane quamplurimos Libros luculentiori semone potissimos, quos idem in tot partibus censuit dividendos; id est, Librum *Prosopopeiæ* imbecillitatis propriæ, Lib. *De Virginitate Sanctæ Mariæ* contra tres infideles. Opusculum, *De proprietate personarum Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Opusculum *Annotationum actionis divinæ*. Opusculum *Annotationum in Sacramentis*. Librum, *De gubernatione Baptismi* unum, & *De progressu spiritualis deserti* alium. Quod totum primæ partis volumini connectendum. Partis quoque secundæ Liber *Epistolarum* est, in quo diversis scribens, ænigmaticis formulis egit, personasque [h] interdum induait. In quo etiam a quibusdam luculentiorum Scriptorum responsa promeruit. Partem sane tertiam Missarum esse voluit. Hymnorum, atque alterius denique Partis Liber est quartus versibus prosaque [i] concretus, in quo *Epitaphia* multa, & quædam scilicet *Epigrammata* annotata sunt.

[h] al. priusquam in titulum induxit.
[i] al. contextus

5. Scripsit autem & alia multa, quæ variis rerum, ac molestiarum operibus impeditus, aliaque cœpta, aliaque semiplena reliquit. Ascitus autem in Pontificatum nono gloriosi Recesvindi Principis anno, novem annis, & duobus fere mensibus clarus habitus fuit vitæ meritis, & retentatione regiminis, expletoque octavo decimo prædicti Principis anno, sequenti die decimo Kalendas Februarii domicilio carnis exuitur, atque in Ecclesia B. Leocadiæ tumulatur, ad pedes sui conditus decessoris, cum quo creditur æterno frui receptaculo claritatis.

APPENDIX EELICIS,

1. JUlianus Episcopus, Discipulus Eugenii secundi, Carthaginis Provinciæ Metropolitanus, post beatæ memoriæ [k] Quiricum quartum [l] in locum præceptorem suum sequens, Urbis Regiæ Pontificale culmen adeptus est. Cujus videlicet Civitatis proprius civis exstitit, atque in ejusdem Urbis principali Ecclesia sacrosancti Baptismatis fluentis est lotus, & illic ab ipsis rudimentis infantiæ enutritus. Denique dum ad puerilis formæ devenisset ætatem, sanctæ memoriæ collegæ sui [m] Gudilanis Levitæ ita sociali vinculo est innexus, & individuæ charitatis unione conjunctus, ut, & ambos inviolabilis charitatis unam esse ostendederet, & unitas in ambobus præfixa, non duas animas, sed unam his inesse monstraret.

Ambros. Moral. Lib. 12. cap. 58. Sedis. Eugenius V.
[k] al. Quiritum
[l] al. quam in loco.
[m] Gudila, al. Gudiliinis.

2. Sancta itaque erat inter eos adeptæ unanimitatis communio, ut secundum Actuum

a *al.* fistebat. b *al.* theoretici c *al.* delectati sunt.

Apostolorum historiam, in duobus corporibus unum tantum putaretur, & anima una a sistebant. Quippe Divino afflante Spiritu b theorice, id est, contemplative quietis c delectationis perfrui bonu, & munasticæ institutionis constringi repagulo; sed quia aliter in superni Numinis fuit judicio, eorum est nihilominus frustrata devotio. Quamquam tamen minime peregissent desiderati itineris cursum, non tamen desierunt a piæ devotionis studio. Et dum sibi mallent tantum prodesse, d profugi cœperunt postmodum proximorum salute votis gliscentibus, niti enim in subditis docendis operosæ virtutis in profectu eorum desiderabiles, in servitute Dei ferventes, in desiderio decoris Domini strenui, in seniorum obedientia præsto, atque, si fieri posset, in omnium emolumentorum obtinerent, virtutum animis ferventioribus illudebant.

d *al.* per fugam

e Gudila.

3. Igitur Divinorum judiciorum dispensationem sanctæ recordationis e Guidila Diaconus sexto Kalendas Septembris funeliæ mortis eventu anno octavo Vvambanis Principis sub digna confessione Dei clausit supremum curriculum. Cujus corpusculum in Monasterio Sancti Felicis, quod est in, f Canensi in villa dedicatum, dilectissimi socii sui exhibitione honorifice requiescit humatum. Post cujus itaque discessum aliquantula intercapedine temporum postsanctæ memoriæ g Quiritum idem egregius Julianus præfatæ Urbis est nactus Primatus, tanto laudis titulo prædicandus, quanto diversarum virtutum ope suffultus, suis temporibus mirifice h compsit Ecclesiam Dei. Quinimmo ut ex eo tempore clarescere cœperit, per ejus textrinum, & etiam testamine piæ relationis pandam.

f *al.* Labensi villula. g Quiricum. h composuit.

4. Post decessoris sui obitum divæ memoriæ Ildephonsi a decimo septimo ferme anno Recesvindi Principis, nec non & per omne Vvambanis Imperii tempus usque ad tertium Regni gloriosissimi Egicanis Regis annum, in Levitici, Presbyterii, ac Pontificatus honore consistens, celebre nomen obtinuit. Fuit enim Vir timore Domini plenus, prudentia summus, consilio cautus, discretionis bono præcipuus, eleemosynis nimium deditus, in suffectu operum devotus in relevatione miserorum promptissimus, in interveniendo discretus, in negotiis dirimendis strenuus, in i promendis judiciis æquus, in sententia parcus, in vindicatione justitiæ singularis, in disceptatione laudabilis, in oratione regius, in divinarum laudum exsolutione mirabilis. Quod si forsan in Officiis Divinis quicquam, ut solet, difficultatis occurreret, ad corrigendum facillimus, pro sacris k luminariis vehementer l attonitus, in defensione omnium Ecclesiarum eximius, in regendis subditis pervigil, in comprimendis superbis erectus, in sustentatione humilium apparatus, m de vitæ auctoritate munificus, amplectendæ humanitatis bono opimus, ac generaliter universa morum probitate conspicuus. Ita pietate affluens, ut non esset cui in angustiis constituto non subvenire vellet. Ita n munus charitatis exuberans, ut o non a se boni quippiam cuique pullulanti ex charitate patiare p desisteret.

i *al.* providendis. k *al.* luminibus l *al.* admonitus m *al.* debita humilitatis. n *al.* in. o *al.* unius. p *al.* præstare.

q *al.* maluit.

5. Hic denique se Deo charum q valuit exhibere in omnibus, ut præstabilem hominibus cunctis ostenderet; ut & illi usquequaque placeret, & hominibus propter Deum, si fieri potest, devota satisfaceret mente. Tanto nobilium præcedentium Virorum dignis meritis r coæquandus, quanto ab eis in nullu virtutum corpore extitit infimus. Ecclesiasticos itaque bene habitos ordines in sui regiminis Sede solicitatiori cura servavit, vitiatos utiliter subcorrexit, minus habitos prudenti dispositione instituit, ac de Officiis quamplurima dulcifluo sono composuit.

r coæquans.

6. At nunc quoniam Sancti Spiritus ubertate repletus, & irrigui fontis affluentia præditus fulsit, summam Librorum ejus, quos per eum Deus ad utilitatem Ecclesiæ suæ deprompsit, istinc lector addisce. Conscripsit enim Librum *Prognosticorum futuri sæculi*, ad beatæ memoriæ Idatium Episcopum directum, habentem in capite Epistolam, quæ s ipsius est directa, & orationem. Cujus Codicis Opus discretum in tribus Libris habetur, ex quibus primus, *De origine mortis humanæ*, est editus. Secundus, *De animabus defunctorum*; quomodo sese habeant ante suorum corporum resurrectionem. Tertius, *De suprema corporum resurrectione*.

s *al.* ipsi.

7. Item Librum *Responsionum*, ad quem supra directum in defensionem Canonum, & Legum, quibus prohibentur Christiana mancipia dominis infidelibus deservire. Item *Apologeticum Fidei*, quod Benedicto Romanæ Urbis Papæ directum est. Item aliud *Apologeticum*, *De tribus Capitulis*, de quibus Romæ Urbis Præsul frustra visus est dubitasse. Item Libellum, *De remediis blasphemiæ*, cum Epistula ad Adrianum Abbatem. Item Librum, *De sexta ætatis comprobatione*, qui habet in capite Orationem, & Epistolam ad dominum Zurigium Regem; & tamen idem Codex tribus Libris distinctus. Nam primus eorum habet Veteris Testamenti quamplurima documenta, quibus absque aliqua supputatione annorum, Christus Dei Filius non nasciturus, sed olim natus patule declaratur. Secundi vero series Libri decurrit per ostensam Apostolorum doctrinam, quæ dilucide monstrat Christum in plenitudine temporis natum, non in annis a principio Mundi collectis. Tertii quoque Libri excursus sextam ætatem, in qua Christus natus est, haud dubie adesse veris documentis ostendit, t in quo & vere præteritæ ætates sæculi, non in annis, sed præfixo generationum limite distinguuntur.

t *al.* quinque.

Hic Liber incerti Auctoris nomine editus cum Salviano ab Alex. Brassicano, & cum Juliano in Genesim in 16.

8. Item Librum *Carminum*, in quo sunt Hymni, epitaphia, atque de diversis epigrammata numerosa. Item Librum plurimarum *Epistolarum*. Item Librum *Sermonum*, in quo est Opusculum modicum, *De vendicatione domus Dei*, & eorum, qui ad eam confugiunt. Item Librum, *De contrariis*, quod Græce * ἀντικειμένων voluit titulo adnotari, qui in duobus divisus est Libris, ex quibus primus dissertiones continet Veteris Testamenti, secundus Novi. Item Librum *Historiæ* de eo, quod Vvambæ Principis tempore Galliis extitit gestum.

gestum. Item Librum *Sententiarum* ex Decade Psalmærum B. Augustini breviter, summatimque collectum. Item *Decerpta* de Libris S. Augustini contra Julianum hæreticum collecta. Item Libellum, *De Divinis judiciis*, es sacris Voluminibus collectum. In cujus principio est Epistola ad dominum Ervigium comitatus sui a tempore pro eodem Libello directa. Item Librum *Responsionum* contra eos, qui fugientes ad Ecclesiam persequuntur. Item Librum *Missarum* de toto circulo anni, in quatuor partes divisum, in quibus aliquas vetustatis incuria vitiatas, ac semiplenas emendavit, atque complevit; aliquas vero ex toto composuit. Item Librum *Orationum*, de Festivitatibus, quas Toletana Ecclesia per totum circulum anni est solita celebrare, partim stylo sui ingenii b depromptum, partim etiam insolita antiquitate c vitiatum, studiose d in unum congessit, atque Ecclesiæ Dei usibus ob amorem reliquit sanctæ Religionis.

a Temporis.

b deplompta insolita.

c al. vitiata.

d correcta.

9. Præsulatus autem honorem, & Sacerdotii dignitatem annis decem obtinuit, mense uno, diebus septem. Quique etiam inevitabilis mortis præventus, anno tertio Egicanis Principis, pridie Nonas Martii, Era e 728. diem vitæ clausit extremum. Ac sic in Basilica Gloriosissimæ Leocadiæ Virginis sorte sepulchrali est tumulatus.

e *Lege Era DCCV. id est, anno Christi DCLXVII.*

VITA SALVI ABBATIS ALBELDENSIS,

INCERTO AUCTORE.

SAlvus Abba Albaildensis Monasterii, Vir lingua nitidus, & scientia eruditus, elegans sententiis, ornatus verbis, scripsit sacris Virginibus regularem Libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perspicuum. Cujus oratio nempe in Hymnis, Orationibus, Versibus, ac Missis, quas illustri ipse sermone composuit, plurimam cordis compunctionem, & magnam suaviloquentiam legentibus, audientibusque tribuit. Fuit namque corpore tenuis, parvus robore, sed valide fervescens spiritus virtute. O quanta illius ex ore dulciora super mella manabant verba, cor hominis quasi vina lætificantia! Obiit temporibus Garseani Christianissimi Regis, & Theudemiri Pontificis, quarto Idus Februarii, Era millesima; sana doctrina præstantior cunctis, & copiosior operibus charitatis. Ac sic in prædicto Cœnobio, juxta Basilicam Sancti Martini Episcopi, & Confessoris Christi est tumulatus sorte sepulchrali. Ad cujus pedes Discipulus Velasco Episcopus quiescit in pace.

Notæ Viri Cl. Joannis Mabillonis in Actis Sæculi V. Benedictini, ad annum Christi CMLXII. ubi de Dulquito Salvi Decessore.

ILlustre fuit quondam apud Hispanos Monasterium Alveldense, seu Albeldense, de quo agit Yepezius noster ad annum 950. & sequentem. Ejus situm recte describit Gartias Loaisa in Prolegomenis ad Concilia Hispanica, ubi de Codice Alveldensi agit: *Alvelda*, inquit, *est hodie parvum municipium in tractu Lotroniensi, duabus ab Urbe Locronio leucis distans. Olim habuit insigne Cœnobium Sancti Martini ex Instituto Divi Benedicti, a Sanctio Rege, & Toba Regina Era CMLXII.* (id est, Christi Domini *CMXXIV.*) *fundatum, postea collapsum, & translatum in Ecclesiam Sanctæ Mariæ Rotundæ apud Locronium*. Locronium vero, seu Lucronium, vulgo *Logrono*, situm est in finibus Navarræ, & Castellæ veteris, Ohienarto in Beronum, & Vasconum confiniis, ad Ebronem fluvium. Chartam erectionis, ac dotationis Monasterii Alvedensis, a Rege Sanctio factam, in Archivo Simanceæ sibi visum Loaisa testatur.

Eo in loco magna religione floruit sæculo decimo Dulquitus Abbas, qui plura Monasteria sub suo regimine, quasi Generalis Præfectus, habens, ducentis Monachis præfuit. Id discimus testimonio Gomesani Presbyteri, & Abbatis Hildensis, qui a Gotescalco Aniciensi Episcopo ad exscribendum Ildephonsi Toletani Episcopi Opusculum, *De laude Virginitatis*, compulsus, id executus est, scripto Codice membraneo, in cujus fine hanc clausulam apposuit: *Ego quidem Gomesanus, licet indignus, Presbyterii tamen Ordine functus, in finibus Pampelonæ Abba Hildense in Arcebisterio, infra atria sacra ferens Reliquias Sancti, ac Beatissimi Martini Episcopi, regulariter degens sub regimine videlicet Dulquiti * Abbatis inter agmina Christi servorum ducentorum fere Monachorum, compulsus a Gotiscalco Episcopo, qui gratia orandi egressus Aquitaniæ a partibus &c.* Hæc clausula edita est tum a Baronio, tum a nobis ad annum 728. ubi de Theofredo Abbate Calmeliacensi; ea qua discimus, *ducentos Monachos* sub regimine Dulquiti Abbatis vixisse, sive in uno Alveldensi, sive in aliis Monasteriis ipsi subjectis. Quippe non solum Hildense Gomesani Monasterium, sed etiam alia Dulquito parebant, uti nos docet Charta x. ab Yepezio in Appendice Centuriæ quintæ relata; ubi Adica Abbas SS. Vincentii & Prudentii Cœnobii, *cum Fratribus suis* (numero sex) *prompta mente, toto corde, tibi*, ait, *Patri spirituali Dulquito Abbati, & Fratribus tecum in amore Christi Albeldæ in Cœnobio Sancti Martini delitescentibus, contradimus animas nostras, simulque corpora, ut vestris orationibus adjuti, adipiscamur vobiscum præmia Poli.* Deinde hæc subdit Adica, quæ Monasterii sui situm ostendunt: *Nos enim supra nominati Ecclesiam Sancti Vincentii, & domini Prudentii Basilicam, ubi quiescit Corpus ejus venerabile, quæ sita est ad radicem montis Laturci, nutu Dei omnipotentis colla-*

* al. Dulquinius

collatam habuimus, & sancitam cum suis adjacentibus terris . . . . . tum hereditate Petri Presbyteri, qui fuit collega noster vivens, demumque obiit in Oppido Leca, & scripsimus nomen ejus in albala, inter nomina offerentium. Tum infra: *Et quia hoc Regni Cælorum causa, & pro salute animarum, & pro ipsius Sancti loci illuminatione, jugique Dominici Corporis, & Sanguinis Sacrificio in Ara Dei offerendo, nos memorati puro corde, puraque mente domno Martino in honore Nominis Christi locum supra taxatum, & cum eo nosmetipsos cognoscimus obtulisse.* Actum Era *CMXCVIII.* idest anno Christi *CMLX.* Subscribunt inter alios *Tudemirus Magelensis Episcopus, Dulquintus Albaldensis Abbas, Didacus Siliensis Abbas, Munio de Sancta Columba Abbas, Stephanus Dorcensis Abbas de Sancto Æmiliano, Belasco Gironensis Monasterii Abbas.* Hoc Sancti Prudentii Cœnobium postmodum ab Alveldensi sejunctum, atque Cistercienfibus concessum est. *Abbas domno salute Sancti Prudentii*, subscribit Diplomati Garsiæ Regis, filii Enneconis, Era 918.

Dulquiti Abbatis successor fuisse videtur Salvus, seu Salvius Abbas, cujus elogium refertur apud Miræum in Libro, *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, post Appendicem Felicis Toletani pag. 102. sub hoc Titulo: *Vita Salvi Abbatis Alveldensis*, alias *Albaildensis*, *incerto Auctore*. Denique sequitur Vita in hunc modum:

Salvus Abbas Albaildensis Monasterii &c. ut supra.

Ex hoc elogio, quod illorum temporum venam, & genium sapit, magnum Virum fuisse Salvum intelligimus, ut qui non tantum diver sis, uti ejus præcessor, Monasteriis præfuerit; sed qui etiam Virginibus sacris Regulam a se conscriptam tradiderit. Vtinam ampliora de eo rescire liceret! utinam Libellum ejus de Missis, & Hymnis sacris recuperaremus! Garseanus Rex in fine eloquii laudatus, ipse est Garsias I. Aragonum Rex secundus, cognomento Abarca, de quo Hieronymus Blanca pag. 618. Theodemirus Episcopus fuit Nazarensis, de quo supra Numero 2.

De Velascone Episcopo Salvi Discipulo major est difficultas. Is videtur esse Belasco, seu Belascus illius temporis Scriptor, cujus mentio sæpe fit apud Hispanicos Scriptores. Joannes Pistorius ejus fragmentum refert initio Tomi 2. Hispaniæ illustratæ, pag. 12. ubi de anno mortis, & loco sepulchri Sanctii Regis, quem Era 1028. fato perfunctum, atque sepultum quidam dicunt in Pinnatensi Sancti Joannis Cœnobio. *Contra vero Belasco, ejus temporis Scriptor, magnopere dissentit, cujus verba in re tam dubia, & controversa operæ pretium erit, ni fallor, referre &c.* Blanca eadem verba commemorat. Zurita Blascum Episcopum Pampilonensem laudat ad annum 971. Reclamat Sandovalius. Et tamen Diploma Sanctii II. Aragonum Regis Era 1009. datum legitur: *Blasco Episcopo in Pampilona*. Eodem fere tempore invenio Valascum Legionensem Episcopum apud Sampirum in Sanctio Crasso. Nec omittendus *Belascus*, qui Codicem Monasterii *Sancti Æmiliani cucullati*, nunc in S. Laurentii Bibliotheca Escuriali asservatum, scripsisse traditur apud Zuritam ad annum 905. & 966. Quis et illis sit Velasco ille Episcopus Salvi Discipulus, an potius Belasco Gironcensis Abbas, de quo supra, aliis divinandum permitto.

Salvi Discipulis etiam adnumerandus est Vvigila Monachus, qui cum in Alveldensi Monasterio vitam ageret, Codicem Alveldensem, quo usus est Loaisa, singulari diligentia scripsit Era 1014. anno Christi 976. Hic Codex habet Concilia 61. & Epistolas Decretales 101. a Damaso usque ad Gregorium I. & Opuscula alia, teste Loaisa. Ex quibus intelligitur, Alveldenses Monachos, uti alios Ordinis nostri, describendis antiquis Libris egregiam, & Reipublicæ Christianæ maxime necessariam operam navasse.

TREDECIM VITÆ

INCERTO AUCTORE

Editæ primum a D. Loaisa, quæ in mss. D. Isidoro, & Ildephonso cum hac præfatiuncula præponebantur.

Quamvis superius plurimi veterum Tractatorum inter Græcos, & Latinos Scriptores doctissimi annotentur; tamen reor ipse etiam paucorum memoriam facere, quorum lectionem recolo me attigisse.

Xystus Episcopus Romanæ Vrbis, & Martyr, composuit, ad instar Salomonis, *Librum Proverbiorum*, tam brevi eloquio, ut in singulis versiculis singulæ explicentur sententiæ. Cui quidem Opusculo hæretici quædam contra Ecclesiasticam Fidem inseruerunt; quo facilius sua nomine tanti Martyris, perversorum dogmatum reciperetur assertio. Sed is, qui Catholicum sese meminit, probando legat, & ea quæ veritati contraria non sunt, recipiat. Quidam autem eundem Librum ab hæreticis, non a Xysto fuisse dictarum. Refellit autem hanc opinionem Beatissimus Augustinus, qui in quodam Opere suo, ab eodem Martyre hoc Opus compositum esse fatetur.

Macrobius Diaconus, studium Sancti Cypriani, ingeniumque sequutus, complexus est congrua ex utroque Testamento adversus versutias hæreticorum capitula; *De*, scilicet, *Dei Patris, & majestate Filii Dei, & de adventu ejus, Incarnatione, & Ascensione in Cælis*; parique modo, & *De electione gentium, & reprobatione Judæorum*. Deinde subjecit etiam cæte-

cætera, ad utilitatem vitæ, & disciplinæ Religionis pertinentia; omnia hæc in centum distincta capitulis.

Philastrius Brixiensis Episcopus. Hic longe ante Beatissimum Augustinum, edidit Librum *De hæresibus*; singulas quasque demonstrans; sive quæ in populo Judæorum, ante Incarnationem Christi fuerunt, quas viginti octo enumerat; sive quæ post Domini Salvatoris adventum, adversus Catholicam Fidem exortæ sunt; quas idem centum viginti octo esse describit. Sicut & de eo idem Vir magnæ gloriæ Augustinus, & Doctor Clarissimus meminit.

Theodorus Mopsuestenæ Urbis Episcopus, ita clare copioseque scientiæ doctrina refulsisse refertur, ut prædicaretur, si referre fas est, mille voluminum summam in Græco conscripsisse, adversus omnium hæreticorum errores. Hunc Acephalorum Episcopi, in præjudicio Chalcedonensis Concilii, Justiniano Principe compellente, damnare post mortem eum Iba, & Theodoreto Episcopis censuerunt; dum constet, eum laudabilium Virorum testimoniis clarissime Ecclesiæ Doctorem fuisse. Vixit usque ad Imperium senioris Leonis.

Tyrannius Ruffinus scripsit ad quendam Paullinum Presbyterum, *De benedictione Patricharum*, triplici intelligentia Librum, satis succinctum, & clara brevitate compositum. Hic autem juxta mysticum sensum, ea, quæ de Dan filio Jacob scripta sunt, non recte de Domino nostro interpretatur, dum procul dubio ad Antichristum eadem pertinere Sanctorum Patrum probet assertio.

Vergundus Africanus Episcopus, studiis liberalium literarum disertus, edidit carmine dactylico duos modicos, brevesque Libellos, quorum primum, *De resurrectione, & Judicio* scripsit, alterum vero, *De Pœnitentia*; in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat.

Victorinus Episcopus composuit & ipse versibus duo Opuscula admodum brevia; unum *Adversus Manichæos*, reprobantes Veteris Testamenti Deum, veramque Incarnationem contradicentes; alium autem *Adversus Marcionistas*, qui duo principia, id est, duos Deos, fingunt; unum malum, justum creaturarum conditorem, & retributorem factorum, alterum bonum, animarum susceptorem, indultorem criminum.

Itatius Provinciæ Gallæciæ Episcopus, secutus Chronicam Eusebii Cæsareensis Episcopi sive Hieronymi Presbyteri, quæ usque hodie in Valentis Augusti Imperium edita declaratur; de hinc ab anno primo Theodosii Augusti, usque in annum Imperii Leonis octavum, subjectam sequitur historiam, in qua magis barbararum gentium bella crudelia narrat, quæ premebant Hispaniam. Decessit sub Leone Principe ultima jam pene senectute, sicut etiam Præfationis suæ demonstratur judicio.

Eusebius Dorolitanæ Vrbis Episcopus. Hic in cœtu Chalcedonensis Concilii, contra Dioscorum hæreticum Alexandrinæ Vrbis Episcopum, Librum obtulit, ac præsenti Synodo omnes Dioscori errores, & blasphemias recitavit. Hunc enim ad Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum idem Dioscorus in Ephesina secunda Synodo, excommunicationis sententia dejecerat, eo quod pro orthodoxa Fide contra hæresim repugnaret. Unde postea idem Eusebius in Chalcedonensi Synodo innumerabilium malorum ejus crimina, vel blasphemias detegens, damnationis ejus sententiam super eum a Sancto Concilio imprecatur; ut quod injuste ille aliis intulerat, in eum juste retorqueatur.

Cerealis Castulensis Ecclesiæ Episcopus. Hic dum apud Carthaginensem Africæ Provinciæ Vrbem venisset, & de Fide Sanctæ Trinitatis cum Maximimiano Ammonitarum Episcopo concertatus est, respondens propositionibus ejus non eloquiorum argumentis, sed testimoniis Sanctarum Scripturarum. Extat hoc ipsum ejusdem Opusculum decem & novem responsionum capitulis prælignitum.

Ferrandus Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus, multum in sacris Scripturis floruisse asferitur, multasque cum Beato Fulgentio propositiones alternis Epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium, & Anatolium, Romanos Diaconos, consulentes eum, utrum liceat quemquam damnare post mortem, edidit rescriptum, ubi inter alia sic loquutus est, dicens; *Quid prodest dormientibus perturbare? Siquis adhuc in corpore mortis hujus accusatus, & damnatus antequam moreretur absolvi, de Ecclesia raptus est, absolvi non potest altersus humano judicio. Siquis accusatus, & absolutus ante diem sacri examinis, repentina vocatione præventus est intra sinum matris Ecclesiæ constitutus, divino intelligendus est judicio reservari; de hoc nullus homo potest manifestam proferre sententiam; cui si Deus indulgentiam dedit, nihil nocet nostra severitas; sed si supplicium præparavit, nihil prodest nostra benignitas.*

Petrus Ilerdensis Hispaniarum Ecclesiæ Episcopus, edidit diversis solennitatibus conguentes *Orationes*; ut Missas eleganti sensu, & aperto sermone.

Marcellinus Italiæ Presbyter, scripsit Theodosio minore, Arcadioque Imperatoribus Opusculum unum, in quo retetit gesta Episcoporum, qui ad destructionem homousii Arimini convenerunt; quique ita totum Mundum perfidia impii Dogmatis turbaverunt, ut vix pauci Antistites existerent, qui inviolabili Fidei cultu perseverarent. Exponit quoque de Ario dum ad Synodum pergeret, cum Alexandro disputaturus, qualiter conversus in via ad necessariam caussam, viscera ejus fuissent diffusa. De fine quoque Osii Cordubensis Urbis Episcopi, qui metu Imperatoris, Fidem prævaricatus, perfidiæ assertor, & impietatis effectus fuerat exsequutor, sic talia profert: *Nam post impiam*, inquit, *Osii prævaricationem, dum Sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus, in Cordubensi Urbe, juxta Imperiale Decretum fuisset adductus, ac minime vellet illi communicare; commotus Osius dicit Clementino Constantii Præfecti Vicario, ut mitteret eum in exsilium; at ille: Non audeo, inquit, Episcopum in exsilium mittere, nisi prius eum ob Episcopatu dejeceris. Ut autem* vidit

vidit Sanctus Gregorius, quod Osius vellet ferre sententiam; appellat Christum totis Fidei suæ visceribus, exclamans ita: Christe Deus, qui venturus es judicare vivos, & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri sententiam adversus me minimum servum tuum, qui pro Fide nominis tui ut reus assistens, spectaculum factus sum; sed tu ipse, quæso, in caussa tua hodie judica; ipse sententiam proferre dignare per ultionem. Non ego quasi metuens, exsilium fugere cupio; cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium grave sit; sed ut multi prævaricationis errore liberentur, quum præsentem viderint ultionem. His dictis, ecce repente Osius residens fastu quasi Regalis imperii, cum sententiam conaretur exprimere, os vertit, distorquens pariter & cervicem; & de sessu in terram eliditur, atque illico exspiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expavit; & licet esset judex, tamen timens, ne in se simile supplicium vindicaretur, prostravit se ad pedes sancti Viri, obsecrans, ut sibi parceret, qui in eum Divinæ Legis ignoratione peccasset, & non tam proprio arbitrio, quam mandantis imperio. Inde est, quod solus Gregorius vindicantium integram Fidem, neque in fugam versus est, neque passus est exilium. Unusquisque enim timuit de illo alterius judicare.

Hæc apocrypha sunt, ut alibi ostendimus.

EPISTOLA EVANTII
ARCHIDIACONI TOLETANI,

Contra eos, qui sanguinem animalium immundum esse judicant, & carnem mundam esse dicunt.

ANNO CIRCITER DCCXX.

PRÆMONITIO AD LECTOREM.

Epistolam hanc superioribus annis Vir Cl. Henricus Canisius edendam curavit nomine Evanti Abbatis, sive Evantii, dubitans, an sit Ille, cujus meminit Fortunatus Libro tertio, Epistola ad Euphronium. Sed & Christophorus Brovverus in Notis ad illam suspicatur, Evantium ipsum Fortunati fuisse illum Viennensem Episcopum quem Gregorius Turonensis Lib. 8. Cap. 39. testatur obiisse anno undecimo Regni Childeberti Austrasiorum. Illum veluti Sanctum celebrat Ado in Temporum Libro, ætate sexta, & cum Episcopis Artemio Senonum, Remigio Bituricum, aliisque, ait perfecte roborasse viginti Capitula Ecclesiastica. Quæ Baronius ad annum Christi 588. censet accipi debere de Synodo II. Matiscone coacta hortatu Guntrami Regis. At quomodo Evantius Scriptor hujus Epistolæ potuit interesse illi Concilio anno 588. & in ea citare Librum Pastoralem S. Gregorii; qui certe tunc nondum erat Pontifex Romanæ Ecclesiæ, sed biennio post electus fuit, & præterea vixit usque ad annum 604. nimirum allegatio illa S. Gregorii non fuit facta, nisi post ejus obitum. Fallitur itaque Brovverus; nam certe Epistola hæc non videtur esse illius Evantii Abbatis, sed alterius Evantii longe posterioris, & Archidiaconi Toletani; cujus nomine manuscripta legitur ab antiquissimis temporibus. Nobis quoddam illius exemplar, cum aliis ejusdem Ecclesiæ Toletanæ monumentis, videre licuit, ea notatione adhibita, quod ipsius Auctor obierit anno Christi 737. Postea vero cum incidissemus in Chronicon Isidori Episcopi Pacensis, qui res Hispaniæ breviter quidem, sed accurate indicavit ab anno Christi 611. usque ad 754. hæc invenimus scripta, circa Eram 757. cui respondet annus Christi 719. *Per idem tempus Fridericus Accitanæ Sedis Episcopus, Urbanus Toletanæ Sedis Urbis Regiæ Cathedralis, Veteranus, Melodicus, atque ejusdem Sedis Evantius Archidiaconus, nimium doctrina, sapientia, sanctitate quoque, & in omni secundum scripturas spe, fide, & charitate, ad confortandam Ecclesiam Dei clari habentur.* Audis Evantium Archidiaconum Toletanum florentem pietate, & doctrina, ab Auctore gravi ejusdem temporis. Deinde ad Eram 775. cui respondet annus Christi 737. ait: *Per idem tempus Viri Doctores, & sanctimoniæ studio satis pollentes, Urbanus, & Evantius læti ad Dominum pergentes quiescunt in pace.* Hæc Isidorus, qui certe αὐτόπτης esse potuit eorum, quæ enarrat. Similiter Julianus in Vita S. Ildephonsi (quam Loaisa in Decretum Gundemari §. xv. initio fere, testatur aqud se fuisse) ait, Evantium Archidiaconum Toletanum Urbano Archipræsuli pio, & forti in persecutione Sarracenorum ferenda adjutorio fuisse: *quoniam ambo erant præclara docti disciplina &c.* Vide etiam Rodericum Lib. 4. Cap. 3. Certum itaque esto, Epistolam ab hoc Evantio scriptam licet injuria temporis, aut oscitantia, vel imperitia exscriptorum plurimum deformata exstat. Nos tamen religioni duximus eam corrigere, aut exhibere absque sordibus illis, quas hactenus contraxit. Quoad doctrinam vero ejusdem Epistolæ, oportebit in antecessum legere Interpretes Actuum Apostolorum Capite 15. (& in iis Joannem Lorinum) ajentes, Ecclesiam primitivam a sanguine animalium abstinuisse. CARDINALIS DE AGUIRRE.

EPI-

EPISTOLA EVANTII.

Quia se præbuit occasio opportuna, ideo hanc exiguitatis meæ paginulam vestris obtutibus perferendam mea curavit destinare miseria; per quam & salutis munia impensius pando, & me sacris vestris orationibus tuendum committo. His * explosis, ad agnitionem nostram venit, quod exsurgentes in quibusdam Cæsaraugustæ partibus reperisse vos asseritis Christianos, nec dum eruditos * paginibus sacris, Judaico more sequi literam occidentem, & postponere spiritum vivificantem; qui dicunt immundum fieri hominem alicujus animalis sanguinem comedentem; nescientes, nec intelligentes, præcepta prisca magis mores hominum demonstrare, quam in natura servare. Nam si ista ita sunt, cur aperta fronte cum Judæis, & alia quæ vetita sunt præcepta priscæ Legis carnaliter non teneant, nescio, carnes suillas, vel cuniculinas non abjiciunt, qui piscium carnes pinnulis carentium non reprobant, qui vetera sacrificia non immolant, qui uxorem fratris sine filiis morientem ad suscitandum semen ejus non accipiunt, aut ad Sacerdotium debiles corpore, aut aliqua macula corporis * sordentem, qui tamen animo digni videntur accedere, non repudiant; qui paxillos in baltheis non gestant, ut egesta humo * operiant. Cur autem cum pullis inventam, si possunt, tenent, & non, sicut præceptum est, tenentes pullos, matrem sinunt abire? Cur etiam otium Sabbathi cum Judæis non * sectant, & novam gratiam Euangelii absterso rubore Christianitatis non abjiciunt? Nam in Christi nomine * frontis, & Fidei Christianæ effecti, & sanguinem comedendum Christianos aperte docemus, & a sanguinis opera declinare omnes * hortamur. Carnes * suillas edere concedimus, & a volutabro vitiorum recedere omnibus modis optamus. Pisces * pinnulis carentes manducare permittimus, & tamen ad cælestia quasi alas habentes convolare Fideles omnes optamus. * Sacerdotibus corpore debilibus, vel maculam corporis habentibus, Liber pastoralis S. Gregorii legatur, quia nobis longum est plurima enodare. Paxillo egesta humo operire est, quum mala perpetrata, bonis operibus insudando, fœtoris carnalium voluptatum opprimimus, de quibus scriptum est: *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Matrem cum pullis inventam abire sinimus, & pullos tenemus, quum testimonia ex Lege excerpta, ad refutandos Judæos, atque hæreticos tenemus, & Legi carnaliter non servimus. Otium Sabbathi negligimus, quia propter illam futuram requiem, quam illud Sabbathum figurat, ut perveniamus ad Legem Domini, spiritualiter intelligendo decertamus. Quod si forte objiciunt, illa in * Canonibus ita reperiuntur, quando Ecclesia ex circumcisione, & præputio ad Fidem congregabatur; quando adhuc non solido cibo, sed lacte nutriebatur; tale quid ad Corinthios Apostolos dixisse noverint, & in Actibus Apostolorum facta invenient. Nunc vero Ecclesia Dei solido cibo Fide roborata consistit, ut viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, non in infantium mollitie enervata succumbat.

* F. expletis.
* F. paginis.
* in ms. portantem.
* in ms. operient.
* Servant.
* ms. Frontrisie.
* ms. hortamus
* ms. pinnulas.
* ms. Sacerdotes c. debiles.
Psal. 31. n. 1. Rom. 4. 71.
* ms. in Canones habere. ms. antiquos Canones ista reperitur.

Ne tamen Epistolaris consuetudo in longinquas periodos pertracta, lectoribus lepidis fastidium nutriat, veniant ad illud, quod Apostolus ait: *Omnia munda mundis. Coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum.* Et in alio loco idem Apostolus ait: *Omnis creatura Dei bona*, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et Salvator in Evangelio ait: *Nihil est introiens in hominem, quod possit coinquinare eum; quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur; nec hæc coinquinant hominem, sed quæ de corde procedunt; de corde enim procedunt adulteria, homicidia, & his similia.* Nam quod Apostoli primitivæ Ecclesiæ a fornicatione, & a suffocato, & a sanguine abstinere præceperont; hæc exstitit caussa, tunc ex circumcisione, & Gentibus credentes congregabantur, ne propter discretionem ciborum a se invicem scinderentur; ideo lacte nutriebantur, non solido cibo, quibus & postea scribebat, dicens: *Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis; adhuc enim estis carnales.* Nam si ubicumque sanguinem legunt prohibitum, & hoc ad literam intelligunt, & nihil spiritualiter hoc dictum putant; quid est quod Propheta dicit: *Speculatorem dedi te domui Israel, si non annunciaveris impio, ut se custodiat ab iniquitate sua, ipse impius ab iniquitate sua morietur; sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Qui est iste sanguis, nisi opera sanguinis? Quid est in Psalmo, ubi dicit: *Libera me de viris sanguinum;* nisi ab operibus iniquitatis? Et quid est, quod alius Propheta dicit: *Sanguis sanguinem tetigit; propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea?*

1. Cor. 3. Act. 15. tit. 1. 2. Timoth. 4. Matth. 15. 17.
Act. 15.
1. Cor. 3.
Ezech. 3. 17. Ezech. 33. 7.
Psal. 57. 3. Osee 4. 3.

Quod tria illa præcepta ex Libro Actuum Apostolorum tenere gloriantur, idest, abstinere a suffocato, & a sanguine, vel fornicatione; confiteantur, si primum, & secundum cum tertio implent, idest, si non fornicantur, si aucupum ministeriis non utuntur, si audiunt Apostolum dicentem: *Qui habent uxores, tamquam non habentes sint;* si obediunt præcepto ejus, ubi ait: *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum;* si consentiunt quod eis præcipit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi;* si faciunt quod idem Apostolus dicit: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte aliis prædicans ipse reprobus inveniar;* si faciunt quod intonat: *Exhibete vos sicut Dei ministros in multa patientia, in castitate, in vigiliis, in jejuniis;* & his similia, unde peccatum non incurrant, sed cum gratiarum actione, quæ Deus bona creavit, sumerent. Quasi enim Apostolis obedientes, a duobus abstinent, a suffocato, & sanguine; & tertium præceptum, quod gravius peccatum est, dissimulantes abjiciunt, & negligunt cælestia jussa, & cæremonias enormiter perhorrescunt. Talibus Salvator in Evangelio dicit: *Væ vobis hypocritæ, qui decimatis men-*

tam, & anethum, & cyminum, & ea, quæ Legis sunt graviora, committitis. Quid multa? legant Libros Doctorum, & maxime S. Augustini contra Faustum Manichæum, in quo illa, quæ isti evacuant, & faciebant, & dicebant, & secum illos victos erubescant. Nam & Librum S. Hieronymi contra Donatianum legant, & salutem suam ibi reperient. Nam ridiculum est, carnes mundas, quas Deus creavit, usque ad nauseam devorare, & sanguinem illarum carnium quasi immundum respuere. Quasi Deus carnem creaverit immundam, & sanguinem carnium, qui utique nutrimentum, & salus carnis est, fecerit immundum. Alia scribere debui, sed cui modica utilia non sufficiunt, nec plurima proderunt. Absit a fidelibus cordibus, ut illa carnaliter intelligentes, a sinu Matris Ecclesiæ discedant, & secum taliter credentibus gehennæ ignibus tradant.

SCRIPTURA
CONTRACTUS MONACHORUM
S. VINCENTII URBIS OVETENSIS

Cum Fromestano Abbate illius, facta sub Regula S. Benedicti Era DCCXIX. idest, anno Christi DCCLXXI.

Ex Tepezio Tomo III. in Appendice, pag. 21.

IN Nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Montanus Presbyter, simul & omnes servi servorum Dei, in eum uno animo concordantes, & consentientes in agone Domini, idest nominibus designatis, Sperantius, Velasco, Reonsindus, Jerulphus, Gualamarius, Florentius, Joannes, Senior, Letimius, Fulgentius, Vasconius, Heinus, Valentinus, Leander, Libericus, Proclus, Basilius, Lubinius, Fuviolus, Paternus, Aspidius, Aurelius, Fermiulus, Luvenianus, qui sub Domino Abba Fromistano, & sobrino suo Maximo Presbytero, in illum locum sanctum venimus eum haberes nostros, & subter roboraturi sumus; volumus facere testamentum insimul eum ipso Abbate nostro prædicto, cum quo modo Deo servimus. Non est dubium, sed multis manet notissimum, quod illum locum, quem dicunt Oveto, tu jam dicte Maximus prius erexisti, & aplanasti illum, una cum servos tuus ex qualitdo, nemine possidente, & populante de monte, & sic postea coi junctus pariter cum eodem prædicto tuo tio Domino Fromistano Abba, fundastis in isto loco jam dicto Oveto Basilicam Sancti Vincentii Levitæ, & Martyris Christi, & obinde placuit nobis omnibus jam nominatis, qui subter roboraturi sumus, vel signa facturi sumus, sana mente, integroque consilio, ut sicut mos est Ecclesiarum, & eruditio Regulæ, abrenunciamus sæculum, & concedimus tibi sæpe dicto Abbati nostro Fromistano, sive & Maximo Presbytero, nos metipsos, eum omni nostro peculio, sicut jam diximus in alio testamento, tam in terris, quam etiam in vineis, pomiferis, ædificiis, aquis, aquarumve ductibus, quod nos omnes competit, unumquemque in loco suo inter nostros hæredes, seu etiam ego Montanus Presbyter, Libros, ornatum Ecclesiæ, & nos omnes sub una, cavallos, equas, boves, vaccas, omnia pecora, vestitum, sive & omnem rem, quicquid ad usus hominis pertinet, tradimus, & concedimus post partem idem sanctæ Ecclesiæ S. Vincentii Martyris Christi, ubi nobis omnibus, & eis, qui ibidem sancte, juste, & pie vixerint in præsenti sæculo, & ante Dominum pertinet merces attributa. Et ego Fromista Abbas, qui jam viginti annos sum, quod simul cum meo sobrino Maximo Presbytero, hunc locum squallidum a nemine habitante irrumpimus, & fundamus in honorem S. Vincentii Martyris Christi, atque Levitæ, & *accepimus Regulam Beati Benedicti Abbatis*, ubi omnes nostras facultates dedimus, sic recipimus vos ad servitium Dei, & facio cum vos omnes, & cum sobrino meo Maximo Presbytero firmamentum, & testamentum, ut qui extra nostram traditionem, & *sanctæ Regulæ*, fuerit inde ausus auferre, aut abstrahere, vendere, vel donare voluerit, aut Abbatem eligere *extra Regulam Beati Benedicti*, aut extra communem, ut Canones sancti, & Legum Decreta constituerunt, ordinationem nostram frangere, aut ipsum locum sanctum alicui homini tradiderit, vel subjugaverit, nullam habeat firmitatem, & insuper sit maledictus, & excommunicatus, & cum Dathan, & Abiron damnatus, & quicquid exinde aliquis ea his, quos dederit, vel voluerit excipere, & ad alium locum pergere, & dare, segregatus a Corpore Christi sit, & nihil in sua potestate sit, sed sit excommunicatus qui talia fecerit. Facta scriptura donationis, & firmamenti nostri sub die septimo Kalendas Decembris, discurrente Era 819. regnante Domino Silone Principe, Ego Fromista Abbas roboro eum Maximo Presbytero meo sobrino, & signum injicio. Et ego Montanus Presbyter cum omnes servis servorum Dei, quos jam prænominavi, hoc scriptum in perpetuum firmamus, & roboramus, & signum facimus coram Deo, & isto loco sancto teste,

SCRI-

SCRIPTURA

PRINCIPIS ADELGASTRI,

FILII D. SILONIS REGIS,

In dotationem, & gratiam Monasterii S. Mariæ de Obona apud Astures, sub Regula S. Benedicti Era 818. anno Christi 780.

Ex Chronico fideliss. Antonii Yepii, Tomo III. in Appendice pag. 24.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cujus regnum, & imperium permanet in sæcula sæculorum, amen. Ego Addelgalter filius Silonii Regis, una cum conjuge mea Brunildi, inflammati Divino Spiritu, & a Deo omnipotenti visitati, metuque mortis inspicientes; placuit nobis, & in propria nostra venit voluntas, ut ædificaremus Monasterium in propria nostra hæreditate, quam habemus juxta rivulo discurrente Erdeina, loco nominato Obona, in qua primum pro remedio animæ nostræ, & parentum nostrorum, ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Matris ejus, & Sancti Michaelis Archangeli, & Sancti Joannis Euangelistæ, & Sancti Antonini Martyris, & Sancti Benedicti Abbatis, cujus Ordinem in ipso Monasterio instituimus, & omnium Sanctorum Dei; ut dignam remunerationem recipiamus, & in perpetua vita cum Sanctis, & electis Dei partem habeamus; damus, & concedimus in ipso Monasterio Sanctæ Mariæ de Obona nostras hæreditates, & criationes, scilicet ipso loco de Obona, per suos terminos antiquos, per illo rio, qui vadit inter Sabbadel, & Villaluz, & inde ad illum molem de illa strada de Patrunel; & inde per illa via quæ vadit ad illo castro de Pozo, & per illa via quæ vadit ad Petratecta. Et per Petra, & deinde per illa strata de guardia, & inde per illa arelia de Brañas, & per illo rivulo de inter Braña travessa, & Brañas. Et per illa Braña de Ordial, & per illas mestas de Freznedo, & per conforquellos, & inde ad illo rio de Rivilla, & per Braña de Rivilla, & ad illo pozo de trave, & per peña Malore, & per peña Sarnosa, & per illo molon de inter ambos rios, & per Lumbilas, & per peña de Felgueros, & per Fonaalel, & per illas peñas inter Villaluz, & Sabbadel, & ad illo rio, quod prius diximus, & quicquid infra istos terminos continetur, villas populatas, & illa villa de Sancto Romano, & muries Vaccello, & Villaluz, montes, funt.s, molinarias, Brañas. Totum ab integro damus, Deo, & Monasterio Sanctæ Mariæ de Obona, excepto Villarrice, quæ damus ad Doña Aelo. Extra istos terminos damus Simproniana, & Baorres, & Piando, & Laenes. Damus siquidem nostras criationes nominatas Saderno, cum filiis, & filiabus suis. Thotmiro cum filiis, & filiabus suis. Fiela cum filiis & filiabus suis. Xemena cum filiis, & filiabus suis. Elosina cum filiis, & filiabus suis; & isti serviant Monasterio Sanctæ Mariæ de Obona, in quantum, & quale sevitium ab Abbate, vel Vicario hujus Monasterii eos vocaverint, vel injunaerint; & habeant illa hæreditate de Perella, & prætimonia in hæreditate Sanctæ Mariæ, ubi Abbas Monasterii hujus, & ejus Vicarius dederit; & in die, qua vocati ad servitium fuerint, habeant portionem edendi, & bibendi; scilicet libra una, & quarta panis milli, vel de alio segundo. Et portionem favæ, & milli, vel de alia edulia, & sicere, si potest esse; & si in Monasterio assiduitas fuerit serviendi, habeant prædictam portionem victualis, & vestimentum, sicut ipsa domus Dei sufficere potuerit. Et si forte aliquis ex illis socium fatrem percusserit pugno, vel manu, aut virga, vel aliquo ligno, aut ferro, ita ut non effundat sanguinem, solvat quinque solidos, & tres flagellas accipiat. Si autem eum percusserit, aut sanguinem effundat, reddat decem solidos, & quindecim flagellas accipiat. Si forte in ipsis plagis, brachium, vel aliquod ex membris fregerit, reddat triginta solidos, & viginti flagellas accipiat. Si forte casu veniente, aut propria voluntate eum occiderit, reddat centum, & sexaginta solidos, & quingentas flagellas accipiat; tamen in suo præstimonio, & in servitio sibi injuncto permaneat.

Nullum ex eis damus licentiando potestatem ullum dominum accipere, nec habere Comendarium, nisi soli Deo, & Beatæ Mariæ Matris ejus, & Abbatem, & Monachos in loco isto sancto de Obona Deo servientes, & cui ipse Abbas, & Monachi voluerint. Et quanta calumnia fecerint, sillant, & emendent, sicuti Abbas, & ejus Vicario, omnem justitiam observantes, & metu gehennæ judicaverint, & mandaverint. Damus siquidem in ipsa domus Dei, viginti vaccas, & quinque juga boum, cum omnia instrumenta arandi, & duos carros, & viginti modios de pane, & duas equas, & uno rocino, & una mula, & tres asinos, & duodecim porcos, & quatuor porcas, & triginta oves, & viginti & duæ capreæ, mantas sex, quinque feltros, & septem lectulos, & tres scanos. Ad ornamentis Ecclesiæ damus octo vestimentis; & tres mantos, & sex stolas, & quinque manipulos, & quatuor corporalia, & quinque pallas, & sex sabanas. Duas literatas, & quatuor sine serico; & tres hacelelias, & duas siacatas, & una capa serica, & tres calices, duo de argento, & unum de petra, & unum missale, & una cruce de argento, & duas de ligno, & quatuor frontales de serico, & duas campanas de ferro, & lectionarium, & responsorium, & duos psalterios, & uno Dialogorum, & passionarium, & una Regula de Ordine Sancti Benedicti, & quinque quitabres, & quatuor taoetes, & tres vasos Salomoniegos, & duodecim culiares argenteas, & unum

argenteum trulionem. In ipsa autem domus Dei non damus nullam potestatem ad aliquam personam, nisi tantum ad Abbatem, & Monachis ibi sub Regula Beati Benedicti Abbatis Deo servientibus. Damus siquidem, & concedimus hujus serie testamenti Deo, & B. Mariæ, & omnium Sanctorum Dei, in quorum honore Ecclesiam, & Monasterium fundamus. Et in manu Felici Abbatis, cum omnia supra taxata tradimus, ita ut semper permaneat in servitio Dei, in Abbatem, & Monachis, Regula Beati Benedicti perenniter custodientes. Et hanc chartam testa menti firmissimum robur obtineat per sæcula cuncta. Si aliquis ex progenie nostra, vel extranea, hoc testamentum nostrum infringere voluerit, iram Dei Omnipotentis incurrat, anathemate perpetuo subjaceat. Maledictiones, quæ in Libro Moysi servi Dei maledictis dantur, habeat, in præsenti vita semper in opprobrium vivat, membris magis necessariis careat, & in futura vita cum Dathan, & Abiron participium teneat, & cum diabolo, & angelis ejus ignibus æternis mancipatus permaneat. Et quantum in calumniam miserit, in quadruplum reddat, & mille libras purissimi auri pulsanti voce Monasterii persolvat; & ad partem Regis aliud tantum. Facta charta testamenti 16. Kalendas Februarii, Era 818. regnante Principe nostro Silone cum uxore sua Odisinda. Et ego jam dicto Adelgaster Siliz, una supradicta uxore mea Brunildi, hoc testamentum a nobis factum confirmamus, & roboramus, & in eo propria signa injecimus. Qui ad confirmandi fuerunt. Saderno confirmat. Aelo confirmat cum cæteris.

SCRIPTURA DONATIONIS

Factæ a D. Munia Abbatissa, & D. Guttierre Abbate Monasterii Sanctæ Mariæ Superadi.

Dominis Fransuario Osoriz, & Anuniæ uxori suæ, anno Domini DCCLXXXII.

Ex Archivo ejusdem Monasterii eruta, & luci data a D. Antonio Yepio in Chronica Generali Ordinis S. Benedicti, Tomo IV. in Appendice, fol. 458.

CHarta donationis de Toanzo. In nomine Domini, ego Munia, quamvis indigna confessa, una cum consensu fratrum, vel sororum permanentium in cimiterio Superadi, sive & ego Gutier Abbas cum omne collegium Clerricorum, vel Monachorum, norma in sanctitatis obtinentium in ipso præfato Monasterio, tibi Fransuario Osoriz, & uxori tuæ Anuniæ salutem in Domino, amen. Placuit nobis spontanea nostra voluntate, ut faceremus vobis textum scripturæ donationis, vel firmitatis, sicut & facimus, de nostra Ecclesia vocabulo Sancti Joannis, in villa quæ vocatur Joanzu, territorio Nenitos secus fluvium Mero, cum omnibus adjunctionibus, vel præstationibus suis. Damus autem vobis ipsam Ecclesiam in offertionem per nostras scripturas, quas de aliis partibus adduxillis, quibus nos minus habeamus. Facimus itaque vobis hanc chartam, ut habeatis, ac possideatis, sicuti superius diximus, in cunctis diebus vitæ vestræ, vos, & filii vestri, & omnis posteritas vestra, vel cui vos illam reliqueritis, in omni robore, & perpetua firmitate. Si quis tamen homo, quod fieri non credimus, ex nostra parte, vel externa, ad irrumpendum venerit, vel venerimus; in primis sit extraneus a Corpore, & Sanguine Domini, & sit anathema maranatha, & non videat Christum in gloria sua; sed cum sceleratis sit condemnatus in perpetuum, & cum Dathan, & Abiron, quos hiatus terræ diglutivit, sit absortus, & pro damno temporali pariet tibi, vel uxori tuæ, quantum tibi auferre conaverit, in duplo, vel triplo. Facta chartula firmitatis Era octogies dena, & decies bina, pridie Kal. Junii. Munia, licet indigna confessa, in hanc scripturam, quam fieri elegi, & relegendo cognovi manu mea, Gutier Abbas una cum consensu Clericorum, vel Monachorum, manu mea. Qui præsentes fuerunt. Barbaldus Presbyter testis. Fulgentius Presbyter testis. Jandinus Presbyter testis. Raymundus Presbyter testis. Acilone Deo vota confirmat. Guntrode Deo vota confirmat. Anunia Deo vota confirmat. Alia Guntrode Deo vota confirmat. Et ego Seniorinus, qui dinumeravi, & Sigeredus, qui exaravit, confirmat.

ADMONITIO AD LECTOREM,

EXhibere hic possem Acta fundationum plurium Monasteriorum Cataloniæ intra idem sæculum octavum, item nonum, ac decimum, ex antiquissimis eorundem mss. eruta ab Illustriss. Archipræsule Parisiensi D. Petro de Marca, & publicæ luci data a Viro Cl. Stephano Baluzio in Appendice ad Capitularia Regum Francorum, num. XLI. LXII. LXIII. LXXXIX. XCVIII. CXXXII. CLXII. & CXLV. Quæ omnia ut minus ad institutum nostrum spectantia, & ne lectorem ad graviora properantem iis detineam, omittenda duxi.

EPI-

EPISTOLA HADRIANI PAPÆ I.

Ad Episcopos Hispaniæ, contra Elipandum Episcopum Toletanum.

Hadrianus Papa Sanctæ, Catholicæ, atque Apostolicæ, primæque Pontifex Sedis, dilectissimis Fratribus, & Consacerdotibus nostris Gallicis, Spaniisque Ecclesiis præsidentibus, in roseo Christi Sanguine salutem.

SI tamen licet de omnibus, Fratribus, & Consacerdotibus dici. Non enim charitatis vinculo fraterna ansula perstringente nostris illigara amplexibus amoris connivemus modo, qui non sunt Fidei nostræ communioni sinceris sensibus sociati, ac per hoc a gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ lacrymabili divisione assilant extortes. Igitur dilectissimus filius noster, & spiritualis compater, Domnus Carolus Magnus, & venerabilis Princeps, Rex Francurum ac Longobardorum, seu Patricius Romanorum, sæpe nos styli ferculo, Cathulicæ Fidei epulas offerendo, multa refectiunis dulcedine satiare consuevit, & confluente ad vallem mentis, ex aliis quibuscumque rebus amaritudinis unda, mellitis quinimmo rivulis lætitiæ de fonte manantibus, summa nihilominus suavitate temperare non cessat. Sed quoniam ferventi succensua Fidei zelo, ea, quæ contraria orthodoxæ Fidei Spaniarum de confinils allata sibi persensit, nostria curavit summa pernicitate obtutibus præsentari; B. Petri amore feliciter obstrictus, non renuit illi honorem debitum exhibare, & Sedis ejus Præsulem dignum duxit sacris syllabis consulendum; Regiam videlicet, vel Canonicam placuit ei consuetudinem renovare. Cumque perlectus, & sagacius explorarus fuisset Epistolæ textus; reperta sunt in eodem pseudo-syllabo perquamplurima cum Auctore suo Elipando, Toletanæ Sedia Archiepiscopo redarguenda, ac per hoc, redargutionis vindicta modis omnibus ulciscenda. Unde non mediocri dolore mente nostra sauciata, medium se in animum nostrum tristitiæ angor immersit. Qua de re nimio satis zelo compulsi, ex auctoritate Sedis Apostolicæ, pro caussa siquidem orthodoxæ Fidei æquum, ratumque per sacros apices prospesimus respondendum.

Materia autem caussalis perfidiæ inter cætera rejicienda, de adoptione Jesu Christi Filii Dei secundum carnem falsis argumentationibus digesta, perfidorum verborum ibi stramina incomposito calamo legebantur. Hoc Catholica Ecclesia nunquam credidit, nunquam docuit, nunquam male credentibus assensum præbuit. Multa siquidem sparsim in sacris foliis Divinarum Scripturarum testimonia super hoc negotio inserta reperiri possunt; sed si in unum plura coacervatim colligere non vitamua, mensuram prorsus Epistolæ ultra modum excedere nihilominus judicamur. Sufficiant ergo pauca de multis, ne morosa legendi prolixitas desidiosis fastidium interat, non abstergat. Cujus namque melius, quam ipsius Domini verba primum ponenda sunt? Ipsius nimirum veritatis testimonia inserenda. Ipsa enim de se innotuit cujus Filiut esset; cum Patris nomen se asserat hominibut nunciasse. Ait enim: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de Mundo.* Nomen paternum tunc manifestavit hominibus, eum se Patris Filium verum, & non putativum; proprium innotuit, & non adoptivum. Sed notandum quod dicitur: *Hominibus, quos dedisti mihi.* Non enim sunt illi ex illis hominibus, quos ei Pater dederat, & immo quos ille cum Patre ante Mundi constitutionem elegerat, qui eum adoptivum, & non proprium Filium confitentur; quasi alienus aliquando a Patre fuerit, aut per carnis extraneus ab eo factus esset assumptionem; cum ut Verbum caro fieret, una extiterit Patris, Filiique voluntas, sicut scriptum est: *Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Hinc alias ait: *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Distincte enim dixit: *meum, & vestrum.* Ejus videlicet, non per gratiam, sed per naturam; noster vero per gratiam adoptionis. Porro nunquam non fuit Filius, quia nunquam non fuit Pater. Semper enim & ubique distincte Patrem suum appellat: *Pater*, inquit, *meus usque modo operatur, & ego operor.* Et rursus: *Pater clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Et: *Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est.* Quod si secundum eorum callidam tergiversationem cuncta, quæ protulimus, ad Divinitatem tantummodo Filii Dei referenda opinantur, dicant ubi unquam communi affectu dixerit nobiscum, Pater noster: *Scit enim*, inquit, *Pater vester quid vobis opus sit.* Non ait, *noster*, quasi nobiscum adoptatus per gratiam. Et alibi: *Estote ergo & vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Cur non dixit *noster*? Quia aliter noster, & aliter suus. Hinc rursum ait: *Si vos cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris; quanto magis Pater vester, qui in Cælis est, dabit bona petentibus se? &c.* Hinc Paullus electionis vas ait: *Proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Scimus enim, quia non est traditus secundum Divinitatem, sed secundum id, quod homo verus erat. Illum nimirum, qui traditus est, idest hominem, ipsum Apostolus proprium Dei Filium protestatur.

Joan. 17.
Psal. 39.
Joan. 20.
Joan. 5.
Joan. 17.
Idem 10.
Matth. 6.
Matth. 5.
Matth. 7.
Rom. 8.

Quid enim præstabilius, quidve clarius, & omni Religione devotius, quam B. Petri primi Pastoris Ecclesiæ felici confessione prolatæ Fidei tenere fundamentum? *Fundamentum*, inquit Magister Gentium, *aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus.* Hujus nimirum fundamenti immobilis soliditatem B. Petrus non carne, & sanguine, sed Patre revelante de Cælo, confitendam declaravit; cum refutatis quorundam opinionibus, quid in Discipulorum animis Fides operaretur, cunctorum cognitor exploraret solus pro se, & pro omnibus, & pro unitate unus testimonium Fidei perhibuit dicens:

1. Cor. 3.

Tu

Matth. 16. *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Qui mox confessionis præmium, nulla interveniente mora, adeptus, ut Cæli Janitor, & ligandi, solvendique arbiter factus est animarum. Statimque Dominus: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam* Ibidem. *meam*. Super hanc, inquit, petram, quam confessus es, & a qua vocabuli sortitus es dignitatem, super hanc soliditatem Fidei Ecclesiam meam ædificabo; & iccirco portæ inferi non prævalebunt adversus eam; per quas aditus mortis panditur, ut ad inferni claustra eorum errores sequendo descendant, qui se a B. Petri Fidei communione dissociant. Relicta (heu miseri!) inviolabilis petræ inconcussa firmitate, super lubrica, & arenosa ruralia perfidiæ domum ædificare festinant. Inundatione autem juxta Dei beatificam vocem facta, illisum est limen domus, & cecidit, quia non erat fundata super petram. O quam bene Fidei ejus immobiliter persistente muro, omnium hæreticorum fluxa sunt machinamenta destructa! Numquidnam dixit Petrus: *Tu es Christus, qui propter nos factus es Filius hominis, & per adoptionem factus es Filius Dei?* Absit. Hoc nec Petrus confessus est, nec Sancta Ecclesia super firmam fundata petram, idest Fidei fundamentum, quod Christus est, confitetur, quam Christus protegit, & defendit, & Petrus Christi auxilio fultus gubernat; sed una voce cum Petro Christum Dei Filium confitetur, quia unus est Christus, Dei, hominisque Filius, non per gratiam adoptionis, sed propria Filii dignitate.

Sufficeret quinimmo in his duobus, vel tribus testibus stare omne verbum; sed propter controversias litigantium, qui falsis objectionibus, conjecturalium quæstionum molimine, veritatis refragari nituntur assertionibus; adhibeamus quinetiam alios veritatis testes, Sanctos scilicet Prædicatores nostros, qui in gremio Catholicæ Ecclesiæ lacte Fidei sunt nutriti, & ad tantam perfectionis maturitatem pertingere meruerunt, quatenus, & solidi cibi capaciores fierent, & minutius turbis frangendi peritiam retinerent. Beatus igitur Athanasius, Alexandrinæ Sedis Antistes, Sancto afflatus Spiritu, hoc modo Fidei suæ exorsus principium dedit: Confitemur Filium Dei ante sæcula sempiternum, ex Patre genitum, novissimis vero Galat. 4. temporibus propter nostram salutem de Maria Virgine natum, sicut scriptum est: *Quando venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere*, ac deinceps; Si quis vero adversus Divinas Scripturas, alium dicens Filium Dei, & alium qui ex Maria Virgine, hominem secundum gratiam adoptatum, sicut nos, quasi essent duo filii, unus secundum naturam, qui ex Deo, & unus secundum gratiam, qui ex Maria; & si quis Domini nostri carnem desursum dicit, & non ex Virgine Maria, aut mutatam Deitatem in carnem, & confusam, aut alienatam, aut passibilem Deitatem, aut inadorandam Domini nostri carnem, sicut hominis, & non adorandam Domini, & Dei carnem; hunc anathematisat Galat. 1. Sancta, & Apostolica Ecclesia justa Paulli vocem dicentis: *Si quis aliter evangelizaverit vobis, præter quod accepistis, anathema sit*. Eloquentissimus Vir S. Gregorius Nazianzenus ad Clidonium ita scribit: Si quis introducit duos filios, unum quidem qui ex Deo, & Patre, secundum vero qui ex matre, & non eundem, ut adoptionis excedat gratiam, quæ promissa est his qui recte credunt, alienum eum a nostro consortio judicamus. Naturæ vero duæ, Deus, & homo; nam, & anima, & corpus. Filii vero non duo, neque Dii, neque duo homines, quamvis Paullus interiorem, & exteriorem hominem appellaverit. Sed hujus expositio capituli tempori reservatur opportuno.

Venerabilis vero Pater Augustinus, & admirabilis Doctor, in quodam Sermone super Euangelio Joannis, inter cætera sic ait. Non enim nos nati sumus de Deo, quomodo ille Unigenitus; sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit Unigenitus solvere peccata. Advertat tandem aliquando obstinata dementia vestra, & abjicientes opera tenebrarum, induti arma lucis, relictaque nocte perfidiæ, in die sinceræ Fidei honeste ambulate. Pensate quid Doctor iste dixerit, adoptatos nos esse per gratiam ipsius, qui peccata solvere venit. Quomodo per illius gratiam nos sumus adoptati, si ipse consors nobis in adoptionis gratia fuit? Credatur ergo, quod dici nefas est, particeps etiam nobis in caussa peccati. Nam sicut peccata nostra non tolleret, si ipse peccatum haberet; ita adoptionis gratiam nobis non tribueret, si ipse propter hominem, quem assumpsit sine sorde peccati, necessarium eguerit, ut gratiam adoptionis acciperet. Animadverite quid dilectus Joannes Baptista, & Joann. 1. Præcursor dixerit: *Joannes* (inquit) *testimonium perhibuit, quia ipse est Filius Dei*. Ipse est, inquit, unus idemque. Oportebat (ait B. Augustinus) cum capituli hujus mysterium exponendo revelaret, ut ille baptizaret, qui est Filius Dei unicus, non adoptivus. Adoptati filii ministri sunt unici. Unicus autem habet potestatem adoptare ministrum. Scri- Joann. 3. ptum est enim: *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus*. Adoptivis vero filiis non dedit omnia, sed quædam dona charismatum. Pater diligit Filium; sed quomodo pater filium, non quomodo dominus servum; quomodo unicum, non quomodo adoptatum.

Jam nunc videamus quid de hac re sentiat Prædecessor noster B. Gregorius, egregius Doctor, sagacissimus verbi Dei indagator, & venerabilis Pater. Denique in Libris Morali- Job 1. bus, Sancto repletus Spiritu inter cætera de eo quod scriptum est: *Eratque Vir ille magnus inter omnes Orientales*; Omnes, inquit, qui in hunc Orientem Fide consistunt, recte Orientales vocantur. Sed quia omnes homines tantummodo homines, ipse autem Oriens Deus, & homo, recte dicitur: *Erat magnus inter omnes Orientales*; ac si aperte diceretur, omnes, qui in Fide Deo nascuntur, superat; quia non ut cæteros adoptio, sed natura illum Divinitatis exaltat. Et rursus alibi idem ipse. Quia omnis homo tantummodo homo est, ipse autem Deus, & homo, in terra ei similis non est, quia etsi adoptivus quisque filius ad percipiendam Divinitatem proficit; nequaquam tamen ut Deus naturaliter esse accepit. Item Job 39. ipse in eodem Libro Beatus Job, de eo quod scriptum est: *Ecce Deus excelsus in fortitudi-*

ne,

ne, & nullus ei similis in Legislatoribus. Ac si diceret: Qui humilis videbatur in infirmitate, excelsus manet in fortitudine. Et post paullulum: Legislator Moyses, Legislatores etiam Prophetas, vel cunctos Legislatores dicere possumus, quos ex Lege admonuisse recta populum scimus; sed huic mediatori in Legislatoribus similis nullus est; quia isti gratuito vocati, ex peccatis ad innocentiam redeunt; Redemptor autem noster homo sine peccato est, Filius sine adoptione. Nam etsi homo quidem, sed extra mensuram hominum credendus est. Unde bene dicitur: *Nullus ei similis in Legislatoribus.* Ecce de quo Scriptura dicit: *Deus excelsus in fortitudine, & nemo ei similis in Legislatoribus.* Et de quo alia Scriptura dicit: Job 39.
Quis in nubibus æquabitur Domino? aut quis erit similis Deo inter filios Dei? Psal. 88.

Tanta nimirum vos temeritatis dementia deludit, ut æquare eum nubibus, & Legislatoribus non erubescatis; adoptivum eum Filium, quasi purum hominem, calamitati humanæ subjectum, &, quod pudet dicere, servum eum, impii, & ingrati tantis beneficiis, liberatorem nostrum non pertimescitis venenosa fauce susurrare. Cur non veremini, queruli obtrectatores, Deo odibiles, illum servum nuncupare, qui vos de servitute diaboli liberavit? Cui servituti vos iterum nitimini perfidiæ sponte colla submittere? Porro cum essetis servi peccati, ipse vos liberavit gratuito munere per adoptionis gratiam in sortem filiorum Dei. Numquid non sonat de vobis vox illa Domini dicentis: *Ego honorifico Patrem meum,* Joan. 21.
& vos inhonorastis me? Tales gratiarum actiones infelices ei refertis, ut qui vos honorifice liberos pretio Sanguinis fecit, eum vos injuriose adoptivum, & servum caninis non confundamini linguis latrare? Nam etsi in umbra prophetiæ dictus est servus, propter servilis formæ conditionem, quam sumpsit ex Virgine, sicut scriptum est: *Considerastis servum meum Job,* Job 2.
quod non sit ei similis in terra? hoc nos una cum Beato Gregorio intelligimus, & secundum historiam de Sancto Job, & allegorice de Christo dictum. Numquid propterea servi ei nomen imponere debemus, quia sub persona Job Scriptura eum typice designabat? Hinc etiam alius Propheta, membrum scilicet sacri corporis, ex persona summi capitis tropica clamat involvente vaticina nube: *O Domine ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Et rursus: *Da* Psalm. 115.
imperium puero tuo, & salvum fac filium ancillæ tuæ. Et illud: *Noli timere serve meus* Psalm. 85.
Jacob, & rectissime, quem elegi. Isaia 44.

Quæ cuncta & juxta literam prophetice, & mystice revelata, nostri mediatoris designant personam; quod quilibet Catholicorum virorum hujus prophetiæ mysterio usus, quemadmodum in quodam Libro, *De Incarnatione Domini*, Beatus Ambrosius simile quid dixerit, propter eos videlicet hæreticos, qui phantasticum, aut etiam semiplenum Dominicum Corpus sacrilego ore susurrant. Numquid docuerunt eum servum, vel adoptivum filium prædicare, cum universalis Ecclesia, Evangelicis, atque Apostolicis imbuta lucidissimis documentis, Deum, ac Dominum suum, totis medullis cordis, tota animi devotione, in dextera eum Patris profitetur sedentem? Postquam autem cessavit umbra veritatis. & ipsa in promptu manifestata est veritas, quæ sub allegorica sylva latebat, nusquam eum a Patre servum vocatum legimus, sed Filium, & dilectum, & suum; nec Filium Dominum eum suum appellasse, sed Patrem. Nam Deus & homo erat, qui secundum Deum dicebat: *Ego, &* Joan. 10.
Pater unum sumus; & secundum hominem: *Pater major me est*; & tamen non ait: Pater Joan. 14.
dominus meus est, sed *major*. Enim vero etiam in ipso articulo Passionis, in quo servilis forma pati parata erat, ubi omnis humanæ conditionis infirmitas monstrabatur, non eum Matth. 26.
Dominum appellavit, sed Patrem: *Pater*, inquit, *si fieri potest, transeat a me calix iste.* 1. Timoth. 3.
Quoniam *magnum pietatis sacramentum, quod apparuit in Mundo*, juxta Paulli vocem, *assumptum est in gloria*. Nullus unquam Evangelistarum, nemo Apostolorum servum eum commemorat, sed Dominum, & Salvatorem. Nam Thomas cum exploraret vestigia vulnerum, quæ clavi, & lancea intulerunt, exclamavit dicens: *Dominus meus, & Deus meus.* Joan. 20.
Petrus ait; *Domine tu mihi lavas pedes?* Discipuli omnes: *Domine adauge nobis fidem.* Joan. 13.
Paullus, clarissima Mundi tuba, semper eum Dominum & ipse confitetur, & omnem lin- Luc. 17.
guam confiteri perdocet.

Jam revelata, & impleta erat omnis figuratæ locutionis obumbratio; ipse enim de Cruce testimonium perhibuit. Nam cum accepisset acetum, dixit: *Consummatum est.* Cum Joan. 19.
autem in Altari Crucis hostiam se pro nobis exhibuisset Deo, & Patri in odorem suavitatis, & aceti poculum mista gustasset fellis amaritudine; tunc consummata sunt omnia, quæ longe ante propheticis fuerant oraculis prænunciata. Jerusalem autem per figuram significat Ecclesiam, sed in re corporea Civitas est. Et his similia quamplurima, & innumerabilia Mysteriorum sacramenta, figuratæ locutionis modo edita, & ænigmatibus sensim foliis involuta, per sacras paginas inveniuntur inserta, quæ longe aliter sunt habenda in specie rerum aliter in mysticis veneranda figuris. Dictus quippe est in Mysterio Redemptor noster lapis angularis, propter duos parietes utriusque populi, ut faceret utraque unum. Dictus est etiam petra, propter firmitatem. Dictus est namque & Agnus, propter innocentiam, & mansuedinem, & sacrificium, quod in Altari Crucis pro nobis obtulit Deo, & Patri. Numquidnam lapis, & petra est, insensibilis creatura? aut Agnus est, irrationale animal? aut vitulus, lascivum pecus? Nam etsi propter servi formam, & injuriam Passionis, paullo minus ab Angelis est minoratus; propter triumphum tamen victoriæ, & gaudium resurrectionis gloria, & honore coronatus est: *Constituisti enim*, ait Psalmista, *super opera manuum tua-* Psal. 8.
rum; omnia subjecisti sub pedibus ejus. Omnia namque post gloriam resurrectionis subjecta sunt ei; haud dubio Angeli, & omnis creatura. Dominum igitur Angelorum, omnisque creaturæ, cujus sub pedibus cuncta subjecta sunt, vos dicitis servum, & adoptivum?

Paullus namque, Mundi lilium, & Ecclesiæ pulcherrima rosa, Templum scilicet Spiritus Phil. 2.

tus Sancti, & prædicabilis Doctor, in universo ore suo Dominum eum, & non servum appellat. Ait namque: *In nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in glorio est Dei Patris.* Unde & alias dicit: *Etsi novimus Christum secundum carnem, sed jam nunc non novimus illum.* Ac si patenter diceret: Etsi novimus eum mortalem, passibilem, vulneri deditum; sed jam in gloria Patris scimus eum ab omni humanæ conditionis debito alienum. Paullus, electionis vas, docet, ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Cur surda aure, & erroris obvoluto tenebris corde, hunc locum Scripturæ legendo transilitis? Paullus omnem linguam Dominum Jesum confiteri hortatur, & docet; & vestra lingua non confunditur servum eum, & adoptivum latrare? Hæc namque stultiloqua lingua in frusta est præcidenda, & per mille, ut ita dixerim, partes minutius detruncanda.

Num. 22. Cur vos non revocant ad viam veritatis, & lucis, cæci, scelesti, immites, & incompositi, tam salubria Scripturarum documenta? qui cadentes sicut Balaam, apertos habetis oculos, nihil videntes; & quia in foveam erroris corruistis, ideo lumine veritatis privati, ignorantiæ vestræ tenebras non videtis. Apertos vos dicitis habere oculos. Sed quia a statu rectitudinis cecidistis, iccirco patrem mendacii, qui Adæ in peccati nocte aperuit oculos ad malum, & clausit in bonum, intuemini, & Patrem luminis non aspicitis, qui discussa nocte peccati, justitiæ nobis diem veritatis radio illuminavit. Numquid non legistis, *quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum?* (Jab. 1.) Cur vos de deorsum a patre mendacii, & rectore tenebrarum harum nummum exposcitis peccatorum? Cur cum antiquo serpente renovare vultis delicti chirographum, quod dulcis clementiæ bonitas, unica, ac singularis pietas, Cruci affixit in arce, & roseo pretiosi Sanguinis abluit ostro? An nescitis, quia ab origine Mundi usque ad Mediatoris adventum, hujus emptionis debitum, veneni gutta, calamo scribentis infusa, mendaciique fraude deceptionis falsitas exarata, omne humanum genus in ventrem malitiæ suæ trahens, quasi fluvium ingurgitantem absorbuit? sicut de eo scriptum est: *Absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus.* (Job 40.) Cur non præcavetis, miseri, ne forte propter perfidiam vestram elevet se Jordanis in undam tumescentem, glomeratisque fluctibus extra ripas, vos in locis palustribus evomat, statimque serpens ille vos inveniat in cœno erroris defixos, apertoque crudelitatis ore, summa vos rapacitate deglutiat? Intelligite quæ dico. Per Jordanem, Ecclesiam, vel baptizatorum advertite multitudinem; per tumescentem undam, censuram disciplinæ, & anathematis jacturam. Extra ripas enim Jordanis, extra gremium Ecclesiæ; per cœnum, hæreseon pollutionem. In serpente diabolus debet intelligi, qui ideo hæreticorum corda perfidiæ veneno sauciare inhianter desiderat, ut eos quasi ebrios fauce devoret impietatis.

Cur B. Petri parvipenditis gloriosæ confessionis inviolabilem fidem? Cur sacratissimi Paulli Apostoli plena sacramentorum Mysteriis despicitis perspicua documenta? Cur non per euangelicas paginas planam, & directam Catholica luce perfusam viam repetitis veritatis? Cur non tot testium Christi veridicas simpliciter, sacratiusque prolatas suscipitis sanctiones; sed magis his credulitatis præbetis assensum, quæ vestris auribus diabolica sibilat lingua?
Matth. 3. Patris testimonium de Filio perhibentis non creditis, qui dixit: *Hic est filius meus dilectus?* Spiritus Sancti ostensionem in specie columbæ, quia ipse esset dilectus Filius, nihil penditis? Super quem putatis Spiritum Sanctum in specie columbæ descendisse? super Deum, an super hominem? an propter unam personam Christi, super Dei hominisque Filium? Spiritus namque Sanctus, cum sit inseparabiliter amborum, Patris videlicet, & Filii; & ex Patre Filioque essentialiter procedat; quo pacto credi potest super Deum descendisse, a quo nunquam recesserat, & a quo ineffabiliter semper procedit? Dei enim Filius, secundum id quod Deus est, Sanctum Spiritum, cum Patre nunquam a se recedente, inenarrabili modo mittit; & secundum id quod homo est, super se venientem suscepit. De eo ergo, idest, de hominis filio, super quem Spiritus Sanctus descendit, licet unus sit Dei hominisque Filius, vox Patris intonuit dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Si secundum Divinitatem dixisset, nequaquam diceret: *In quo mihi bene complacui;* sed tantummodo, *in quo mihi bene complacuit.* Sed cum dicit, *complacuit*, totam simul Trinitatem comprehendit; quia in homine Christo tota complacuit Trinitas. Animadvertite quia nihil vobis restat, ut secundum Divinitatem tantummodo credatis dixisse Patrem: *Hic est Filius meus;* sed potius secundum humanitatem, super quam Spiritus Sanctus dicitur descendisse. Joannes clamat dicens: *Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, ipse est.* Ipse utique unicus, proprius, & dilectus, & non servus, & adoptivus. Ipsius igitur Filii testimonium abnuetis, qui distincte semper eum suum Patrem, & nostrum appellat? Cui ergo vultis credere, aut cui vultis adæquare eum? Dicit enim ipse per Prophetam: *Cui assimilastis, & adæquastis me?* Cui alius Propheta dicit: *Non est similis tibi in diis Domine, & non est secundum opera tua.* Non est secundum opera ejus; quia sicut singulariter est homo ultra homines, ita singulare est opus ei, & excellens omnia opera Sanctorum, qui dii non essent aliter propter gloriam divinitatis, sed nuncupative pro meriti appellantur dignitate. Opus namque ejus est, ut sit unicus, proprius, & dilectus Filius Dei. Nostrum opus est, ut simus servi per conditionem, & filii per gratiam adoptionis.

Matth. 17. · Joan. 1. · Isai. 40. · Psal. 85.

Jam nunc tempus est, ut a labore operis styli requiescat mucro, non torpescat, sed requiescat, & otio reparatus semper sit ad omne opus bonum paratus. Series enim prolixæ orationis,

tionis, jam jamque suspensum exposcit versiculi punctum. Attamen priusquam Libello imponatur terminus finalis, adhibenda est litigatorum optio sententialis. Eligant namque quæ volunt, vitam aut mortem, benedictionem aut maledictionem. Optamus namque, & infinitam boni Pastoris Domini precamur benignitatis clementiam, ut qui ovem preditam ad ovilei propriis humeris reportavit, ut relictis erroris anfractibus, in quibus malæ bestiæ, ideit maligni spiritus, commorantur, & ad viam, quæ ducit ad vitam æternam, Fidei passibus Christo redeant pertrahente; quatenus in sinu Matris Ecclesiæ suscepti, per lamentum pœnitentiæ sordes abluant peccatorum, & infamata eorum modestia, bonæ famæ recipiant pristinam dignitatem. Nec honoris periclitentur naufragio, & a nostro non disjungantur consortio; ac per hoc reconciliati communioni Catholicæ Fidei, Divina illos pietas cælestium faciat esse participes gaudiorum. Quod si exigentibus indignis meritis, tam insolubili eos malignus spiritus perfidiæ laqueo justo Dei judicio strangulavit, ut resolvi nequeant; ex auctoritate prorsus Sedis Apostolicæ, ac Beati Petri Apostolorum Principis, & per eam, quam illi Magister, & Dominus tradidit potestatem, & solvendi ligandique licentiam tribuit, quod sine gravi mœrore non possumus dicere, perpetuo eos anathematis vinculo religatos, ultrici cum sequacibus suis vindicta plectendos, ac per hoc, & a gremio Ecclesiæ, & a nostro consortio definio alienos. Si quis autem Fidelium, Deumque timentium, charitatem eis benignitatis impartiendo, & Christi amore, pro eis preces oblationem Domino offerre voluit; non solum non inhibemus, sed ut faciat, Apostolica admonitione, & optamus, & salubri incitamus exhortatione; ut Deus omnipotens, qui neminem vult perire, & omnes homines propter nimiam bonitatem suam vult salvos fieri, revocet eos ad viam veritatis, & ad agnitionem pertingere, sicut dignum est, rectæ Fidei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in Trinitate perfecta, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

LIBELLUS EPISCOPORUM ITALIÆ

CONTRA ELIPANDUM

Concilii Decreto missus ad Provincias Hispaniæ.

Incipit Libellus sacrosyllabus, Catholico salubriter editus stylo, in Concilio Divino nutu habito in suburbanis Moguntiæ Metropolitanæ Civitatis, Regione Germaniæ, in loco celebri, qui dicitur Franconofurdi, sub præsentia clementissimi Principis Domini Caroli, gloriosique Regis, anno felicissimo Regni ejus XXVI. Placuit igitur sancto, venerandoque Concilio, quatenus hic Libellus pro caussa Fidei, ad Provincias Galliciæ, ac Spaniarum, mitti deberet ob noxios resecandos errores; specialiter autem ad Elipandum Toletanæ Sedis Episcopum, in quo omnis hujus negotii constat materia quæstionum.

SAncto incitante Spiritu, ac zelo Fidei Catholicæ scintillatim sub pectore fervescente, clementissimi, & tranquillissimi, gloriosique Caroli Regis, Domini terræ, Imperii ejus Decreto per diversas Provincias Regni ejus ditioni subjectas, summa celeritate præcurrente, multitudo Antistitum, sacris obtemperando præceptis, in uno Collegio aggregata convenit. Quadam die residentibus cunctis in Aula sacri Palatii, adsistentibus in modum coronæ Presbyteris, Diaconibus, cunctoque Clero, sub præsentia prædicti Principis allata est Epistola missa ab Elipando auctore noxii sceletis, Toletanæ Sedis pseudo-Episcopo, Hispalensi termino circumseptæ. Cumque jubente Rege publica voce recitata fuisset, statim surgens venerabilis Princeps de Sella Regia, stetit supra gradum suum, ac loquutus est de caussa Fidei prolixo sermone, & adjecit: Quid vobis videtur. Ab anno prorsus præterito, & ex quo cœpit hujus pestis insania tumescente perfidiæ ulcus diffusius ebullire, non parvus in his regionibus, licet in extremis finibus Regni nostri, error inolevit, quem censura Fidei necesse est modis omnibus resecare. Cumque imprecata, & concessa esset morosa dilatio per dies aliquot; placuit ejus mansuetudini, ut unusquisque, quicquid ingenii captu rectius sentire potuisset, per sacras syllabas die statuto ejus clementiæ oblatum sui cor pectoris, Fidei munus styli ferculo, mentis vivacitate deferret. Sed sicut mos est hæreticis tristitia lætis, dulcia permiscere amaris, veneni poculum mellis sapore temperare; quædam in eadem Epistola plena blasphemiis, & Catholicæ Fidei reperta sunt modis omnibus inimica; quædam vero, si dici liceat, inveniri poterant non rejicienda. Sed in eodem poculo, in quo gutta veneni infusa turgescit, mellis nihilominus amarescit dulcedo.

Quapropter ego Paullinus, licet indignus peccator, omniumque servorum Domini ultimus servus, Aquilegiensis Sedis Hesperiis oris accinctæ, cui Deo Auctore deservio, nomine, non merito Præsul, una cum Reverendissimo, & omni honore digno Petro Mediolanensis Sedis Archiepiscopo, cunctisque Collegis, Fratribus, & Consacerdotibus nostris, Liguriæ, Austriæ, * Hesperiæ, Æmiliæ Catholicarum Ecclesiarum venerandis Præsulibus, juxta exilem intelligentiæ nostræ tenuitatem, Sancto perdocente Spiritu, corde, lingua, stylo contra eorum vesanias, qui rectæ Fidei sunt adversarii, respondere non formido; cum sit san-

** Legendum est Histriæ, Venetiæ, vel Istriæ Hesperiæ absque ast.*

cta, & universalis Ecclesia super firmam nihilominus immobiliter fundata petram, & portæ
inferi nequeant prævalere adversus eam. Verumtamen quia in mari hujus sæculi constituta
persistit, adversis hæreticorum flatibus, violentis perfidorum procellis, spumantibusque
maledicorum undis illisa concutitur; licet quassari possit, & mergi nequeat, Christi firmata
dextera, & Apostolico gubernaculo moderata; necessarium tamen existimo omnibus Chri-
stianis, cunctisque Fidelibus, maxime Apostolicis Viris, contra hostes ejus Fidei armis di-
micare. Non enim Christi miles impetum irruentis belli debet enerviter expavescere, nec ef-
fugii latibula inermis palando appetere; sed armis militiæ suæ præcinctus, irrumpentium
hostium pectora spiritalibus jaculis ex arcu intorquens Scripturarum intrepide perforare;
quatenus & semetipsum Fidei clypeo munitus illæsum custodiat, & inimicorum latera spiculis
cruentet acutis. Nam ante certaminis trophæum, tironis non plectitur circa verticem trium-
phalis corona. Cujus rei ratio Apostolicis evidentius approbatur documentis: *Oportet*, in-
1. Cor. 11. quit egregius Prædicator, & de castris Dominicis probatissimus miles, *hæreses esse*, *ut hi*,
qui probati sunt, *manifesti fiant*. Alta etenim nonnunquam dispensatione agitur, ut unde
cadere ad ruinam timetur vacillantibus plantis, inde valentius roborata, firmiter inconcussa
persistat, & antiquus hostis, unde se vicisse superbe gloriatur, inde Divina superatus poten-
tia, se succubuisse doleat prostratus. Nam quia super Fidei fundamentum omnium virtutum
fabricam persistere non ignorat, ipsam Fidei malitiæ suæ manu eradicare soliditatem festinat,
quemadmodum de ejus satellitibus, idest, malignis spiritibus, per Psalmistam dicitur: *Qui
Psal. 136. dicunt*, *exinanite*, *exinanite usque ad fundamentum*. Usque ad fundamentum quippe ma-
ligni spiritus, animam inaniter se exinanisse gloriantur, si ab ipso fundo mentis Fidei firmi-
tatem, tentationum jacula exaggerando, eradicare valebunt. Sciunt utique nihil esse boni
omne, quod videtur bonum, nisi fuerit super Fidei fundamentum firmiter radicatum: *Sine
Hebr. 11. Fide enim impossibile est Deo placere*. Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signa-
culum hoc: *Novit Dominus*, *qui sunt ejus*. Licet ille sæviat, ac mille modis fraude calli-
2. Tim. 2. ditatis serpendo extra septa Sanctæ Ecclesiæ, hinc inde squamas nequitiæ suæ syrtis scopulis
illisus exspoliet, ac per hoc circumquaque discurrens, modo in Orbe circulato latenter se
juxta viam objiciens, ut pedem simpliciter calcantis mordeat, modo in summa sese suspen-
dens falsitatis cauda, hæreticorum pectora veneno perfidiæ inficiendo tumida reddat, ut
sauciata ea vitalia fastidiendo spiritalia alimenta evomant. Sed quia super firmam petram
fundata est, portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

Hujus nimirum pestiferi serpentis instinctu, fellisque poculo debriati quidam, quo-
rum non sunt nomina in calculo candido Agni inscripta, hæresim veternosam illustrium,
fortium scilicet virorum, calcibus mirabiliter inculcatam, Catholicaque falce olim fun-
ditus detruncatam, spinoso moliuntur rediviva radice suscitare de stirpe. Adstruunt igi-
tur, sed falsis assertionibus, Dominum nostrum Jesum Christum, adoptivum Dei Filium
de Virgine natum; quod Divinis nequeunt approbare documentis. Hæc igitur dicentes,
aut in utero Virginis eum suspicantur adoptatum, quod dici nefas est, quia de Beata Vir-
gine inenarrabiliter sumpsit, non adoptavit carnem; aut certe purum eum hominem sine
Deo natum, quod recogitare impium est, necesse est fateantur, ac per hoc postea, quasi egue-
rit adoptione, a Patre in Filium sit adoptatus; cum nihil Deus eguerit, qui erat in eo, non
per gratiam, quemadmodum in cæteris sanctis purisque hominibus, sed essentialiter per na-
2. Corinth. 5. turam: *Deus*, inquit Apostolus, *erat in Christo*, *Mundum reconcilians sibi*. Quo igitur
pacto nobis adoptionem tribuit filiorum, si ipse necessarium eguit, ut sibi haberet. Nam
quia peccatum non habuit, ideo nobis peccata donavit, quia non accepit, ut vita esset, sed
ipse essentialiter vita est; iccirco nobis vitam æternam indulsit.

Videamus nunc, quid de ejus Incarnatione Gabriel, cui creditum fuerat secretæ dispen-
Luc. 1. sationis sacramentum, ad Mariam Virginem dicat: *Ave*, inquit, *gratia plena*, *Dominus
tecum*. Cumque turbata esset in sermone, subjunxit Angelus: *Ne timeas Maria*; *invenisti
enim gratiam apud Deum*. *Ecce concipies in utero*, *& paries Filium*, *& vocabis nomen
ejus Jesum*. *Hic erit magnus*, *& vocabitur Altissimi Filius*. Jamque credula Angelicis
dictis, eum ordinem tantæ novitatis inquireret, quomodo sine viro fieri possit, mox Ange-
lus addidit: *Spiritus Sanctus superveniet in te*, *& virtus Altissimi obumbrabit tibi*. *Ideo-
que & quod nascetur ex te sanctum*, *vocabitur Filius Dei*. Non enim ait, adoptivus vo-
cabitur Filius Dei, sed absolute, *Filius Dei*, *& Filius Altissimi*. Denique non de sola ex-
cellentia Majestatis ejus tunc loquebatur Angelus, sed potius de incarnata Divinitate. Por-
ro *quod* pronomen neutri generis est, & *sanctum* similiter neutri generis est. Ait enim: *Quod
Matth. 1. enim ex te nascetur sanctum*, *vocabitur Filius Dei*. Et rursus Matthæus narrat Angelum dixisse:
Quod enim in eo natum est, *de Spiritu Sancto est*. Ut non dubites de corpore dixisse, quod de
inviolata Virgine sumpsit, more sacri eloquii, partem pro toto; ut per solum corpus totum
intelligas hominem in anima rationali ex ea natum. Sed ne quilibet scrupulus ambiguitatis re-
maneret; quia de Incarnationis ejus Mysterio dixerit, statim post pauca subinfert: *Dabit
Luc. 1. ei Dominus Deus Sedem David patris ejus*. Secundum carnem videlicet David Filius dictus
est, non secundum Divinitatem. Habes igitur, quoniam de quo supra dixerat: *Quod enim
ex te nascetur sanctum*, *vocabitur Filius Dei*; non adoptivus, sed verus; non alienus, sed
proprius. De eo subjecit: *Dabit ei Dominus Deus Sedem David patris ejus*. Nam quis
eum adoptasse in Filium credatur, cum tota Sancta Trinitas hominem Christum in utero Vir-
ginis operata sit? sicut scriptum est, & juxta historiam de primo Adam, & de secundo, id
est, Christo, in prophetiæ sacramento: *Faciamus hominem ad imaginem*, *& similitudinem
Genes. 1. nostram*. Vel certe quemadmodum in hac eadem Evangelica Lectione Angelica voce declara-
tur.

tur. Ait enim: *Spiritus Sanctus superveniet in te*. Habes Spiritus Sancti tertiam de Trinitate Personam: *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi*. In virtute namque Altissimi Filii Persona demonstratur; quia ipse est Dei virtus, Deique sapientia. In Altissimi nomine Patris nihilominus Persona accipienda est. Dicant ergo, si valent hæretici (quod si nequeunt, Catholicis se humiliter salubribus subdant documentis) quis de his tribus Personis eum adoptaverit, cum tota eum Trinitas in utero immaculatæ operata sit Virginis? *Luc. 1.*

Porro adoptivus dici non potest, nisi is, qui alienus est ab eo, a quo dicitur adoptatus, & gratis ei adoptio tribuitur; quoniam non ex debito, sed ex indulgentia tantummodo adoptio præstatur; sicut nos aliquando cum essemus peccando filii iræ, alieni eramus a Deo, per proprium, & verum Filium ejus, qui non eguit adoptione, adoptio nobis filiorum donata est, Paullo attestante, qui ait: *Cum ergo venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege, ut eos, qui sub Lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus per ipsum*. Proprius Filius factus est ex muliere, non adoptivus. Hinc alias idem ipse egregius Prædicator dicit: *Proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum*. Igitur cum ad Jordanis alveum, Joanne comite, qui Christus a populis existimabatur, appropinquaret, & ut sanctificaretur aquarum natura, mediis sese Jordanicis intinxisset in undis; ut manifestius inter adoptivum, & proprium Filium discerneret, statim vox Patris intonuit, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Et rursus cum esset in monte sancto cum Discipulis, quos voluit, & visi essent cum eo Moyses, & Elias loquentes; mox paterna vox fulgida per nubem discurrens intonuit, discrevitque qui essent servi per gratiam, & per adoptionem filii, & qui verus, ac proprius Filius: *Hic est*, inquit, *Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite*. In Adam quippe sibi Deus Pater displicuisse innotuit, qui peccando filii dignitatem amisit: *Pœnitet*, inquit, *me fecisse hominem super terram*. In unigenito sibi Filio complacuit, quia propria non habuit, sed aliena peccata tulit; qui nunquam a paterna voluntate discordans, *factus pro nobis est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen*. Si igitur juxta hæreticos adoptivo nomine censetur, ut nos puri, & ingrati homines; quo ergo pacto Apostolus eum nomen perhibet super omne nomen habere? Adoptivi etenim nomen non est super omne nomen, sed commune, & infra nominum tenetur mensuram. *Galat. 4.* *Rom. 8.* *Matth. 3.* *Matth. 17.* *Genes. 6.* *Philip. 2.*

Videamus jam nunc qualiter primus Pastor Ecclesiæ Fidei posuerit fundamentum. Nam cum Magister, & Dominus Discipulos sagacius exploraret, quid de se homines dicerent, & illi singulorum opiniones diverso sermone retexuissent, qui eum unumquemlibet de adoptivis filiis existimabant, quorum adoptio nondum in re, quam per Mediatoris perceperunt adventum, sed adhuc in spei servabatur occulto; illico Dominus, quid illi de se fixius corde retinerent, adjunxit: *Vos*, inquit, *quem me esse dicitis?* Moxque B. Petrus, cui non caro, & sanguis, sed Pater cælestis revelavit: *Tu es*, inquit, *Christus Filius Dei vivi*. Ecce Fidem B. Petri Apostoli, quam hæretici surda aure transiliunt, perfunctorie legere non pertimescunt. Petrus confessus est Christum verum Filium Dei vivi, & tu hæretice dicis: Christus adoptivus Filius est? Enim vero furtassis erigeres perfidiæ aurem, si absolute dixisset: Tu es Filius Dei vivi. Fingeres forsitan more tuo, falsa argumentatione, ut diceres: Secundum Divinitatem eum Filium Dei confessus est. Sed quoniam cum additamento dixerat: *Tu es Christus Filius Dei vivi*; omnium hæreticorum ora Fidei suæ pugno attrivit. Christi namque nomen ab homine, quem assumpsit, accepit; quia unctus in homine fuit. Nihil tibi restat quid dicas, nisi solito more faciens, fumae de officina mendacii veneno illita spicula, quibus simplicium corda jaculando, falsis assertionibus perforare non erubescas. Frons enim meretricis facta est tibi, erubescere noluisti. Defraudare etenim sacram non veremini Scripturam, parvipendentes Magistri Gentium prohibitionem, dicentis: *Nolite adulterare verbum Dei*. *Matth. 16.* *1. Corinth. 4.*

Sed quid mirum, si stulti in his erratis, quæ allegorica sunt sylva condensa, & umbrosis phalerarum ænigmatibus obvoluta; carpere nescitis docta manu de sub foliis literarum pendentia spiritalium fructuum poma, quum in propatulo per sanctos Prædicatores eductam male intelligentes orthodoxam depravatis doctrinam? Cujus temeritatis, & audaciæ estis, o infelices inflati superbiæ fastu, ut ipsa Joannis Evangelistæ mirabilia documenta perversis non erubescatis fabulis depravare, juxta vestram vecordiam, & non secundum sanam doctrinam, intelligentes mystica sacramenta? Dicitis enim, quod Joannes scribat in Epistola sua: *Habemus advocatum apud Patrem Jesum Christum*; & hoc sit advocatus, quod & adoptivus; eum longe aliud sit advocatus, & aliud sit adoptatus. Nam advocatus ille mihi est, qui pro me judicem interpellat, & caussam necessitatis meæ propria tuitione defendit. Convenientius quippe *propitiatus* dici potest, quam *adoptatus*, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Quom enim naturam nostram, quam in se assumpsit, in dextera Patris collocatam ostendendo Patri incessabiliter manifestat, propitium eum nobis advocatus noster quasi interpellando efficit & benignum. Adoptivus vero dicitur, cui nihil a Patre adoptante debetur, sed gratis indulgendo conceditur. Abusive namque, & non essentialiter, adoptivus est Filius dictus, sicut Moyses in filium adoptatus est filiæ Pharaonis, alienus ab ea, & generatione, & sanguinis affinitate. Hoc ideo posuimus, ut patenter daretur intelligi, eum dici adoptatum, qui nondum prius fuerat proprius filius adoptantis. Unde in Dei Filium non cadit nomen adoptionis, quia semper verus Filius, semper Dominus, ac per hoc & post assumptum hominem veri Filii vocabulum non amisit, qui nunquam verus desiit esse Filius. Quod si juxta vestram vesaniam hoc putatis advocatum esse, quod & adoptatum; confite- *1. Joann. 2.* *Exod. 2.*

mini ergo (quod eſt deterius , & omni blaſphemia plenum) duos adoptivos , Filium ſcili-
cet , & Spiritum Sanctum . Non enim negare valetis Spiritum Sanctum paracletum eſſe . Quod
enim Græce παράκλητος , hoc Latine dicitur *advocatus* . Fatemini quin etiam (quod eſt ſuper
omne malum deterius , ſuper omnem impietatem ſceleſtius) duos adoptivos filios , Verbum
ſcilicet , & Spiritum Sanctum , ut ſitis deteriores Ario , & Eunomio , & Maranatha anathe-
mate Macedonio digni . Adoptivus enim nonniſi affectatæ locutionis alienus dicitur filius .
Omnis enim adoptio ex affectione ducit vocabuli ſui originem , quamquam ethymologiæ ſuæ
non videatur trahere ſimilitudinis ſonum . Habet namque ex utraque parte *utinam* adver-
bium eleganter inſitum , ut ſi dicas : Utinam ſis mihi in filium adoptivum , & e contra : Uti-
nam merear a te in filium adoptari ; ex affectu quidem dilectionis pars ſubrepit parti , ut in
utraque conveniat dilectionis affectus . Sed videant hæretici , qui portæ ſunt inferi , quid di-
xerint , quinimmo perverſo garriant ore . Obdurata nempe illorum corda , mendacii latibu-
la per abrupta perfidiæ debacchantes , ſemper inquirunt , & ne veritatis luce perfundantur,
in ſpelæo ſe falſitatis occulere feſtinant . Cecidit (heu proh dolor !) ſuper eos invidiæ ignis ,
& ideo juſtitiæ Solem non meruerunt videre .

Sancta autem Catholica, atque Apoſtolica Eccleſia , quæ licet in toto ſit Orbe terrarum
diffuſa ; una tamen eſt amica Sponſi , proxima , & columba , quæ pennis deargentatis ſacri
eloquii refulget pulchritudine , & in pallore auri , poſteriora ejus perfectæ Fidei puritate
clareſcunt , confitetur quin potius Sanctam , & ineffabilem Trinitatem in unitate ; ſalva ſci-
licet inconfuſibiliter proprietate perſonarum , inſeparabilem ſubſtantiam confitetur . Ita ſa-
ne ut alius credatur Pater , quia Pater eſt qui genuit coæternum ſibi ſine tempore , & omni ini-
tio Filium ; & alius credatur Filius , quia Filius eſt qui genitus eſt ſine initio a Patre , non pu-
tative , ſed vere ; & alius credatur Spiritus Sanctus , quia Spiritus Sanctus eſt, & a Patre Fi-
lioque procedit . Et non eſt aliud Pater , & aliud Filius , & aliud Spiritus Sanctus ; ſed
unum ſunt inſeparabiliter Pater , & Filius , & Spiritu Sanctus ; non unus , ſed unum ; quia
alia eſt perſona Patris , alia Filii , alia Spiritus Sancti , ſed una , & æqualis , & conſubſtan-
tialis , & coæterna eſt Patris , Filiique , & Spiritus Sancti inenarrabilis Divinitatis majeſtas,
quia unus eſt Deus . Unionem namque in eſſentia confitemur ; Trinitatem vero in perſonarum
diſcretione prædicamus . Dominum igitur noſtrum Jeſum Chriſtum Dei Filium, verum Deum,
ſemper in Patre , ſemper cum Patre , ſemper credimus apud Patrem . In ultimis namque tem-
poribus propter nos, & propter noſtram ſalutem, ſecundum ſecretæ diſpenſationis arbitrium
deſcendit de Cælo , unde nunquam receſſerat ; venit nimirum in propria , ubi nunquam de-
Matth. 1, erat ; natus eſt de Siritu Sancto , & Maria Virgine , dicente Angelo : *Quod enim in ea na-*
Joann. 8, *tum eſt , de Spiritu Sancto eſt* . Factus verus homo , juxta id quod ſcriptum eſt : *Et Verbum*
caro factum eſt , & habitavit in nobis . Permanſit verus , & omnipotens Deus in utraque
natura , unus Dei Filius , idemque hominis Filius . Nihil enim humana nativitas Divinæ præ-
judicavit nativitati ; aſſumpſit quod non erat , permanſit in id eſſentialiter quod erat , non
commiſtionem paſſus , neque diviſionem ; ſed in una perſona Chriſti Deus verus , & homo
permanet verus ; non duo Filii , Deus , & homo , ſed unus Filius Deus , & homo ; non alius
Filius hominis , & alius Dei , ſed unus idemque Dei hominiſque Filius. Unde & eos valde ex-
ſecramur , qui cum adoptivum impio grunniunt ore ; quia ſicut præfati ſumus, adoptivus di-
ci non poteſt , niſi is qui prius alienus eſt ab eo , a quo adoptari deſiderat . Dei ergo Filius
qua ratione credi poteſt adoptivus , qui inſeparabiliter aſſumpto homine in una perſona coe-
unte utraque natura , non duo Filii , alius Dei , & alius hominis , ut ſicut illi errando æſti-
mant , adoptivus ſit hominis Filius , & ſine adoptione Dei Filius ; ſed in una perſona unus
idemque Dei , & hominis Filius , qui nunquam hominem , quem aſſumpſit , deſeruit , etiam
1. Corinth. 2, nec in cruce , quando inclinato capite tradidit ſpiritum , Paullo atteſtante , qui ait : *Si enim*
cognoviſſent , nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent . Dominus gloriæ dicitur crucifixus,
cum ſola caro ſit crucifixa ; ſed quia Dominus gloriæ idem ipſe erat , qui & hominis Filius ,
qui crucifigebatur , & nunquam hominem deſeruit , ſicut dictum eſt , quem aſſumpſit ; ideo
dicitur Dominus gloriæ crucifixus.

Sunt etiam plerique qui adſtruunt ex tribus ſubſtantiis unam Mediatoris perſonam Verbi,
carnis, & animæ, cum in cauſſa Fidei non videatur neceſſarium ſophiſtica diſputatione ſæcula-
rium literarum calculos ſyllogiſtica ſpargere manu . Sufficeret enim , juxta præcedentium
Catholicorum Patrum ſaluberrimæ promulgationis doctrinam , ſincera ſimplicitatis voce ex
utraque natura unam perſonam confiteri , veri Dei , verique hominis Chriſti , Divina ſcilicet,
& humana ; ſed propter eos utique qui ſemiplenam ſine anima rationali , & ad vicem animæ
Divinam naturam in carnis diſpenſatione aſſumptam ſuſpicantur, cum Pſalmiſta alacri pecto-
Pſal. 53, re dicat: *Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ*. Pro hac igitur re,
& hujuſcemodi erroris nubilo , ſtyli flabello ex aere mentis ventoſas nubium umbras diſper-
gere feſtinamus , quatenus æterni Solis perfuſa radio , micantes ſtellas per Cælos valeat puris
obtutibus inſpicere Scripturarum . Non enim ignoramus ex duabus ſubſtantiis humanam ſub-
ſiſtere naturam , ex anima nimirum , & carne ; ſed unum ſine altero perfectum non efficere
hominem . Quid enim caro ſine anima , niſi terra ? & quid anima ſine carne ? Nonne ſpiri-
tus ? Homo enim ex utroque , & non ex uno . Unde quia Redemptor noſter perfectum homi-
nem aſſumpſit in Deum ; idcirco ex duabus naturis Deum , & hominem confitemur . Non
enim caro ſine anima perfecta humana poteſt dici, integraque natura . Nam cum ex limo terræ
Gen. 2, finxiſſet Deus hominem , protinus inſufflavit in eum ſpiraculum vitæ , ſicut ſcriptum eſt : *Et*
factus eſt homo in animam viventem . Non igitur alter qui formatus eſt , & alter qui inſuffla-
tus , ſed unus idemque . Ea flatu namque animata eſt terra , tam incomprehenſibili arte mi-
rabi-

rabilique modo summi Artificis mann configurata, ut investigari plenius nequeat, qualiter, & unum sit anima, & caro, quæ perfectum efficiunt hominem; & tamen diversa sit substantia carnis, & spiritus. Nam cum scriptum sit: *Ad te omnis caro veniet*. Et rursus: *Non timebo quid faciat mihi caro*. Et iterum: *Et videbit omnis caro salutare Dei nostri*. nullo namque pacto sine anima videre potest, ut videat salutare Dei; nec venire valet, ut veniat ad eum omnis caro.

Psal. 64. *Psal.* 55. *Isaia* 40. Juxta LXX.

Ponamus igitur, exempli caussa, secundum humanæ rationis affectum, necessitate per omnia compellente, materialia themata disputandi. Nam sicut in planis, & solidis figuris linea, & in quadrangulis punctus, licet sint indissecabiles, & dividi nequeant, & iccirco egregie depingant dimensionum figuras, omnium tamen numerorum multitudinis summam in se sociatam retinent, & ex se usque ad infinitam numerositatem procedentes, & rursus in se usque ad unum recurrentes, individuam retinere probantur unionis censuram. Fingamus igitur animam in forma corporis, quasi lineam, vel punctum in planis solidis, atque quadrangulatis figuris cunctas membrorum partium in se individue continentes positiones, unumquodque in junctura sua insertum, ita ut, & unum sit, & diversum. Nam si subtrahas lineam, & punctum æqualitatis, nobilitas degeneratur figuræ. Instante autem lineæ jacentis primordio, punctique circumfusa numeri quadratura, quique segregari, vel non segregari possunt, resolvi insolubili sectione in lineæ, punctique privilegio demonstrantur. Ita sane vis animæ cum sit incorporea, & invisibilis, nec dividi potest, nec recipit sectionum scissuras; totam tamen corporis molem, quæ dividi, vel segregari potest, in se continentem mirabiliter regit, & per totum diffusa animando vivificat, & quasi punctus in medio suam individue retinet dignitatem, & in alienam non resolvitur qualitatem. Nam, sicut dictum est, cum sit incorporea, corporaliter cuncta per corpus disponit; & cum sit substantia carnis corporea, per incorpoream creaturam, idest, animam, corporeas perficit actiones. Tanta enim societatis convenientia sibimet sunt junctæ, ut unum sine altero nihil possit, & alterum sine altero plenam non possit humanam monstrare naturam; & iccirco placuit ex utraque humanam definire naturam. Nam anima incorporea per corporeos oculos videt, audit, sentit; & corporei oculi per incorpoream animam videre probantur. Nam si recedat anima, oculi aperti remanentes, & aures patentes, nec videre possunt, nec audire. Per linguam loquitur anima, & lingua loquitur per animam. In qualibet enim parte corporis incisa carne anima dolet; sine anima vero in frusta secata caro, nec dolere, nec sentire potest. Per carnem nempe anima, & per animam caro esurit, sitit, tristatur. Nunquid potest dici caro sine anima humana natura, cum nihil sit aliud nisi terra? Animata vero terra humana profecto potest dici integra, perfectaque natura. Omne enim imperfectum amittit nominis proprietatem, nisi perfectionis ei commodius adjiciatur supplementum. Ex quatuor igitur diversis elementis humana subsistere fertur natura, calido, frigido, humido, sicco, idest, igne, aere, terra, & aqua. Cum ergo ex his quatuor variis homo subsistat naturis; numquid debemus in uno homine quatuor substantias profiteri? Si hoc placet, addatur quin etiam quinta, idest anima, ut constet homo ex quinque, & Verbi Omnipotentis sit sexta; & tunc (quod est omni fatuitate dementius omnique vecordia stultius) fateantur sex in una Dei, hominisque Christi Persona substantiæ.

Tu forsitan suspicaris, quicumque es nostræ refragator assertionis, de memoria nobis avolasse, quia dixerit Beatus Apostolus, in interiore homine habitare Christum per Fidem in cordibus nostris. Hæc nos tota devotione mentis, totaque simplicitate veraciter retinemus cordis, & adjicimus ea, quæ (te forsitan* somniante latent) idem vas electionis Paulum dixisse reminiscimur: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur*. Tria, inquam, dixit: Spiritus, & anima, & corpus. Nunquid aliud est spiritus, & aliud anima? Non divisit substantias, sed dignitatem distinxit. Spiritalis quippe animæ, & spiritale corpus vult, ut in adventum Domini nostri Jesu Christi servetur. In hoc spiritali homine, qui & interior dicitur, profitetur idem mirabilis Doctor habitare Christum per Fidem in cordibus nostris. Nam est homo animalis, & est spiritalis, non per substantiam, sed per meriti qualitatem. Animalis quippe ab anima, spiritalis vero a spiritu nuncupatur; quemadmodum idem veridicus videlicet Doctor, alterum ab altero discrevit: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei* (Hic est exterior, qui foras se ad exteriora appetenda effundit) *spiritalis autem dijudicat omnia* (idest, discernit) *& ipse a nemine judicatur*. Hic est, inquam, interior, in quo Christus creditur habitare, qui introrsus se per contemplationis gratiam retinet, & internæ refectionis dulcedine depastus, in amore sui Conditoris suaviter requiescit.

Ephes. 3. * nesciente. 2. *Thessal.* 5. 1. *Cor.* 2.

His itaque prælibatis, ad ea, quæ reliquimus, revertamur. Quæro igitur, ut dicas mihi, in qua natura ipse Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus dignatus est esurire, sitire, passionum sentire dolores. Quid moraris? non vales negare; melius est, ut profitearis, quia secundum humanam. Divina enim natura impassibilis, inviolabilis, & semper permanet immutabilis. Verum est, omnino verum, quia in humana. Volo ergo, ut liquidius definias quid sit humana natura; sola caro, an sola anima, an utraque, anima, & caro? Non enim possumus, nec fas est, veritati contradicere; ex utraque nihilominus humana constat natura, ex anima siquidem, & carne. Dicito ergo mihi, in sola carne, an in sola anima, an, quod verius est, in utraque pertulit vulnera passionum? Caro enim sine anima nihil sentit; anima enim sine carne non esurit, neque sitit, nec potest crucifigi, & tamen crucifixa est per carnem. In summis etenim palmis, & in externis crucifixa est plantis. Quod si non est crucifixa cum carne, cur sensit dolorem? Caro enim, sicut dictum est, sine ani-

anima nihil sentit. Quod si per carnis cognationem sentit dolorem, & caro per animam dolet incisa; nec caro ergo sine anima, nec anima sine carne, plena potest humana dici natura. Ex utraque namque connexione, carnis scilicet, & animæ, perfecta constat humana natura. Vnde & Majores nostri hac definitione sancita, quorum sagacissima capacitatis perisla longe valde a nostræ tarditatis distat ignavia, placuit eis, Sancto annuente Spiritu, duas in una Christi Persona indubitanter profiteri naturas, Divinam scilicet, & humanam; quia anima, & caro non sunt duo, sed unus homo. Deum enim, & hominem Dei Filium confitetur: *Mediator*, inquit Apostolus, *Dei, & hominum homo Christus Jesus*; qui ex anima, & carne non duo, sed unus est dictus homo.

1. Tim. 2.

Cessent ergo jam nunc omnes superfluæ mussitantium adinventiones; cessent calumniatrices querularum quæstionum objectiones, quæ ad rem non pertinent, sed magis ad simplicium subversionem. Doctrinis variis, & peregrinis non abducamur. Sed confiteamur cum Sanctis Patribus nostris, Catholicis, orthodoxisque Viris, qui rectam Fidem, & corde perceperunt, & inviolabili ore Ecclesiæ filios salubriter docuerunt; duas in Christo naturas, Divinam nimirum, & humanam, verum Deum, verumque hominem; in utruque proprium Dei Filium, non adoptivum; sempiternum ex Patre, temporaliter natum ex Virgine Matre, consubstantialem in sua Deo Patri, Sanctoque Spiritui, consubstantialem etiam nobis in nostra. Nostra dicimus, in carnis conditione, non in peccati, vel miseriæ communione. Peccatum enim non fecit, sed alienum tulit; nec dolus inventus est in ore ejus, sed dolos nostros ipse portavit; vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus. Omnium autem hæreticorum perversa dogmata cum auctoribus, & sequacibus suis æterno anathemate percelli judicamus. Elipandum namque, & Felicem, novos hostes Ecclesiæ, sed veternosa fæce perfidiæ pollutos, nisi ab hac stultitia resipiscant, & per rectæ Fidei satisfactionem lamentis se abluant pœnitentiæ, indignos, & ingratos eos a consortio Catholicorum perpetua animadversione eliminare decernimus, & a gremio orthodoxæ Ecclesiæ censemus alienos. Optamus tamen, & omni anisu mentis, immensæ pietatis boni Pastoris, qui Animam suam posuit pro ovibus suis, & neminem vult perire, clementiam imprecamur, ut perfidiæ relicto errore, ad viam veritatis, quæ Christus est, & ipso redeant perducente, quatenus in sinum Matris Ecclesiæ dilectionis suscepti amplexu, tranquilla suaviter Fidei pace quiescentes, largissima sugant ubera bonitatis Dei, ac per hoc perpetuæ felicitatis gaudia, gratia Dei, qui pro omnibus mortem gustavit, largiente sine fine valeant adipisci. Eos etiam, qui post hanc tam saluberrimam definitionem, quam Plenaria Synodus Sancto afflata Spiritu concorditer subtili sinceritate terminavit, falsissimis eorum assertionibus, sive clam, sive in publica voce, præbuerint assensum; simili eos sententiæ vindicta sancimus esse plectendus; reservato per omnia juris privilegio summi Pontificis Domini, & Patris nostri Hadriani, primæ Sedis Beatissimi Papæ.

Isaia 53.

Nos autem, domini, & charissimi Fratres, sequentes præcedentium Patrum sanam doctrinam, respuentes per omnia deliramenta nugacium hominum, corde credamus ad justitiam, ore autem confiteamur ad salutem, Dominum nostrum Jesum Christum verum Dei Filium, non putativum; proprium in utraque natura, non adoptivum; æqualem, & coæternum Patri, Sanctoque Spiritui; qui Ecclesiam suam proprio Sanguine acquisitam, sine macula & ruga immaculatam custodiat, & corda nostra in rectæ Fidei puritate immutilato jure conservet. Catholicum, atque clementissimum, semperque inclytum Dominum Carolum Regem, per intercessiones Beatæ, & Gloriosæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, per quam meruimus Auctorem suscipere vitæ, & Beati Petri primi Pastoris Ecclesiæ, omniumque Sanctorum, verum etiam suffragantibus precibus vestris; omnipotens, & Sancta Trinitas sua eum gratia circumcingat; suaque dextera semper protegat, & defendat, ut faciat semper quæ illi sunt placita, quatenus Cælestibus fretus armis, inimicos nominis Christi auxilio suffusus de Cælo ad terram prosternat. Barbaras etiam nationes infinita Deus omnipotens ditioni ejus potentia subdat; ut ex hac occasione ad agnitionem perveniant veritatis, & cognoscant verum, & vivum Deum Creatorem suum. Regenerati siquidem unda Baptismatis, in gremio aggregentur Matris Ecclesiæ, ut impleatur quod bonus Pastor promiserat, dicens: *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, ut fiat unum ovile, & unus Pastor*. Multiplicetur pax in diebus ejus, ut sit Sancta Ecclesia libera, & ab omni strepitu Mundi secura; qua libertate Christus eam liberavit; liceatque Domini Sacerdotes, justa Evangelicas, & Apostolicas, Canonicasque regulas simpliciter Domino deservire; militare in solis castris Dominicis; quia juxta ejusdem Domini vocem: *Nemo potest duobus Dominis servire*; & Paulus: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, ut placeat ei, cui se probavit*. Nemo sibi blandiatur, quod utrumque possit, & Deo, & Mundo servire; quia veritas est, & mentiri non potest, qui hoc fieri non posse testatur. Unde supplicandus est tranquillissimus Princeps noster, ut ille pro nobis contra visibiles hostes pro Christi amore, Domino opitulante, dimicet; & nos pro illo contra invisibiles hostes, Domini imprecantes potentiam, spiritalibus armis pugnemus, quatenus vicariam ei retributionem in illa die pro Ecclesia sua Dei Filius rependas, ut quemadmodum ille nunc eam inter tot mundanos tumultus constitutam reddit securam; ita eum illa cælestis Regni faciat esse participem. Indulgeat miseratus captivis, subveniat oppressis, dissolvat fascieulos deprimentes, sit consolatio viduarum, miserorum refrigerium, sit Dominus, & Pater, sit Rex, & Sacerdos, sit omnium Christianorum moderantissimus gubernator, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in Trinitate perfecta, per omnia sæculorum. Amen.

Joan. 10.

Matth. 6.
2. Timoth. 2.

EPI-

EPISTOLA SYNODICA

CONCILII FRANCOFORDIENSIS

Ab Episcopis Galliæ, & Germaniæ ad Præsules Hispaniæ missa.

Sancta Synodus, & Venerabiles in Christo Patres, cum omnibus Episcopis Germaniæ, Galliæ, & Aquitaniæ, & toto Catholicæ pacis Clero, Præsulibus Hispaniæ, & cæteris ibidem Christianitatis nomen habentibus, in Domino Deo, Dei Filio vero, & proprio, Jesu Christo, æternæ beatitudinis salutem.

1. IN nomine Domini nostri Jesu Christi, qui dixit: *Ubi sunt duo, vel tres congregoti in* [Matth. 18.] *nomine meo, ibi sum ego in medio eorum*; congregatis nobis in unum charitatis conventu, præcipiente, & præsidente piissimo, & gloriosissimo Domino nostro Carolo Rege, ad renovandum cum consilio pacificæ unanimitatis Sanctæ Dei Ecclesiæ statum, & ad prædicandam orthodoxæ Fidei veritatem, in qua Divina operante gratia, salutis nostræ initium exstat, & finis, cui nihil augeri potest, vel minui, quæ una debet esse omnium Christianorum, dicente Beato Apostolo: *Vaat Dominus, una Fides, unum Baptisma, unus* [Ephes. 4.] *Deus, & Pater omnium, qui super omnia, & in omnibus nobis*. In hac omnis sanctitas vitæ, omnis spes remunerationis æternæ, sine qua nihil sanctum, nihil Deo acceptabile, nihil vivum. Justus enim ex Fide vivit; quam qui diabolo decipiente perdiderit, vivens mortuus est; quia sicut per Fidem justitia, ita etiam per Fidem veram vita obtinetur æterna, dicente Domino Salvatore: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum,* [Joan. 17.] *& quem misisti Jesum Christum*.

2. Inter cætera itaque, quæ pro hujus Fidei firmitate tractavimus, Domini Regis nostri præcipua pietate, & laudabili sapientia assidente, & auxiliante nobis, præcepit subito gloriosa illius excellentia Fidei vestræ Libellum afferri in medium, qui cum a Notario, nobis diligentius attendentibus, sub distinctione sententiarum, & proprietate sensuum perlegeretur ad finem; audivimus in eo novas quasdam assertiones exaratas, non tam antiquis Sanctorum Doctorum traditionibus convenientes, quam vestris nuper inventionibus utcumque confirmatas. Sed duæ difficiles res nostris in eo Libello, quem direxistis, sensibus occurrerunt. Una cur nobis non sufficiant, quæ in Sanctorum Patrum dictis inveniuntur, & universali Catholicæ sanctionis consuetudine confirmantur, dicente Scriptura: *Terminos Patrum tuorum ne* [Prov. 22.] *transgrediaris*. Numquid sagaciores sumus ad inveniendam viam veritatis, quam Apostolici Doctores? & quare aliquid confirmare audemus, quod in illorum non inveniatur scriptis? Altera res est, quare generationem Filii Dei, vel æternam de Patre, vel temporalem de Matre, quisquam hominum audeat investigare, dicente Scriptura: *Altiora te ne quæsie-* [Eccl. 3.] *ris*. Unde & S. Augustinus dicit in Sermone de Nativitate Christi: Merito, dilectissimi, miranda est Salvatoris nostri Nativitas, non solum illa Divina, de qua dictum est: *In prin-* [Joan. 1.] *cipio erat Verbum*; sed etiam illa humana, de qua idem dicit Evangelista: *Verbum caro* *factum est* Unde & Propheta: *Generationem ejus quis enarrabit?* Divina enim magis Fi- [Isaia 53.] de veneranda sunt, quam ratione investiganda.

3. Sed tempus est, ut ad discutiendos sensus Libelli vestri veniamus, in quo Sanctorum Patrum, per loca, testimonia invenimus posita, sed male perfidiæ veneno corrupta, & inter flores pulcherrimos Fidei Catholicæ anguinos erroris vestri dentes insertos. Tacuistis nomina Librorum, & numerum Capitulorum, ut difficilius error vester investigaretur; & ex hoc solo perspicuum est errasse vos voluntarie, dum Sanctorum Patrum venerabiles sensus, per intermissiones aliquorum verborum maculare nitimini. Et miramur, vel magis lugemus, quare hoc facere velitis, quare purissimos Catholicæ Fidei fontes hæretico pede turbare non timeatis. Invenimus enim in Libelli vestri principio scriptum, quod vos posuistis: Confitemur, & credimus Deum Dei Filium ante omnia tempora sine initio ex Patre Genitum, coæternum, & consubstantialem, non adoptione, sed genere. Item post pauca eodem loco legebatur: Confitemur, & credimus eum factum ex muliere, factum sub Lege, non genere esse Filium Dei, sed adoptione; non natura, sed gratia. Ecce serpens inter pomifera Paradisi latitans ligna, ut incautos quosque decipiat. Ex Sermonibus S. Augustini hæc testimonia translata sunt, sed hæretica pravitate additum invenimus in sequenti periodo, non genere esse Filium Dei, sed adoptione; quod etiam in sequentibus plenius, volente Deo, demonstrabimus. Nunc vero tantummodo ad ostendendos, & cavendos mortiferos veneni succos legentibus inseruimus. Quod autem exempli gratia posuistis: *Pater major me est*; [Joan. 14.] non propter adoptionem, sed propter formam servi dixit, in qua minor est Patre. Simili modo & propter formam servi illud dictum est: *Puer autem crescebat, & confortabatur* [Luc. 2.] *spiritu*. Hoc vero, quod Joannes dixit: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti* [Joann. 1.] *a Patre, pleaam gratia, & veritate*; contra adoptionem carnis facit. Si Unigenitus, quomodo tunc adoptivus? vel si non est proprius Filius, quomodo tunc plenus gratia, & veritate?

4. Igitur quod sequitur in Epistola assertionis vestræ, Beatum dixisse Hilarium, nam & in ipso usu nostro est adoptivus Filius, & verus Filius; adoptivum Filium non dicimus natura esse,

ra esse, qui verus est Filius. Videtis, quomodo cæca mens contra suem ponit testimonia sententiam. Quis est, qui audeat dicere, Christum non esse vere Filium Dei, Joanne Baptista attestante, dum vidit Spiritum Dei descendentem, & manentem super eum: *Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.* De quo & Apostolus testatur: *Quorum Patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Et si verus Deus, etiam & verus Filius; & si verus Filius, nequaquam adoptivus; quia adoptivus (sicut in testimonio Sancti Hilarii positum est) non vere natura est Filius.

Joan. 1. *Rom. 9.*

5. Item de tractatu in Apocelypsin B. Hieronymi, ut dicunt, hoc modo positum testimonium in Epistole repetimus prætata: Calculum candidum, idest, gemma alba, adoptio carnis in Filio Dei. Quod longe aliter in eodem tractatu invenitur: Et dabo ei, inquit, calculum candidum, idest, adoptionem Filiorum Dei. Nam calculus gemma pretiosa est. Et post pauca: Sive calculum, corpus Baptismo candidatum, sive calculi appellatione sermo Divinus significatur. Epistole vero B. Hieronymi, quam ad Cerasiam scriptam dicitis, hactenus nec apud Romanos, nec apud nos inveniri potuit. Nec sibi ipse eum unquam contraria scribere putemus; & veris credere melius est exemplaribus, quam dubiis. Ecce pravitas omni tergiversatione deterior, quæ sic Sanctorum Patrum purissimis sensibus venena suæ infundit perfidiæ. Sequitur in Epistole.

1. Joan. 2. 6. Item in Homilia S. Augustini, secundum humanæ servitutis formam ita dicit: *Homo adoptatur, cujus gloriam quæsivit, qui est ab illo unicus natus.* Ecce quem Augustinus dicit adoptatum, hunc Joannes dicit: *Advocatum habemus apud Patrem.* In hoc itaque loco ignoramus, quid prius agendum sit, an pravitas repellenda, sive imperitia decidenda. In XXVI. Homilia in expositione ejus sententiæ legitur, ubi Dominus dixit: *Qui a semetipso loquitur, propriam gloriam quærit.* Ubi post congruam expositionem infert: Quid tu homo facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris; quando autem aliquid mali facis, Deo calumnias meditaris. Intende tibi, creatura es, agnosce Creatorem; servus es, ne contemnas Dominum. Adoptatus es, sed non meritus. Quære gloriam ejus, a quo habes hanc gratiam homo adoptatus, cujus gloriam quæsivit qui est ab illo unicus natus. De Christo enim dixit, unicus natus; de nobis vero homo adoptatus. Quam adoptionem pravissimo sensu qui scripsit Epistolam, ad Christi voluit transferre humanitatem. In qua perversitate sensus utrumque, & imperitia scribentis patet, & mala voluntas non latet. Etiam & in sequenti mox sententia, & falsitas malæ voluntatis apparet, ubi dixit: Ecce quem Augustinus dicit *adoptatum*, Joannes Apostolus dicit *advocatum*. Certissimum est enim, Joannem Apostolum Christum advocatum nominare, sicut ipse testatur: *Apud Patrem habemus advocatum Dominum nostrum Jesum Christum.* Perspicuum quoque est, S. Augustinum de homine quolibet per gratiam adoptato dicere, sicut ex sequentie lectionis certissime cognosci potest.

Joann. 7.

1. Joan. 2.

7. Sequitur in eodem Libello vestro. Item Prædecessores nostri Eugenius, Hildephonsus, Julianus, Toletanæ Sedis Antistites, in suis dogmatibus ita dixerunt in Missa de Cœna Domini: Qui per adoptivi hominis Passionem dum suo non indulsit corpori. Item in Missa de Ascensione Domini: Hodie Salvator noster post adoptionem carnis Sedem repetivit Deitatis. Et cætera, quæ ex parentum vestrorum dictis posuistis; ut manifestum sit, quales habeatis parentes, & ut notum sit omnibus, unde vos traditi sitis in manus infidelium. Quia hominem Christum verum Dei Patris Filium esse negastis, vobis defensor esse noluit, sed tradidit vos in manus inimicorum suorum, ut dominentur vestri, qui eum recipere noluerunt; & cui illi publice detrahunt, vos occulte illi derogetis. Nec illius Christi testimonio credere vultis de seipso dicentis: *Pater clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Dum dixit *tuus*, proprietatem ostendit, veluti & Pater in Baptismo testimonio comprobavit: *Hic est Filius meus dilectus. Meus* dixit, addidit quoque, *dilectus*, ut intelligeretur proprius esse Filius, sicut Apostolus dixit: *Proprio Filio suo non pepercit*. Et melius est testimonio Dei Patris credere de suo Filio, quam Hildephonsi vestri, qui tales vobis composuit preces in Missarum solenniis, quales universalis, & sancta Dei non habet Ecclesia. Nec vos in illis exaudiri putamus. Et si Hildephonsus vester in orationibus suis Christum adoptivum nominavit; noster vero Gregorius Pontifex Romanæ Sedis, & clarissimus toto Orbe Doctor in suis Orationibus semper eum Unigenitum nominare non dubitavit. In Oratione enim, quæ est secunda Feria post Palmas, ita posuit: *Da quæsumus Omnipotens Deus, ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente Unigeniti Filii tui Passione, respiremus.* Item quarta Feria ejusdem septimanæ: *Præsta quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui nostris excessibus incessanter affligimur, per Unigeniti tui Passionem liberemur.* Item in Ascensione Domini: *Concede quæsumus Omnipotens Deus, ut qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad Cælos ascendisse credimus.* Item ad Sanctam Crucem: *Deus, qui Unigeniti Dei tui Domini nostri Jesu Christi pretioso Sanguine humanum genus redimere dignatus es.* Ecce eum Unigenitum nominavit, cujus Sanguine redempti sumus.

Errat hic longissime fuit a PP. Hispanis: ut ex ipsorum scriptis suo loco ostendemus.

Joan. 17.

Matth. 13.

Rom. 8.

8. Quod autem dicitis in Epistola Fidei vestræ: Ex Patre Unigenitum sine adoptione, Primogenitum vero in fine temporis, verum hominem assumendo de Virgine carnis adoptione, Unigenitum in natura, Primogenitum in adoptione & gratia. Scimus enim, Deum Dei Filium ex utraque natura, & Unigenitum esse, & Primogenitum; Unigenitus, quia solus sine initio ex Deo Patre genitus, & solus ex initio temporis ex Matre Virgine genitus; ideoque in utraque natura Unigenitus etiam & Primogenitus, quia omnis Unigenitus Primogenitus est; licet secundum humanam generationem non omnis primogenitus unigenitus sit. Idem ipse Dei Filius, Primogenitus est Virginis, ut dicitis; etiam & Unigenitus, quia non

habuit

habuit sequentes carnaliter fratres; igitur & Deo Patri Primogenitus, quia prius ex Deo Patre genitus, quam ulla esset creatura, vel aliquod esset tempus, Apostolo teste, qui ait ad Colossenses scribens: *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum Filii dilectionis claritatis suæ; in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum; qui est Imago Dei invisibilis, Primogenitus omnis creaturæ; quia in ipso condita sunt universa in Cælis, & in terra, visibilia & invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum, & in ipso creata sunt; & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant; & ipse est Caput Corporis Ecclesiæ, qui est Principium, Primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse Primatum tenens; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem Divinitatis inhabitare corporaliter.* Item Salomon: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nec dum erant abyssi, & ego jam concepta eram; necdum fontes aquarum eruperant; nec dum montes gravi mole constiterant. Ante colles ego parturiebar &c.* Item in Libro Sapientiæ, ipsa dicente Sapientia, id est, Filio Dei: *Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Ego in Cælis feci, ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altis habitavi, & Thronus meus in columna nubis.* Item B. Hieronymus in tractatu Epistolæ ad Titum, ubi dicit Apostolus: *Exspectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis.* Ubi est, inquit, serpens Arius? Ubi Eunomius coluber? Magnus Deus Jesus Christus Salvator dicitur, non Primogenitus omnis creaturæ, non Verbum Dei, & Sapientia, quæ sunt appellationes Divinæ generationis; sed Jesus, & Christus, quæ vocabula assumpti hominis sunt. Neque vero alium Jesum Christum, alium Verbum dicimus (ut nova hæresis calumniatur) sed eundem, & ante sæcula, & ante Mundum, & post Mariam, immo ex Maria magnum Deum appellamus, Salvatorem nostrum Jesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis.

Coloss. 1. *Prov.* 8. *Eccl.* 24.

9. Hæc testimonia ideo posuimus, ut cognoscatis Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum in utraque natura esse & Unigenitum, & Primogenitum, non adoptivum, sed magnum Deum, nec ex eo ei fratres nominari, sicut Helvidius blasphemat, quod Primogenitus est, sed ex Paternæ charitatis affectu. Nam quatuor modis in Scripturis sanctis fratres appellari legimus, sicut Beatus Hieronymus in Libello contra eundem Helvidium testatur; natura, gente, cognatione, affectu. Natura, ut Esau, & Jacob, duodecim Patriarchæ, Andreas, & Petrus, Jacobus, & Joannes. Gente, quia omnes Judæi fratres inter se vocantur, ut in Deuteronomio: *Si autem emeris fratrem tuum, qui est Hebræus, vel quæ est Hebræa; serviet tibi sex annis, & in septimo anno dimittes eum liberum abs te.* Et in eodem: *Constituendo constitues super te Principem, quem elegerit Dominus Deus tuus, eum, qui ex fratribus tuis sit*, & reliqua. Cognatione autem fratres vocantur, qui sunt de una familia, sicut Loth frater Abrahæ dicitur, cum sit filius fratris sui Aran, dicente Abraham: *Non sit rixa inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, quia omnes fratres nos sumus.* Qua Lege & in Evangelio fratres Domini dicuntur Jacobus, Judas, & Simon. Affectu quoque fratres dicuntur, qui in duo scinditur, in spiritale, & in commune. In spiritale, quia omnes Christiani fratres vocantur, ut ibi: *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.* Et Salvator: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Et alibi: *Vade, dic fratribus meis.* Porro in commune, quia omnes homines ex uno patre nati, pari germanitate conjungimur. Hinc Hieronymus dicit, affectu fratres esse Domini, non adoptione, ubi dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Et item: *Ita dicite fratribus meis.*

Deut. 15. *Psal.* 13. *Psal.* 21. *Joan.* 20. *Hebr.* 2.

10. Sequitur in Epistola vestra, charissimi: Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Similes utique in carnis adoptione, & non similes ei in Divinitate. Hujus veræ sententiæ intellectum longe aliter Catholici Fratres exposuerunt. Dicit enim S. Augustinus in Epistola ad Italicam Virginem: In tantum ergo videbimus, in quantum similes erimus; quia & nunc in tantum non videmus, in quantum dissimiles sumus. Inde igitur videbimus, ubi similes erimus. Quis autem dementissimus dixerit, corpore nos vel esse, vel futuros esse similes Deo? In interiore igitur homine ista similitudo est, qui renovatur in agnitione Dei, secundum agnitionem ejus, qui creavit eum; & tanto efficimur similiores illi, quanto magis in ejus agnitionem, & charitate proficimus; quia etsi exterior homo noster corrumpitur, interior autem renovatur de die in diem; ita sane ut in hac vita quantuscumque profectus sit, longe absit ab illa perfectione similitudinis, quæ idonea erit ad videndum Deum. Quid vero David putatis dixisse de fratribus adoptivis: *Unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis?* Non enim B. Hieronymus, & cæteri sanctæ Scripturæ tractatores, hanc participationem unctionis de adoptivis fratribus, sed de Regibus, qui *Christi* vocabantur, intelligi voluerunt, qui oleo humanæ compositionis uncti esse leguntur; sicut idem Beatus Hieronymus in Tractatu ejusdem Psalmi exposuit: *Oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Alii Reges, qui typum illius prætulerunt, & regnando consortes dicti sunt, oleo corruptibili sunt inuncti; hic vero Filius Dei a Deo Patre oleo exultationis, hoc est, resurrectionis, ascensionis, dominationisque est delibutus; quia Christus natura unctus, nos per gratiam, quia in illo pleniter fuit Divinitas.

Psal. 44.

11. Item post multa testimonia, quæ omnia exsequi longum est, novissime in Micheæ Prophetæ sententiam offendistis, in qua pœnitentis populi personam in seipso Propheta assumpsit;

Mich. 6. in qua & veſtræ blaſphemiæ ſtultitiam aperuiſtis, dicendo: *Numquid dabo Primogenitum*
meum pro ſcelere meo? fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Quod dixit *Primoge-*
nitum, ſecundum humanitatem; quod dixit *fructum ventris mei*, ſecundum Divinitatem.
Quæ aures Catholicæ hanc expoſitionem audire non abhorrent? Quis Fidelis illam nare con-
tracta non reſpuit? Tam ridiculoſa eſt, tam ſtulta hujus ſententiæ expoſitio apud vos, ut
propter ſanctitatem aurium magis taceamus, quid de veſtra interpretatione ſentimus, quam
exponamus; & lectoris arbitrio dimittimus de vobis in hoc loco judicare. Tantum dicimus,
quid Beatus Hieronymus de hac intellexit ſententia. Dicit enim in tractatu ejuſdem Prophetæ;
Deus populum ad judicium provocarat. Ille ſciens peccatum ſuum, non vult contendere,
ſed rogare; nec tamen in ipſis precibus habet fiduciam. Nihil enim dignum eſt, quod pro
peccato Deo poſſit offerri; & nulla humilitas poteſt maculas eluere delictorum, quia impoſ-
ſibile eſt ſanguinem taurorum, & vitulorum, & holocauſta medullata, & cruorem arietum,
Ibidem. & hircorum pinguium ſordes animæ lavare: *Numquid*, ait, *dabo Primogenitum meum pro*
ſcelere meo (ſicut Rex Moab feciſſe deſcribitur) *aut fructum ventris mei pro peccato animæ*
meæ? quod fecit Jephte, pro temeritate voti offerens filiam. Item ſecundum LXX. allegori-
cam expoſitionem ita diſſeruit: *Si dedero primogenita mea pro impietate, & fructum ventris*
mei pro peccato animæ meæ; dabo quidem quicquid in me primum eſt, ſed pro meo peccato,
Pſal. 50. & impietate nihil dignum offeram Deo. Unde & David precatur, & dicit: *Magis magiſque*
lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

12. Item mentionem Epiſtolæ B. Paulli ad Hebræos facientes, nec intelligentes omnia,
quæ poſuerunt contra ſe eſſe, & ſemper ubique Chriſtum Dominum Filium Dei nominari,
non ſervum, non adoptivum, ſicut in illis teſtimoniis perſpicuum eſt, quæ ex principio Epi-
ſtolæ illius ponere voluerunt: *Multifarie, multiſque modis olim Deus loquutus eſt Patri-*
Hebr. 1. *bus noſtris in Prophetis, noviſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit*
hæredem univerſorum, per quem fecit & ſæcula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura
ſubſtantiæ ejus, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens,
ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis; tanto melior Angelis effectus, quanto differentius
præ illis nomen hæreditavit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego
hodie genui te? Et rurſum: Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium. Et ite-
rum, cum introduceret Primogenitum in Orbem terrarum, dicit: Adorent eum omnes
Angeli Dei. Hæc itaque teſtimonia non ſervum, non adoptivum dicunt Dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum, ſed Filium, & hæredem univerſorum; ſicut & in ſequentibus ejuſdem Epi-
Hebr. 3. ſtulæ legimus: *Moyſes quidem tanquam famulus fidelis fuit in tota domo ejus; Chriſtus ve-*
ro tanquam Filius in domo ſua. Et paullo ante: *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe di-*
gnus habitus eſt. Quomodo amplioris gloriæ, ſi ſervus, ſicut & Moyſes, vel ex ſervo adop-
tivus? Quos & B. Auguſtinus in Homilia III. ſancti Evangelii ſecundum Joannem, mirabili-
ter diſtinxit, dicens: Tenete ergo, Fratres, ſoliditatem illam: Lex per Moyſen data eſt;
gratia, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Per ſervum Lex data eſt, & reos fecit; per
Imperatorem indulgentia data eſt, & reos liberavit. Lex per Moyſen data eſt. Non ſibi am-
plius ſervus aſſignet, quam quod per illum factum eſt. Electus ad magnum miniſterium,
tamquam fidelis in domo, ſed tamen ſervus, agere ſecundum Legem poteſt, ſolvere a rea-
tu Legis non poteſt.

13. Quod autem in ſequentibus Epiſtolæ veſtræ legitur: His præmiſſis, Sanctorum
Patrum ſententiis aſſertionibus noſtris roboratis, in commune decrevimus, ab eorum Decretis
nullo modo deviare veſtigiis. Optamus, Dominumque deprecamur, hoc omnino verum eſ-
ſe quod dicitis. Sed necdum perſpeximus ita eſſe. Faciat quandoque miſericordia Divina fieri,
ut terminos Sanctorum Patrum non tranſgrediamini.

14. Quod etiam & in ſequentibus adjunxiſtis, in profeſſione Nicæni Symboli non Inveni-
mus dictum, in Chriſto duas naturas, & tres ſubſtantias, & homo deificus, & Deus huma-
natus. Quid eſt natura hominis, niſi anima, & corpus? vel quid eſt inter naturam, & ſub-
ſtantiam, ut tres ſubſtantias neceſſe ſit nobis dicere, & non magis ſimpliciter, ſicut Sancti
Patres dixerunt, confiteri Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum verum, & verum homi-
nem in una Perſona? Manſit vero Perſona Filii in Trinitate, cui Perſonæ humana acceſſit na-
tura, ut eſſet & una Perſona, Deus & homo, non homo deificus, & humanatus Deus, ſed
Deus homo, & homo Deus; propter unitatem Perſonæ unus Dei Filius, & idem hominis
Filius, perfectus Deus, perfectus homo. Perfectus homo non eſt, niſi anima, & corpore,
ſicut & Sanctus Papa Leo in Homilia IV. de Natali Domini, eandem nuncupat naturam,
quam & ſubſtantiam, ita dicens: Tanto fœdere naturam utramque conſeruit, ut nec inferio-
rem conſumeret glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio. Salva igitur proprietate
utriuſque ſubſtantiæ, & in unam coeunte Perſonam, nec negamus & nos Chriſto hæc tria ve-
raciter ineſſe, Divinitatem ſcilicet, animam, & corpus. Sed quia vere Deus & homo dicitur,
in Dei nomine totum quod Dei eſt, deſignatur; in hominis vero, totum quod hominis eſt,
intelligitur. Ideo ſufficit in eo unam perfectam Divinitatis, & alteram perfectam humanita-
tis confiteri ſubſtantiam. Aliud eſt enim contra hæreticos contendere, aliud vero puram fi-
deliter confiteri Fidem. Ibi enim veritas animæ, & carnis in Chriſto oſtendenda erat, hic
perfecta humanitas in eodem confitenda eſt. Sic & S. Auguſtinus in Libro, quem *Enchiri-*
dion nominari placuit, evidentiſſime, & Catholice in undecimo Capitulo expoſuit, ita dicens
de Deo Chriſto: Nempe ex quo homo eſſe cœpit, non aliud cœpit homo eſſe, quam Dei Fi-
lius, & hoc unicus; & propter Deum Verbum, quod illo ſuſcepto caro factum eſt, utique
Deus;

Deus ; ut quemadmodum est una Persona quilibet homo , anima scilicet rationalis , & caro ,
ita sit Christus una Persona , Verbum , & homo .
15. Consuetudo Ecclesiastica solet in Christo duas substantias nominare , Dei videlicet ,
& hominis , sicut Cassiodorus in secundi Psalmi Tractatu eam sententiæ S. Augustini robora-
vit . Et ne per hæreticas , inquit , contentiones Christiani animus fluctuetur , quem oportet
omnia veraciter , fixeque credere ; nominis ipsius definitionem auctoritate Patrum brevi sa-
tisfactione concludimus . Audiamus ergo Beatum , & doctissimum Augustinum in Evangeli-
stæ Joannis expositione dicentem : Agnoscamus geminam substantiam Christi , Divinam scili-
cet , qua æqualis est Patri ; humanam , qua major est Pater . Utrumque autem simul , non
duo , sed unus est Christus , ne sit quaternitas , non Trinitas , Deus ; ac per hoc Christus
est Deus , anima rationalis , & caro ; qua veritate recognita , competenter mortiferos vita-
mus errores . Item Beatus Ambrosius in Hymno quodam de Natali Domini ita dicit : Gemi-
næ gigas substantiæ alacris ut currat viam . Item Sanctus Augustinus in Libro *Enchiridii* ,
Capitulo xiii. Proinde , sicut confitemur , Dominus noster Jesus Christus , qui de Deo Deus ,
homo autem natus est de Spiritu Sancto , & Maria Virgine , utraque substantia , Divina sci-
licet , atque humana , Filius est unicus Dei Patris Omnipotentis . Item in expositione Catho-
licæ Fidei : Non ergo duos Christos , neque duos Filios , sed Deum , & hominem unum Fi-
lium ; quem propterea Unigenitum dicimus , manentem in duabus substantiis , sicut ei natu-
ræ veritas contulit . Isidorus quoque in Libro *Etymologiarum* : Sic autem , inquit , Dei Filio
juncta est humana natura , ut ex duabus substantiis fieret una Persona .
16. Item Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Paschasius in Libro secundo Operis pulcher-
rimi , quod , *De Spiritu Sancto* , composuit , cujus Opusculi Beatus Gregorius Papa Ro-
manus in Libris Dialogorum mentionem fecit , in Capitulo iv. ita dicit : Itaque in Deo , &
homine geminæ substantiæ , sed non gemina Persona est ; quia Persona Personam consumere po-
test , substantia vero substantiam non potest ; siquidem Persona res juris est , substantia rea
naturæ . Hoc loco necessarium videtur , ut in Christo Domino pariter , & homine unam Per-
sonam , & duas substantias testimoniis asseramus . Da unam Redemptoris Dei , hominisque
Personam . Apostolus dicit : *Si enim cognovissent sapientiam Dei , nunquam Dominum glo-* 1. Corinth. 2.
riæ crucifixissent . Si requiras , quomodo potuerit inviolabilis pati , & incomprehensibilis
crucifigi ; Personæ unitas facit , ut quod homo pertulit , Deus pertulisse credatur . Item cum
Evangelista commemorat : *Nemo ascendit in Cælum , nisi qui de Cælo descendit , Filius ho-* Joann. 3.
minis , qui est in Cælo ; quomodo hic Filium hominis ante Passionis , & Resurrectionis , si-
ve Ascensionis diem , & de Cælo asserit descendisse , & in cælestibus permanere , nisi hoc per
unitatem Personæ ratio veritatis absolvat ? sicut alio loco capitis , & corporis sociatur Perso-
na , cum legitur : *Esurivi enim , & dedistis mihi manducare ; sitivi , & dedistis mihi bi-* Matth. 25.
bere . Quid agit Personæ unitas ? Homo pascitur , & Deus reficitur ; pes confovetur , & ca-
put fomentum in se sentire testatur . Dicit ergo : *Nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* ;
& e diverso : *Nemo ascendit in Cælum , nisi qui de Cælo descendit , Filius hominis , qui est*
in Cælo . Vide quomodo per unitatem Personæ humana Divinis , & humanis Divina misceán-
tur . Deus crucifigitur , & homo de Cælo descendere , & in Cælo permanere memoratur .
Item paulo post in eodem Capitulo Paulus Apostolus etiam duas substantias evidenter , re-
mota sacramenti obscuritate , digessit , ita dicens : *Patres nostri , ex quibus Christus secun-* Rom. 9.
dum carnem , qui est super omnia Deus benedictus in sæcula .
17. Sed & inter lucidissimas , & Catholicas S. Augustini sententias , quas sparsim , & in-
ordinate posuistis ad defensionem , ut vos dicitis , vestram , ut nos intelligimus , accusatio-
nem erroris vestri ; non metuistis intermiscere sensus adulterinos , fingentes eum dicere quod
in illius non invenimus dictis . Ex quo perspicuum est , vos vestræ non confidere causæ , quia
in exemplis Sanctorum Patrum non invenistis fidem vestram confirmari ; ideoque adulterinos
pravitatis sensus interposuistis , asserentes , illos dicere quod non dixerunt , sicut certissime
cognosci potest in Capitulo xi. de Libro S. Augustini , quem *Enchiridion* , ut præfati sumus ,
nominavit ; cujus Capituli textum ponimus , ut facilius vester patescat error , & malitiæ no-
scatur imperitia . Dicit enim præfatus Pater : Proinde Christus Jesus Dei Filius , est Deus ,
& homo ; Deus ante omnia sæcula , homo in nostro sæculo ; Deus quia Dei Verbum : *Deus* Joann. 1.
enim , *erat Verbum* ; homo autem , quia in unitatem Personæ accessit Verbo anima rationa-
lis , & caro . Quocirca in quantum Deus est , ipse , & Pater unum sunt ; in quantum autem
homo est , Pater major est illo . Cum enim esset unicus Dei Filius , non gratia , sed natu-
ra ; esset etiam plenus gratia , factus est & hominis Filius ; idem ipse utrumque ex utroque
unus Christus . Quia cum in forma Dei esset , non rapinam arbitratus est , quod natura erat ,
idest , esse se æqualem Deo ; exinanivit autem se , accipiens formam servi , non amittens ,
vel minuens formam Dei . Ac per hoc & minor est factus , & mansit æqualis , utrumque unus ,
sicut dictum est , sed aliud propter Verbum , aliud propter hominem ; propter Verbum
æqualis Patri , propter hominem minor ; unus Dei Filius , idemque hominis Filius ; unus
hominis Filius , idemque & Dei Filius ; non duo Filii Dei , Deus , & homo , sed unus Dei
Filius ; Deus sine initio , homo a certo initio , Dominus noster Jesus Christus .
18. Hisce igitur verissimis Catholicæ Fidei assertionibus perfidiæ venena intermiscere non
metuistis . Ubi ergo ille dixit : Cum enim esset unicus Dei Filius , non gratia , sed natura , ut
esset etiam plenus gratia , factus est , & hominis Filius , idem ipse utrumque ex utroque
unus Christus ; ad confirmandum errorem vestrum interposuistis , quod ille non dixit , hoc mo-
do : Cum enim esset unicus Dei Filius , non adoptione sed genere ; neque gratia sed natura ;
ut esset etiam plenus , in forma servi , adoptione , & gratia factus est hominis Filius , idem

ipse utrumque ex utraque unus Christus. Videat qui legit, & intelligat, quanta est hæc pravitas, & quanta est hæc tergiversatio? Quare Sanctorum Patrum sensus commaculatis, & venenum erroris Catholico melli immiscetis? Quid est quod dicitis Deum natura Dei Filium, genere esse Filium Dei? Quid est quod adoptionem gratiæ conjungitis, dum in eodem capitulo paullo post idem mirificus Doctor, eum, qui est hominis Filius, unicum Dei Filium nominare non dubitaret, ita dicens, sicut & ante exposuimus. Nempe ex quo homo esse cœpit, non aliud cœpit homo esse, quam Dei Filius, & hoc unicus; & propter Deum Verbum, quod illo suscepto caro factum est, utique Deus; ut quemadmodum una persona est quilibet homo, anima scilicet rationalis & caro; ita sit Christus una persona, Verbum & homo. Igitur si unicus, quomodo adoptivus, dum multi sunt adoptivi filii? Unicus itaque de multis non potest dici. Item unitas Personæ, quæ est in Dei Filio, & Filio Virginis, adoptionis tollit injuriam. Si ergo Deus verus est, qui de Virgine natus est; quomodo tunc potest adoptivus esse, vel servus? Deum enim nequaquam audetis confiteri servum, vel adoptivum; & si eum Propheta servum nominasset; non tamen ex conditione servitutis, sed ex humilitatis obedientia, qua factus est Patri obediens usque ad mortem; præfato Papa Leone dicente in Homilia II. de Nativitate Christi; assumpta est de Matre Domini natura, non culpa; creata est forma servi sine conditione servili. Item S. Augustinus in Homilia xxxta. dicit: Dominus noster etiam in forma servi non servus, sed in forma etiam servi Dominus fuit. Nonne secundum sæculi nobilitatem, Beata Maria Virgo ex Regali, & libera prosapia processit? Huic vero Virgini Regiæ dignitatis Spiritus Sanctus accessit, & Filium ex ea procreari fecit. Mirum si Spiritus Sanctus hominem ex ea non potuit facere perfectum & ingenuum.

19. Sed & hoc volumus a vobis audire, an Adam primus humani generis pater, qui de terra virgine creatus est, liber esset conditus, sive servus? Si servus, quomodo tunc imago Dei? si liber, quare & Christus quoque non ingenuus de Virgine? Meliore quidem terra, etiam animata, & immaculata, Spiritu Sancto operante, factus est homo, dicente Apostolo: *1. Cor. 15.* *Factus est primus homo de terra terrenus, secundus de Cælo Cælestis.* Si terrenum liberum conditum confitemur; quare non multo magis Cælestem liberum confitemur? Unde Adam fuit servus factus, nisi ex peccato? Apostolo Petro attestante: *Qui enim peccatum* *Joan. 8.* *facit, servus est peccati.* Christus autem non fecit peccatum, ideo servus non est peccati, sed magis Liberator, & Redemptor eorum, qui servi sunt peccati, eo ipso attestante: *Si Fi-* *Ibidem.* *lius vos liberaverit, vere liberi eritis.* Sed forte servum hominis eum fuisse dicitis. Quid est quod dicit Propheta: *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam Filio Regis. Et* *Psal. 71.* *adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gentes servient ei?* Item Apostolus: *Omnia subje-* *1. Cor. 15.* *cit sub pedibus ejus.* Et hoc sæpius repetitur, quam exemplis indigeat educeri, quod sit Dominus omnium, non alicujus servus. Anne Angelorum eum servum vultis dicere, quia di- *Psal. 8.* ctum est: *Minuisti eum paullo minus ab Angelis?* Utique minoratus est propter mortalitatem carnis, non propter conditionis servitium; ideoque statim sequitur: *Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum; omnia subjecisti sub* *Hebr. 1.* *pedibus ejus.* Item Apostolus ad Hebræos: *Tanto melior effectus Angelis, quanto diffe-* *Ibid.* *rentius præ illis nomen hæreditavit.* Et iterum: *Cum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.*

20. Quid dicitis de Deo Patre, qui eum in Baptismo, etiam & in transfiguratione, quæ facta est in monte, Filium nominavit, non servum: *Hic est Filius meus dilectus, in quo* *Matth. 3. & 17.* *mihi bene complacui?* De qua sententia B. Hilarius in Libro vi *De Fide*, ita disseruit: Si proprium, ac singulare est: *Hic est Filius meus*; quid calumnias Deo Patri professæ de Filio proprietatis afferimus? Anne tibi videtur in eo quod dicitur, hoc significari: Alios quidem cognominatos habeo in Filios, sed hic Filius meus est? Donavi adoptionis nomen plurimis, sed iste mihi Filius est. Ne quæras alium, ne non hunc esse credas. Hunc ergo tamquam digito indice, ac verbi significatione contingo, quia dico: & meus est, & Filius est. Hæc quidem paternæ vocis significatio ea fuit, non quod, qui ad implendam omnem justitiam baptizandus erat, ignoraretur; sed ut qui ad Sacramentum salutis nostræ homo cernebatur, Dei voce Dei Filius nosceretur. Restat igitur, ut sit Rex & Redemptor, Deus & Dei *Rom. 8.* Filius; de quo & Apostolus ad Romanos: *Qui proprio Filio suo non pepercit.* Proprium nominavit, non adoptivum. De qua sententia idem B. Hilarius in Libro præfato ita dicit: Numquidnam etiam nunc adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis est hoc nomen? Item post pauca: Quære virtutem dicti, ut magnitudinem charitatis intelligas, quid sit proprium expende, ne ignores veritatem. Nunc enim Apostolus proprium ait Filium, cum in multis, vel suum, vel ejus sæpe dixisset. Quamvis multi Codices, per translatorum simplicem intelligentiam in hoc loco pro *proprio Filio*, *suo Filio* conscriptum habeant; tamen Græcitas (qua lingua Apostolus est locutus) proprium nunc magis, quam suum nuncupavit. Et licet communis intelligentiæ sensus non satis inter proprium, & suum differat, verum Apostolus, cum in cæteris aliis dictis suum Filium commemurasset, hic tamen dicit: *Qui proprio Filio non pepercit.* Item Libro viii. Sentisne quid tibi delir, Christo negando quod suum est? Si per naturam Dei Christus tibi Dominus est, habes Spiritum Sanctum; si vero per adoptivum nomen hic Dominus est, Spiritu Sancto carens, spiritu erroris animaris; quia nemo, nisi in Spiritu Sancto, Dominum Jesum potest dicere. Item in dogmate Catholicæ Fidei. Ergo Dei Filius hominis factus est Filius, natus secundum veritatem naturæ ex Deo Dei Filius, & secundum veritatem naturæ ex homine hominis Filius; ut veritas Unigeniti non adoptione, neque appellatione, sed in utraque nativitate Filii nomen nascendo haberet, ut esset verus Deus, & verus homo, unus Filius. Item S. Evangelista Joannes

va-

verum eum Filium nos credere edocuit dicens: *Et nos vidimus, & testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est* 1. Joan. 4.
Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Item post pauca: *Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio* 1. Joan. 5.
ejus. Hic est verus Deus, & vita æterna. Tu vero, quisquis es, qui Christum prædicas adoptivum, unde tibi iste sensus venisset, voluissem scire; ubi hoc nomen didicisses, ostende. Patriarchæ nescierunt, Prophetæ non dixerunt, Apostoli non prædicaverunt, sancti tractatores hoc nomen tacuerunt, Doctores Fidei nostræ non docuerunt. Forte in tertium Cælum raptus fuisti, & ibi audisti arcana verba, quæ hucusque Sanctæ Dei Ecclesiæ ignota essent, si tu in tertium Cælum raptus non esses? Aut super pectus Domini recubuisti, & ibi audisti quæ B. Joannes audire non meruit? Aut te per Choros Angelorum Agnus ducens, hoc tibi nomen ostendit? Aut tibi Leo de Tribu Juda, Librum septem sigillis clausum aperuit, unde hæc Mysteria intelligeres, & nomina proferres, quæ quatuor animalibus incognita mansissent; immo toti Mundo inaudita, nisi tu novus Doctor ad declarandum tuum nomen venisses?

21. Dices enim: Cur times adoptivum Christum Dominum nominare? Dico tibi, quia nec Apostoli eum sic nominaverunt, nec Sancta Dei, & Catholica Ecclesia consuetudinem habuit sic eum appellare, immo nec credere eum adoptivum esse, sed proprium Filium, juxta præcedentia Apostolorum testimonia, & Sanctorum Doctorum Dogmata. Plurimæ vero sunt in sanctis Scripturis appellationes Domini nostri Jesu Christi, sicut Leo, Agnus, Lapis, Vermis, & multa talia, quæ omnia certas habent, & mysticas significationes, cur ita dicantur. Adoptivus siquidem non habet aliam significationem, nisi ut Jesus Christus non sit proprius Filius Dei, nec ex Virgine ei in Filium genitus, sed nescio ex quo servo adoptatus in filietatem, ut vos dicitis; quarum significationum allegoricas interpretationes diceremus, si huic præsenti rationi necessariæ viderentur, sicut Leo propter Regiam dignitatem, Agnus propter innocentiam, Vermis propter humilitatem Incarnationis. Quod vero eum dicitis leprosum nominari; videtur vos minus intendisse quomodo Propheta illi hoc nomen posuit: *Et nos*, inquit, *putavimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.* Isa. 53.
Quasi leprosum dixit, non leprosum. Item *putavimus*, dixit, idest (ut B. Hieronymus in Tractatu ejusdem Prophetæ exposuit) nos putavimus, eum propria sustinere peccata; sed, ut verius intelleximus, pro nostris vulneratus est iniquitatibus; nullatenus morbo lepræ percussus est in corpore, nec lepra peccati vulneratus est in anima. Leprum vero, & vulturem eum non legimus in Scripturis sanctis, quantum nostræ occurrit memoriæ, nuncupari, nec etiam adoptivum.

22. Nonne olim eadem hæresis vestra in Nestorio ab universali Sancta Ecclesia refutata est, etiam & damnata? Quapropter forte illum anathematizare noluistis, dum alios, Bonosum scilicet, Arium, & Sabellium, Manichæumque, qui prava de Dei Filio senserunt, in Epistola vestra anathematizastis. Numquid non ideo damnatus est, quia Beatam Mariam semper Virginem, non Dei, sed hominis tantummodo credidit esse Genitricem? De cujus hæresi S. Cyrillus Eulogio Presbytero scribit hoc modo dicens: Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere unum Filium, & unum Dominum; sed refert filiationem ad solum Dei Verbum. Et paullo post: Dicendo enim, quia propterea Deus Verbum Christus nominatur, quia habet copulationem ad Christum, quomodo non apertum est, duos dicere Christos, si Christus ad Christum habet conjunctionem, tanquam alter ad alterum? Videtur enim Nestorium dicere copulationem, quod vos dicitis adoptionem. Quid est adoptio, nisi charitatis copulatio, qua Pater adoptione sibi copulat filium, quem proprium non habet? Et certissimum est, sicut præfati fumus, alium esse proprium filium, alium adoptivum. Nonne tunc duo Filii erunt Deo Patri, unus proprius, & alter adoptivus, quod nullus Catholicus audet dicere? Quid est aliud dicere, eandem Virginem adoptivum, vel servum genuisse, nisi negare Deum illam genuisse? Si Deus generatus est, nequaquam adoptivus, sed Filius; quia alia Persona est proprii Filii, alia adoptivi Filii servi. Et scimus unam esse Personam in Christo Deo, Dei & hominis, sicut B. Gregorius in Epistola ad Quirinum Episcopum scripsit: Non autem, inquit, prius in utero Virginis caro concepta est, & postmodum Divinitas venit in carnem; sed mox ut Verbum venit in uterum, mox Verbum, servata propriæ virtute naturæ, factum est caro; & perfectus homo idem in veritate carnis, & animæ rationalis natus est per uterum Virginis Filius Dei. Si igitur mox a tempore conceptionis verus Deus Dei Filius conceptus est; quando fuit, ut homo esset sine Deo, unde adoptaretur in Filium? Sicut enim nunquam fuit, ut Deus Pater esset sine Deo Filio, de quo dictum est: *In principio erat Verbum*; ita nunquam fuit, ut homo Jesus esset sine Deo, de quo dictum est: *Verbum caro factum est*; idest, Deus homo factus est. Sicut enim Arius Filium Joan. 1. Ibid. 14.
separavit a Patre, dicendo: Erat quando non erat Dei Filius, ita per adoptionem vos separatis hominem Christum a Deo Filio.

23. Et miramur, dum tanta SS. Patrum testimonia profertis, cur non intelligatis quod contra eadem testimonia sensum ponitis vestrum, alia prave intelligentes, alia pessime interpretantes, juxta Apostolum: *Non intelligentes quæ dicitis, nec de quibus affirmatis.* Sufficiat vobis, obsecramus, dicere in confessione Catholicæ Fidei, quod Sancti Patres dixerunt; 1. Tim. 1.
& sic Symbolum tenere Ecclesiasticæ professionis, sicut Sanctissimi Doctores exposuerunt. Longe siquidem inferiores sumus illis ad excogitanda verba convenientia Fidei Apostolicæ. Tantum firmiter credamus, & teneamus, quod illi scripserunt, qui Spiritu Dei repleti sunt, & nobis a Deo dati sunt Doctores. Quid enim vobis displicet in Domino nostro Jesu Christo, ut verus

sit

Joann. 17. sit Deo patri Filius, dum ille ipse, & se Filium nominavit, & veritatem, dicendo: *Patre*
Joan. 14. *clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Et iterum: *Ego sum via, & veritas, &*
vita? Nisi forte eum Judæis vultis dicere: *Tu de te ipso testimonium dicis; testimonium*
Joan. 8. & seq. *tuum non est verum.* Mox ille ipse pro se respondebit vobis: *Si ego testimonium perbibeo de*
me ipso, testimonium meum verum est. Et paullo post: *In Lege,* inquit, *vestra scriptum*
est: Quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perbibeo de
me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater. Pater de Cælis intonuit, & eum
Filium suum nominavit. Christus de terris in Cælos clamavit, se Filium nominavit; & vos cum
Matt. 28. Judæis adhuc increduli estis? Latro in Cruce eum Dominum nominavit: *Vere Filius Dei erat*
Matth. 16. *iste.* Sed & dæmones eum vere Filium Dei Summi cum sua legione proclamaverunt, sicut in
sanctis legitur Euangeliis; & Elipandus cum sua legione negat adhuc eum vere Filium Dei esse? Apostoli interrogati a Christo dicente: *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* De Filio
hominis interrogat, & de Filio hominis respondit ei Petrus dicens: *Tu es Christus Filius Dei*
vivi. Et pro hac laudabili confessione meruit ab ipso Deo Salvatore nostro audire: *Beatus*
es Simon Bar iona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in Cælis
est. Patrem suum dixit, qui hæc revelavit. Pater de suo Filio mysteria revelavit sæculari inaudita sapientiæ; & pro hac gloriosa confessione Beatum Petrum Principem Apostolorum,
Ibidem. Cæli terræque remuneravit potestate, dicens: *Tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves*
Regni Cælorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis, &
quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cælis. Auditis quid hæc Fides Apostolica meruit; videte quid vestra mereatur adoptio. Paullus eundem, qui crucifixus est,
1. Corinth. 2. Dei virtutem, & Dei Sapientiam prædicavit, scribens ad Corinthios: *Nos vero Christum*
prædicamus, & hunc crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam;
Credentibus vero Dei Virtutem, & Dei Sapientiam. Ecce duo luminaria mundi quale de
Isaia 91. Christo Filio Dei testimonium proferunt; & vos eum adhuc apoptivum vultis dicere, & nobiscum spiritum adoptionis accepisse Dei Filium? Isaias eum Filium appellat: *Filius,* inquit, *datus est nobis, & factus est Principatus super humerum ejus; & vocabitur nomen*
ejus Admirabilis, Deus fortis, Princeps pacis, Pater futuri sæculi;

24. Intelligite, Fratres, quæ legitis, & nolite nova, & incognita nomina fingere; sed quæ in sancta Scriptura inveniuntur, tenete. Illa enim, quæ ibi inveniuntur de Christo Deo, honestas habent significationes, & nostræ saluti convenientes. Et nolite per humanas inventiones fluctuare; sed in soliditate sanctarum Scriptutarum vosmetipsos ruborate. Illas legite, illas docete; quia in illis est vita æterna. Inculcastis iterum, iterumque replicastis, vos consona Sanctis Patribus ponere testimonia. Sed, ut probavimus, longe aliter vos illorum intelligitis dicta, quam illi ipsi intellexerunt, qui hæc ipsa testimonia Libris inserebant; & invenimus, sicut & ante præfati sumus, certissime vos illorum sanctissima scripta hæreticæ pravitatis veneno infecisse, & interseruisse verba, quæ nusquam in eorum legimus Libris. Nisi forte vestri magistri ita sensissent, quorum nomina sanctæ, & universali Dei Ecclesiæ ignota putamus huc usque remansisse, si hujus erroris schisma per vos ex mundo non innotuisset. Desinite Fratres vestros per aures populi Christiani diffamare, parentes, & vosmetipsos a sancta Dei dividere Ecclesia; & nolite per diverticula discurrere errorum, & cisternas vobis hæretica perfidia dissipatas fodere, quæ aquas purissimæ Fidei non tenebunt, sed per viam regiam ad limpidissimum Catholicæ puritatis fontem festinate, & ex eo potate spiritum charitatis, & Fidei, quatenus de ventre vestro fluant aquæ vivæ salientes in vitam æternam. Tenete vos intra terminos Sanctorum Patrum, & nolite novas versare quæstiunculas; ad nihilum enim valent, nisi ad subversionem audientium. Sufficit enim vobis SS. Patrum vestigia sequi, & illorum dicta firma tenere Fide. Illi enim in Domino nostri exstiterunt Doctores in Fide, & ductores ad vitam; quorum, & sapientia spiritu Dei plena Libris legitur inscripta, & vita meritorum miraculis clara, & sanctissima; quorum animæ apud Deum Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum, pro magno pietatis labore regnant in Cælis.

25. Hos ergo tota animi virtute, toto charitatis affectu sequimini, charissimi Fratres, ut horum inconcussa firmitate doctrinis adhærentes, consortium æternæ beatitudinis, donante vero, & proprio Dei Filio Domino nostro Iesu Christo, cum illis habere mereamini in Cælis. Desinite, Fratres, illum prædicare servum, quem Regem, & Redemptorem habemus, cui data est omnis potestas in Cælo, & in terra. Cessate eum adoptivum nominare, qui verus Deus, & verus Dei Filius; in cujus nomine omne genu flectatur, Cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Intelligite, in hac professione vestra duplices diabolicæ fraudis latuisse dolos; hoc est, ut vos, qui gratia Baptismi redempti estis, ab unitate Catholicæ disjungeret Ecclesiæ, & schimatici erroris laqueo a via salutis æternæ retraheret, & Gentibus, inter quas habitatis, Christianæ Fidei initia intercluderet, dum, & Dominum nostrum Jesum Christum, quem Deum colimus & adoramus, servum prædicatis & adoptivum. Hæc sunt enim argumenta diaboli, & ut vos subvertat in Fide, & illos avertat a Fide. Quiescite, Viri Fratres, quiescite ab hac nequitia; & estote vobismetipsis Doctores ab vitam, & vicinis vestris ductores ad Fidem. Considerate quale est hoc scandalum inter Paganas Gentes, ut dicatur, Deum Christianorum, servum esse vel adoptivum. Nos per illum adoptati sumus, non ille nobiscum adoptivus; nos per illum a servitute liberati, non ille nobiscum servus. Cur eum servum nominare debemus, qui nos amicos maluit nominare, quam servos, dicens: *Jam non*
Joan. 15. *dicam vos servos, sed amicos; quia servus nescit quid faciat dominus ejus; vos autem dixi*
ami-

amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis? Attendite qua charitate nos nominavit amicos, ea charitate nominemus eum Deum Dei Filium, & diligamus ea toto corde, quia ipse prior dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, ut emundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Credamus eum Dominum, & non servum, ipso dicente: *Vos vocatis me, Magister, & Domine; & bene dicitis, sum enim.* Et verum Deum verumque Dei Filium confiteamur in utraque natura, Divina scilicet, & humana. Credamus eum omnia velle quæ meliora sunt, omnia posse quæ vult, sicut dictum est: *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in Cælo, & in terra.* Quis negat, meliorem esse proprietatem in Filio, quam adoptionem? Et dum Omnipotens Dei Filius nostræ fragilitatis naturam in unitatem suæ Personæ adsumere voluit, ut esset Mediator Dei, & hominum; cur non debuit ex meliore Filiorum dignitate, & multo excellentiore, nostram sibi in unitatem Personæ associare humanitatem, quatenus ex sua gloriosa, & propria nobilitate nostræ servitutis redimeret ignobilitatem? Venit enim medicina ad ægros, misericordia ad miseros, Redemptor ad reos, liber ad servos, ut dictum est: *Deus ultionum libere egit.* Et in Evangelio: *Si Filius vos liberaverit, vere liberi eritis.* Non simus ingrati tantorum beneficiorum Domini nostri Jesu Christi, per quem conditi sumus, & a quo iterum redempti sumus, & in gloriam Filiorum Dei adoptati. Prædicemus eum Deum verum, & vivum, & vere Filium Dei, ut ad ejus beatissimam visionem pervenire mereamur, in qua est æterna beatitudo, & beata æternitas. Cui laus, & gloria in omnes æternitates. Amen.

Joann. 15.
Psal. 113.
Psal. 93.
Joann. 8.

EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS

AD ELIPANDUM ET CÆTEROS EPISCOPOS HISPANIÆ,

In qua trium etiam superiorum Libellorum fit mentio.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, Filius, & Defensor Sanctæ Dei Ecclesiæ, Elipando Toletanæ Civitatis Metropolitano, & cæteris in partibus Hispaniæ Consacerdotibus Orthodoxæ Fidei, & fraternæ charitatis, in Christo Dei Filio proprio, & vero optamus salutem.

Gaudet pietas Christiana Divinæ scilicet, atque fraternæ per lata terrarum spatia duplices charitatis alas extendere, ut materno foveat affectu quos sacro genuerat baptismate. Et maxima est Sanctæ Matris Ecclesiæ exultatio, suorum adunatio Filiorum, ut sint consummati in unum, qui redempti sunt ab uno, dicente eodem Redemptore Domino nostro Jesu Christo: *Pater sancte serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut omnes unum sint, sicut & nos unum sumus.* Unde & in Cantico Canticorum de Sancta dicitur Ecclesia: *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Constipata exercitus ordinatio, & unanimis bellatorum fortitudo, magno solet hostibus esse terrori; sic Filiorum Sanctæ Matris Ecclesiæ intra murum Catholicæ Fidei pacifica adunatio, aereis potestatibus nimium constat terribilis, & ignitis malignæ perfidiæ spiculis omnino impenetrabilis exstat, sicut & verissimus Gentium Prædicator, & fortissimus Ecclesiæ præliator præcipit, dicens: *In omnibus assumentes scutum Fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita extinguere*; ex hoc sæculum nequam libero ad cælestia volatu evadere: *Sine Fide enim impossibile est placere Deo.* Impossibile est, quod omnino ab homine fieri non potest. Principium est salutis nostræ Fides, qua intemerata, & integra sanitate confirmata, totius vitæ cursus per bonorum vestigia operum feliciter fine tenus currit: *Per Fidem enim* (sicut idem præfatus Doctor in Epistola ad Hebræos testatur) *omnes Sancti placuerunt Deo.*

Joann. 17.
Cant. 6.
Ephes. 6.
Hebr. 11.

2. Hanc igitur Fidem orthodoxam, & ab Apostolis traditam Doctoribus, & ab universali servatam Ecclesia, nos pro virium nostrarum portione ubique in omnibus servare, & prædicare profitemur; quia non est in alia aliqua salus nisi in illa, quam pacifica ab initio salutis nostræ unanimitate semper servabat Ecclesia; pro qua etiam, Viri Fratres, & vestra bona devotio, quam vos habere decet in Domino, his partibus Fidei vestræ literas dirigere curastis, utrumque & generales ad Sacerdotales sanctissimas aures, ad nos quoque speciales. In quarum utique serie literarum non satis nobis elucebat, an quasi ex auctoritate magisterii nos vestra docere disposuistis, an ea humilitatis discipulatu nostra discere desideratis. Tamen, sive hoc, sive illud vestris insedit animis, petitionem vestram, charitate Christianæ Religionis cogente, non spernendam esse censuimus; valde desiderantes, Deumque ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in veræ Fidei soliditate firmiter utrimque permaneamus, & inter fluctivagos hujus sæculi æstus, Spiritu Sancto navigium vestri cursus regente, ad portum perpetuæ tranquillitatis pervenire mereamur. Ad hanc autem tranquillitatem capiendam, oculus cordis Fide purificandus est, & assiduis sanctarum orationum precibus mentis acies illustranda, ut puræ veritatis lumen, omni errorum nube expulsa, contemplari valeat, ne in opiniones noxiæ falsitatis temeritas inordinata incautius gradientes præcipitet. Nec pigeat Christianum ubi hæsitet quærere; nec pudeat, ubi nesciat, discere; quoniam pia humilitas discendi, sapientiæ intrat secreta; & melius est, discipulum esse veritatis, quam doctorem existere falsitatis. Ille ad altiora semper provehitur, ille ad inferiora semper dila-

dilabitur ; & inde magister efficitur erroris , unde auditor contempsit esse veritatis .

3. Hanc igitur , Fratres , perniciosam devitantes elationem , Sanctorum Patrum , & Ca-
tholicorum Doctorum sacris inhæreamus sensibus . Discamus quæ scripserunt , credamus quæ
docuerunt , & non declinemus ad desteram , neque ad sinistram , sed per viam regiam ad
Regem , & Redemptorem ; Deum , & Dominum nostrum Jesum Christum concordi Fidei ,
& veritatis curramus professione : *Corde enim creditur ad justitiam , ore autem confessio fit*
Rom. 10. Rom. 1. *ad salutem* , eodem attestante Apostolo : *Justus autem ex Fide vivit* . Si justus ex Fide vi-
vit , quomodo qui Fidem non habet rectam , se vivere æstimat ? Nos nempe non sumus infi-
delitatis filii in perditionem , sed Fidei in acquisitionem animæ . Sequamur Sanctorum Patrum
venerabilia in charitate præcepta . Decet enim , ut omnium Christianorum una sit Fides , &
unus animus , sicut est unum ovile , & unus Pastor . Qui vero extra Ecclesiastici ovilis septa
invenientur , lupina rabie devorabuntur , quia vocem boni Pastoris non audiunt , qui ante
suas oves ingredietur , & egredietur , ut eos ad pascua vitæ perducat æternæ . Nobis itaque
dictum intelligamus , quod egregius Prædicator suis charissimis filiis præcipiebat , dicens :
1. Cor. 1. *Obsecro vos per nomen Domini nostri Jesu Christi , ut unum dicatis omnes , & non sint in*
vobis schismata ; sitis autem perfecti in uno sensu , & in eadem scientia . Hæc habentes
Apostolicæ auctoritatis præcepta , concordate nobiscum . Diligimus vos , hoc vobis volu-
mus in Domino , quod & nobis ; quia perfecta , quam habemus in Christo , charitas congre-
gare gaudet , non spargere ; adunare , non scindere ; & inconsutilem Salvatoris nostri tuni-
cam integram servare , non dividere , prævidentes hoc idem in pace Christi custodire , quod
milites in passione ejus observabant .

4. His ita prælibatis , vestris in Domino valde congaudemus profectibus , ita ut in cordibus nostris fraterno vulnerati amore , vestram , quam patimini inter Gentes , lacrymabili gemitu condoleamus oppressionem ; sed majore multo tristitia lugemus , si aliquid diabolica fraude interius oppressionis per infidelitatem , vel cujuslibet schismatici erroris patiamini in cordibus . Iste est continuus dolor pectoribus nostris , & pene immedicabile vulnus , nisi per ejus misericordiam , qui sanat contritos corde , & vult omnes homines salvos fieri , ad agnitionemque veritatis pervenire , illi nos lætificent qui contristaverunt . Vestra igitur correctio nostra est lætificatio ; desiderantes vos socios habere in Fide Catholica , & cooperatores in prædicatione veritatis , ut gaudium , quod suis Christus promisit Discipulis , habitet in nobis , & gaudium nostrum impleatur in vobis .

5. Ad impletionem vero hujus gaudii , fraterna cogente charitate , jussimus Sanctorum Patrum Synodale ea omnibus undique nostræ ditionis Ecclesiis congregari Concilium , quatenus sancta omnium unanimitas firmiter decerneret , quid credendum sit de adoptione carnis Christi , quam nuper novis assertionibus , & Sanctæ Dei universalis Ecclesiæ antiquis temporibus inauditis , vos ex vestris scriptis intulisse cognovimus . Immo & ad Beatissimum Apostolicæ Sedis Pontificem , de hac nova inventione , nostræ devotionis ter quaterque direximus missos ; scire cupientes , quid Sancta Romana Ecclesia , Apostolicis edocta traditionibus , de hac respondere voluisset inquisitione . Nec non & de Britanniæ partibus aliquos Ecclesiasticæ disciplinæ Viros convocavimus , ut ex multorum diligenti considera tione veritas Catholicæ Fidei investigaretur , & probatissimis Sanctorum Patrum hinc inde roborata testimoniis , absque ulla dubitatione teneatur . Iccirco vobis per singulos Libellos dirigere curavimus , quid prædictorum Patrum pia unanimitas , & pacifica perscrutatio , auctoritate Ecclesiastica inveniret , statuisset , confirmaret .

6. Primo quid Dominus Apostolicus , cum Sancta Romana Ecclesia , & Episcopis illis in partibus quaquaversum commorantibus , & Catholicis Doctoribus sentiret , sub unius Libelli tenore statuimus .

7. Deinde secundo loco , quid Ecclesiastici Doctores , & Sacerdotes Ecclesiarum Christi de propinquioribus Italiæ partibus , cum Petro Mediolanensi Archiepiscopo , & Paulino Forojuliensi , vel Aquilejensi Patriarcha , Viris in Domino valde venerabilibus , intelligi , vel firmiter credi voluissent , suis propriis responsionibus exaratum posuimus Libellum ; quia ipsi quoque præsentes nostro Synodali Conventui adfuerunt .

8. Post hæc tenet & tertius Libellus orthodoxam Sanctorum Patrum , Episcoporum , & Virorum venerabilium Fidem , qui in Germaniæ , Galliæ , Aquitaniæ , & Britanniæ partibus dignis Deo deserviunt officiis , vestrisque objectionibus sanctarum Scripturarum testimoniis roboratas obtinet responsiones .

9. Dein quarto loco meæ propriæ unanimitatis , cum his sanctissimis prædictorum Patrum Decretis , & Catholicis Statutis consensum subnexui , sicut vos metipsi in vestra Epistola , quam meo specialiter assignastis nomini , rogare curastis ; idest , ne paucorum subdolis assertionibus consentirem , sed plurimorum testimoniis roboratam Fidem firmiter tenerem . Facio certissime , Deo Domino meo Jesu Christo donante , horum me sanctissimæ multitudini , & probatissimæ auctoritati in veræ Fidei professione firmiter associans , nec vestræ me paucitati in consensione hujus novæ assertionis socium admitto ; sed Apostolicæ Sedi , & antiquis ab initio nascentis Ecclesiæ , & Catholicis traditionibus , tota mentis intentione , tota cordis alacritate conjungo . Quicquid in illorum legitur Libris , qui Divino Spiritu afflati , toti Orbi a Deo Christo dati sunt Doctores , indubitanter teneo ; hoc ad salutem animæ meæ sufficere credens , quod sacratissima Evangelia veritatis pandit historia , quod Apostolica in suis Epistolis confirmat auctoritas , quod eximii Sacræ Scripturæ Tractatores , & præcipui Christianæ Fidei Doctores , ad perpetuam posteris scriptum reliquerunt memoriam . Cum his quoque Doctoribus , & Sanctæ Ecclesiæ Pastoribus , veram prædico Fidem , quos in præsenti tempo-

tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit: *Ecco ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Matth. 28.

10. Hi sunt Propugnatores Fidei nostræ, hi sunt Rectores per diversas Sedes Civitatis Christi, cujus antemurale est Fides Catholica, & charitas firmissimus murus, & propugnacula Divinarum testimonia Scripturarum; & divitiæ salutis in ea sunt sapientia, & scientia, & spes portarum custodia; quæ quatuor clavibus, idest, prudentia, justitia, fortitudine, & temperantia, piis aperiuntur animis. Hujus vero Civitatis ipse Dei verus, & proprius Filius, Deus verus, homo verus, Jesus Christus Dominus noster, regali præsidet potentia; cujus gratia totam illius Civitatis structuram regit, defendit, & exaltat. Quisquis ad hanc Civitatem, recta sibi præviante Fide, manus bonorum operum habens plenissimas pervenire festinat, apertas inveniet portas, & Regem Regum cum millibus sanctorum agminum obviare sibi gaudebit. Sed & gratias vobis agimus de instantia orationum vestrarum, quibus memoriam nostri assidue vos habere dixistis; optantes, ut preces vestræ acceptabiles sint Domino Deo Salvatori nostro, & ut ipse per suam misericordiam dignos vos efficiat exaudiri, & ad unitatem Sanctæ suæ Ecclesiæ revocare dignetur, & ejusdem pietatis humeris in Sanctæ Matris Ecclesiæ reportet ovile, qua de Cælis veniens ovem requirere perditam, inventamque cum triumpho gloriæ ad Sedem Paternæ Majestatis revexit.

11. Illud quoque, quod vobis nostram pietatem flagitare placuit, quatenus in præsentia nostra Libelli vestri legeretur textus, & perscrutante plurimorum consilio, quid in eo rectæ Fidei sanctionibus consentiens inveniretur; fecimus sicut petistis, collectis undique, veluti præfati sumus, Ecclesiasticis Doctoribus, & populi Christiani Rectoribus; nobisque omnibus pacifico unanimitatis Choro consedentibus, eundem Libellum a capite calce tenus per distinctiones uniuscujusque sententiæ, & per interrogationes, vel responsiones, prout cuique libuit, perlegere jussimus. Quid vero de eodem Libello Præsules Ecclesiarum Christi, Fideique Catholicæ Doctores intellexissent, non opus est mihi in hac mea iterare Epistola, dum illorum Libellus proprius hoc vobis evidenter ostendit.

12. Scriptam itaque in Epistola vestra hujusmodi obsecrationem invenimus: Poscentes nos per eum, qui pro te in Cruce manus innoxias extendit, & pro te Sanguinem pretiosum effudit, & pro te mortem pertulit, & sepulturam, ad liberandos electos ad infernum descendit, & pro te resurgens, tibi viam ad Cælos revertendi, scilicet ad cælestem portam demonstravit, ut per te ipsum arbiter sedeas. Ecce ego vestris petitionibus satisfaciens, congregationi Sacerdotum auditor, & arbiter assedi. Discrevimus, & Deo donante decrevimus, quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum. Sed modo per eandem obsecrationem vos iterum iterumque obtestor, ut in pacifica unanimitate, & Catholicæ Fidei professione nobiscum firmiter maneatis; nec vos ductores æstimetis universali Sancta Dei Ecclesia. Eam Fidem tenete, quam orthodoxi Patres in suis nobis Symbolis scriptam reliquerunt. Et nolite plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; nec ratiocinando humano ingenio Divina vos Mysteria investigare arbitremini; sed magis credendo honorare, quæ humana fragilitas temere perscrutando invenire non valet.

13. Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cujus initium B. Isidorum laudasse dicitis, & finem doluisse; quod ne mihi accidat, per quendam Beatum, quem Antiphrasium cognominastis, benigne suadetis. Hoc etiam, Divina miserante gratia, præcavere satago; non ab illo tantummodo, sed etiam ab omnibus, qui aliquid recte Fidei contrarium docere videntur; assiduaque devotione Dominum deposco, & quoscumque ex filiis Sanctæ Matris Ecclesiæ valeo, mihi in hac petitione adjutores convoco, ne me alicujus verbosa adulatio, vel fraudulenta laudatio decipiens, a via veritatis avertat, sæpius cum Propheta decantans: *Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*. Vos vero vobismetipsis cavete, quod nos fraterno admonuimus amore, procurantes diligentissime; Omnipotentisque Dei vobis assiduis precibus clementissimam convocate gratiam, ne callida antiqui hostis versutia sensus vestros in aliqua parte corrumpat, & pejus fiat interius diaboli servitium, quam exterius Gentis inimicæ. Eumque expectate Redemptorem, quem salutis vestræ habuistis Auctorem. Illum glorificate in corde, & portate in corpore, & dignam in vobis illi præparate habitationem in Fide, quæ per dilectionem operatur; quatenus vos illius gloriosa potentia, & inerrabilis misericordia, ab utriusque servitutis molestia, exteriore scilicet, & interiore, liberet, & custodiat, & in magno die ante conspectum gloriæ suæ cum multiplicibus laboris vestri divitiis gloriosos stare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apostolicæ Fidei audire faciat: *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine Mundi*. Paratum igitur vobis Regnum ab origine Mundi indubitata veritatis promissione speratis, si Catholicæ Fidei unanimitati vosmetipsos adjungere curetis. Exteriores servitutis molestias interna fidelitatis spe consolamini. Oculos mentis vestræ ad eum erigite, qui vos eripuit de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum Filii dilectionis suæ. Psal. 140. Matth. 25.

14. Hactenus, antequam hujus adoptionis in Christo nomen a vobis exortum nostros offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus. Etsi nos vestrum corporale servitium contristaret, rectitudo tamen Fidei Catholicæ lætificavit in vobis. Nunc vero duplici pro vobis affligimur mœrore, diabolica fraude deceptis in corde, & inimica servitute oppressis in corpore. Sed redite, obsecro, ad unitatem Sanctæ Matris Ecclesiæ, ut vos eruat de angustia servitutis terrenæ, qui vos per Baptismi gratiam a vinculo liberavit originalis peccati. Exspoliastis veterem hominem; quomodo iterum fraude decepti maligna, induimini illo? Adoptionis filii Deo Patri facti estis per eum, qui non est adoptivus, sed proprius; state per

dilabitur ; & inde magister efficitur erroris , unde auditor contempsit esse veritatis .

3. Hanc igitur , Fratres , perniciosam devitantes elationem , Sanctorum Patrum , & Catholicorum Doctorum sacris inhæreamus sensibus . Discamus quæ scripserunt , credamus quæ docuerunt , & non declinemus ad dexteram , neque ad sinistram , sed per viam regiam ad Regem , & Redemptorem ; Deum , & Dominum nostrum Jesum Christum concordi Fidei , & veritatis curramus professione : *Corde enim creditur ad justitiam , ore autem confessio fit ad salutem* , eodem attestante Apostolo : *Justus autem ex Fide vivit* . Si justus ex Fide vivit , quomodo qui Fidem non habet rectam , se vivere æstimat ? Nos nempe non sumus infidelitatis filii in perditionem , sed Fidei in acquisitionem animæ . Sequamur Sanctorum Patrum venerabilia in charitate præcepta . Decet enim , ut omnium Christianorum una sit Fides , & unus animus , sicut est unum ovile , & unus Pastor . Qui vero extra Ecclesiastici ovilis septa inveniuntur , lupina rabie devorabuntur , quia vocem boni Pastoris non audiunt , qui ante suas oves ingredietur , & egredietur , ut eos ad pascua vitæ perducat æternæ . Nobis itaque dictum intelligamus , quod egregius Prædicator suis charissimis filiis præcipiebat , dicens : *Obsecro vos per nomen Domini nostri Jesu Christi , ut unum dicatis omnes , & non sint in vobis schismata ; sitis autem perfecti in uno sensu , & in eadem scientia* . Hæc habentes Apostolicæ auctoritatis præcepta , concordate nobiscum . Diligimus vos , hoc vobis volumus in Domino , quod & nobis ; quia perfecta , quam habemus in Christo , charitas congregate gaudet , non spargere ; adunare , non scindere ; & inconsutilem Salvatoris nostri tunicam integram servare , non dividere , prævidentes hoc idem in pace Christi custodire , quod milites in passione ejus observabant .

Rom. 10.
Rom. 1.
1. Cor. 1.

4. His ita prælibatis , vestris in Domino valde congaudemus profectibus , ita ut in cordibus nostris fraterno vulnerati amore , vestram , quam patimini inter Gentes , lacrymabili gemitu condoleamus oppressionem ; sed majore multo tristitia lugemus , si aliquid diabolica fraude interius oppressionis per infidelitatem , vel cujuslibet schismatici erroris patiamini in cordibus . Iste est continuus dolor pectoribus nostris , & pene immedicabile vulnus , nisi per ejus misericordiam , qui sanat contritos corde , & vult omnes homines salvos fieri , ad agnitionemque veritatis pervenire , illi nos lætificent qui contristaverunt . Vestra igitur correctio nostra est lætificatio ; desiderantes vos socios habere in Fide Catholica , & cooperatores in prædicatione veritatis , ut gaudium , quod suis Christus promisit Discipulis , habitet in nobis , & gaudium nostrum impleatur in vobis .

5. Ad impletionem vero hujus gaudii , fraterna cogente charitate , jussimus Sanctorum Patrum Synodale ex omnibus undique nostræ ditionis Ecclesiis congregari Concilium , quatenus sancta omnium unanimitas firmiter decerneret , quid credendum sit de adoptione carnis Christi , quam nuper novis assertionibus , & Sanctæ Dei universalis Ecclesiæ antiquis temporibus inauditis , vos ex vestris scriptis intulisse cognovimus . Immo & ad Beatissimum Apostolicæ Sedis Pontificem , de hac nova inventione , nostræ devotionis ter quaterque direximus missos ; scire cupientes , quid Sancta Romana Ecclesia , Apostolicis edocta traditionibus , de hac respondere voluisset inquisitione . Nec non & de Britanniæ partibus aliquos Ecclesiasticæ disciplinæ Viros convocavimus , ut ex multorum diligenti consideratione veritas Catholicæ Fidei investigaretur , & probatissimis Sanctorum Patrum hinc inde roborata testimoniis , absque ulla dubitatione teneatur . Iccirco vobis per singulos Libellos dirigere curavimus , quid prædictorum Patrum pia unanimitas , & pacifica perscrutatio , auctoritate Ecclesiastica inveniret , statuisset , confirmaret .

6. Primo quid Dominus Apostolicus , cum Sancta Romana Ecclesia , & Episcopis illis in partibus quaquaversum commorantibus , & Catholicis Doctoribus sentiret , sub unius Libelli tenore statuimus .

7. Deinde secundo loco , quid Ecclesiastici Doctores , & Sacerdotes Ecclesiarum Christi de propinquioribus Italiæ partibus , cum Petro Mediolanensi Archiepiscopo , & Paulino Forojuliensi , vel Aquilejensi Patriarcha , Viris in Domino valde venerabilibus , intelligi , vel firmiter credi voluissent , suis propriis responsionibus exaratum posuimus Libellum ; quia ipsi quoque præsentes nostro Synodali Conventui adfuerunt .

8. Post hæc tenet & tertius Libellus orthodoxam Sanctorum Patrum , Episcoporum , & Virorum venerabilium Fidem , qui in Germaniæ , Galliæ , Aquitaniæ , & Britanniæ partibus dignis Deo deserviunt officiis , vestrisque objectionibus sanctarum Scripturarum testimoniis roboratas obtinet responsiones .

9. Dein quarto loco meæ propriæ unanimitatis , cum his sanctissimis prædictorum Patrum Decretis , & Catholicis Statutis consensum subnexui , sicut vos metipsi in vestra Epistola , quam meo specialiter assignastis nomini , rogare curastis ; idest , ne paucorum subdolis assertionibus consentirem , sed plurimorum testimoniis roboratam Fidem firmiter tenerem . Facio certissime , Deo Domino meo Jesu Christo donante , horum me sanctissimæ multitudini , & probatissimæ auctoritati in veræ Fidei professione firmiter associans , nec vestræ me paucitati in consensione hujus novæ assertionis socium admitto ; sed Apostolicæ Sedi , & antiquis ab initio nascentis Ecclesiæ , & Catholicis traditionibus , tota mentis intentione , tota cordis alacritate conjungo . Quicquid in illorum legitur Libris , qui Divino Spiritu afflati , toti Orbi a Deo Christo dati sunt Doctores , indubitanter teneo ; hoc ad salutem animæ meæ sufficere credens , quod sacratissima Evangelia veritatis pandit historia , quod Apostolica in suis Epistolis confirmat auctoritas , quod eximii Sacræ Scripturæ Tractatores , & præcipui Christianæ Fidei Doctores , ad perpetuam posteris scriptum reliquerunt memoriam . Cum his quoque Doctoribus , & Sanctæ Ecclesiæ Pastoribus , veram prædico Fidem , quos in præsenti

tempo-

tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Matth. 28.

10. Hi sunt Propugnatores Fidei nostræ, hi sunt Rectores per diversas Sedes Civitatis Christi, cujus antemurale est Fides Catholica, & charitas firmissimus murus, & propugnacula Divinarum testimonia Scripturarum; & divitiæ salutis in ea sunt sapientia, & scientia, & spes portarum custodia; quæ quatuor clavibus, idest, prudentia, justitia, fortitudine, & temperantia, piis aperiuntur animis. Hujus vero Civitatis ipse Dei verus, & proprius Filius, Deus verus, homo verus, Jesus Christus Dominus noster, regali præsidet potentia; cujus gratia totam illius Civitatis structuram regit, defendit, & exaltat. Quisquis ad hanc Civitatem, recta sibi præviante Fide, manus bonorum operum habens plenissimas pervenire festinat, apertas inveniet portas, & Regem Regum cum millibus sanctorum agminum obviare sibi gaudebit. Sed & gratias vobis agimus de instantia orationum vestrarum, quibus memoriam nostri assidue vos habere dixistis; optantes, ut preces vestræ acceptabiles sint Domino Deo Salvatori nostro, & ut ipse per suam misericordiam dignos vos efficiat exaudiri, & ad unitatem Sanctæ suæ Ecclesiæ revocare dignetur, & ejusdem pietatis humeris in Sanctæ Matris Ecclesiæ reportet ovile, qui de Cælis veniens ovem requirere perditam, inventamque cum triumpho gloriæ ad Sedem Paternæ Majestatis revexit.

11. Illud quoque, quod vobis nostram pietatem flagitare placuit, quatenus in præsentia nostra Libelli vestri legeretur textus, & perscrutante plurimorum consilio, quid in eo rectæ Fidei sanctionibus consentiens inveniretur; fecimus sicut petistis, collectis undique, veluti præfati sumus, Ecclesiasticis Doctoribus, & populi Christiani Rectoribus; nobisque omnibus pacifico unanimitatis Choro consedentibus, eundem Libellum a capite calce tenus per distinctiones uniuscujusque sententiæ, & per interrogationes, vel responsiones, prout cuique libuit, perlegere jussimus. Quid vero de eodem Libello Præsules Ecclesiarum Christi, Fideique Catholicæ Doctores intellexissent, non opus est mihi in hac mea iterare Epistola, dum illorum Libellus proprius hoc vobis evidenter ostendit.

12. Scriptam itaque in Epistola vestra hujusmodi obsecrationem invenimus: Poscentes nos per eum, qui pro te in Cruce manus innoxias extendit, & pro te Sanguinem pretiosum effudit, & pro te mortem pertulit, & sepulturam, ad liberandos electos ad infernum descendit, & pro te resurgens, tibi viam ad Cælos revertendi, scilicet ad cælestem portam demonstravit, ut per te ipsum arbiter sedeas. Ecce ego vestris petitionibus satisfaciens, congregationi Sacerdotum auditor, & arbiter assedi. Discrevimus, & Deo donante decrevimus, quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum. Sed modo per eandem obsecrationem vos iterum iterumque obtestor, ut in pacifica unanimitate, & Catholicæ Fidei professione nobiscum firmiter maneatis; nec vos ductiores æstimetis universali Sancta Dei Ecclesia. Eam Fidem tenete, quam orthodoxi Patres in suis nobis Symbolis scriptam reliquerunt. Et nolite plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; nec ratiocinando humano ingenio Divina vos Mysteria investigare arbitremini; sed magis credendo honorate, quæ humana fragilitas temere perscrutando invenire non valet.

13. Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cujus initium B. Isidorum laudasse dicitis, & finem doluisse; quod ne mihi accidat, per quendam Beatum, quem Antiphrasium cognominastis, benigne suadetis. Hoc etiam, Divina miserante gratia, præcavere satago; non ab illo tantummodo, sed etiam ab omnibus, qui aliquid rectæ Fidei contrarium docere videntur; assiduaque devotione Dominum deposco, & quoscumque ex filiis Sanctæ Matris Ecclesiæ valeo, mihi in hac petitione adjutores convoco, ne me alicujus verbosa adulatio, vel fraudulenta laudatio decipiens, a via veritatis avertat, sæpius cum Propheta decantans: *Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Vos vero vobismetipsis cavete, quod nos fraterno admonuimus amore, procurantes diligentissime; Omnipotentisque Dei vobis assiduis precibus clementissimam convocate gratiam, ne callida antiqui hostis versutia sensus vestros in aliqua parte corrumpat, & pejus fiat interius diaboli servitium, quam exterius Gentis inimicæ. Eumque expectate Redemptorem, quem salutis vestræ habuistis Auctorem. Illum glorificate in corde, & portate in corpore, & dignam in vobis illi præparate habitationem in Fide, quæ per dilectionem operatur; quatenus vos illius gloriosa potentia, & ineffabilis misericordia, ab utriusque servitutis molestia, exteriore scilicet, & interiore, liberet, & custodiat, & in magno die ante conspectum gloriæ suæ cum multiplicibus laboris vestri divitiis gloriosos stare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apostolicæ Fidei audire faciat: *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine Mundi.* Paratum igitur vobis Regnum ab origine Mundi indubitata veritatis promissione speratis, si Catholicæ Fidei unanimitati vosmetipsos adjungere curetis. Exteriores servitutis molestias interna fidelitatis spe consolamini. Oculos mentis vestræ ad eum erigite, qui vos eripuit de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum Filii dilectionis suæ. Psal. 140. Matth. 25.

14. Hactenus, antequam hujus adoptionis in Christo nomen a vobis exortum nostros offenderet animos, vos germanitatis amore dilesimus. Etsi nos vestrum corporale servitium contristaret, rectitudo tamen Fidei Catholicæ lætificavit in vobis. Nunc vero duplici pro vobis affligimur mœrore, diabolica fraude deceptis in corde, & inimica servitute oppressis in corpore. Sed redite, obsecro, ad unitatem Sanctæ Matris Ecclesiæ, ut vos eruat de angustiis servitutis terrenæ, qui vos per Baptismi gratiam a vinculo liberavit originalis peccati. Exspoliastis veterem hominem; quomodo iterum fraude decepti maligna, induimini illo? Adoptionis filii Deo Patri facti estis per eum, qui non est adoptivus, sed proprius; state per

 Fidei

Fidei inviolabilem confessionem in libertate filiorum Dei, & nolite infidelitatis jugum subire. Expellite vincula diabolicæ deceptionis de cordibus, quatenus Deus Christus, qui solvit compeditos, excutiat catenam generis inimicæ de manibus vestris. Habetis nos, divina auxiliante gratia, cooperatores gaudii vestri, si vos nobiscum Catholicæ Fidei vultis esse prædicatores. Certissimum itaque ibi erit divinæ miserationis auxilium, ubi una est totius Ecclesiæ charitas, & una veræ Fidei confessio. Ad multitudinem populi Christiani, & ad Sacerdotalis Concilii unanimitatem revertimini. Si enim duorum, vel trium Sancto pioque consensui, secundum suam promissionem, Dominum esse præsentem non dubitamus; quanto magis ubi tot Sanctissimi Patres, tot Venerabiles Fratres, tot filii piæ Matris Ecclesiæ, in nomine illius pacifica conveniunt unanimitate, eum adesse medium non est dubitandum, & illorum regere consilia, qui sui nominis laudem quærere dignoscuntur?

15. Ad confirmanda igitur corda vestra in Fide, & veritate hanc nostri nominis, fraterna instigante charitate, Epistolam scribere curavimus; optantes, ut nostra, quam habemus pro Fide Catholica, proficiat devotio, & vos divina clementia ad Fidem reducat Catholicam. Ante igitur quam hujus sæpe dicti scandali a vobis oriretur offensio, duplici charitate, sicut prædiximus, dileximus vos, idest, in orationibus nostris per omnes Regni nostri Ecclesias habuimus socios, & vestri memoriam quotidie facientes; itidem quoque &, Deo auxiliante, voluntatem habuimus vos liberare a servitio sæcularis necessitatis, secundum temporis opportunitatem, & vestri consilii adhortationem. Nunc vero hac duplici charitate (quod sine dolore non dicimus) fraudastis vos metipsos, non intelligentes vos fraude diabolica esse deceptos, ut utroque juvamine vos denudaret; idest participatione Fidei, orationum nostrarum, vel solatio auxilii nostri. Videte, videte quam grande malum adversum vosmetipsos habetis factum, quod nequaquam ausi sumus orare pro vobis, sicut pro fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis; nec vos adjuvare quomodo Fratres in vestris maximis necessitatibus. Quapropter revertimini ad hanc duplicem consolationem, & abjicite a vobis hanc malignam diabolicæ fraudis versutiam, ut possitis nobiscum consortium habere in omni charitate, & auxilio opportuno. Post hanc vero correptionem, sive admonitionem Apostolicæ auctoritatis, & Synodalis unanimitatis; si non resipiscitis ab errore vestro, scitote omnino vos pro hæreticis haberi, nec ullam vobiscum communionem pro Deo audemus habere. Currite dum lucem habetis, ne tenebræ vos anathematis apprehendant, unde non poteritis pedes vestros explicare; sed æterna damnatione irretitus esse lugebitis. Adhuc enim pia Mater Ecclesia revocat vos ad gremium suæ misericordiæ, volens vos Deo nutrire in filios. Tantum nolite vos abstrahere ab ejus pietate, qui vos vocavit in Regnum Filii dilectionis suæ.

16. Credimus in unum Deum Patrem Omnipotentem, factorem Cæli, & terræ; visibilium omnium, & invisibilium. Credimus & in unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, natum ex Patre ante omnia sæcula, & ante omnia tempora; lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; natum, non factum; naturalem, non adoptivum; per quem omnia condita sunt, Cælestia & terrestia, unius essentiæ, & unius substantiæ cum Patre. Credimus & in Spiritum Sanctum, Deum verum, vivificatorem omnium, a Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum. Credimus eandem Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unius esse substantiæ, unius potentiæ, & unius essentiæ tres personas, & singulam quamque in Trinitate personam plenum Deum, & totas tres personas unum Deum omnipotentem; Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum Sanctum procedentem ex Patre & Filio; nec Patrem aliquando cœpisse; sed sicut semper est Deus, ita semper & Pater est, quia semper habuit Filium. Æternus Pater, æternus Filius, æternus & Spiritus Sanctus, ex Patre Filioque procedens. Unus Deus omnipotens. Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, ubique præsens, ubique totus, Deus æternus, ineffabilis, incomprehensibilis. In qua Sancta Trinitate nulla est persona, vel tempore posterior, vel gradu inferior, vel potestate minor; sed per omnia æqualis Patri Filius æqualis Patri, & Filio Spiritus Sanctus, Divinitate, voluntate, operatione, & gloria. Alius tantummodo in persona Pater, alius in persona Filius, alius in persona Spiritus Sanctus. Non aliud, sed unum natura, potentia, & essentia Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Credimus, et hac Sancta Trinitate Filii tantummodo Personam pro salute humani generis de Spiritu Sancto, & Maria Virgine incarnatam, ut qui erat de Divinitate Dei Patris Filius, esset & in humanitate hominis Matris Filius; perfectus in Divinitate Deus, perfectus in humanitate homo; Deus ante omnia sæcula, homo in fine sæculi; verus in utraque substantia Dei Filius, non putativus, sed verus; non adoptione, sed proprietate una persona Deus & homo, unus Mediator Dei, & hominum; in forma Dei æqualis Patri, in forma servi minor Patre; in forma Dei Creator, in forma servi Redemptor. Unus in utroque Dei Filius proprius, & perfectus, ad implendam humanæ salutis dispensationem passus est vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte; surrexit vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione; & eodem corpore quo passus est, & resurrexit, ascendit in Cælos, sedens in dextera Dei Patris; & in eadem forma, qua ascendit, venturus judicare vivos, ac mortuos, cujus Regni non erit finis. Prædicamus unam sanctam Dei Ecclesiam, toto Orbe diffusam, locis separatam, Fide & charitate conjunctam; & veram remissionem peccatorum in eadem Ecclesia, sive per Baptismum, sive per Pœnitentiam, Divina donante gratia, & bona voluntate hominis cooperante. Credimus, & omnes homines resurrecturos esse, & singulos secundum sua opera judicari; impios æternis suppliciis damnandos cum diabolo, & angelis ejus; Sanctos vero æterna gloria coronandos cum Christo, & sanctis Angelis ejus in sæcula sempiterna.

Hæc est Fides Catholica, & ideo nostra. Optamus etiam & vestra; quia una est Fides,

& unum

& unum Baptisma, & unus Dominus noster Jesus Christus, qui est Deus verus, & homo verus, verus Deus, & verus Dei Filius, in utraque natura unus, idemque Mediator Dei, & hominum homo Jesus Christus, qui est Deus benedictus in sæcula. Hanc Fidem vos, charissimi Fratres, firmiter tenere in cummune deprecamur. Et si aliter antea in quolibet verbo sensistis, corrigite vosmetipsos, & ad unitatem Sanctæ Dei Ecclesiæ pura Fide festinate; & contentiones hominum, novitatesque vocum devitate; quia juxta Apostolum, non est hæreticus nisi ex contentione. Vos igitur quia pauci estis, unde putatis vos aliquid verius invenire potuisse, quam quod Sancta universalis toto Orbe diffusa tenet Ecclesia? Sub tegmine alarum illius requiescite, ne vos avida diaboli rapacitas, si foris inveniat, nefando gutture devoret. Redite ad pium Matris Ecclesiæ gremium. Illa vos foveat, & nutriat, donec occurratis in Virum perfectum, & in plenitudinem Corporis Christi. Habetote nos cooperatores salutis vestræ, Catholicæ pacis auxiliatores; & societas nostra sit in Christo Jesu Domino nostro, qui vos nobiscum incorruptos, & immaculatos Fide pariter, & opere custodiat, & constituat ante conspectum gloriæ suæ incontaminatos, & irreprehensibiles, & perpetuæ beatitudinis hæredes pariter perficiat in æternum.

EX ACTIONE I.

SYNODI LEONIS PAPÆ III.

ADVERSUS FELICEM URGELLITANUM

ANNO CHRISTI DCCXCIX.

LEO Sanctissimus, ac ter Beatissimus Sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & universalis Papa dixit: *Et post pauca*: De pelle illa, quæ per miserum Felicem ex Episcopo de nomine adoptionis in Christo Dei Filio orta est, Concilium facere, atque tractare pariter deberemus. Et olim quidem a Prædecessore nostro bonæ memoriæ Domno Hadriano Papa, & ex auctoritate Sedis Apostolicæ, ejusdem Regis magni jussione, Synodali tramite sub anathematis vinculo putabatur esse extincta, nunc magis, ac magis erescendo pullulat. *Et paullo post*: Et ut nobis visum est, pejores hæreses, vel majores blasphemias, quam ante in ejus scriptis, vel dictis unquam audiissemus, ibidem cognovimus. Asserens autem Christum Jesum Dominum nostrum, nec Filium Dei verum, nec etiam verum Deum, sed nuncupativum.

EX ACTIONE II.

LEO Episcopus dixit: Quis non videat miserrimum illum, & infelicem hæreticum, quia non solum hæresiarcha dudum de adoptione in Filio Dei latrans factus est, sed etiam & semel, & bis, & tertio perjuratus effectus est? Imprimis namque in Ratisbonense Concilio, quod per jussionem præfulgidi, & orthodoxi Filii nostri Domni Caroli Magni Regis actum est, confessus est, se ex ipsa hæresi male dixisse; & in ipso conscripsit Concilio, anathematizans qui ausus fuerit dicere, Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum adoptivum secundum carnem esse. Et iterum, sub sanctæ recordationis Prædecessore nostro Domno Hadriano Papa, directus a Domno Carolo præ ulgido magno Rege ipse miserrimus hæreticus infelix Episcopus, doctus ab eodem almo Præsule, fecit illum orthodoxum in vinculis Libellum, anathematizans, & confirmans inter cætera, nequaquam Filium Dei adoptivum esse, sicut dixerat, sed: *Proprium, & verum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei confiteor*. Unde & ipsum orthodoxum suum Libellum super sacrosancta Dei Mysteria in nostro Patriarchio ponens, juravit sic tenere, & confiteri. Et iterum in Confessione super Corpus Beati Petri Apostoli ipsum ponens orthodoxum suum Libellum, similiter & illic juravit, nequaquam se dicere audere adoptivum, sed: *Proprium, & dilectum Filium Dei teneo, & confiteor*. Et postmodum transgressus Legem Dei excalsi, fugiens apud Paganos consentaneos perjuratus effectus est. Sed nec illud metuit almum, & orthodoxum Concilium, quod in conspectu Domini Caroli præfulgidi, & orthodoxi magni Regis pro hujusmodi re gestum est, satis rectæ Fidei continere, & anathematis vinculis jaculantes, eumdem Felicem, si in errore persisteret, cum sequacibus suis condemnaverunt. Et ut audivit vestrum Concilium, in suum vomitum, ut canis, reversus est in volutabro luti, ut audiistis per suum blasphemum Libellum, quem ad Venerabilem Virum Albinum Abbatem Monasterii Sancti Martini emisit, in pejorem latrationem devenit, quam antea. Et flebilis est miser ille; quia si non ex sua iniqua hæresi reversus fuerit in veram, & Chatholicam sacrosanctam olitanam Fidem, semetipsum anathematizavit.

EX ACTIONE III.

LEo Sanctissimus Papa dixit. Ipse enim mundi Redemptor nos docuit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat*. Nunc nostris sermonibus commonitionem audiant, qui erraverunt, & conversi, concordes nobis nostram teneant Catholicam, *Ezechiel. 3.*

& Apostolicam Fidem, & Sanctorum Patrum sequantur traditiones. Venerantes proculdubio Sanctæ, Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, quæ est Caput Ecclesiarum Dei, pias, atque sacras definitiones; priscæ insistant Religioni, recognoscentes Fidei traditæ rectitudinem, suarum ipsi animarum Deo inspirante salutem procurent. *Post pauca*: Felici Orgellitanæ Ecclesiæ Episcopo, si noluerit declinare ab hæretico dogmate suo, in quo ausus est Filium Dei adoptivum asserere, anathema sit, atque ante Tribunal Dei Omnipotentis condemnatus, seu a Sancta, & Apostolica Dei Ecclesia extorris, nostroque consortio alienus. Hi vero, qui conversi fuerint, & nostræ societati se unierint in Fide, & concordia Sanctæ, Catholicæ, atque Apostolicæ Ecclesiæ, perpetuæ vitæ, atque beatitudinis gaudia mereantur, & vocem
Matth. 25. audiant Divinam: *Venite benedicti Patris mei &c.*

CONFESSIO FIDEI

Felicis Orgellitanæ Sedis Episcopi, quam ipse post spretum errorem suum in conspectu Concilii edidit, & eis, qui in ipso errore ei dudum consentientes fuerant, direxit. Anno Christi DCCXCIX.

IN Dei nomine Felix olim indignus Episcopus, Domnis in Christo Fratribus, Emani Presbytero, Ildesindo Presbytero, atque Exsuperio, Gundefredo, Sidonio, necnon & Ermegildo, seu cæteris Presbyteris, similiter Vittildu Diacono, & Vvittirico, seu cæteris Clericis in Parochia Urgellitanæ Ecclesiæ degentibus, seu cæteris Fidelibus Ecclesiæ in superdicto commisso commorantibus, in Domino Deo Patre, & Jesu Christo vero Filio ejus, Domino, ac Redemptore nostro, & in Spiritu Sancto, æternam salutem.

De cætero ad agnitionem vestram reducimus, quia postquam ad præsentiam Domini nostri, ac piissimi, gloriosique Caroli Regis perductus sum, & ejus conspectui præsentatus, licentiam ab eo, secundum quod & Venerabilis Domnus Laidradus Episcopus nobis in Orgello pollicitus est, accepimus, qualiter in ejus præsentiam, in conspectu Episcoporum, quos ad se ordinatio gloriosi Principis nostri convenire fecerat, sententias nostras, quas ex Libris Sanctorum habere nos de adoptione carnis in Filio Dei, seu nuncupatione in humanitate ejus, credebamus, repræsentaremus; qualiter non in violentia, sed ratione veritatis, nostra adsertio rata judicaretur, si ab illis per auctoritatem Sanctorum Patrum minime repudiaretur. Quod ita factum est. Nam prolatas a nobis sententias de superdicta contentione, hoc est de adoptione carnis, atque nuncupatione, ita illi ex auctoritate de Libris Sanctorum Patrum, idest, Cyrilli Episcopi, & B. Gregorii Papæ Urbis Romæ, seu Beati Leonis, sive & aliorum Sanctorum Patrum, qui nobis prius incogniti erant, seu per auctoritatem Synodi, quæ nuper in Roma hac intentione, præcipiente gloriosissimo, ac piissimo Domino nostro Carolo, adversus Epistolam meam, quam dudum Venerabili Viro Albino Abbati Turonensis Ecclesiæ scripseram, congregata est. In qua Synodo, præsente Leone Apostolico, & cum eo cæteri Episcopi numero LVII. residentes, & plerique Presbyteri, ac Diaconi cum eis in Domo Beatissimi Petri Apostoli, per quorum omnium auctoritatem istas jam dictas sententias nostras, non qualibet, ut dictum est, violentia, sed ratione veritatis, ut oportuit, exclusæ sunt. Quorum auctoritate veritatis, & totius Ecclesiæ universalis consensu convicti ad universalem Ecclesiam, Deo favente, ex toto corde nostro reversi sumus; non qualibet simulatione, seu velamine falsitatis (sicut dudum) quod Deus scit; sed, ut dixi, vera cordis credulitate, & oris professione. Quod etiam in conspectu multorum Sacerdotum, & Monachorum professi sumus, pœnitudinem gerentes de pristino errore, & sacramento, quam pro hac intentione olim prævaricatus sum; profitentes, nos deinceps adoptionem carnis in Filio Dei, sive nuncupationem in humanitate, nullo modo credere, vel prædicare; sed secundum quod Dogmatibus Sanctorum Patrum informamur, eundem Dominum nostrum Jesum Christum in utraque natura, Deitatis videlicet, & humanitatis, proprium, ac verum Filium profitentes, Unigenitum videlicet Patris, unicum Filium ejus; salvas tamen utriusque naturæ proprietates, ita dumtaxat, ut nec Divinitas Verbi Dei in natura credatur humana conversa, vel humana a Verbo adsumpta invidia mutata; sed utraque, idest, Divina, atque humana, ab ipso conceptu in utero Virginis ita in singularitate Personæ sibimet connexæ, atque conjunctæ sunt, ut unicus Filius Patri, & verus Deus, ex ipso utero gloriosæ Virginis absque ulla corruptione editus prodiretur. Non ita homo adsumptus a Verbo de substantia Patris, sicut ipsumque Verbum a Fidelibus genitus credatur, cum sit ex substantia Matris; sed quia, ut dictum est, in ipsa vulva Sanctæ Virginis ab ipso conceptu ab eo, qui secundum Divinitatem verus, & proprius Dei Filius exstitit, in singularitate Personæ suæ susceptus est, atque conceptus, verus, & proprius Dei Filius, ex eadem Sancta Virgine natus est. Non alius Dei Filius, & alius hominis Filius; sed Deus, & homo, unicus Dei Patris verus, ac proprius Filius, non adoptione, non appellatione, nuncupatione; sed in utraque natura, ut dictum est, unus Dei Patris secundum Apostolum verus, ac proprius Dei Filius credatur.

Hæc est Confessio Fidei nostræ, quam Deo juvante a Sanctis Patribus per eorum scripta cognovimus, & ab universali Ecclesia post pristinum errorem nostrum accepimus, & tenemus. Quod & vos omnes credere, & confiteri, per eundem Dominum nostrum exhortamur, nil diminuentes, aut addentes ex sensu vestro; sed hoc, quod vobis innotescimus, cum uni-

vec-

versali Ecclesia indubitanter retinentes; & ut pro me misero, per quem usque nunc in Ecclesia Dei contentio versa est, ex totis præcordiis vestris Domini misericordiam implorare non dedignetis; qualiter propter vestram emendationem, & orationem Catholicorum Sacerdotum, qui in simili prævaricatione, ut ego, nequaquam obnoxii sunt, Domini misercordiam, priusquam de hoc mortali corpore egrediar, consequi valeam. Quod per hoc me magis consequi a Domino confido, si scandalum, seu error in Fide, qui per me in usque nunc, inter utrasque partes duravit, per me iterum omnia correcta, atque sedata fuerint, atque omnia Ecclesiæ membra in unitate Fidei, & concordia charitatis, velut in unum corpus compaginata, ita nemo ea nobis in Ecclesia Dei ultra scandalum, vel quodlibet schisma intromittere audeat; sed omnes nos cum universali Ecclesia, quæ in toto Mundo dilatata noscitur, similiter sentientes, & ea, quæ dudum orta intentio est, idest, adoptionem carnis, seu nuncupationem in humanitatem Filii Dei anathematizantes, pacem, ut diai, & unitatem Fidei cum omnibus Fidelibus Ecclesiæ, absque ulla simulatione, inconvulsa Fide retineamus; ne cum Nestorii impietate concordantes, qui purum hominem Christum Dominum credidit, alicubi deinceps labamur, qui dixit: *Oportet vero & de Dei dispensatione, quam pro nostra salute in dispensatione Domini Christi Dominus Deus perfecit, scire, quoniam Deus Verbum hominem perfectum assumpsit ex semine Abrahæ, & David secundum pronunciationem divinarum Scripturarum; hoc constitutum natura, quod erant illi, ex quorum erat semine, hominem perfectum natura, ex anima intellectuali, & carne humana constantem, perfectum hominem constitutum secundum nos per naturam, Spiritus sancti virtute in Virginis vulva formatum, factum ex muliere, & factum sub Lege, ut omnes nos a servitutis lege redimeret, ante jam prædestinatam adoptionem accipientes, inenarrabiliter sibimet unicus, mortuum quidem eum secundum Legem humanam faciens, suscitans vero ex mortuis, & perducens in Cælum, & consedere faciens ad dexteram Dei; unde personam * constitutos Principatus, & Potestates, & Dominationes, & Virtutes, & omne, quod nominatur nomen, non solum in hoc sæculo, verum etiam & in futurum, ab omni creatura accepit adorationem, sicut inseparabilem a divina natura habens copulationem, relationem Dei, & intelligentiam omni creaturæ adoratione exhibentem. Et neque duos Filios dicimus, neque duos Dominos; quoniam unus Filius Patris secundum substantiam, Deus Verbum Unigenitus Filius Patris, sicut iste conjunctus, & particeps constitutus Filii communicat nomine, & honore. Dominus secundum essentiam Deus Verbum, cui iste conjunctus honore communicat Et ideo neque duos Filios hos dicimus, neque duos homines; quia manifesto constituto secundum substantiam Domino, & Filio inseparabilem tenet ad eum copulationem, qui caussa nostræ salutis adsumptus consertur nomine, & honore Domino, & Filio, non sicut unusquisque nostrum secundum se ipsum constitutus est Filius. Unde & multi secundum Beatum Paullum dicimur filii; sed solus præcipuum habens hoc, quod ad Dei Verbi copulationem, adoptionem, & dominationem participans; aufers quidem omnem suspicionem dualitatis filiorum, & dominorum. Præstato vero nobis in copulationem ad Domini Verbum, bonam haberet ipsius Fidem, & intelligentiam, & theoriam, pro quibus, & adorationem, per relationem Dei ab omnibus cœpit creatura. Unum igitur Filium dicimus, & Dominum Christum, per quem omnia facta sunt; principaliter quidem Deum Verbum intelligentes substantialiter Filium Dei, & Dominum, conspirantes autem adsumptum Nazareth, quem unxit Deus spiritu, & virtute, sic in Verbi Dei copulationem adoptionis participantem, & dominationis, qui & secundus Adam.*

Hæc est sententia Nestorii hæretici, qui purum hominem absque Deo Virginis utero genitum impie adstruebat. In quem hominem, ea eadem Sancta Virgine procreatum, & genitum, post nativitatem ejus, Verbum Dei, hoc est, Divinitatem Filii Dei, descendisse, & habitasse præ cæteris Sanctis, impudenter prædicabat. Et ab hoc, sicut in Christo duas naturas, ita & duas personas in eo satis improbe vindicare contendebat. Nos vero ejus impietatem anathematizantes, quædam testimonia ex Libris Sanctorum Patrum, quos Ecclesia venerabiliter recipit, decerpentes, huic Epistolæ subnectimus, per quæ nos ad viam veritatis post pristinum errorem nostrum reversi sumus, vobis subter adscriptam direximus, per quæ, & vos de dicta intentione veritatem Fidei plenius agnoscere potestis, & ad rectum tramitem Fidei reverti. Contra quas sententias Patrum dissentiens, aliter quam illas nos informant, credere, aut docere voluerit, & adoptionem, & nuncupationem in carne Salvatoris credere, vel prædicare præsumpserit, anathema sit. A quo jaculo anathematis ipse verus, ac proprius Dei Filius, de quo loquitur, tam vos, quam nos, & hic, & in futuro liberare dignetur. Cui cum Patre in unitate Spiritus Sancti similis, & coæqualis exstat gloria ante omnia sæcula, & nunc, & in dies æternitatis.

Beatus denique Cyrillus in Tractatu suo, inter alia, ita dicit: *Immo multum interest, & incomparabilibus differentiis gloriæ, & eminentiæ Salvatoris nostri munimentis, ea quæ nostra sunt. Nos enim famuli sumus; ille vero naturaliter Dominus, & Deus, licet factus sit nobiscum, & in his, quæ sunt nostra dispensative. Præterea & B. Paullus Christum eum nominavit, & Deum, ita dicens:* Scitote cognoscentes, quia omnis fornicator &c. non habet hæreditatem in Regno Christi, & Dei. *Solus autem Christus etiam Deus vere, qui Emmanuel est. Etenim nos per gratiam Dei, verumtamen non ita Deus Filius, sed natura magis, & veritate, licet caro sit factus.*

Item ipse in eodem Tractatu post aliqua ita dixit: *Quomodo proprius Dei Filius nominatus est Christus, qui etiam traditus est a Deo, & Patre caussa omnium salutis, & vi-*

vitæ. Traditus est enim propter peccata aostra, & ipse iniquitates multorum portavit in corpore suo, in ligno, secundum Prophetæ vocem. Pulam ergo est, quia unitatis res adsumpta, neccessarie proprium Filium declaravit Dei, qui ex Sautta Virgine est. Corpus enim erat non alterius cujuspiam secundum nos, sed magis proprium ex Patre exsistentis Verbi, natum ex ea.

Item ipse post paullulum contra Nestorium: *Sicut enim in Adam omnes morimur, sic & in Christo omnes vivificamur. Si enim non pateretur humane pro nobis, neque operaretur Divine, quæ ad salutem sunt. Dicitur enim prius quidem mori, ut homo; reviviscere autem postea, eo quod sit naturaliter Deus. Si igitur non est passus mori carne secundum Scripturas; neque vivificatur spiritu, hoc est, non revixit. Et si hoc est verum, vana est*
Rom. 6. *Fides aostra, adhuc sumus in peccatis nostris. Baptizati enim sumus in mortem ejus, secundum Beati Paulli vocem; & remissionem peccatorum habuimus per Sanguinem ejus. Sed si est Christus, neque Filius vere, neque naturaliter Deus, sed homo purus secundum nos, & Divinitatis organum; fulti quidem sumus non in Deo quodammodo, sed in uno magis secundum nos moriente pro nobis, & virtutibus alienis resuscitato. Quomodo ergo destructa est mors per Christum?* Et infra: *Colimus autem non hominem purum (absit) sed Deum potius naturaliter; non ignorantes ejus gloriam, licet factus sit secundum nos.*

Item Beati Gregorii Papæ Urbis Romæ sua per Moralia: Eratque ille Vir magnus inter
Job 1. omnes Orientales. *Omnes*, inquit, *qui in hunc Orientem Fide pleni consistunt, recte Orientales vocantur. Sed quia omnes homines, tantummodo homines, ipse autem Oriens Deus, & homo, recte dicitur:* Erat magnus inter omnes Orientales. *Ac si aperte diceretur: Omnes, qui in Fide Deo nascuntur, superat; quia non ut cæteros adoptio, sed natura illum Divinitatis exaltat.* Et rursus alibi idem ipse. *Quia omnis homo tantummodo homo est, ipse autem Deus & homo. In terra ei similis non est; gaiu etsi adoptivas quisque, Filius ad percipiendum Divinitatem proficit; nequaquam tamen ut Deus naturaliter esset, accepit.*

Item in Libro Beati Job. *Mediatori vero nostro in Legislatoribus similis nullus est; quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt; Redemptor autem noster sine peccato est Filius sine adoptione, nec perpetravit unquam quod redarguit.* Quas quidem sententias pr[i]us non recte intelligebamus.

Item Beati Athanasii Alexandrini Episcopi: *Si quis vero adversus Divinas Scripturas docet, alium dicens Filium Dei, & alium qui ex Maria Virgine, hominem secundum gratiam adoptatum, sicut nos, quasi essent duo Filii, unus secundum naturam qui ex Deo, & unus secundum gratiam, qui ex Maria; & si quis Domini nostri carnem, desursum dicit, & non ex Virgine Maria, aut mutatam Deitatem in carnem, & confusam; aut passibilem Domini Deitatem, aut inadorandam Domini nostri carnem, sicut hominis, & non adorandam Domini, & Dei carnem; hunc anathematizat Sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia.*

Item Sancti Gregorii Nazianzeni Episcopi ad Cledonium: *Si quis introducit duos Filios, unum quidem qui ex Deo Patre, secundum vero qui ex Matre, & non unum eundemque, & adoptione excedat gratia, quæ promissa est iis, qui credunt; alienum eum a nostro consortio judicamus. Naturæ vero duæ, Deus, & homo; nam, & anima, & corpus, Filii vero duo; neque Dii, neque duo homines.*

Item Beatus Lao Papa Urbis Romæ ita dicit: *Exultet rectarum mentium Fides, & verum, unumque Dei Filium, non solum secundum Deitatem, quæ a Patre est, genitus; sed etiam secundum humanitatem, quu de Matre Virgine est natus, iatelligant.*

Item ipse alibi: *Adsumpta est de Matre Domini natura, non culpa; creata est forma servi sine conditione servili, quia novus temperatus est veteri, ut, & veritatem susciperet generis, & vitium excluderet vetustatis.*

ALCUINI EPISTOLA

AD ABBATES ET MONACHOS GOTTHIÆ,

IN CAUSA FELICIS URGELLENSIS

Nuper eruta a Cl. V. Stephano Baluzio ex mss. Bibliothecæ Colbertinæ. Inscriptio vetus est:

Epistola Albini Diaconi missa Gotthicis Abbatibus, vel Monachis, De Dei, & hominis Unigeniti Filii Dei Persona.

ALbinus humilis Christi famulus, & serviens Sancti Martini, omnibus Abbatibus, Fratribus, & Filiis, qui sunt Gotthiæ partibus, in Christo charissimis, æternæ beatitudinis salutem. Acceptis vestræ Beatitudinis Literis, simul & suavissimis, nimiumque nobis necessariis sanctarum orationum vestrarum muneribus, cum omni gaudio, & mentis alacritate; & magnam vere habens fiduciam per vestras sacratissimas intercessiones ad Jesum Dei Filium, qui pro Mundi salute homo dignatus est fieri, ita ut qui Deus æternaliter ex Patre natus est, temporaliter nasceretur ex Virgine, & idem esset homo qui & Deus, & idem

idem Deus qui & homo, & non esset ulla separatio Parsonæ, vel filietatis, ne essent duo Filii, unus proprius, & alter adoptivus; aut duo Dii, unus verus Deus, & alter nuncupativus, quod omnino impium est credere, & prædicare. Quia Dei Filius in proprietate Personæ, & Filii dignitatis adunivit sibi hominem, ut esset unus Christus, & unus Deus, & unus Deus Filius, totus in suis, & totus in nostris, perfectus in Divinitate, & perfectus in humanitate. Quod multis testimoniis Evangelicis, vel Apostolicis, vel etiam Sanctorum Patrum traditionibus comprobari potest, sicut in Libello ex parte factum est, quem direximus per Beatum Benedictum vobis ad solatium, & confirmationem Fidei Catholicæ. Sed in manibus majus modo habemus opus propter alias caussas, quæ in Libello venerandi Felicis legimus; & illum volente Deo vobis dirigimus, postquam lectus, & comprobatus fuerit ab Episcopis nostris, & Domno Rege. Interim vestra Sanctitas nos adjuvet sacrosanctis orationibus vestris, ut Dominus Deus aperiat nobis agnitionem veritatis, & fiduciam prædicationis, & constantiam in Fide Catholica. Multum enim valet deprecatio justi, quanto magis & plurimorum. Hæc novitas vocum in adoptione, & nuncupatione Christi omnino Fidelibus omnibus detestanda est, & magnopere cavenda hæc divisio in Christo Domino nostro. Scimus, duas naturas perfectas esse in Christo, & unam Personam mortalem, immortalemque eundem esse; sicut homo mortalis est carne, immortalis anima; tamen unus est homo, & una persona, & unus filius patris sui totus proprius, & dividi non potest, quod sit partim nuncupativus homo, & partim verus homo; ita & Christus, licet sit carne mortalis, & Divinitate immortalis; tamen unus Jesus Christus, & unus Dei Filius, sicut dixi hominem esse unum filium; & licet carne sit mortalis, & anima immortalis, & nullatenus unus filius uno patre potest esse utrumque, & proprius, & adoptivus. Et si est unus Filius Deus Christus in una Persona, omnino aut totus est proprius, aut totus adoptivus. Sed melius est, ut propter illam excellentem naturam Dei Filius, qui proprius, & æternus est, sit humanitas adsumpta in proprietatem Filii, quam propter humanitatem Dei Filius æternus humilietur in adoptionem. Omnino proprius filius, & adoptivus unus esse non potest ad unum patrem, ad duos autem potest. Hæc considerantes diligentius, & animo tenete firmiter, & constanter prædicate, unum Filium, & unum Deum, eundem proprium, & verum, perfectumque esse; quia omnis veritas in Christo est, & nullum figmentum, & tota plenitudo Divinitatis, & nulla minoratio, nec defectio, nec eum, sicut in Libello præfati Felicis lectum est, Baptismo indiguisse, sed mox sine peccato, & omni labe peccati Spiritu Sancto conceptum esse Deum verum, & hominem verum. Et si Beata Virgo proprium potuit generare sibi Filium, qui fuit ex æterno Dei Filius; quomodo non potuit Deus Pater habere hominem Filium proprium, qui ex tempore natus est ex Virgine? Unus omnino est in utraque natura ad utrumque parentem Christus, & Filius Dei proprius. Quæ omnia plenius, opitulante eodem Deo, quo nobis sermo est, lecturi eritis in eodem Libello, quem modo in manibus habemus. Tantum in Fidei firmitate, & nihil hæsitantes; quia sine Fide impossibile est Deo placere, ut Apostolus dicit. Charitatem fraternam instantissime inter vos servate, & unitatem in omni Catholica pace, & Fide recta, & humilitate non ficta. Et obedientiam vestram secundum propositum regularis vitæ omni studio servate, & stabiles estote in locis vestris, ubi vosmetipsos dedistis Deo. Et nolite deserere Monasteria vestra, & vagari per sæculi vanitates. Tempus enim hujus vitæ breve est, & non sunt condignæ passiones hujus sæculi ad superventuram gloriam. Non debet vestræ Beatitudini Christi jugum durum videri, vel onerosum, sed leve, & suave, sicut ipse ait: *Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est*. Non qui cœperit, sed qui perseveraverit, salvus erit. Revocate ad mentem Judam ex Apostolo proditorem factum. Considerate Saulum ex persecutore Prædicatorem effectum. Mementote Malchum Monachum, cujus Historiam B. Hieronymus nunc edidit Epistola, quomodo quasi pietatis intuitu egressus est a Monasterio relinquens patrem suum, & in quales pervenit postea tribulationes, vel qualiter planxit Monachum in eremo, quem perdidit in Monasterio. Raro diabolus aperta fronte pugnat contra Servos Dei, sed sub figura pietatis, quasi majoris sit utilitatis exire de Monasterio, quam permanere. Ovis, quæ de ovili egreditur, & a pastore recedit, lupi patet morsibus. Melius est non vovere, quam vota non implere. Dicit Scriptura: *Vovete, & reddite Domino Deo vestro*. Verax est Deus in promissionibus beatitudinis, quam diligentibus se promittit; & vere dicis. Reddet promissa veritatis. Mementote Apostolum dicentem: *Fratres, stabiles estote, &* 1. Corinth. 15.
immobiles. Et iterum: *Qui stat, videat, ne cadat*. Stabat Joannes, quando Christum cer- 1. Corinth. 10.
nebat. Ideo, Fratres charissimi, vigilate, & state in Fide, viriliter agite, & conforretur cor vestrum in omni opere bono. Et Psalmista: *Exspecta Dominum, viriliter age, confor-* Psal. 26.
tetur cor tuum, & sustine Dominum. Nisi stabili mente exspecta, donec tibi veniat dies remunerationis. Fac omnia opera viriliter, & confortetur cor tuum in permanendo quod cœpisti, & sustine Dominum. Quicquid a te tribulationes, vel labores permittunt, sustine viriliter. Multæ sunt tribulationes justorum, & de his liberabit eos Dominus. Nullus labor amanti Deum durus videatur; quia ille est remunerator fidelis, qui est auxiliator idoneus, qui nunquam deserit sperantes in se. Respondeat homo suggestionibus diabuli: *Dominus au-* Isaiæ 50.
xiliator mihi est, non timebo quid faciet homo; idest carnalis delectatio. Item: *Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei*. Et iterum: *Auxilium meum a Domino,* Psal. 55.
qui fecit Cælum, & terram. Dominus custodiat introitum, & exitum servorum suorum ex Psal. 118.
hoc nunc & usque in sæculum. Psal. 120. Hæc, charissimi Fratres, feliciter legite, & fideliter implete, & Dominus Deus vos adjuvet, & proficere faciat in omni bono, & exaudiat orationes vestras pro omnibus, & pro me fideli vestro adjutore, & Dominus Deus custodiat vos in æterna pace, & charitate perfecta, Viri Fratres, & filii charissimi.

TRANS-

TRANSLATIO CORPORIS SANCTI JACOBI A HIEROSOLYMIS AD GALLÆCIAM,

CIRCA ANNUM CHRISTI XLVI.

Vetustissimi Anonymi Auctoris, ante sexcentos annos (*nunc septingentos*) in Floriacensibus membranis descriptus Commentarius, De translatione S. Jacobi Apostoli, fratris S. Joannis Evangelistæ, a Hierosolymis Gallæciam, anno Christi quadragesimo sexto.

Ad Philippum III. Hispaniarum Regem Catholicum.

Philippo III. Hispaniarum Regi, Joannes a Bosco Cælestinus pacem Dei, quæ exsuperat omnem sensum C.

1. *PAx illa, quæ inter regiam Franco-gallici, ac Novarræi admirandi Regis Henrici IV. Majestatem, tuamque maximo Reipublicæ Christianæ viget commodo (Philippe Regum potentissime) iconem tuam licite Xystis regiæ Franco gallicæ Bibliothecæ mihi inferre permittit. Rex quippe meus, ut suos aspero intuetur hostes oculo, sic leni & placido vultu contemplatur amicos; nihilque habet optatius, quam sibi benevolentia conjunctorum Regum, benefragrantem odorari famam, ac videre decorem; cujus ego propensioni inserviens, volui exigua quidem chartarum mole, at permaximo rei æstimatione, munere, tuam adornare florentem ætatem, & vernantem comere prosperitatem. Nam cum Iberorum Divus Jacobus Joannis frater, Christi Apostolus, primarius tutelaris existat; quod acceptius, jucundiusve tibi a quoquam hominum poterat offerri donarium, quam certam, veram, antiquam, ac eruditam, de Hispaniarum Patrono mundo invehere relationem? Multi de eo multa, varia, incerta vero pene cuncta, aut dubia, scripsere. At jam nunc per me Gallia tibi omnem Hispanorum ad Christi Fidem conversionis primigeniam historiam veracem pandit; quidque de ipsius Apostoli venerandis lipsanis credendum sit, ac exstimandum, cunctis fabulis rejectis, transmittit; ut vel hoc eximio, & maximo in te, tuosque populares officio, experiaris, ipsam tuo splendori, ac illustrationi addictam. Sed quamdiu integrum, & incorruptum clam, ac palam, fœderis nexum cum ea servabis initum. Quomodo numque suis ipsa fortiter resistere consuevit adversariis, ita fausta, læta, honesta, & utilia omnia impendere solita est amicis. Est quippe magna illa,* Daniel. 4. *& fortis Danielis arbor, cujus proceritas Cælum contingit, cujus aspectus est usque ad terminos universæ terræ; cujus sunt folia pulcherrima, & fructus ejus nimius, ac esca universorum in ea; subter quam habitant animalia, ac bestiæ, & in ramis ejus conversantur volucres Cæli, denique ex qua vescitur omnis caro. Floreat igitur per hunc vetustum Floriacensem Gallicum Auctorem historiæ translationis B. Jacobi Christi cognati veritas, & per totum Orbem tuis faustis dilatetur auspiciis. Nec floris hujus, quem tuo odoratui amica jam Gallia admovet, spreveris odorem, asperneris pulchritudinem. Ab inito etenim Regno, nullus tuæ Majestati suavior, ac elegantior oblatus est, vel poterit aliquando offerri. Vale. Lugduni Galliarum Id. Septembris MDCV.*

COMMENTARIUS.

De translatione S. JACOBI Apostoli.

2. SPiritum Sanctum Paracletum per os David Prophetæ dudum prælocutum fuisse, novimus, & quotidiana admo- Matth. 144. 9. nitione audivimus, hanc esse gloriam omnibus Sanctis, ut laudetur Deus in ipsis. Vere siquidem, & ad laudem Ecclesiæ summi Regis hoc ipsum proficere scimus; dum magnificentia fortitudinis pretiosorum militum suorum ante ipsum excellenter recensetur. Ergo nos tantis, ac innumeris Scripturarum Sanctarum edocti præmonitionibus, secundum fragilitatis nostræ modulum, Dominum in Sanctis suis gloriosum plene laudare studeamus; ac memoriam mirabilium suorum totis nisibus in nobis extollere gaudeamus, quia hæc est gloriatio diligentibus nomen Dei. Exultent ergo Justi in Domino, quia ipsos rectos decet recta laudatio. Exultemus & nos; Dominum in ipsis laudando, ut quam non meremur, precibus eorum nos decere possit laudatio. Et quia Beato Raphaele Archangelo docente, didicimus occultiora Regis consilia non detegenda; arcana autem mysteriorum Dei honorabile, ac dignissimum esse fidelibus revelare; seriem translationis Corporis Beatissimi Jacobi Apostoli, a loco, in quo passus est, in eum, quo nunc justissima Dei præordinante providentia requiescit; strictiori licet stylo, hebetiori quoque sensu, ad tanti Apostoli laudem, & Ecclesiæ, utque fortis Dominus Sabaoth in suis glorificetur militibus, indicare Fidelibus decrevimus.

3. Igitur post admirandam, & adorandam Domini nostri Jesu Christi in Cælos Ascensionem,

nem, antequam * S. Apostoli prædicationis gratia secundum Domini Jesu præceptum dispergerentur in mundum, Deo dilectus Apostolus Jacobus, omnium Apostolorum primus, velut athleta fortissimus, Martyrii coronam suscepit promptissimus, ab Herode nequissimo Rege interemptus. Qui non multo post, Angelo Dei percutiente, ad nihilum est redactus. Periit ergo ejus memoria cum nomine. Justus autem erit in commemoratione sempiterna, & laus ejus in Ecclesia Sanctorum, & congregatione. De cujus Apostoli Sanctissimi effusione sanguinis, quia jam latius, & lucidius tractatum est a Viris eloquentibus, nos omnino supprimimus. Translationisque ipsius tenorem, quem scribere disposuimus, nunc adoriemur,

4. Ordine quo diximus, Dei dilecto Jacobo calice Passionis Jesu Christi Domini potato, atque gloria, & honore a Deo justo retributore coronato, Beati Discipuli sui Sanctissimum thesaurum, illorum Magistri videlicet Corpus, prout res, tempusque exegit, terræ occuluerunt latebris; mærentes ad tempus de absentia pii Doctoris, lætaturi postmodum unanimiter in præsentia egregii Pastoris. Siquidem benignissima Creatoris, & Reformatoris omnium Dei Omnipotentis miseratio, ne clarissimum mundi lumen diutius terræ absconderetur in antro; incomprehensibili sua sapientia, quam nemo Principum hujus mundi cognoscere potuit, Fidelibus suis innotescere voluit, quo ordine tantæ lucis claritas sæculi hujus irradiaret tenebras. Mirabilis itaque in Sanctis suis Deus, mirabiliter mirabilem hunc Jacobum Apostolum pusillis corde se metuentibus hoc revelavit modo

5. Cum totus mundus jugo dæmoniacæ servitutis teneretur depressus, tenebrisque ignorantiæ suæ esset obcæcatus, Sanctissimi Apostoli, juxta Domini Salvatoris edictum, eum a suæ perfidiæ squallore eruere cupientes, universis mundi partibus in Fide Christi fortissimos, & Lege sancta doctissimos, evangelizare Divini verbi gratiam direxerunt Viros. Unde factum est, ut prudentissimum, omnique militia spiritali instructum eligerent Virum Ctesiphontem Sanctissimum, quem ordinaverunt Episcopum, adjunctis sibi Coepiscopis sociis, in hoc opere satis strenuissimis. Hi missi Domini, ad Hispanias delegantur; quo barbaræ gentis saxea corda, unguine Sancti Spiritus delibuta mollescerent, gratiam Christi susceptura. Qui verissimi, & rectissimi Christi famuli, injunctam sibi prædicationis gratiam ocyus implere cupientes, navali evectione illuc properare satagunt. Aptata itaque navicula, & quæ sibi videbantur, necessariis impositis, subito Divinæ dispensationis munere sibi collato consilium ineunt, ut Corpus Sanctissimi Jacobi secum deveherent. Quatenus dum ipsi prædicationis officio solicitius intenderent, Sancto resplendante miraculis Apostolo, efferæ nationis hominum mentes ad Baptismatis Fidem suscipiendam paullatim mansuescerent. Quod & factum est, ut patefacient sequentia. Etenim Beatus Ctesiphon cum sociis, ad sepulchrum properans gloriosi Apostoli, cum ingenti devotionis honore, & tremore, inæstimabilis pretii pretiosissimam margaritam, a loco terræ humili sustollentes, cum magno, & spirituali gaudio, in hymnis piæ jubilationis conlaudantes Dominum, decenter in navi composuerunt sua. Ergo absque remige, absque nauclerí juvamine, inscii rectores, mari, eo tantum conscio, cujus vectabant ossa, se credentes, sola Dei manu ductrice, ses dierum circuitione per marianas procellas usque ad locum a Deo sibi ante mundi constitutionem prælectum, navis eorum ferebatur certissime. O mira Dei potentia! O mira arcanæ virtutis ejus mysteria! Ecce etenim rediviva prioris sæculi exoriuntur miracula. Qui enim dudum super undas diluvii arcam, ne mergeretur, gubernavit, mirabilis in altis Dominus, inter mirabiles elationes maris, in translatione sui dilecti Jacobi, navem sanctissimum ferentem thesaurum, ne marinis absorberetur fluctibus, excelso suo brachio protexit, & mirabiliter, quo voluit, exposuit. At vero mirandum satis erat, tam immensum profundi abyssi pelagus, tam infinita æquoris spatia, ab ignaris sub brevissimi temporis spatio pervolata fuisse, nisi quod ille, qui mensus est pugillo aquas, & molem terræ tribus digitis adpendit, hoc implevit meritis Jacobi Apostoli. Ne denique memoria ipsius solummodo dilataretur in terris, constituit, quod etiam mare illi præberet testimonium, ut quem sibi dilectissimum fecerat jam in Cælis gloriosum, miraculis coruscantibus terra, marique redderet honoratum.

6. Nec hoc sine mysterii intellectu. Senarius numerus in sacris Scripturis ærumnas, & fluctuationes hujus sæculi crebro signat. Septimum vero sacra pagina requietioni donat. Ses diebus Summi Opificis manus, quicquid creatum fuit, & est decenter, & ornate instituens, varia donorum, & bonorum suorum munera nobis conferens, septimum sacravit requiei suæ. Cessantibus diluvii aquis, columba per fenestram emissa, septima die ramusculum paciferæ rostro ferens olivæ, placatum Dominum, & terris pacem datam denunciat. Sexta ætate, in qua nunc laborantes ducente Deo tendimus ad requiem perfectæ beatitudinis, donec occurramus in gloria Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, mirabilia demonstravit Deus servis suis, dum Corpus transferretur Jacobi Apostoli & Martyris. Senario denique dierum numero in mari, ut dictum est, fluctuantes ejus Discipuli, septimo, dextera Dei gubernante, requieverunt in Portu, qui Birivus nuncupatur, eo quod inibi in mare bini profluant rivi, ubi ostendit Deus futuris sæculis, quanti apud se Apostolus suus haberetur meriti. Subito namque a conspectibus intuentium sublatus, atque usque ad poli centrum splendore igneo rutilans est elevatus, & ad locum suæ tumulationis proximum, propitia Divinitate sibi concessum, inenarrabili claritate conspicuus devenit. Nec hoc incredibile cuiquam debet videri. Qui enim Theologum Joannem prærogativa singularis dilectionis sibi unitum, miro quo voluit modo, etiam corpore in Cælos assumpsit; potuit & Fratris ejus sanctissimam glebam indicibili virtute sua de loco uno ad altarum transvehere locum. O Dei, &

* *Errat in hoc scriptor iste. Nam multo ante Jacobus prædicaverat in Hispania, & plerique apostoli dispersi fuerunt ad prædicandum. Vide Tomo I. Diss. 9. late.*

& Domini nostri mira, & admiranda virtus! mira dispensatio! mira operatio! Qui omnia quæcumque voluit, fecit in Cælo, mari, & terra. Beatus autem Ctesiphon cum Sociis, paventes tanto carere cælitus sibi collato dono, flentes, & mœrentes, atque Dei piissimi misericordiam semper orantes, ad locum tumulationis Apostoli Dei, Angelico ductu, utpote ignari locorum, propere accedunt, duodecim millibus distantem ab ipso maris freto.

7. Degebat eo loci, in extremis videlicet Gallæciæ finibus, gentilis, & nobilis matrona, quæ erat multæ familiæ, & amplissimi fundi possessor, & domina. Hæc in idolio suo multa simulacra dæmoniorum recondita habebat, quæ sæpissime adorabat, quia Factorem, & Creatorem suum Dominum verum ignorabat, quem nec nominare hactenus audierat. Hæc secundum proprietatem linguæ ferocissimæ Gentis suæ, ferali, & rabido, atque superbo vocabatur nomine. Nam Luparia dicebatur. Nec immerito; nam sicut B. Paullum ex Tribu Beniamin exortum, qui prius Saulus dictus est, sæpius in sacris Voluminibus Lupi cognomine, ob nimiam in Christianos crudelitatem invenimus descriptum (prius enim circumcisus exstitit superbus, postea autem baptizatus humilis est factus) sic & hæc gentilis mulier, prius superbiendo desipiens, & secundum vocabulum sui, Christi Servos ore rabido exsecrando vehementer detertens; postea autem Spiritus Sancti inspiratione illuminata, ferocitatem belluinam trucis deponens animi, tota lavacro salutari, ubi omnes veterem hominem deponentes, novum induuntur, agnorum Christi est sociata collegio.

8. Comperta itaque prædicti venerabiles Viri hujus nobilissimæ mulieris amplissima fama, multa Dei fiducia fisi, adeunt illam, oratuti, ut in fundo, quem tenebat, facultas sibi concederetur ossa tumulandi Apostoli Beati. Quos illa rigidæ mentis vesania acerbissime exsecrans, & exsecrando refutans, insani furoris typho repleta, ad Regem terræ illos talia petituros properare ocyus jubet. Qui nil cunctati, ut mandatum eis erat, sollicite perquirere Regem satagunt. Quo reperto, proponunt illi de Fide sancta sermonem, simulque orando satis ingeminant preces, dari sibi locum Apostolici Corporis sepulturæ aptum. Ergo Rex truculentus, gentilitatis errori deditus, Venerabilium Virorum auditis verbis, & precibus, cognoscens, eos Christicolas esse (jam enim Jesu Christi Domini nomen in totam Mundi latitudinem diffusum erat) exacerbatus nimium, cupiens vindicare in ipsis, non solum quæ petebant, præstare noluit, verum pravo corde, malo ore, perversa actione, interimi eos jussit; nesciens miser, imminere sibi velocius vindictam solius Regis Dei.

9. Sanctitatis autem Ministri, fragilitate carnis adducti, fugam capessunt, inscii mirandæ virtutis Dei, quæ in ipsis per ipsum Apostolica interveniente declaranda erat gratia. Nec mirum vero, si carnales carnaliter metuebant, cum Patres multos instantiam legamus devitasse gladii, non timore petendi passionis, sed ad meliora se servantes, gratia prædicationis, ac roborandæ Fidei. Hæc vero omnia agebantur, ut amplior magnificentia Apostolicæ dignitatis clatesceret adhuc per impiam impiissimi Regis temeritatem. Nempe mœrentium consolator Deus, qui contritis corde medetur, cujus *oculi sunt super eos, ut eruat eos a morte; super injustos autem, ut disperdat eos de terra*; certo ostendit: *Quia non aliquando salvatur Rex fidens in multitudine virtutis suæ*. Denique Sancti illi per viam, qua venerant, revertentes, devenerunt ad fluvium Thare dictum, in portum Nicrariæ. Juxta quem erat fons amplissimus, arcuato opere, saxeo ambitu circumseptus; penes quem publica via discurrebat, quem delitescere cupientes introgressi sunt. Sed repente mutato consilio, ut pleniorem magnificentiæ gloriam gloriosus in Servis suis demonstraret Jacobus Apostolus, præsago spiritu inde egressi sunt.

10. Ut vero cognovit pestifer Rex, sub umbra alarum protectionis Dei Sanctos clam effugisse, dum sitit Sanctorum sanguinem, non valens ferocitatem pravissimi lenire animi, collecta militari manu, sicut equus effrænis ruens, justo se Dei prosequente judicio, non destitit, donec in præcipitium sempiternum cum suis omnibus caderet. Æstimans enim justos in præscripto fonte absconsos, cum suis Comitibus ingressus est intus. Ecce vero multiplici Dei virtute, *cujus immensæ fortitudinis, & sapientiæ non est finis, qui reprobat consilia Principum, & dedurit consilia eorum in finem stultum*; egregio orante Jacobo Apostolo, omne illud ædificium cryptæ hujus, quod in tanta perliterat sæculorum soliditate, miro modo subito corruit. Et qui simplices, & innosios opprimere moliebantur, tanta ruina oppressi, in profundum abyssi sunt demersi, ut patentec innotesceret, condolere venerandum Apostolum Jacobum contumeliis Servorum suorum.

11. Tunc liberati sublimi Christi potentia discrimine tanto isti novelli filii Israel, transito quasi altero mari rubro, repedarunt alacres, carmen illud Mosaicum Deo decantantes: *Qui excelsum dudum Pharaonem, & exercitum ejus demersit in mare*. Sed Sanctorum a bonæ actionis certitudine deviare nescius est animus. Nam a Spiritu Sancto præmoniti, præscriptam rursus adeunt mulierem, solicite eam præmonentes de tumulatione Venerabilis Apostoli. At illa nec dum verbis eorum credula, sed adhuc impœnitens, & more elati Pharaonis obduratum cor habens; donec mens sua ampliori gratia Apostolicorum signorum reverberaretur, conspiciens eos flentes, dixit illis: In monte hoc proximo, qui Illicinus dicitur, armenta nostra pascuntur. Erat enim ipsa more Gentis suæ, pollens copiosa animalium multitudine, quæ passim per lati soli marginem, absque pastore, utpote agrestia, quo libebat, discurrebant. Euntes ergo illuc quotquot cupitis tollite, & quo vobis cordi fuerit, ducite, & in ipsis laborantes, operam impendite aptari domum, ut dicitis, Apostoli vestri. Hæc dixit, diffidens, illos ea agere posse, ignara virtutis Dei, qua omnia creata subjecit sub pedibus metuentium se. Contiguus est

mons

mons sanctissimo, & venerabili, totique Orbi summæ devotionis plenitudine exculendo loco, in quo cælestis thesaurus, Corpus Sanctissimi Jacobi, decenter, & honeste in marmoreo mausoleo conditum est. Vocatus est autem ante mons *Illicinus*, nunc vero *Sacer* dicitur, ob glorificationem Apostolicorum signorum, quæ Dominus per excellentissimum Apostolum Jacobum Fidelibus suis declarare dignatus est.

12. Præsumpserat enim sibi plurimam partem supradicti montis, quasi in possessionem, immanissimus draco; qui omnes circum se positos Pagos horrendo, & horribili flatus sui anhelitu exinaniverat, omnes extinxerat, animantia deglutierat, & reliqua omnia protriverat. Gradiebantur itaque Sancti illi per ascensum montis, donec ad locum devenirent, quo illa sanguinaria, & trucissima jacebat bellua. Quos præsentiens, elevato capite impetum direxit in eos, cum multo stridore insibilans. Tunc Apostolici Discipuli Fide Dei firmi, nihil hæsitantes, & absque terrore permanentes, munimine armati invictissimi vexilli salutiferæ Crucis, Apostolica defensoris sui protecti gratia, invocata majestate Jesu Christi, Beatæ signum Crucis obtutibus opponunt adversarii. At ille non ferens vim virtutis Dei, & Jacobi Apostoli gloriosi, *velut fumus periit a facie terræ*. Et nec mirum, si a conspectibus quærentium Deum fugatus est draco, quia ipse pollicitus est, *ipsos fore super serpentes, & scorpiones impune gradituros*.

13. Erepti itaque ab imminente tantæ eladis exitiu, liberatori suo Omnipotenti Deo magnificas grates, Protectori suo Jacobo Apostolo devotas laudes reddiderunt unanimes. Et hinc factus est mons ille ante funestus, mons Dei, mons sanctus, mons sanctificationis pinguedine inexhausti olei, operæ scilicet misericordiæ indeficientis, mons, in quo complacuit Deo inhabitare, quia Deus noster, *qui perfregit maxillam Leviatan, operatus est salutem in medio terræ suæ, confringendo caput draconis antiqui*. Sic impleta est Scriptura dicens: *Quia in cubilibus draconum animalia Dei requiescent. Quia non habitabit ibi amplius mala bestia; & qui liberati fuerint, venient in monte Sion laudantes Dominum*.

14. Exinde bonæ voluntatis affectu cœptum prosequentes iter, tandem diu quæsita reperiunt animalia. Quæ dum comprehendere nisi essent, effugiendo manus eorum, a conspectibus ipsorum delapsa sunt. Indomita quippe erant. Æstimaverat sæpe scripta mulier, infidelitatis adhuc caligine obtenebratum habens cor, servos Christi se decipere posse, donec Omnipotens, *qui in Sanctis suis semper gloriosus permanet*, ostenderet illi, quod nulla adversus eum prævaleat fortitudo, nullum sit utile consilium: *Deridetur enim* (ut Propheta denunciat resurrectionis) *justi simplicitas, lampas contempta apud cogitationes Principum, parata ad tempus statutum*. Denique Sanctorum corda ab amore Dei nunquam discrepantia, cum se delusa esse a muliere intellexissent; ad orationum sanctarum solita se convertunt munimenta, pia supplicatione sanctam Dei exorantes Majestatem, simulque Patroni sui inclyti Jacobi Apostoli gloriosa poscentes suffragia, ut illam Cælestem mirandorum signorum clarificationem, quam hactenus exercuerat, tunc quoque ostendere dignaretur, ne illusio essent Gentium dicentium: *ubi est Deus eorum?*

15. Tum demum spe Cælesti animati, & robore Fidei Christi confortati, resumentes animi constantiam, rursus ad eadem perquirenda jumenta se præparant. Confestim Dei Omnipotentis, *qui prope est se fideliter requirentibus, & voluntatem ipsorum perficit largiter promptissimus*, prosperante actione, reperta animalia sub manibus eorum sunt edomita, sicque libere, quo voluerunt, deduxerunt, & ad eam quæ se miserat, gaudentes reversi sunt. Interea visis tot miraculorum signis, ea matrona (non jam Lupa dicenda, quippe ovis Christi mox erat futura, atque gregi Ecclesiæ socianda, quæ ante reniti conabatur præsumptione prævalida) corde, & ore est compuncta. Terrebat eam velox Regis sui submersio, pavebat belluæ crudelis subitam dejectionem, mirabatur jumentorum suorum emollitam ocyus acerrimam feritatem. Mox que omnis illa dubitatio versa est in credulitatem, scandalum in fidelitatem, illusio in admirationem. Et hæc omnia facta est, a Deo fieri, ad dilecti sui Jacobi declarandam gratiæ celsitudinem.

16. Benigna itaque pietas, & indulgentissima clementia misericordissimi Dei, qui ad se illam pertrahere volebat, nigerrimum antrum pectoris ejus clarificans, & vitiis omnibus purgans, super candorem nimis dealbatam effecit. Quæ recto, principalique spiritu confirmata, perennis ablutione fontis sanctificata, Ismaeliticæ nigredinem cutis in candorem omnium commutavit bonarum virtutum: *Vere hæc mutatio est dexteræ excelsi Dei. Spiritus enim Sanctus, quem vult, aspirat. Et inspiratum salvificat, suaque replet gratia*. O sanctæ misericordiæ Dei, & immensæ pietatis ejus novæ vocationis mysterium! O mira operatio mirabilium rerum!

17. Ob spem itaque veniæ promerendam, & salutem perpetuam adipiscendam, jubente jam beata muliere, Delubra sunt demolita, simulachra dejecta, Idola confracta. Et domus illa, quæ ante erat spurcitiæ, & contaminationis, purgata aspersione hyssopi veræ inundationis, Templum facta est sanctificationis; & in honorem Dei, ac venerabilis Jacobi Apostoli solenniter est consecrata. O fidele commercium! O felix, sanctumque mercimonium! Dum pro terreno, fragilique palatio, æterniter manens in cælesti Hierusalem commutatur habitatio.

18. Gratuito atem clementissimæ miserationis Dei omnipotentis munere fidelibus concessum est, ut una, eademque die passionis, & translationis ejus sanctissima occurreret solennitas, ut duplicato Apostolici honoris gaudio, multiplicaretur plenius & credentium devotio. Tantam præterea salutiferam immutationem illa sancta conversio gentibus eisdem attribuit, ut pæeunte Apostolica, relicto errore simulacrorum, ad agnitionem

veritatis unius Dei properare gauderent. In omnibus enim Iberiæ finibus diffusa, & dilatata est ex tunc adeo Ecclesia, divinæ cognitionis soliditate fundata, ut in plenitudinem gratiæ cælestis, eundo de virtute in virtutem, Deo cooperante, quotidie augmentaretur. Omnibus his rite hoc ordine perfectis, Vir Dei Ctesiphon, & beatissimi socii ipsius, Sedes sibi secundum Sanctorum Apostolorum, qui eos miserant, præceptum, ad Divini cultus deligunt solenniter ministerium peragendum. Nam ipse in Civitate Vergi resedit, cæteris in propriis commanentibus locis, orationi semper, & omni sanctitate intenti; donec expleto laboris sui felici agone, præmium susciperent bene promeritum.

19. Tu autem inclyta Gallæcia gaude, quæ es etymologia tui nominis feliciter potita; quia dulcedine Cælestis lactis, uberius es enutrita. Exulta, inquam, & gaude, quia Divini gaudii meruisti esse particeps, & splendore lucis mundi, amici Dei reverentissimi Jacobi Apostoli es clarificata. Felix terra tua, tanta felicitate ditata, feliciter Apostolico culmine sublimata, felicissimo virtutis Dei robore stabilita. Beata Gens tua, quæ ad tantam arcem gratiæ est elevata, ut concessum sit ei a Deo possidere Apostolum proprium Protectorem, & specialem Patronum. Beatus populus tuus, cui ea sacrosancto provisoris sui tumulo fluunt incessanter cælestia balsama, & fragrant suavissime orationum sanctarum non deficientia aromata. Ex quibus quotidie reficiendo pascitur, & sine tabe saginatur.

20. Ave beate, & beatissime, juste, & justissime, fili sublimis tonitrui, Jacobe piissime, amice Dei, lux Mundi, Judex sæculi, splendor perpetuæ lucis, qui salutiferæ dispensationis Dei munere cunctas ab Oriente usque in Occidentem, Sol Orbis terræ illustras tenebras. Quando enim tibi famulata sunt elementa, mare, cælum, terra, tunc illuxerunt Divinæ claritatis dono *coruscationes tuæ Orbi terræ*; dum ex Oriente in Occidentem per mare mirabili potentia Divinæ operationis vehebaris. O inenarrabilis Theologe! Insuperabilis testis perpetuæ veritatis! Inexpugnabilis assertor inviolabilis Fidei pretiosissime Jacobe! Tu ante conspectum Divinæ gloriæ, inverberatis adstans oculis, in Choro Sanctorum innocentum inaccessibili splendore refulges, ubi jocundaris perpetua exultatione. Tu columna es orthodoxæ Religionis, super quam reclinatorium consistit aureum, ad hoc in fundamento Dei domus, super basim Christum consolidata; ut omnium imbecillium in te se inclinantium impossibilitates sustentes, & foveas. Et quia quod nostris meritis adipisci nos apud Dominum posse diffidimus, sancta intercessione assequi confidentes tua, quibus nulla digna est confessio, satisfactio nulla, nulla pœnitentia, quippe contrito corde, & humiliata mente, oramus proni, imploramus cernui, viscera amplissimæ pietatis tuæ, concessa tibi Dominica voce potestate remittendi peccata, male commissa nostra dele, crimina terge, scelerum maculas ablue, exilis servitutis nostræ obsequia suscipe; & quamvis te non augeant nostra præconia, tamen offerrimus; quia supplicatione tua mitissima confidimus, posse provenire nobis salutis æternæ remedia. Præterea sisi multimode de sanctæ tuæ protectionis sanctissima gratia, deposcimus suppliciter, ut glorificantes te glorifices, dissidentes, ut Filius Dei, discordantibus pacifices. In Fide Dei unitatem largiaris, invocantes te protegas, & robores, memoriam tui celebrantes tuearis, & consortes, requirentes te benignissime respicias, & visites; ut dum memineris nostri in beneplacito tuo, lætemur perpetim sanctis tuis precibus cum Christo.

21. Ecce vero, perfectissime Dei amice Jacobe, excellentissime Dei Martyr, & Apostole, *in omnem terram exiit sonus tuus, & in fines Orbis terræ verba prædicationis tuæ*. Quia in cunctis terrarum locis, quibus Christi auditum est nomen, tu possides perpetuum honorem. Nam radiis tuæ sanctæ claritatis, etiam ita extimas totius Christianitatis perlustrasti partes, ut ad sanctissima, cum tremore, & honore dicenda ossa tua, fideliter concurrant. Siquidem ex honorando, & venerabilissimo sepulchro tuo emanat jugiter prælucidissimus fons innumerabilium sanitatum, de quo multimodæ species variarum infirmitatum sæpissime diluæ curantur. Nec tantum corporaliter, sed & spiritualiter gloriosius, clara ostensione, quotidianis patefacit indiciis, plum se dilectoribus suis præbere auditum. Dum leprosos, omnium fœdatos varietate peccatorum, curat, claudos a rectitudine viarum Dei exorbitantes redintegrat, febres vitiorum diabolico algore torpentes expellit; surdis, in Lege Dei obturatum habentibus auditum aperit, cæcis quoque, claritatem mandatorum Dei intueri non valentibus, lucem restituit. Ora ad Dei pronuncianda magnalia muta, in laudibus Christi reserat. Sic miris, mirandisque præcellentissimi Apostoli virtutibus sperata provenit credentibus indulgentia, quia præstantior est sanitas animarum, quam corporum.

22. Et non solum in hoc omni reverentia excolendo, verum in omnibus ejus sancto nomini dicatis locis, Divina hæc operatur pietas. Est namque in Neustriæ partibus Ecclesia sanctæ ejus memoriæ sacrata, in qua ipsius gloriosissimæ venerantur Reliquiæ, Floriacensi S. Benedicti subdita Basilicæ; ubi tanta fieri quotidiana operatione novimus miracula, quanta decet tantum operari Apostolum, quæ etiam alias in plurimis pretiosorum sufficerent Basilicis Sanctorum. Pro his omnibus gratias agimus tibi sacrum vocabulum majestatis, Sancta Dei Trinitas, & Unitas; immensam majestatis tuæ implorantes pietatem, ut cum Beato Jacobo Apostolo vitam mereamur possidere perpetuam.

SCRI-

SCRIPTURA DONATIONIS
MONASTERII S. MARIÆ DE OVARRA
IN RIPA-CURTIA

Ubi Comes D. Bernardus, ejusque uxor D. Toda Galindez, ac filii ipsorum, Comes D. Ramon, & D. Borrell ita loquuntur. Anno Christi DCCCXIII. regnante adhuc apud Francos Carolo Magno.

Ex Archivo Monasterii eruta, & luci data a D. Josepho Pellizerio, Jacobæo Equite, Regio Archi-chronographo, in suo Maximo Cæsaraugustano, *pag. 65. & seqq. ubi & allegat Zuritam in Indicibus fol.* 8. *ac Hieronymum Blancam.*

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Bernardus Comes Ripa-curtiæ, & uxor mea Tota Comitissa, filia Galindonis Comitis Aragonis, cum consensu, & voluntate filiorum nostrorum, Raymundus Comes, & Borrellus Comes, expunxit nos Deus, & Trina Majestas, ut faciamus charta eleemosynaria pro remedium animarum nostrarum, & parentum nostrorum, vivorum, & defunctorum, ut ædificaremus Monasterium in Pao Ripa-curtiense, quæ nuncupatur *Ovarra*, quæ est situm prope flumen Isabana, ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, & S. Petri Apostoli, & S. Paulli, & S. Stephani, & Sanctæ Crucis, & alia agmina Sanctorum, qui sunt fundatas in supradicto Cœnobio, *sub Regala Sancti Benedicti*, & ibi nos tumulati erimus. Tunc servientes illius, idest, Egicano vucitato Abbati, & cunctis Monachis ibi consistentibus; idest, Atho Monachus, Alvarus Monachus, Ratenus Monachus, Fedacus Monachus, Somarius Presbyter, Gimara Presbyter, Ennego Presbyter, Adephonsus Presbyter, Barone Diaconus, & cætera congregatione, qui ibidem sunt, & qui adveniendi sunt; sic facimus oblationem, & chartam de illos alodes nostros, quæ ego præfatus Bernardus abstraxi de potestate tenebrarum, & de Gens Paganorum, & populari eas de Christianis, in tempore illo, quo Ripa-curtia, & Pallares, & Superarbi erant in possessione Paganorum. Et sunt ipsos alodes in Ripa-curtia, de ipsum gradum de Aras usque in ipsum gradum de Sancto Christophoro, & de Isavana, usque in Castrum Ripa-curtiæ; & nos facimus chartam de istos alodes, quantum istas infrontationes includunt, idest villam, quæ nominatur Valapricha, cum omnibus suis pertinentiis, quæ ab antiquo tempore tenuerunt ab integro; & illa villa de Bradilans, & villa Arachonis, & Villaros, & Rio pertruso, & illa turre, & Maganosas, & Silvi, & villa Lupones. Et ego Bernardus Comes, & Tota Comitissa donamus, atque concedimus supradictas villulas cum suis terminis, per nos, & per omnem posteritatem nostram, cum totos illos census, & usaticos, quos nos habemus, vel habere debemus, in omnibus hominibus, & in feminabus, & in campis cultis, & incultis, garriciis, sylvis, pascuix, fontibus, & rivulis, molinaribus, & quodcumque dici, ac nominari potest, quod ad usum hominis pertinent, aut qualicumque ratione pertinere debent, sicuti nos habemus, vel habere debemus; sic donamus, concedimus, & tradimus omne nostrum Jure, & potestatem, & dominationem, absque ullo retentu ad proprium alodem, & propriam hæreditatem, & sint omni tempore de supradicto Monasterio, & de omnibus hominibus, qui habitant, vel habitaturi sunt. Sic mittimus hæc omnia ab integrum propter remedium animarum nostrarum, vel parentum nostrorum, vivorum, & defunctorum, ut ad diem Judicii, atque tremendæ Majestatis, merces nobis inde adscrescat, sicut Paullus Apostolus dicit: *Qui Templum Dei ædificat, Infernum despicit.* Et in Epistola ad Ephesios: *Bonum est benefacere ad omnes; maxime autem ad domesticos Fidei.* Et est manifestum, quod si ego Bernardus Comes, & uxor mea Tota Comitissa, sive aliquis homo, vel femina, tam filii, quam propinqui, sive Comes, sive villicus, tam Vicarius, quam Præpositus, atque gardingus, sive aliqua persona sæcularis, vel Ecclesiastica, qui contra nostram hanc oblationem, vel donationem, ullam perturbationem facere voluerit, xxx. libras auri sacratissimo Fisco, & Regi persolvat; & insuper factum nostrum consultum, & intemeratum permaneat omni tempore. Si quis vero propinquus, aut extraneus, qui contra hoc factum nostrum venire attentaverit; ira, & maledictio Dei super eum veniat, & a liminibus Sanctæ Dei Ecclesiæ extraneus efficiatur, & cum Dathan, & Abiron, & Juda traditore, in inferno inferiori ardeat; & hæc nostra donatio firma permaneat semper. Facta charta in mense Julio, regnante Carolo Rege Francorum, Enneco Rege in Aragone, Era 851. Si † gnum Bernardi Comitis. Si † gnum Domnæ Totæ Comitissæ. Si † gnum Unifridi. Si † gnum Dathoni. Isti sunt testes. Chintus Presbyter rogatus scripsit, & hoc Si † gnum fecit. Si † gnum Raymundus Comes Ripa-curciæ, filius præfati Bernardi, & Totæ Comitissæ. Si † gnum Borellus Comes Pallariensix, filius præfati Bernardi, & Totæ Comitissæ; ambo firmamus hanc chartam, & oblationem Deo, & Sanctæ Mariæ.

DO-

DONATIO SUNIEFREDI COMITIS

Ad Ecclesiam Urgellensem, anno DCCCXIX.

Ex Chartulario ejusdem Ecclesiæ. Vide Baluzium in Marca Hispanica, *col.* 766.

IN Dei Omnipotentis Nomine, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Temporibus Domini, & piissimi Imperatoris nostri Hludovici. Ego Suniefredus humillimus, & pusillus omnium servientium Deo, ob Domini amorem, & eleemosynam jam dicti piissimi Augusti, & clementissimi, piissime, & clementissime gubernans Imperium, ab illo accepta potestate, qualem in hoc habere videor, propter illum, & refrigerium animæ meæ, do, & concedo ad domum vocitatam Domnæ meæ semper Virginis Mariæ Sedis Orgelitanæ, quæ antiquitus a Fidelibus constructa, & ab infidelibus destructa, atque a præsentibus nostris temporibus Domini, & piissimi Caroli Imperatoris restaurata esse a multis scientibus non est ambiguum, modiatam unam ex terra arabile, quæ ex mortuorum terra sub nostro beneficio ad viventium Ministros Ecclesiarum, & Deo militantes, atque degentes sub ipsius regimine Sedis, ad illius obsequium, & honorem volumus esse mansurum. Quæ modiata est in Suburbio Orgelitano prope Ecclesiam Beatorum Apostolorum Petri, & Andreæ; qui ex duobus lateribus terminatur terra ipsius Sedis Ecclesiæ, in quo hæc ex Dei miseratione concedimus. Ex alio namque latere vinea ex proprio Domini Sisebuti Antistitis illa regentis. Ex tertio quoque latere torrens quoque circumiens. Ista namque superius nominata sano animo, sana mente, integroque consilio, ad domum jam dictæ Domnæ meæ semper Virginis Mariæ, & ibi degentes cum Antistite, qui fuerit, ob eleemosynam jam dicti piissimi Augusti, & remedium animæ meæ, do, & concedo, & optando volo in finem esse mansurum. Si quis sane (quod fieri minime credo esse venturum) quod si ego jam dictus Suniefredus Comes, aut aliquis de filiis, vel de hæredibus, seu quislibet homo contra hanc dotem donationis inique tentaverit; primum indignus iram Dei incurrat, postea vero coactus auri libra componere compellatur, & in antea ista donatio firmis existat. Facta donatione sub die III. Nonas Januarii, anno XXVI. imperante Domno nostro Hludovico. Suniefredus, qui hanc donationem beneficii feci.

PRÆCEPTUM

LUDOVICI PII IMPERATORIS

Pro Monasterio Arulensi in Diœcesi Helenensi.

Ex Archivo Monasterii Arulensis. Anno DCCCXXI.

IN Nomine Domini Dei, & Redemptoris nostri Jesu Christi. Hludovicus Divina ordinante Providentia, Imperator Augustus. Si erga loca Divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei, ejusque in eisdem locis sibi famulantes, beneficia opportuna largimur; præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Iccirco noverit omnium Fidelium nostrorum, tam præsentium, quam & futurorum solertia, quia Vir venerabilis Castellanus Abba Monasterii Sanctæ Mariæ veniens ad nos innotuit, eo quod ipse eum Fratribus suis in valle, quæ dicitur Asperia, Monasterium in ædificia antiqua construxerit, in quo nunc, Deo opitulante, cum turba Monachorum sub sancta Regula militat, obsecrans, ut prædictum Monasterium, & cellulas, quas ipsi ab eremo construxerunt, & nunc ibidem aspiciunt; idest, Ecclesiam Sancti Petri in Arulas, & Ecclesiam Sancti Joannis in Riardo, & Ecclesiam Sancti Juliani super Buciacum rivolum, & cæteras res ad prædictum Monasterium Sanctæ Mariæ pertinentes, vel aspicientes, sub nostro susciperemus mundeburdo, atque tuitione, quatenus iidem Monachi cum omnibus ad eos pertinentibus quiete, ac libere viverent. Cujus precibus ob amorem Dei, & reverentiam Divini cultus aurem accommodare placuit, & hos nostræ auctoritatis imperiales apices fieri decrevimus, per quos præcipimus, atque jubemus, ut nullus Judex publicus, aut quislibet ex judiciaria potestate, in prædictas cellulas, aut in rebus ad prædictum Monasterium legaliter aspicientibus, ingredi temerario ausu ad mansiones, vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ejusdem Monasterii distringendos, aut ullas redhibitiones, aut inlicitas occasiones requirere, aut exactare præsumat; sed liceat prædictum Abbatem, & successores suos cum his rebus præsenti tempore ad præfatum Monasterium aspicientibus sub nostra defensione quiete vivere, ac residere. Et quandoquidem Divina vocatione memoratus Abba de hac luce migraverit, quamdiu ipsi Monachi inter se tales invenerint, *qui eos secundum Regulam S. Benedicti* regere valeant, licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipsos Monachos pro nobis, conjuge, proleque nostra, vel pro stabilitate totius Imperii nostri jugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas nostris, futurisque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulsa manere, manu propria subterfirmavimus, & Anuli nostri impressione signari jussimus. Signum Hludovici Serenissimi Imperatoris. Durandus Diaconus ad vicem Fridugisi recognovit. Data XV. Kal. Octobris, anno Christo propitio VII. Domni Hludovici piissimi Augusti, Indictione XIV. Actum vero Palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

OBSER-

OBSERVATIO CARDINALIS DE AGUIRRE.

Præceptum istud eisdem omnino verbis nuper editum fuit a Cl. Viro Stephano Baluzio in Marca Hispanica, *colum.* 766. *prout exstat in Archivo Monasterii Arulensis ab antiquissimis temporibus. Ex eo vero, & aliis pluribus instrumentis ejusdem fere temporis, quæ idem subjungit, & Illustriss. Archipræsul D. Petrus Marca collegerat ex Chartulariis veteribus Cataloniæ, Ruscinonis &c. constat plane, Regulam S. Benedicti iis locis observatam fuisse, saltem ab ineunte sæculo nono, contra quam aliqui recentiores Hispani, livore potius abducti, quam probabili fundamento innixi, scripturire audent. Hæc instrumenta si vidisset eruditissimus Magister Josephus Perez Benedictinus, Salmanticæ Doctor Theologus, & linguarum Orientalium primarius Professor, plenius adhuc, & evidentius ostendisset antiquitatem Instituti Benedictini in Hispania, quam fecit in suis Dissertationibus Ecclesiasticis.*

Porro idem Ludovici Pii privilegium legitur apud Martyrologium Hispanum ad diem XIII. Januarii, verum cum proœmio adscititio, & extra rem, uti & Baluzius observat; ac tot verbis truncatis, additis, & detractis, ut prorsus degeneret ab autographo, & nullam pene fidem mereatur, prout apud ipsum exstat.

PRÆCEPTUM EJUSDEM IMPERATORIS

PRO MONASTERIO S. GRATÆ

In Diœcesi Urgellensi, anno 823.

Ex Archivo Ecclesiæ Urgellensis, & apud Marcam Hispanicam, col. 767.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Hludovicus, Divina ordinante providentia, Imperator Augustus. Si illius amore cujus munere cæteris mortalibus prælati sumus, petitionibus servorum Dei justis, & rationabilibus annuimus, & loca Divino famulatui consecrata congruis munificentiæ nostræ beneficiis ad Divinum cultum uberius exsequendum opem ferimus, præmium nos a Domino remunerari fideliter credimus. Igitur ad industriæ notitiam Fidelium nostrorum, tam præsentium, quam & futurorum, perlatum esse volumus, qualiter Matfredus Comes Vir inluster, adiens serenitatem culminis nostri, gestans in manibus quasdam præceptiones, quas dudum in Aquitania constituti, cuidam Venerabili Possedonio Orgelitanæ Sedis Episcupo fieri jusseramus, in quibus continebatur insertum, quod aliqua loca erema ad Monasteria construenda, sive Monachos congregandos concesseramus; ita videlicet, ut post ejus obitum Monachi in eisdem locis degentes, quibus construere optabat, Abbatem inter se haberent licentiam elegendi; suggerens prædictus Possedonius Episcupus per eundem Matfredum Fidelem nostrum, ut Monasterium, quod idem Episcopus reædificaverat, quod dicitur Sancta Grata, quod est situm super fluvium Bosegia, dicatum in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ semper Virginis, & cellulam eidem Monasterio subjectam, quæ dicitur Sanctus Fructuosus, cum omnibus appendiciis suis, vel quiequid præsenti tempore Monachi in prædictis locis degentes tenent, vel possident, vel in postmodum ex locis eremis, atque incultis construxerint, sub nostra potestate, immo tuitione, atque dominatione, reciperemus; & ita Monachi, vel res ibidem pertinentes, nostri proprii essent, sicut cætera Monasteria infra Seprimaniam nostra esse cunstat, & ex nostra auctoritate licentiam eis concederemus amodo eligere Abbatem qualemcumque voluerint. Quorum petitionem, quia justam, & rationabilem esse cognovimus, libenter adsensum præbuimus; & prædictum Monasterium cum prædicta cellula, & appendiciis suis, & Monachos ibidem degentes, vel omnes res ad idem Monasterium præsenti tempore pertinentes, vel quæ deinceps ex locis eremis, atque incultis ad eorum usus adpriserint, ad nostrum opus recepimus, ita videlicet ut sub nostra, immo eorum dominatione, consistant. Propterea has nostræ auctoritatis Literas Monachis ex prædicto Monasterio fieri jussimus; per quas fidelibus nostris notum fieri volumus, ut memoratum Monasterium cum præfata cellula, & appendiciis suis, vel cunctis rebus, sicut superius insertum est, nostrum proprium esse cognoscant, & sub nostra defensione, atque tuitione consistat. Et nullus Episcopus, aut Comes, vel missus, discurrens, ibi aliquam dominationem, aut tyrannidem potestatem exerceant, nisi quemadmodum Canonica auctoritas jubet. Et ideo, quia jam præfatum Monasterium nostrum esse constat, concedimus ibidem Monachis sub sancta Regula degentibus, ut non solum præsentaliter elegendi licentiam habeant Abbatem, verum etiam in futurum; ut quandoquidem Divina vocatione Abbas subrogatus fuerit, vel alii, qui per tempora fuerint, ab hoc sæculo migraverint, *secundum Regulam Sancti Benedicti licentiam habeant inter se eligendi Abbates*; qualiter Monachi ibidem Deo militantes securius, & quietius vitam Monasticam degentes, pro nobis, & conjuge, proleque nostra, Domini misericordiam attentius exorare valeant. Et ut hæc auctoritas per curricula annorum Inviolabilem, atque inconvulsam obtinear firmitatem, & a fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris verius, certiusque credatur, & melius conservetur; eam de Anulo nostro subter jussimus sigillari. Durandus Diaconus

nus ad vicem Fridugisi recognovi. Data xi. Kalendas Julias, anno Christo propitio x. Imperii Domni Hludovici Serenissimi Augusti, Indictione prima. Actum Franconofurd. Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

OBSERVATIO STEPHANI BALUZII.

IN *authentico, unde editur hoc Praeceptum, sequebatur*: Signum Hludovici Serenissimi Imperatoris, *juxta formulam*. *Verum linea illa erasa est, ejusque loco hæc, quæ sequuntur, scripta sunt alia manu, sed antiquissima, & fortean coætanea*. Et insuper donamus, atque concedimus ipsa se ...... *qui vocabulum est* Sancta Maria, cum suos Titulos, a domum Sancta Grata, cum fines, & terminos,

SCRIPTURA

ADEPHONSI CASTI REGIS

In favorem Ecclesiæ Lucensis, & Ovetensis.

ANNO CHRISTI DCCCXXX.

Ex Sandovalio, pag. 171. & seq.

IN Dei Omnipotentis nomine, Patris ingeniti, Filii Unigeniti, Spiritus almi. Clementi pietate, ac perpetuæ benignitatis munere vegetatus, seu Sanctorum omnium auxilio fretus; Dei videlicet Matris almæ Mariæ munimine protectus, ego servus omnium servorum Adephonsus Rex Froylani Regis filius, postquam auxiliante Domino Regni totius Gallæciæ, seu Hispaniæ suscepi culmen, quod fraude Mauregati calida amiseram, & post ejus interitum cum (juvante Deo) adeptus Regni gubernacula fuissem; firmiter omnium obtinui munitiones, sicuti a victoriosissimo Rege Domino Adephonso Petri Ducis filio fuerant vindicatæ, ac de Sarracenorum manibus ereptæ, per totius confinia Gallæciæ, seu Bardulienfæ Provinciæ. Has itaque cum obtinuissem Provincias, nutu Dei, ac Sanctæ, semperque Virginis Mariæ ope adjutus, cujus Basilica ab antiquo constructa esse dignoscitur miro opere in Lucensi Civitate Provinciæ Gallæciæ, seu Bardulienfæ Provinciæ; placuit meo animo, ut Solium Regni in Oveto firmarem, & ibi Ecclesiam construerem in honorem Sancti Salvatoris, ad ipsius similitudinem Ecclesiæ S. Mariæ Lucensæ Civitatis. Et placuit mihi, ut principatum totius Gallæciæ apud Luco ipsa Virgo obtinuerit Civitatis, in qua Ecclesia Sancta Dei Genitrix obtinuit principatum ab antiquo ante ingressum Sarracenorum in Hispaniam tempore pacis. Hæc, protegente Deo, qui cuncta regit, & cuncta disponit, cum peragere studuissem, & Ecclesiam S. Salvatoris Oveto studuissem construere; accidit ut quidam rebellis fugiens ante faciem Abderramam Regis ab Emerita Civitate, nomine Mahamut, veniret ad me; & pietate regia susceptus est a me, ut in eadem Provincia Gallæciæ commoraretur. Sed ipse, ut venit fraudulentus, & deceptor, etiam contra me rebellionem præpararat, sicut ante fecerat contra Dominum suum, & colligens secum Sarracenorum multitudinem, eandem Provinciam Gallæciæ deprædare conatur, colligens se in Castrum, quod vocatur ad antiquis Castrum Sanctæ Christinæ. Cujus rei eventus cum ad me Oveto mandatum venisset, congregato exercitu Gallæciam properavi, ubi inimicis resisterem, & Christicolas de manu Sarracenorum eriperem Deo auxiliante. Veniens vero ad Lucensem Urbem cum omni exercitu, & ibi me in Ecclesia S. Mariæ Deo orationibus commendans, altera die progressus sum ad pugnam; Castrum illius S. Christinæ obsedi, in quo erat adunatio Sarracenorum non minima cum ipso capite suo Mahamut. Auxiliante itaque Deo, Castrum hoc oppugnavi, & omnium Sarracenorum cervices ad terram prostravi, ac delevi Ismaelitarum inducias, interfecto ipso Principe. Peracta itaque pugna cum victoria Luco revertens, Deo, ejusque Genitrici gratias referre studui, ac votum, quod promiseram, reddere non distuli. Igitur ego jam præfatus Adephonsus victoria potitus, inimicisque superatis, benignam erga me cognoscens Salvatoris clementiam, & ejus Genitricis Mariæ agnoscens auxilium, & omnium Sanctorum precibus adjutus; cum ad eandem Urbem Lucensem cum omni meo exercitu reversus fuissem, victoria de inimicis peracta; placuit mihi ex animo inspirante, ac Comitibus Magnatis visum est, tam nobilium personarum, quam etiam infimarum, ut Ecclesiam Sanctæ Mariæ, seu Urbem præfatam, quæ sola integerrima remanserat a Paganis, non destructo muris ambitu, quam etiam Adephonsus Rex, Petri Ducis filius, qui ex Reccaredi Regis Gotthorum stirpe descendit, similiter eandem Urbem populavit, ac de Ismaelitarum potestate tulit. Hic ego jam supradictus Adephonsus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, seu Urbi Lucensi cæteras dono, & concedo Civitates, Bracaram scilicet Metropolitanam cum suo Episcopatu, & quæ in circuitu. Sunt autem nomina Ecclesiarum memoratæ Civitatis Bracaræ; ad portam Occidentalem, Ecclesiam Sancti Petri cum villis suis, Ordiales, Ferrarios, Gontherici, Cogordas. Sub colina Ecclesiam Sancti Fructuosi de monte modico cum villis suis, turris Capitolina, quæ moderno tempore vocatur ab incolis Colina. Ecclesiam Sancti Thyrsi cum villa Tornarios. Ecclesiam Sancti Vincentii cum villis suis, Insidias, & Cespitelos. Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ foris murum cum villis suis. Ad portam Orientalem, Ecclesiam Sanctæ Christinæ; Ecclesiam

clesiam Sancti Clementis cum villa Molinos, Ecclesiam Sanctæ Mariæ, vocabulo de Hatrones, quæ sita est ad radicem montis majoris cum villis suis, Sanctam Eulaliam de Tolones cum villis suis, qui in circuitu sunt. Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ dicitur Cimiterium Regale. Et Auriensem Urbem cum suo Episcopatu, & Parochias, & Monasteria, quæ omnino a Paganis destructa esse videntur, & populo, & muro; & non valeo, eas recuperare in pristino honore, persecutione Paganorum arctatus. Has itaque Urbes prædictas, seu sibi subditas Ecclesias, villas, & Provincias, Sanctæ Reginæ concedo Virgini Mariæ Lucensis Ecclesiæ. Hæ sunt autem nominatæ Provinciæ: .... Has itaque Provincias, quæ recuperatæ sunt in diebus Domini Adephonsi Majoris, damus vobis sub tali tenore, ut si auxiliante Deo post nostrum discessum Civitates supradictæ, quæ destructæ nunc esse videntur, a Christianis fuerint recuperatæ,& ad proprium reddiderint decus; ut Lucensi Ecclesiæ, seu Provinciæ, & Ecclesiæ supra nominatæ restituantur, & unaquæque Civitas sua recipiat confinia, quod dedecus est, quod nunc pro animarum salute necessitate Paganorum compulsi facimus, ut post nos Ecclesiæ .... inter se litigent. Ideo observata charitate, pace Christianis reddita, præcipiamus, ut unaquæque Ecclesia suam recipiat veritatem, & ipsam Ovetensem Ecclesiam facimus, & confirmamus pro Sede Britoniense, quæ ab Ismaelitis est destructa, & inhabitabilis facta. Et hæc Scriptura, quam in Concilio edimus, & deliberavimus, permaneat in omni robore, & perpetua firmitate. Datum die quinto idus Martii, Era 868. Ego Adephonsus Rex hoc testamentum manu mea confirmo. Sub Christi nomine Nausliano Episcopu, Froarengus Episcopus, Petrus Comes, Hermigildus Comes, Fromarigus Comes, Froya Comes. Sub Christi nomine Valerianus Episcopus, Lucidus Episcopus, Flavianus Episcopus, Adephonsus Comes, Ordonius Comes, Anaya Comes, Belasco Comes, Hermogius Armiger Regis, Froylanus Notarius Ragis, Bela confirmo, Sisnandus, Suarius, Simeon, Nuño Roderico.

PRIVILEGIUM
ERECTIONIS MONASTERII
BEATÆ MARIÆ DE ALAON
ORDINIS SANCTI BENEDICTI
ANNO CHRISTI DCCCXXXII.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Carolus Dei gratia Francorum Rex. Dignum est, sanctæ Ecclesiæ loca auctoritate Regali stabilire, & justis Monachorum Divini cultus amore ad nos peragrantium precibus favere. Idcirco notum sit Fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, tam præsentibus, quam futuris, quod Religiosus Vir Obbonius Abbas de partibus Hispaniæ veniens, de illa nempe Gothici Regni Marca, Francorum Regibus olim, nostroque nunc Præcepto subjecta, & auspiciis Genitoris nostri Augusti Ludovici a Sarracenorum squalore præservata, obtutibus nostris adiit. Eum ad Serenitatem præsentiæ nostræ ducens Venerabilis, ac fidelis noster Berarius, primæ Sedis Narbonensis Urbis Archiepiscopus; nobisque palam fecit, quod præclarus quondam Vandregisilus Comes, consanguineus noster ac homo Ligius; quem post patris sui Artalgarii Comitis mortem, genitor noster super Vasconiam, quæ est trans Garumnam flumen, limitaneum constituit, quum Dei, & militum suorum auxilio, inter alia a Sarracenis, & ab Amarvano Cæsaraugustano Duce eripuit totum illud territorium in dictæ Vasconiæ montanis locis situm, quod est ultra, & circa flumen Balieram, nomine Alaoon. Et quod dictus Vandregisilus Comes, cum præclara uxore Maria Comitissa, in prædicto loco Monasterium in Dei Genitricis honorem ante decennium sumptibus propriis extruxit, de consilio, & consensu filiorum suorum; videlicet Bernarthi, ad præsens ejusdem Vasconiæ Comitis, & totius limitis custodis, cum uxore sua Comitissa Theuda, & Athonis, nunc Palliarensis Comitis, cum Eynzelina uxore, necnon Antonii, hodie Vice-comitis Biterrensis, cum uxore sua Adoyra, itidemque Asinarii, nunc etiam Lupinia-censis, ac Solensis Vice-comitis, cum Gerberga uxore sua. Qui omnes de infidelium spoliis Monasterium suscitarunt, & Clericos *Monachos secundum Regulam S. Benedicti conservantes, ex Sancti Petri Apostoli Sirasensi Monasterio*, cum eodem Obbonio Abbate ad illud contulerunt. Et quod Monasterium constructum, ac dedicatum fuit de licentia, & consensu Venerabilis quondam Bartholomæi primæ Sedis Narbonensis tunc Archiepiscopi; & Venerabilis Sisebotus Orgellitanus Episcopus, de cujus spiritualitate locus est, juxta ordinationem piissimi genitoris nostri Augusti Ludovici, opus laudavit, & Ecclesiam prædicti Monasterii benedixit; præsentibus venerandis Farreolo Episcopo de Jacca, & Involato Convenarum Episcopo; necnon Oddoario Sirasiense Abbate, Hermengaudo Abbate Asinense, Oddoario Abbate Sancti Zachariæ, Fortunio Leigerensi Abbate, Dondone Abbate Sancti Lavini, Varino Abbate Alti-fagiti, Attilio Abbate Cellæ-fragilii, & Transirico S. Joannis Oriolensis Abbate, cum aliis Clericis, & Eremitis, & Stodilo Abbate S. Aredii Attanensis, qui ex Lemovicensi S. Salvatoris Basilica tunc comportavit ad novam Ecclesiam B. Mariæ Lipsanas Hathonis quondam Aquitaniæ Ducis, ac filii sui Altagarii Comitis, patris videlicet, & avi prædicti Vandrigisili Comitis, cum cæteris fidelibus; de quibus omnibus autographum dedit. Similiterque obtulit nostræ Serenitati testamentum, seu Placitum prædictorum Vandregisili

Comitis, & conjugis Mariæ Comitissæ, in quo de consensu omnium filiorum suorum, dictus Vandregisilus eidem Monasterio, & Clericis Monachis, secundum Regulam Sancti Benedicti in eo conversantibus, tam præsentibus, quam futuris reliquit. Imprimis omne jus, quod ad se pertinere dixit, super Monasterium de Rodi insula, quod olim in honorem B. Mariæ ædificavit Ludo Aquitaniæ Dux, cum uxore sua bo. mem. Valtruda, Valchigisi Ducis, de nostra progenie, filia; & ubi prædictus Ludo sepultus est. Et omnes terras, Ecclesias, & jura, quæ ad prædictum Vandregisilum Comitem pertinere asserebat de patrimonio suo in tota Aquitania; & præcipue in Pago Tolosano, Cadurcensi, Pictaviensi, Agennensi, Arelatensi, Sanctonensi, & Petragoricensi, quæ fuerunt dicti Ludonis Aquitaniæ Ducis, & fratris sui Imitarii, & eorum genitori Boggiso Duci Dagobertus Rex concessit post mortem fratris sui Ilderici Aquitaniæ Regis....... Itidemque omnia Monasteria in tota Aquitania, & Vasconia, seu jura eorum omnium, quæ fuerunt Ludonis Aquitaniæ Ducis, & ejus genitori Boggiso Duci Dagobertus Rex concessit, post necem fratris sui Ilderici Aquitaniæ Regis, ut supra dictum est. Necnon omnia bona, quæ Amandus Dux in Vasconia dedit filiæ suæ Giselæ Reginæ, & postea reliquit nepotibus suis Boggiso Duci, & suo fratri Bertrando, quos Haribertus Rex habuit ex Gisela uxore. Similiterque legavit præfato Monasterio jura, quæ diait habere in Pago Lemovicensi, Parciaco, Nulliaco, Podentiniaco, & aliis, quæ fuerunt Jadregisili quondam Aquitanorum Ducis, Vandradæ Comitissæ matris sui progenitoris, & ad eam pertinebant jure sanguinis. Denique de consensu principali filii sui Asinarii Vice-comitis Lupiniacensis, ac Solensis, qui territorium de Alacone pro hæreditate sortitus fuerat, dedit Monasterio, & Monachis præfatis Ecclesias locorum de Arennus, de Sancto Stephano de Malleo, de Auleto, de Roeheta, da Viniallo, de Zalvera, & utraque Zopeira, de Pardiniella, de Castañaria, & Cornudiella, & omnia aloda, eorum scilicet lavandarias, & parietes. Juxtaque donavit Ecclesiam Castri nomine Vandres, quod ipse ædificavit contra Mauros de Jacca, in redemptione sua, & domos de Jacca, & omnes hæreditates, & prædia, quæ Comitissa Maria habuit a patre suo quondam Asinario Comite post captam Civitatem; cum aliis campis, & Pagis in prædicto testamento, seu Placito nominatis, & contentis, & a prædicto Monasterio possessis post mortem jam dicti Vandregisili Comitis, & ejus uxoris Mariæ Comitissæ, qui in eadem Ecclesia tumulati sunt. De quibus omnibus præfatus Obbonius Abbas suo Monasterio, sibique Regiæ auctoritatis Decretum fieri postulavit. Ut jam dictas villas, Ecclesias, Monasteria, & cæteras hæreditates sub unius Præcepti conclusionem nominatim inserens in perpetuum confirmemus; ut cum omnibus facultatibus suis, & nunc subjectis, & moderno in tempore subjiciendis, sub nostra defensione, & immunitatis tuitione consistere faceremus. De quibus omnibus habito consilio cum nostræ Curiæ Optimatibus, & cum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, & Comitibus nobiscum, tum apud Carisiacum congregatis propter solennitatem ad nostras felicissimas nuptias cum gloriosa Domina Hermentrude sublimi Regina honorandas, recognovimus, quod in totum non possumus ejusdem Abbatis precibus aures accomodare, utpote nostræ Regali Celsitudini, & multorum juri adversantibus. Quia prædictus Vandregisilus Comes minime facultatem habuit legandi, seu donandi villas, Ecclesias, Monasteria, & cæteras hæreditates per Aquitaniam, & Vasconiam constitutas. Quia de posteriori linea, seu generatione Boggisi, & Ludonis Ducum erat. Nam quæ Dagobertus Rex olim donavit suis, & Hariberto fratri, nepotibus Boggiso, & Bertrando; post necem, ut dicitur eorum fratris Ilderici Aquitaniæ Regis, jure hæreditario ab Ludone Boggisi filio possessæ fuere; & post illius mortem a primogenito Hunaldo, & Visario nepote, qui Aquitaniæ Ducatu potiti sunt, nomine tamen Francorum Regum. Sed cum Visarius Dux toties sacramenta fidelitatis inclyto proavo nostro Pipino Regi violaverit, ab eo sæpius devictus fuit; & post eum Apostata Hunaldus, dum Aquitaniam nova rebellione præoccupare conatus est, a Magno Carolo avo nostro devicti, atque rebellea dicti fuere. Propter quod Aquitania tota cum Vasconia, & cum omnibus juribus suis, juxta Francorum Leges, ad Carolum Augustum devoluta est; qui illam cum regali titulo excellentissimo Ludovico genitori nostro donavit. A quo omne jus, regaleque dominium super integram Aquitaniam ad nos pervenit. Quod & de tota Vasconia, Deo auxiliante, similiter actum fuit. Nam Magnus avus noster Carolus, fidelissimo Lupo Duci, qui ex secunda Ludonis linea, seu generatione primogenitus fuit; nempe Nattonis Ducis major natu, & denuo Magni Caroli se imperio subjecit, totam Vasconiæ partem beneficiario jure reliquit. Quam ille omnibus pejoribus pessimus, ac perfidissimus supra omnes mortales, operibus, & nomine Lupus, latro potius, quam Dux dicendus, Visarii patris scelestissimi, avique Apostatæ Hunaldi improbis vestigiis inhærens, atripuit; jure (ut ajebat) Adelæ matris, fidelissimi nostri Ducis Lupi filiæ. Attamen dum simulanter atrox nepos sacramentum glorioso avo nostro Carolo multiplex dicebat, solitam ejus, majorumque suorum perfidiam expertus est in reditu ejus de Hispania; dum eum scora * latronum Comites exercitus sacrilege trucidavit; propter quod postea jam dictus Lupus captus, misere vitam in laqueo finivit; ejus filio Adalarico misericorditer Vasconiæ portione, ad decenter vivendum, relicta. Qui misericordia abutens, similiter ut pater, cum Scimino, & Centullo filiis, adversus piissimum genitorem nostrum arma sumens, ejusque hostem in montanis adorsus, cum Centullo filio in prælio occubuit. Sed genitor noster solita sua pietate Vasconiam inter dictum Sciminum, & Lupum Centulli, demortui Centulli filium, iterum divisit. Quam, & Lupus Centulli, & Garsimirus, Scimini genitus, postea propter infidelitatem amiserunt. Garsimiro, sicut & pater Sciminus, in rebellione occiso, & Lupo Centullo propter tyrannidem exsulato, & a principatu remoto. Tunc enim præexcelsus genitor noster, iterum Vasconia tota vindicata, & regio dominio conjuncta,

cta, illam e manibus nepotum Ludonis in perpetuum eruit, & aliorum ex nostro sanguine gubernaculis commisit. Nam Vasconiæ Ducamen Totilo Duci primo dedit, & post eum Sighino Mostellanico, qui illud nunc habet; exceptis tamen illis ditionibus, quas tenuerunt cum Arvernensi Comitatu Icterius, & cum Agennensi Ermiladius, avunculus, & frater prædicti Vandregisili Comitis. At enim de Monasterio Sanctæ Mariæ de Rudi insula, cum a Nortmannis jam dudum incensum, ac dirutum extet, nihil de ejus restauratione speratur, & ita de eo non loquitur; cæterum de villis, & hæreditatibus, quas Dux Amandus primum Reginæ Giselæ filiæ, & postea Boggiso Duci, suoque fratri Bertrando, nepotibus, reliquit, cum eis, quæ a matre Amantia, & a Sereno, quondam Aquitaniæ Duce, avo, tenuit prædicta Gisela Regina, nullatenus possumus in toto, vel in parte illas confirmare. Nam post inaugurationem in Hispania filiorum Garsimiri Comitis citerioris Vasconiæ supranominati (juxta eorum donationem Regio Diplomate munitam) omne jus super eas, & præcipue super Bigorritanum, & Benearnensem Comitatus, ad Donatum Lupum, & Centulupum, prædicti Lupi Centulli Ducis filios, devolutum est. Quod a genitore nostro, & nobis confirmatum duplici extat Præcepto. Nunc & illas tenent dictus Donatus Lupus Comes, & Centullus, jam dicti Centulupi Benearnensis Vice-Comitis filius sub Auriæ matris regimine. Bona vero, quæ Jadregisili Ducis fuere, in nostra potestate non sunt. Nam Dagobertus Rex propter filiorum in patre vindicando ignaviam, juxta Leges Romanas, illis paternas possessiones abstulit, & Sanctis Martyribus Dionysio, Rustico, & Eleutherio devote distribuit; quorum possessionem, & nefas erit disrumpere, & Apostolica, Imperialia, & Regalia Præcepta violare. His summotis, & in perpetuum ad silentium redactis; ob Dei amorem, & Deiparæ reverentiam, in cæterum placuit Celsitudini nostræ prædicti Obbonii Abbatis petitionibus annuere. Visis præsertim patentibus Literis, quas ad nos misit humiliter super hoc rogans nobilis ac fidelis noster Asinarius Lupiniacensis, & Solensis Vice-comes, jam dicti territorii dominus, & propter bona servitia quæ nobis fecit contra Mauros de Corsica, & alios adversarios Francorum, nobilis, consanguineus noster Burchardus Dux, prædictæ Vice-comitissæ Gerbergæ pater; & præcipue ex petitione, & hortatu gloriosæ conjugis nostræ Hermentrudis sublimis Reginæ; hoc itidem nobis suggerente præfato Metropolitano Berario Archiepiscopo cum aliis fidelibus nostris, Placitum nostrum Regale petentibus, & acclamantibus. Propter quod, & hoc nostræ auctoritatis, immunitatisque Præceptum erga prædictum Obbonium Abbatem, & idem Monasterium facere decrevimus. Itaque decernimus, atque jubemus, ut idem Obbonius Abbas prædictum Monasterium, dum ipse in carne vixerit, qui a de ipso benedictionis electionem suscepit, habeat in manu, & potestate sua, regulariter secundum Regulam S. Benedicti sibi commissam illud gubernans, & studiose lucris animarum invigilans, & post suum decessum Monachi, & Conventus Monasterii potestatem habeant alterum ex eis in Abbatem elegendi. Et ipse Obbonius Abbas nunc, & cæteri Abbates pro tempore successores ad nullum, Regem, Ducem, Comitem, seu Potestatem respiciant, nisi ad Regem Franciæ immediata, uti Aquitaniæ, & Vasconiæ Regem, *& secundum Regulam Sancti Benedicti regulariter vivant*. Animas Deo verbis, & factis lucrantes, ut ex ovibus suæ curæ commendatis æternæ mercedis gratiam habere mereamur. Et præcipue quod prædictum Monasterium habeat, & possideat res omnes, quas de consensu omnium filiorum suorum, & præcipuæ Asinarii Vice-comitis, pater eorum Vandregisilus cum Comitissa Maria uxore, eidem legavit, & donavit. Et sub istius Præcepti conclusionem nominatim inserimus, scilicet Ecclesias locorum de Arennus, de S. Stephano de Malleo, de Auleto, de Rocheta, de Viniallo, de Zalvera, de utraque Zopeira, de Pardiniella, de Castañaria, de Cornudiella, & omnia aloda eorum; idest, lavandarias, & parietes. Similiterque Ecclesiam loci de Vandres, domos da Jacca, & hæreditates, quas Comitissa Maria habuit a patre suo Asinario Comite; cum cæteris campis, & Pagis in prædicto testamento contentis, exceptis tamen rebus illis, quas supra a Præcepto nostro excludimus, & propter caussas jam dictas confirmare non valemus. Quæ tamen approbamus sub hoc nostro institutionis Decreto sublimiter ordinato, & legaliter statuto, jure quieto, & inviolabiliter prædictum Monasterium, absque ulla contradictione sub monasticæ dignitatis reverentia habeat, ac sine fine possideat, & cum tota integritate omnia dicta, quæ obtinet, pacifica, & immota permaneant; & quicquid prædictum Monasterium nunc habet, vel quæcumque in postmodum, Deo auxiliante, habiturum sit in dictis, & non dictis locis, vel quodcumque, Deo comitante, in posterum ubicumqua acquirere sibi valuerit, omnia firmiter semper gaudeat. Insuper per hoc nostrum excelsum Præceptum ordinamus, & statuimus, quod nullus Dux, Comes, Vice-comes, seu Vicarius, sive ullus exactor judiciariæ potestatis, in Ecclesias prædictas, aut loca, vel agros, vel alaudes, seu reliquas possessiones, quas prædictum Monasterium retinet, vel quas in tempus in jure, ac potestate ipsius Divina misericordia augere potuerit, ad caussas, audiendas, seu gestium dandum, vel feuda, & telonea exigenda, aut feramina capienda, aut mansiones, seu paratas faciendas, seu fidei-jussores tollendos, aut homines ipsius Monasterii, tam ingenuos, quam servos, distringendos, aut ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostro tempore, vel juniorum, seu successorum nostrorum, ingredi audeat. Nec curtes præfati Monasterii penetrare, vel ea, quæ supra enumerata sunt, penitus præsumat exigere; sive Comes sit, aut Vice-comes, aut Vicarius, aut Graffio, aut Gastaldus, aut Telonarius, sive alius justitiatiæ potestatis. Sed liceat Obbonio Abbati memorato, suisque successoribus, sub nostra defensione permanere, nostroque solo, & juniorum, aut successorum nostrorum in temporalibus immediate parere imperio. Et quicquid jus fisci inde poterat exigere, nos propter Dei, & B. Mariæ reverentiam, remittimus Mona-

sterio prædicto, & etiam ei nostra regali licentia, & potestate relaxamus, & concedimus, quod nullum umquam censum persolvant; nisi tantum censum spiritualem ei impositum pro animabus Vandregisili Comitis, & Mariæ uxoris, suorumque parentum, ac filiorum, & totius stirpis Vandregisilæ in perpetuum. Et etiam pro nostra, & conjugis nostræ, & juniorum, seu successorum nostrorum salute, & totius regalis regiminis, a Deo nobis, & illis pro sua misericordia commissi incolumitate orare quotidie teneatur. In cæterum nullum tributum, vel debitum, de omnium rerum suarum possessionibus alicui persolvat; sed libere, & tranquille omnes hæreditates suas hac nostra legali absolutione possideat; & nullo unquam Duci, vel Comiti, vel Vice-comiti, vel Vicario, aut Graffiuni, seu alio Domino, sed solum nostræ, & juniorum, seu successorum nostrorum in temporalibus subditum sit potestati immediate. At vero in spiritualibus Metropolitano Archiepiscopo Narbonensi, & Orgellitano Episcopo Diœcesano, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, obediat, juxta ordinationem, seu Præceptum genitoris nostri piissimi Ludovici Augusti. Reservamus tamen omnium locorum prædictorum, & prædicti Monasterii Advocatiam, seu Abbatiam cum medietate decimarum omnium gageriæ titulo, ad dictum Vice-comitem Asinarium, præfati territorii Dominum, suosque ad successores, & hæredes, vel ad alios, qui ab eo, seu hæreditaria, seu emptiva, vel dotalitia ratione jus habuerint, dummodo præfato Orgellitano Episcopo, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, ab eo, vel a successoribus suis arciuræ persolvantur. Cæterum si quis Dux, aut Comes, seu Vice-comes, seu Vicarius, aut Graffio, vel Potestas terres, vel Judex, vel alius e nostris fidelibus in futurum huic Regiæ dignitatis, sive auctoritatis Præcepto, litem, vel aliquam controversiam, aut interpretationem, seu dubium inferre tentaverit astu malignitatis; Sanctæ & individuæ Trinitatis iram incurrat, & offensam B. Mariæ sustineat, & in districto, ac tremendo æterni judicii examine, eam adversariam inveniat, sitque anathema; atque reus Divinæ Majestatis, atque humanæ judicetur; & temeritatis suæ pœnas exinde persolvat, & congrua omni pœnitentia, secundum Ecclesiasticas Leges, Deo & B. Mariæ Virgini in sexduplum satisfaciat. Et ut hæc nostræ Præceptionis auctoritas a Fidelibus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, in istis Regni Francorum partibus, & in illis citerioris Hispaniæ, & Regni Gotthici finibus, nostro Imperio subjectis & subjiciendis, verius, & firmiter credatur, & diligentius observetur; eam manu propria subscripsimus, & Annuli nostri impressione signari jussimus. Signum † Caroli gloriosissimi Regis. Rangenfredus Notarius ad vicem Ludovici Abbatis recognovit. Data duodecimo Kalend. Februarii, anno quinto Regni præstantissimi Caroli Regis, Indictione octava. Actum in Compendii Palatio Regali, in Dei nomine feliciter. Amen.

CONFIRMATIO I. ANNO DCCCLXII.

EGo Asinarius Solensis, ac Lupiniacensis Vice-comes cum uxore mea Vice-comitissa Gerberga, & filiis nostris Asinario, & Bouchardo, & Arnaldo, & Faquilena, hoc Præceptum Domini nostri Caroli gloriosissimi Regis, anno quinto Regni sui, & nono post obitum charissimi genitoris nostri Vandregisili, quondam Comitis, factum, laudo, & firmum habeo. Tibique Venerabili Patri Spirituali Brandilæ Abbati, & Monachis in tua societate Deo servientibus statuo in sæculum; ac filiis, & successoribus nostris iram Dei, & B. Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum cum pœna anathematis, & maledictionis nostræ, si in toto, vel in aliquo interrumpere audent, in æternum relinquo. Datum hoc laudationis, & contestationis Rescriptum die vicesimo Julii, anno vicesimo secundo regnante Carolo præstantissimo Rege, Indictione nona. Venerabilibus Dominis Freddolo Archipræsule in Narbonensi Ecclesia existente, B. Orgellitano Episcopo, S. Asinarii Vice-comitis. Signum Gerbergæ Vice-comitissæ. Signum Asinarii eius F. Signum Bouchardi F. Signum Arnaldi F. Signum Faquilenæ F. Actum in Monasterio B. Mariæ, quando venimus ad sepeliendam infantulam nostram Richensa. In Dei nomine feliciter. Amen.

CONFIRMATIO II. ANNO DCCCLXXXIII.

EGo Asinarius Vice-comes Solensis, ac Lupiniacensis, Dominus in toto Barrabes, & in Bernasco, & in Arano, cum uxore mea Vice-comitissa Centulla, & filiis nostris Lupo Asinario, & Artaldo, & Centullo, & Athone, & Amita, hoc Præceptum quondam gloriosissimi Caroli Regis a patre meo Domno Asinario, & a me laudatum, denuo laudo, & firmum habeo. Tibique Venerando Patri spirituali Domno Centullo Abbati, & Monachis tecum Domino Deo, & B. Mariæ in prædicto Monasterio servientibus, statuo in sæculum. Et filiis, ac successoribus nostris, & meam, & genitoris mei maledictionem in æternum relinquo, si in aliquo, vel in toto illud interrumpere tentaverint. Datum hoc laudationis, & attestationis Decretum pridie Nonas Julii, anno tertio præstantissimi Carolomanni Regis, Indictione decimaquinta, Sanctissimo Siggebodo Archiepiscopo primæ Sedis Narbonensis Urbis, Nigoberto Episcopo Orgellitano existente. Signum Asinarii Vice-comitis. Signum Centullæ Vice-comitissæ, Signum Lupi Asinarii F. eorum. Signum Artaldi F. Signum Centulli F. Signum Athonis F. Signum Amitæ F. Actum in Castro de Vandres feliciter. Amen.

CON-

CONFIRMATIO III. ANNO CMXI.

EGo Lupus Asinarius Solensis, ac Lupiniacensis Vice-comes, dominans in Barrabis, & in Benasco, cum uxore mea Audifenda Vice-comitissa, & filiolo nostro Athone, hoc Rescriptum a patre nostro bonæ memoriæ Asinario Vice comite, & a me laudatum, & firmatum, iterum laudo, & affirmo. Et tibi Patri spirituali Domno Frugellio Abbati, & Monachis tecum in prædicto Monasterio Deo, & B. Mariæ servientibus, in perpetuum confirmo; ac filiis, ac hæredibus meis iram Dei, ac meam, & parentum meorum maledictionem in æternum relinquo, si in toto, vel in aliquo hoc factum infringere voluerint. Datum hoc laudationis, & contestationis Scriptum septimo Idus Junii, anno tricesimo redintegrante, atque regnantè gloriosissimo Rege Carolo, Indictione decima tertia, Venerabili Agine electu Archiepiscopo primæ Sedis Narbonensis Urbis, per horribilem mortem Sanctissimi Archipræsulis Arusti. Rodulpho Episcopo Ecclesiam Orgellitanam regente, & Agiulpho Palliarensi Episcopo se nominante. Signum Lupi Asinarii Vice-comitis. Signum Audifendæ Vice-comitissæ. Actum in Monasterio B. Mariæ, die ipso, quo Atho filiolus noster baptizatus fuit a fratre meo Domno Artaldo Monacho S. Remigii Rhemensis. Feliciter. Amen. Oriulphus Monachus scripsit nutu Dominorum Vice-comitis, & Abbatis.

CONFIRMATIO IV. ANNO CMLXXIII.

EGo Atho Ripa-curtiæ Comes, una cum uxore mea Maria Comitissa, & filiis nostris Athone Vice-comite Solensi, & Garsia Vice-comite Lupiniacensi, necnon & avunculo meo Domno Athone Episcopo Tolosano, qui præsens est, hanc chartam a patre meo venerandæ memoriæ Lupo Asinario Vice-comite laudatam, & firmatam, iterum laudo, & confirmo, & in perpetuum valituram jubeo. Tibique Patri spirituali Domno Oriulpho Abbati, & Monachis tecum in prædicto Monasterio Deo, & B. Mariæ servientibus, in æternum confirmo Et meam, & omnium parentum meorum maledictionem in perpetuum cum ira Dei relinquo, si in toto, vel in aliquo eam violare tentaverint. Facta charta in Athares, festo Idus Februarii, Era MXI. eo anno, quo me recepit per vasallum inclytus Rex Sanctius Garseanus, & fuit occisus a Mauris meus cognatus Eximius Fortunii Comes in Athares, regnante prædicto Sanctio Garseano Rege cum uxore sua Domna Urraca Regina in Aragone, in Pampilona, & in Superarbi; Comite Vasaredo congermano meo in Ripa-curtia, & in Pallaria. Aymerico Archiepiscopo in Narbona; Pfalla Episcopo in Orgello; Decio Episcopo in Aragone; Audisindo se Episcopo in Rota nominante. Domno Oriulpho Abbate B. Mariæ. Si† gnum Athonis Comitis. Si†gnum Mariæ Comitissæ. Si†gnum Athonis Vice-comitis, ejus filii. Si†gnum Garsiæ Vice-comitis, ejus fratris. Si † gnum Athonis Episcopi Tolosani. Alhelmus Monachus exaravit.

CONFIRMATIO V. ANNO MII.

EGo Atho Vice-comes de Sola, cum filiis meis Vice-comite Guillelmo, & Lupo Athone, quos ex mea uxore Ranimunda Comitis Tolosæ filia suscepi; cum in articulo mortis positus sim, antequam animam Deo tradam, propter meum, & uxoris meæ remedium, hanc chartam laudationis, & affirmationis, olim a reverendo patre meo Athone Comite, & a me laudatam, & firmatam, de novo laudo, & firmo; & filiis meis jubeo, ut in mea præsentia laudent, & confirment. Et nos Guillelmus Vice-comes cum uxore mea Richensa, & ejus frater Lupus Athonis cum mea uxore Irmengarda de Narbona, & Garseano filio nostro, supradictam chartam ex Præcepto genitoris nostri, & ab eo laudatam, & firmatam, de novo laudamus, & firmamus, &, si necessarium est, validamus. Et tibi Patri spirituali Domno Eximino Abbati, & Monachis in prædicto Monasterio tecum Deo, & B. Mariæ servientibus, iterum statuimus, & confirmamus in sæcula. Et filiis, ac successoribus nostris, & amantissimi parentis nostri, & avorum nostrorum, nostram maledictionem cum ira Dei relinquimus, si in toto, vel in aliquo hoc stabilimentum frangere tentaverint. Facta charta in Castro de Vandres, decima die Kalend. Octobris, Era MXL. post tertiam, eo anno, quo obiit Garsia Garseanus Rex, & cœpit regnare pacifice frater suus Sanctius Garseanus Rex in Aragone, & in Pampilona, & in Superarbi, & in Guasconia, & in Nagera. Comite Guillelmo in Ripa-curtia. Comite Ranimundo in Palliares. Archiepiscopo primæ Sedis Narbonensis Ecclesiæ existente Hermengaudo; & alio Hermengaudo Episcopo in Orgello. Episcopus Aragonensis Mancius. Abbas B. Mariæ Domnus Eximinus. Si † gnum Athonis Vice-comitis. Si † gnum Guillelmi Vice-comitis, ejus filii. Si † gnum Richensæ Vice-comitissæ. Si†gnum Lupi Athonis Vice-comitis filii. Si † gnum Irmengardæ ejus uxoris. Si † gnum Garseani Luponis, ejus filii. Vicentius Monachus scripsit

CONFIRMATIO VI. ANNO MXV.

EGo Garseanus Luponis Sennior de Tena, cum uxore mea Eneca Lupi, & cum filiis nostris Athone Garseano, & Lupo Garseano, & Guillelmo Garseano, pro me, & pro consobrino meo Regimundo Guillelmo Solensi Vice-comite, qui sub mea cura est, hanc chartam a patre meo Lupo Athone, & a patruo meo Vice-comite Guillelmo, & ab omnibus majoribus nostris laudatam, & firmatam, noviter laudo, & affirmo, & in perpetuum valituram jubeo,

jubeo. Tibique Patri spirituali Domno Pontio Abbati, & toto Conventui Monachorum in tua societate, Deo, & B. Mariæ servientium, in sæculum statuo. Et filiis, atque hæredibus meis, & filiis, atque hæredibus prædicti consobrini mei Regimundi Guillelmi Vice comitis, iram Dei, & maledictionem nostram communem, & omnium parentum nostrorum, hujus stabilimenti violatoribus toties indictam, de novo relinquo; si in toto, vel in aliquo illud rumpere voluerint. Facta Charta in supradicto Monasterio B. Mariæ Era 1053. Idibus Decembris, duodecimo die post mortem charissimi patris mei Lupi Athonis, & fratris sui Guillelmi Vice-comitis, quos fraude, & inganno male occidit Centullus Vasto Benearnensis Vice-comes. Regnante Sanctio Serenissimo Rege in Aragone, in Pampilona, in Superarbi, in Ripa-curtia, in Gasconia, & in Alava. Duce Sanctio Guilielmo dominante in Vasconia. Raymundo Comite in Palliares. Ecclesiam Narbonensem gubernante Hermengaudo Archipræsule. Altero Hermengaudo Episcopo Orgellitano sedente. Mancio Aragonensi Episcopo existente. Dumnus Pontius Abbas B. Mariæ. Ego Garseanus Luponis, qui hanc Chartam fieri jussi, confirmo, & filiis meis ad confirmandum tradidi. Ego Eneca Lupi confirmo. Ego Atho Garseanus actum patri mei confirmo, & laudo. Lupus Garseanus frater ejus confirmat. Guillelmus Garseanus eorum germanus confirmat. Velascus Monachus Scriptor.

CONFIRMATIO VII. ANNO MXXXIV.

EGo Atho Garseanus, Sennior de Tena, & de Jacca, cum uxore mea Domna Velasqueta, quæ in Bigorra dicebatur Ricarda, & filiis nostris, Afinario, Arnaldo, Ludovico, Vandregisilo, & filia nostra Ricarda, & fratre meo Senn. Garsea Luponis, & a me, & ab omni mea progenie toties laudatam, & firmatam, denuo ex meo jure laudo, & affirmo, & in perpetuum valituram jubeo. Tibique Patri spirituali Domno Velasconi Abbati, & Monachis tecum in prædicto Monasterio Deo, & B. Mariæ servientibus, in æternum confirmo. Et filiis prædictis meis, & filiis eorum, & hæredibus suis in sæcula, maledictionem omnium parentum nostrorum, cum ira Dei indictam relinquo, si in toto, vel in aliquo hoc testamentum violare voluerint. Facta Charta laudationis, & confirmationis apud Jaccam Civitatem in Festo Nativitatis Dominicæ, in Era 1070. post secundam. Regnante, atque imperante Serenissimo, & inclyto Sanctio Rege in Aragone, in Pampilone, in Castella, in Legione, & in Alava, & in tota Gasconia. Archiepiscopo in Narbona Domno Vinifredo. Hetribaldio Episcopo in Orgello. Garseanus Episcopus in Aragone. Domnus Velascus Abbas B. Mariæ. Ego S. Atho Garseanus subscripsi. Ego Domna Velasqueta subscripsi. Ego Lupus Garseanus, jure uxoris meæ Vice comes Aortensis, qui huic confirmationi a fratre meo factæ præsens fui, subscripsi. Ego Asinarius Athonis, quod pater meus fecit, confirmo, & firmum habere promitto. Ego Arnaldus Athonis, ejus F. confirmo. Ego Ludovicus Athonis eorum germanus confirmo. Ego quoque Vandregisilus minimus eorum frater confirmo. Ego autem Richarda voluntatem patris mei confirmo. Alhelmus B. Mariæ Monachus, & indignus Presbyter, Scriptor, & testis.

CONFIRMATIO VIII. ANNO MXLI.

EGo Asinarius Athonis Sennior de Tena, cum matre mea Domna Velasqueta, & uxore mea Domna Galinda, pro me, & pro filiolis meis Garsea Asinario, & Fortunio Asinario, hanc Chartam, vel Præceptum a patre meo Senn. Athone Garseano, & a me, & a cæteris majoribus meis multoties laudatam, & firmatam, denuo laudo, & affirmo, & in perpetuum valituram, quantum ad meum jus spectat, jubeo. Et tibi Patri spirituali Domno Alhelmo Abbati, & Monachis in prædicto Monasterio tecum, Deo, & B. Mariæ servientibus, iterum statuo, & confirmo. Ac etiam pro remedio animæ meæ, & omnium peccatorum meorum, tibi præfato Alhelmo Abbati, & toto Conventui Monachorum in perpetuum laxo, & dimitto illam partem decimarum omnium, quæ ad me pertinent de meo jure, gageriæ titulo; ita quod mihi, aut filiis meis, & successoribus meis dictam medietatem decimarum, de meo jure nunquam persolvatis, nisi tantum solvendi teneatis arcium Venerabili Orgellitano Episcopo, qui nunc est, vel pro tempore fuerit. Et filiis, atque hæredibus meis relinquo iram Dei vivi, & maledictiones omnes, quas in Divino jure, & humano licet parentibus suis, filiis; successoribus indicere; cum omnium genitorum meorum anathemate, si generaliter, aut specialiter, seu in toto, vel in aliqua, vel in minima parte hoc testamentum, & hanc novam donationem meam rumpere voluerint. Facta Charta laudationis, affirmationis, & donationis in Ecclesia prædicti Monasterii, in Festo S. Stephani, quando Domnus Pipinus Convennarum Comes, pater uxoris meæ Domnæ Galindæ, a Domno Alhelmo Abbate coma capitis detonsa, in sua, & suorum Monachorum Societate receptus, Stephanus vocatus deinde fuit, & filio suo Bernardo Comiti benedixit. Quod factum est in Era 1077. regnante Domino nostro Jesu Christo, & sub ejus Imperio. Gloriosissimo Rege Ranimiro, cum uxore sua Domna Hirmesenda Regina, regnante in Aragone. Fratre suo Gondisalvo in Ripa curtia, & Superarbe. Comite Ranimundo in Palliares. Venerabili Vinifredo Archiepiscopo in Narbona sedente. Domno Hetribaldio Episcopo in Orgello. Garseano Episcopo in Aragone. Domnus Alhelmus Abbas B. Mariæ existens. Ego senn. Asinarius Athonis, hanc Chartam confirmationis, & novæ donationis manu propria subscripsi. Uxor ejus Domna Galinda confirmo. Aymericus Monachus exaravit, præsentibus Bernardo Convennarum Comite, & Vilelmo Orgellitanæ Ecclesiæ Arebidiacono.

CON-

CONFIRMATIO IX. ANNO MXL.

EGo Regimundus Villelmus Vice-comes de Sola, cum uxore mea Viseforte Vice-comitissa, hoc Precepto glurioſiſſimi quondam Caroli Regis, a patre meo Guilelmo Vicecomite, & meo nomine olim a meo patruele Garſeanu Luponis, & ab omnibus genitoribus meis laudatum, & firmatum, & a cæteris conſanguineis meis confirmatum, denuo laudo, & confirmo, & in perpetuum valiturum jubeo. Et tibi venerando Patri ſpirituali Alhelmo Abbati, & Monachis in ſupradicto Monaſterio tecum Deo, & B. Mariæ ſervientibus, iterum, quantum ad meum jus exſpectat, ſtatuo, & confirmo. Atque etiam pro remedio animarum noſtrarum, & mei amantiſſimi parentis bonæ memoriæ Vice comitis Guillelmi, quem per fraudem, & ingannum occidit Centullius Gaſto Bearnenſis Vice-comes per nequam homines ſuos, tibi prædicto Alhelmo Abbati, & toto Conventui Monachorum in æternum laxo, & dimitto illam meam partem decimarum, quæ ad me nunc, & poſt me ad filios, & hæredes meos de meo jure pertinet gageriæ titulo. Ita quod mihi, aut filiis, vel hæredibus meis dictam medietatem decimarum in ſæculum nunquam perſolvatis; dummodo ſolvere tantum teneatis arcitam Venerabili Orgellitano Epiſcopo, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit. Et prædictis filiis, ſi Deus mihi conceſſerit eos, vel quibuſcumque hæredibus meis, aut alio ſucceſſori, qui a diabolo ſeductus, hujus teſtamenti, & novæ conceſſionis violator repertus fuerit, iram Omnipotentis Dei relinquo, ſimul cum B. Mariæ Virginis offenſa, ut in æterna damnatione damnatus ſit, ſi in toto, vel in parte illius complementum interdixerit. Datum hoc laudationis, & donationis Reſcriptum Idibus Februarii, anno octavo, ex quo unice regnavit glorioſiſſimus, ac piiſſimus Henricus Rex. Poſt mortem Othonis Comitis primo, Indictione ſeptima. Si † gnum Regimundi Villelmi Vice-comitis. Si † gnum Viſefurtis Vice comitiſſæ. Actum præſente Domno Guillelmo Orgellitanæ Eccleſiæ Archidiacono, in Pago de Malione feliciter. Amen.

NOTA D. DIDACI JOSEPHI DORMER

IN HOC PRIVILEGIUM.

SAcò eſta eſcritura del Archivo de la Santa Iglesia Cathedral de Vrgel Francisco Compte, y la puſo à la letra en ſu Hiſtoria manuſcrita de Cataluña; y otros dos traslados ſe han viſto de ella entre otros papeles, que fueron de Fray Antonio de Yepes, y del Obiſpo Don Fray Prudencio de Sandoval, y al parecer ambos la copiaron de eſta Hiſtoria. Contiene eſte inſtrumento grandes teſoros dela antiguedad primera, delos tiempos dela reſtauracion de Aragon, como eſtaran ocultos otros muchos, que hoy ſolo gozan la carcoma, y el polvo en los Archivos de muchas Igleſias, y Monaſterios de Eſpaña. Quanto conviene eſta eſcritura conviene con la Hiſtoria, y Chronologia, y no ſolo eſtà ajuſtada, y verdadera; pero en muchas partes enmiendo las Hiſtorias; y las dà luz, y claridad. De forma, que ni en el eſtilo, ni en el contexto tiene palabra, que ſea ſoſpechoſa, al juizio de quanto hombres doctos la han viſto. El titulo de eſte inſtrumento dize aſſi: Sequuntur jura Sanctæ Orgellitanæ Eccleſiæ ſuper Monaſterium B Mariæ de Alaone in Regno Ripa-curtiæ ſitum, ut ſanctæ memoriæ Beatus Hetribaldus Epiſcopus olim obtulit Chriſtianiſſimo Domno Ranimiro, Aragonenſium, Superarbienſium, & Ripa-curtiorum glorioſiſſimo Regi, ſuper Eccleſiam Ripa-curtianam, ac Giſtavienſem, a noſtra disjunctam. Quæ ego Otho indignus Orgellitanus Epiſcopus denuo renovare feci, ne cum nova Eccleſiæ Barbaſtri erectione pereant, & Sanctiſsimo Papæ Paſchali miſi.

Conſta de aqui que eſte inſtrumento es copia delos antiguos, y que ſe eſcrivia por los años de MCI.

Eſte titulo contiene dos puntos, que han tocado nueſtras Hiſtorias. El uno en tiempo de S. Heribaldo Obiſpo de Vrgel, y antes Vizconde de Cardona. Del eſcrive Geronimo Zurita, Lib. 1. Cap. 17. delos Anales, y Lib. 5. fol. 25. de los Indices, y con èl todas las Hiſtorias, que vino a 17. de Setiembre del año MXL. à querellarſe al Señor Rey Don Ramiro primero dela ſeparacion de las Dioceſes de Riba-gorza, y Giſtao de la de Vrgel. Tentre otras eſcrituras, parece le moſtrò la del Monaſterio de Alaon, que era ſu diſtrito, y ſerlo ya lo dexò eſcrito Lib. 1. Cap. 4. el miſmo Zurita. Conque le fueron reſtituidas eſtas Igleſias à la de Vrgel, añadiendole la de Roda. El otro punto es, que en la ereccion del Obiſpado de Barbaſtro (à donde paſsò el de Roda por el Señor Rey D. Pedro primero año MCI. deviò quedar prejudicada la Igleſia de Vrgel, pues ſu Obiſpo S. Odon, hijo de D. Artal, y Doña Luciana, Conde, de Pallàs, y electo año MXCIV. reclamò en Roma, y transladando las eſcrituras, que antes havia preſentado ſu anteceſſor S. Heribaldo al Señor Rey D. Ramiro, las embio al Pontifice Paſqual ſegundo, y entre ellas eſto.

Eſte Monaſterio de Alaon perteneciò à la Santa Igleſia de Roda, como he viſto por eſcrituras del año MLXVIII. y MXCII.

Dixoſe en ſu principio, de N. Señora de Alacoon, deſpues de Alaon, y ahora de la O.

El Libro de Franciſco Compte eſta en la inſigne Libreria del Marques de Liches es la Hiſtoria de Cataluña, y pone al fin el Compendio de los Condes de Vrgel. Por èl conſta, que la antiguedad de eſte Monaſterio paſſa de DCCC. años, y ant D. Juan Briz Martinez Abad de S. Juan de la Peña, y el

que

que con mejores noticias escriviò de esta casa, afir ma Lib. 2. *Cap.* 19. que fue antes Monasteri o en tiempo de los Godos, y dal Orden de S. Benito. *Lo qual no desuyuda; antes parece que lo da a ente nde r una clausula del privilegio, que dice:* Qui omnes de infidelium spoliis Monasterium suscitarunt. *Que es dezir, que belvieren à levantar aquella casa arruinada, y destruida, y traxeron à ella Abad, y monges de S. Pedre de Cires. Huesca, y Abril* 16. *de MDCLXXXVII.*

[1] *El Doctor Diego Joseph Dormer Chronista del Reyno de Aragon &c.*

PRÆCEPTUM
LUDOVICI PII IMPERATORIS
PRO ECCLESIA HELENENSI.
Ex Chartulario ipsius. Anno DCCCXXXIII.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni. Ludovicus Divina propitiante clementia Imperator Augustus. Si erga loca Divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eique in eisdem locis famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium apud Dominum æternæ remunerationis nobis rependi non diffidimus. Igitur notum esse volumus cunctis Fidelibus nostris, præsentibus scilicet, & futuris, quod Venerabilis Ramno Ecclesiæ Helenensis Episcopus, deprecatus est majestatis nostræ misericordiam, ut prædictam Sedem cum omnibus ad se juste, & legaliter moderno tempore pertinentibus, sub nostra tuitione, & immunitatis defensione cum omnibus rebus constitueremus; quod ita & nos fecisse omnium vestrum cognoscat industria. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria potestate, in Ecclesias, villas, loca, vel agros, seu reliquas possessionea memoratæ Ecclesiæ, quas moderno tempore possidet, vel quæ deinceps in jure ipsius loci voluerit Divina pietas augere, ad caussas judiciario more audiendas, vel discutiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fidaijussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ contra rationis ordinem distringendos, nec ullas redhibitiones, vel illicitas occasiones requirendas ingredi audeat. Præcipimus etiam, atque jubemus, ut res, quas moderno tempore juste, & legaliter possidet, vel quæ ibidem Divina pietas augere voluerit, in eorum jure, & dominatione, absque cujuslibet injusta inquietudine, aut illicita contrarietata persistant; nequa ullam indebitam calumniam, aut repatitionem da eis a quoquam ullo unquam tempore patiantur; sed liceat eis memoratas res, cum omnibus ad se juste, & legaliter pertinentibus, absque alicujus injusta cantradictione quieto ordine possidere, & de eis jure Ecclesiastico disponere quicquid voluerit, quatenus nostro juvamine Divinum cultum copiosius exsequentes, pro nostra, conjugis, prolisque nostræ incolumitate, & stabilitate Imparii nostri, eos Domini misericordiam attentius exorare delectet. Et ut hæc auctoritas nostra præsentibus, futurisque temporibus inconvulsa permaneat, manu propria eam subter firmavimus, & Anulo nostro sigillari jussimus. Signum Ludovici Serenissimi Imperatoris.

Hirminmarus Notarius ad vicem Hugonis recognovi. Data 3. Nonas Martias, anno Christo propitio xx. Imperii Domni Ludovici piissimi Augusti, Indictione * xiv. Actum Aquisgrani Palatio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM
LUDOVICI PII IMPERATORIS
PRO ECCLESIA GERUNDENSI.
Ex Archivo Ecclesiæ Gerundensis. Anno DCCCXXXIV.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Ludovicus Divina propitiante clementia Imperator Augustus. Si erga loca Divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei, eique in eisdem locis inibi Deo famulantibua, beneficia opportuna largimur; præmium apud Dominum æternæ remunerationis nobis rependi non diffidimus. Igitur notum esse volumus omnium Fidelium nostrorum, tam præsentium, quam & futurorum, industriæ, quia Venerabilis Vvimer Sanctæ Gerundensis Ecclesiæ Episcopus, nostram adiens Celsitudinem, petiit, ut memoratam Sedem cum villis, & hominibus a Domno, & genitore nostro Karolo, aliisque devotis hominibus eidem Sedi collatis, quas nunc possidere dignoscitur, idest in Pago Empuritano villam noncupatam Olianus, cum suis terminis, & villam vocantem Cacavianus, ac villarem antiquum Celsianum, cum villula nova, quam vocant Vellosos, cum Castello, suoque termino, & in Pago Gerundense medictatem de villa Molleto, & Miliasam villam, cæterasque res, quas a longo tempore inibi possidere dignoscitur, simul cum tertia parte de pascuario, & teloneo de ipso Pago, aliasqua villas, quarum vocabula sunt,

sunt, Castellum fractum, & parietes Ruffini, cum tertia parte de pascuario, & teloneo de ipso Pago; & villa, quæ est in Pago Sisuldunense, & vocatur Bascara, cum suis villaribus, & suo termino, nec non & arcas, & villarem vocantem Spedulias, & alium villare, quod est infra memoratarum villarum terminos. Villas etiam alias, quæ vocantur Crispiamus, & Milliarias, cum tertia parte de pascuario, & teloneo de ipso Pago, propter infestationem malivorum hominum, sub nostra tuitione, & immunitatis defensione constituissemus. Cujus petitioni annuentes, propter amorem Dei, memoratam Sedem cum suprascriptis villis præsenti tempore in jure ejus consistentibus, sub nostra tuitione constituimus, & hanc nostram auctoritatem circa eandem Sedem fieri decrevimus; per quam decernimus, ut nullus Judex publicus, vel quilibet ex judiciaria potestate, major, minorve prædicta persona, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memoratæ Sedis, quas moderno tempore infra ditionem Imperii nostri legaliter possidet, vel quæ deinceps in jure ipsius loci Divina pietas augeri voluerit, ad causas judiciario more audiendas, vel distentiendas, aut freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fidei-jussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ contra rationis ordinem distringendos, nec ullas redhibitiones, vel illicitas occasiones, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere, aut undecumque modo legaliter vestituram habet, abstrahere præsumat; sed liceat memorato Episcopo, suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ cum omnibus, quæ possidet, quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere imperio, & pro nobis, ac conjuge, filiisque, ac toto populo Christiano nobis commisso, Domini misericordiam jugiter exorare. Et ut auctoritas confirmationis nostræ per curricula annorum inviolabilem, atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus, & Anuli nostri impressione signari jussimus. Signum Ludovici Serenissimi Imperatoris. Maginarius ad vicem Hugonis recognovit, & subscripsit. Data quarto Nonas Decembris, anno Christo propitio vicesimo primo Imperii Domni Ludovici Serenissimi Imperatoris, Indictione duodecima. Actum Attiniaco Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

ALIUD PRÆCEPTUM
LUDOVICI PII IMPERATORIS
PRO ECCLESIA URGELLENSI.
Anno DCCCXXXVI.

Ex Archivo Ecclesiæ Urgellensis. Vide Mabillonium, Libro 2. *De re Diplomat*. Cap. 3. §. 13.

IN Nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Hludovicus Divina repropitiante clementia Imperator semper Augustus. Si petitionibus Servorum Dei, quas auribus clementiæ nostræ insinuaverint, favorem congruum in quibuscumque indiguerint, contulerimus, Divinam nobis misericordiam per hoc conciliandam nullatenus diffidimus. Proinde noverit omnium Fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque, tam & præsentium, quam & futurorum industria, quia Possedonius Orgellitanæ Ecclesiæ Venerabilis Antistes, adiens Serenitatem culminis nostri, suggessit nobis, eo quod quorundam malivolorum pravitatibus præpeditus, ministerium Christi sibi commissum, sicut decebat, minime adimplere valeret, improborum scilicet disciplina, & defensione, aliorumque in suo Episcopio degentium correptione, & Episcopali correctione. Suggessit etiam mansuetudini nostræ, Parochias quasdam, quæ ab antecessoribus suis per Domni, & genitoris nostri Karoli præstantissimi Imperatoris, ac nostram auctoritatem pollellæ, atque Episcopali auctoritate habitæ fuerint, quas easdem auctoritates hostilis sibi incursio abstulit, quosdam velle præripere, & a jure suæ Ecclesiæ funditus alianare. Necnon intimare nostræ etiam mansuetudini studuit, de quadam Parochia, quæ dicitur Livia, quod per prædecessorum suorum incuriam a Comitibus loci pervasa, Presbyteros ejus non solum detineant, ac Decimas erigant, sed etiam fuis in beneficium largiantur; quod quam sit injustum, quamque rationi, atque Sacris Canonibus contrarium, prudentium neminem latere valet. Quapropter ejus petitionibus ob Divinum amorem annuentes, hanc nostræ auctoritatis præceptionem fieri, dariqne decrevimus; per quam præcipimus, atque jubemus, ut nullus Comes, aut Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria potestate, Presbyteros, aut omnia, quæ ad eum pertinere noscuntur, suis usibus usurpare, vel Decimas ab eis, seu quaslibet alias functiones erigere, aut distrahere, nullatenus præsumat, neque Parochias temporibus Domni, & genitoris nostri, ac nostro a se, suisque decessoribus habitas, idest, Urgellitanensem, Bergitanensem, Cerdaniensem, Palariensem, Anabiensem, Cardosiensem, Terbiensem, & locus Sanctæ Gratæ, cum omnibus finibus, & terminationibus suis, vel quicquid ad eam pertinent, Ribacurcensem quoque, atque Jostabiensem, vel quicquid ad prædictas Parochias pertinent, vel pertinere debebunt, omnia sit donitum, atque concessum donum Sanctæ Mariæ Matris Ecclesiæ Urgellitanensis, suisque Rectoribus in perpetuum possidendum. De prædictis vero Parochiis, earumque Presbyteris, nullus quislibet audeat arripere, aut in suos usus retrurquere, vel a jure prædictæ Ecclesiæ abstrahere, aut distrahere, sive ad judicium quodlibet ducere; sed prædicto Episcopo, suisque successo-

ribus sub Canonica institutione vivere, & suos Presbyteros, atque Parochias disponere, & Decimas ab eis suæ Ecclesiæ debitas absque cujuslibet contradictione, aut usurpatione, vel minoratione recipere, atque quieto ordine in Dei, nostroque servitio incessabiliter permanere. Præcipimus etiam, ut nullus memorati loci Comes jam dictam Parochiam Liviam in beneficium detinere, aut ejus Presbyteros suis beneficiare, vel Decimas ab eis nullatenus exigere præsumat; sed sicut cæteræ, in jam dicti Antistitis jure, & dispositione absque cujuspiam inquietudine, vel detentione persistat; quatenus & memoratum Præsulem, & reliquum Clerum sub sua ditione constitutum, pro nobis, vel conjuge, ac prole nostra, & stabilitate totius Imperii a Deo nobis commissi, attentius, atque devotius Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas nostris, futurisque temporibus inviolabilem, & inconvulsam obtineat firmitatem, de Anulo nostro subter eam jussimus sigillare. Signum Hludovicus Imperator Augustus. Jetuelinus Notarius ad vicem Domini Uinberti recognovit. Data XII. Kalendas Januarias, anno Christo propitio XXII. Imperii Domni Hludovici piissimi Augusti, Indictione XV. Actum Civitate Lugduno Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

EJUSDEM IMPERATORIS
PRÆCEPTUM

Pro Monasterio Sancti Andreæ Suredensis in Diœcesi Helenensi. Circa annum DCCCXXXVI.

Ex Archivo Regio Carcassonensi. Vide Mabillon. Lib. 6. *De re Diplomat.* pag. 506.

IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Ludovicus Divina ordinante providentia Imperator Augustus. Notum esse volumus cunctis Fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, præsentibus scilicet, & futuris, qualiter Vir inluster Gaucelinus Comes ad nostram accedens clementiam, innotuit Celsitudini nostræ, qualiter quidam Abba nomine Miro, quondam in territorio Helenense super fluvium Tacidum in quodam loco in honore S. Andreæ Monasterium ædificasset, & Monachos secundum Regulam S. Benedicti in eodem Monasterio vivere constituisset; eoque rebus humanis exempto, Sisegutus Abbas in suo, & loco, & ministerio subrogatus fuisset; deprecatusque est nos idem Vir inluster Gaucelinus Comes, ut prædictum Sisegutum Abbatem, una cum Monachis suis, & prædictum Monasterium suum cum omnibus cellulis ad eum pertinentibus in supradicto Pago Helenense, unam videlicet in honore S. Martini sitam, in qua primitus idem Abbas cum Monachis habitare cœpit, ipsamque vallem cum præfata cellula, & cum omni integritate sua concederemus, nec non & aliam cellulam in honorem S. Vincentii constructam, seu & villare, quod dicitur Garrericis, cum ipsis Fiscalibus terris, vel etiam cum rebus, vel adjacentiis, quas præsenti tempore in prædicta loca iuste, & legaliter tenere, & possidere videntur, in nostra eleemosyna sub tuitione, & defensione nostra consistere fecissemus, quemadmodum alia Monasteria infra Septimaniam consistere videntur. Cujus deprecationi assensum præbentes, ita nos fecisse omnium fidelium nostrorum cognoscat Industria. Propterea has nostræ auctoritatis Literas firmitatis gratia fieri, & ei dare jussimus; per quas præcipimus, atque jubemus, ut nullus Judex publicus, aut quislibet ex Judiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones prædicti Monasterii, & cellulas superius nominatas, vel quæ deinceps in jure ipsius loci Divina pietas augeri voluerit, judiciario more ad caussas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut ullas redhibitiones, vel illicitas occasiones requirendas ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, exigere præsumat; sed liceat prædicto Abbati, ejusque successoribus, absque ullius injusta inquietudine cum omnibus rebus ad se juste, & legaliter præsenti tempore pertinentibus quiete vivere, ac residere, & pro nobis, conjuge, proleque nostra, atque pro stabilitate totius Imperii nostri, una cum Monachis eorum Domini misericordiam jugiter exorare. Et quandocumque Divina vocatione memoratus Abbas, eiusque successores de hac luce migraverint, quamdiu inter se tales invenire potuerint, qui eos secundum Regulam S. Benedicti regere, & ordinare valeant, licentiam habeant ex se ipsis eligendi Abbates. Et ut hæ nostræ auctoritatis Literæ ab omnibus verius credantur, & diligentius conserventur, de Anulo nostro subter eas præcepimus signari.

PRÆCEPTUM LOTHARII IMPERATORIS

Pro Ecclesia Helenensi. Anno DCCCXL.

Ex Chartulario Ecclesiæ Helenensis.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni, Lotharius Divina ordinante providentia Imperator Augustus. Omnibus Fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, præsentibus

bus scilicet, & futuris, notum sit, quia Salomon Episcopus nostræ petiit pietati, ut Ecclesiæ suæ quasdam villas, & terras vocatam Sancti Felicis, cum omnibus appendentiis suis, & villam, quæ dicitur Torrente, & Alamannis villa, & pro congruentia Ecclesiæ suæ territorium a Petrafita usqua super sua claustra, cellulam Sancti Juliani, vel terras, quas sui homines es eremo traserunt, necnon & medianı partem mercati concederemus. Quod & pro emolumento animæ nostræ prompta voluntate fecimus. Ideoque parti præfatæ Ecclesiæ has nostras Literas fieri jussimus; per quas decernimus, atque jubemus, ut nullus Fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ ullo unquam tempore de præfatis rebus quamlibet inferre præsumat molestiam; sed liceat eis Rectoribus ipsius loci quiete frui, & nostram exorare incolumitatem. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora melius conservetur, manu propria subter firmavimus, & Anuli nostri impressione signari jussimus. Signum Lotharii gloriosissimi Augusti.

Balfamus Notarius recognovi. Data 7. Idus Aprilis, anno Christo propitio Imperii Domni Lotharii gloriosissimi Augusti in Francia I. in Italia VIII. Indictione XII. Actum Cluniaco villa, in Dei nomine feliciter. Amen.

NOTITIA JUDICATI
PRO ECCLESIA GERUNDENSI,
Anno DCCCXLIII.
Ex Chartulario Ecclesiæ Gerundensis.

CUM in Dei nomine resideret Vir illuster Adalaricus Comes una cum Viro sanctissimo Gondemaro Sedis Gerundensis Episcopo, Vvadamiro, Carpioni, & Lauchiriaco Vassos Dominicos, necnon Assemundo, & Hemani Vice-dominos, seu & Judices, qui jussi sunt dirimete caussas, idest, Trasoarius, Servus-Dai, Obasio, Gerunti, Salomoni, Ildesindo, Sanson, Sentrario, Benerello, & Danieli judicum, Fortesajone, & aliorum multorum hominum, qui cum ipsis ibidem aderant. Sedebant enim in Impuria Civitate in mallo publico pro multorum caussis ad audiendum, & rectis, & justis judiciis diffiniendum. Ibidemque veniens homo aliquis Ansulphus una cum mandato scripto de suprascripto Episcopo, & petivit hominem nomine Scluane, qui est mandatarius de prædicto Adalarico Comiti, & dixit: Pascuario, & teloneo, quod Domnus Imperator quondam Ludovicus bonæ memoriæ perdonavit, & cessit de isto Comitatu Impuritano, & Petralatensa, tam de mare, quam de terris, tertiam partem ab omni integritate ad Sanctæ Mariæ, seu ad Sanctum Felicem Sedis Gerundensis Episcopatus Gondimari, cujus vicem ego prosequor, & ille vestituram exinde habuit, vel sui antecessores Episcopi, iste supradictus Adalaricus Comes, cujus voce iste Sclua prosequitur, ipso pascuario, & teloneo illi contendit injuste, & contra Legem. Tunc nos supradicti Vassi dominici, Vice-domini, vel Judices interrogavimus Sciuane, quid ad hæc responderet. Ille autem in suis responsis dixit, quod ipso teloneo, & pascuario de istos Comitatos Impuritano, & Petralatense, quod mihi ille Ansulphus requirit, nequaquam pro nullis de ipso Episcopo, nec de suos antecessores non fuit, nec essa debet recto ordine, nec per jussione Domni Imperatoris vestituram exinde non habuerunt. Tunc nos supradicti Vice-domini, vel Judices præcipimus ipso Ansulpho, si potuisset habere talem adprobationem legitimam, testes, vel scripturas, pro quibus ea, quæ dixit, in veritate mittere posset. Ille autem obtulit nobis Præceptum Domni Imperatoris, & testes veraces homines Pagenses perspicui fide, atque rebus pleniter opulenti, quius nomina in suas condiciones resonant. Et dum illi ante nos venissent ipsi testes, tunc interrogavimus eos diligenter quicquid utinam de hac caussa illis in veritate cognitum erat, ad singula nobis dicere fecissent. Illi autem una secundum Legis ordinem singuli discussi, & interrogati diserunt, quia nos testes sumus, & bene nobis notum est in veritate da ipso pascuario, & teloneo de Impuritanense, & Petralatense, unde intentio vertitur inter Ansulpho, & Scluvane, vidimus, atque præsentes fuimus, quando venit Vvimar, quondam Episcopus, qui fuit antecessor prædicti Gondimari Episcopi, ad Gerundæ Civitate cum gratia Domni Ludovici Imperatoris bonæ memoriæ; & sic recepit plenitar ipso Episcopatu Gerundense, necnon Bisuldunense, Impuritanensa, & Petralatense, una cum ipsos pascuarios, & teloneos, idest, tertiam partem, tam de terra, quam etiam de mara, de ipsos teloneos, quod de prædictos Comitatos exeunt. Unde & per jussionem prædicti Imperatoris revestivit benedictum quondam Unimatanc Episcopo da ipso Episcopatu cum tertia parte de ipso pascuario, & teloneo de Gerundense, atque Bisuldunense; & sic pervenit a Soniario Comite hic in Impurias Civitate, & ostandit ei jussionem Imperialem. Tunc statim ipse Soniarius Comes revestivit supra memorato Episcopo de ipso Episcopatu Impuritanense, vel Petralatense, cum tertia parte de ipso teloneo, atque pascuario, tam de mare, quam etiam & de terreno. Et sic vidimus prædicto Episcopo quondam, vel suos hominas tertiam partem prendere, vel exigere de ipsos pascuarios, vel teloneos de supradictos Comitatos. Et quando ipse Episcopus Vvimar ab hoc sæculo migravit, plenam vestituram axinde habebat de omnia, quæ superius sonuit, una cum tertiam partem de teloneo de ipsos mercatos, qui in prædictos Comitatos sunt. Hoc testimonium datum, tunc interrogavimus ipsum Sciuanam, si habebat aliquid de objectu, vel repro-

reprobatione, quod contra ipsos testes dicere debeat, aut meliores, vel pluriores testes, pro quibus illi reprobi sint, aut illorum testimonium invalidum esse debeat. Ille autem dixit: Nihil habeo de infamia, vel objectu, quod contra eos dicere debeam, pro quibus illi reprobi sint, aut illorum testimonium invalidum esse debeat. Et dum hæc dixisset, præcepimus illi, ut faceret exinde sua professione scriptis, & sua manu propria firmasset, sicuti & fecit. Tunc iterum præcepimus scribere conditiones, ut ea, quæ ipsi testes testificaverunt, ipsi testes ad seriem conditionum hoc jurare studerent, sicuti & fecerunt. Et dum nos supradicti Vassi, Vice-domini, vel Judices hanc caussam pariter exquisivimus, & diligenter investigavimus, invenimus rei veritatem; memorati sumus ubi nos Dominus per Divina præcepta admonuit dicens: *Diligite justitiam, qui judicatis terram.* Et iterum: *Recte judicate filii hominum.* Et Lex Gotthorum de hac caussa commemorat dicens: *Ab utraque parte sit probatio requirenda; tam a petente, quam ab eo, qui petitur, judex caussam debeat recipere.* Hoc examen perquisitum, atque fideliter investigatum, decrevimus judicium, & ordinavimus ipso Comite, vel suum mandatarium Scluvanem, ut ipso teloneo, & pascuario pleniter reddidissent, atque revestissent ipso Episcopo, vel suum mandatarium, sicuti & fecerunt ad partes memoratæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Felicis totum, sicut sui testes testificaverunt, & suas conditiones commemorant, habeat, & possideat in perpetuum, absque ullius hominis molestia, vel inquietudine, tam ipse, quam & successores sui, & gaudeat se unusquisque homines de mallo suam percepisse justitiam. Dato judicio sub die duodecimo Kalendas Septembris, in anno tertio postquam obiit Ludovicus Imperator.

Lib. 2. Leg. Vvisigotth. tit. 2. cap. 5.

KAROLI CALVI
REGIS FRANCORUM
PRÆCEPTUM
PRO MONASTERIO S. ANDREÆ SUREDENSIS.
Circa annum DCCCL.
Ex Archivo Regio Carcassonensi.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex. Si Servorum Dei petitionibus, quas nobis pro suis utilitatibus, sive necessitatibus innotuerint, benignum præbemus assensum, Regiæ celsitudinis operibus...... ac per hoc facilius nos æternæ beatitudinis gloriam adepturos nullatenus dubitamus. Iccirco notum sit omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ Fidelibus, & nostris, præsentibus, atque futuris, quia Religiosus Vir Froyscius Abbas Monasterii Sancti Andreæ, constructi super fluvium Tacidum, in Pago siquidem Helenensi, ad nostram accedens magnitudinem, ostendit magnitudini nostræ quandam Præcepti auctoritatem a Domno, & genitore nostro Augusto Ludovico Prædecessori suo Siseguto Abbati quondam factam, atque donatam; in qua continebatur, qualiter idem Domnus, ac genitor noster eundem Abbatem, memoratumque Monasterium cum Monachis suis, aliisque rebus omnibus, sub immunitatis suæ tuitione, defensionisque munimine clementer suscepit. Petiit itaque præfatus Froysclus Abbas clementiam nostram, ut eandem genitoris nostri renovantes præceptionem, similiter eum, & Monachos suos una cum Monasterio, & rebus omnibus sibi pertinentibus, sub immunitatis nostræ defensione recipere dignaremur. Cujus precibus ob Divinum amorem, & honorem libenter aurem clementiæ nostræ accommodantes, eam ad effectum nobis perducere libuit. Proinde hoc auctoritatis nostræ Præceptum eidem Abbati, suisque per tempora labentia successoribus fieri jussimus, per quod decernimus, atque sancimus, ut idem Monasterium cum cellulis, terris, vineis, domibus, locis sibi ubique subjectis, cum terminis, & laterationibus, sive adjacentiis eorum ad se aspicientibus, seu cum agris, reliquis possessionibus, vel etiam cum omnibus aprisionibus, quas ex eremi vastitate traxerunt, simul cum iis deinceps, quæ proprii laboris sudore trahere, & excolere ipsi, successoresque eorum potuerint, pariter quoque cum illorum, omnibusque concambiationibus, & comparationibus, donationibus quorumcumque Religiosorum, Deum timentes, & amantes homines de rebus suis condonarunt, vel condonaverint, vel etiam cujuscumque caussa speciei sit, rationabilibus possessionibus, seu cum iis, quas ea sæculari habitu ad regulariam militiam Clerici, sive laici convertentes, omnes illic donaverint, vel donaverunt, dona videlicet, terras, vineas, vel quicquid moderno tempore dando videtur, sub nostro Mundeburdo permaneat. Præcipimus etiam, ut commotationes, & venditiones quibuscumque liberis hominibus de rebus supradicti Monasterii fecisse dignoscitur, aut deinceps facere ipse, aut successores sui voluerint, ubicumque juste, & rationabiliter factæ sunt, vel fuerint, quiete per hanc nostram auctoritatem possideant; neque ullam inlicitam contrarietatem, aut injustam inquietudinem de eisdem rebus ullo unquam tempore patiantur, quin jure eas firmiter teneant, atque possideant. Et nullus Judex publicus, vel quislibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones eius, & cellularum sibi subiectarum, ad causas iudiciario more audiendas, freda

exigenda, vel paratas faciendas, aut mansiones, vel rationes, aut ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, aut fidei jussores tollendos, vel illorum homines distringendos, ingredi audeat, nec ea, quæ supra memorata sunt, exigere præsumat; sed liceat sæpe dicto Abbati, suisque successoribus, absque cujusquam injusta inquietudine cum omnibus ad se, sicut diximus, pertinentibus, quiete vivere, & Domino deservire, & pro nobis, coniuge, proleque nostra, seu stabilitate totius Regni nostri, una cum Monachis inibi Domino militantibus, Divinam misericordiam jugiter exorare. Præterea noverit cunctorum Fidelium Dei, nostrorumque industria, quia admonente Suniario dilectu nobis nostro Comite, contulimus, seu condonavimus supra taxato Sancti Andreæ Monasterio, in supradicto videlicet vallem Sancti Martini sitam, quantum ipse mons aqua vergit, necnon & quoddam villare, quod dici constituimus Garrices, cum terminis, & adjacentiis suis; videlicet ut nostris, futurisque temporibus ipsæ res ejusdem Monasterii, Rectorumque suorum, & Monachorum ibidem degentium proficiat utilitatibus, stipendiisque in augmentum, & animæ nostræ prosit in emolumentum. Et quandocumque Divina vocatione memoratus Abbas, aut successores sui ab hac luce migraverint, quamdiu inter se tales invenire poterint, qui eos secundum Regulam Sancti Benedicti regere, & gubernare valeant, licentiam habeant ex semetipsis Abbates eligere, qui eis ...... diximus merito jure, & sanctitatis prodesse possint. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu nostra subterfirmavimus, & Anuli nostri impressione assignari jussimus.

CHRONOLOGIA EORUM

Quæ in Historia, & Epistolis S. Eulogii continentur.

Auctore Ambrosio Morale, Philippi II. Hispaniarum Regis Chronographo.

ANte annum Dominicæ nativitatis octingentesimum quinquagesimum, unde chronologiam opportune ordimur, Adulphus, & Joannes Hispalensis originis Cordubæ jam fuerant martyrio coronati. Ex Libri 2. Cap. 8. Annum signare non possumus, nisi quod ante annum Domini octingentesimum tricesimum plane videntur occisi.

Ante hunc etiam annum Divus Eulogius in Galliam profectus, Pompelonensem Episcopum, & Navarræ Abbates quamplurimos invisit. In reditu Cæsaraugustanum, Segontinum, Complutensem, & Toletanum Episcopos, apud eos diversatus, cognovit. Ex ejus Epistola ad Pompelonensem Episcopum. Quo anno peregrinatus fuerit, non satis constat. Nos suo loco, quantum datum fuit, ratiocinabimur.

Annus Domini DCCCL.

Primus hic est annus, quem Divus Eulogius initio Libri secundi notat. Fuit autem post triginta cycli solaris conversiones, in tricesima prima decimus nonus; secundus post bisextum sequutus, Literam Dominicalem E. habuit. Quæ omnia hic imprimis signanda fuerunt; siquidem Divus Eulogius aliquando hebdomadæ etiam dies nominat; unde nos certam temporis rationem astruximus, & manifesta veritate confirmavimus.

Leonis IV. Pontificis Maximi quartus fuit hic annus; qui per quinque etiam sequentes supervixit. Ex Onuphrio Panvinio.

Lotharius, Romanorum Imperator, qui adhuc vivebat, ad eosdem quinque annos præterea pervenit. Ex eodem, & multis aliis.

Michael Porphyrogenneta, Theophili successor, Constantinopolitanus Imperator, cujus hic nonus erat annus, annum octingentesimum sexagesimum septimum attigit. Ex iisdem.

Initio hujus anni Oveto, & Legione in Hispania regnabat Ranimirus Rex, hujus nominis primus, Alphonsi Casti Regis successor. Mortuus vero ipso primo Februarii die, filio suo Ordonio primo Regnum reliquit. Id aperte constat ex ejus tumulo, quem in Regio Alphonsi Casti vocato Templo Oveti vidimus, cum hoc epitaphio:

> OBIIT DIVAE MEMORIAE RANIMIRUS REX DIE KAL. FEBRUARII ERA DCCCLXXXVIII. OBSECTOR VOS OMNES QUI HAEC LECTURI ESTIS UT PRO REQUIE ILLIUS ORARE NON DESINATIS.

Et Sampirus Astoricensis, Lucasque Tudensis, Episcopi, hunc annum mortis Ranimiri scripserunt. Vetustissimus etiam tumulus docet, non multum post Regis mortem fuisse epitaphium insculptum.

Navarræ, & Aragonensium montium Regnum Innigus Ximenez cognomento Arista obtinebat; ut ex magis verisimili illorum temporum supputatione colligitur. Quamquam in magna Auctorum varietate nihil certi, & indubitati potest hic affirmari.

Carolus cognomento Calvus, Hludovici Imperatoris filius, Caroli Magni Imperatoris nepos, in Gallia regnabat. Gallorum omnes Historici. Eratque hic Regni ejus annus undecimus. Idem Carolus, quicquid pater, atque avus ab Sarracenis in Catalonia, Aragonensium montibus, & apud Navarros ademerant, retinuit. Aragonensium Annales, Gallorum Historici.

Regnabat late in Hispania, Regni Sede Cordubæ constituta, Habdarraghman Sarracenus, hujus nominis tertius. Eratque hic Regni ejus annus vicesimus nonus. Ex Divo Eulogio initio Libri secundi, & ex Rasis Mauri Historia, item ex Roderici Toletani Antistitis de Arabibus Historia nondum excusa.

Hoc ipso anno, primo mensis Maji die, qui in sextam Feriam inciderat, Perfectus Presbyter Cordubensis Martyrio coronatur. Lib. 2. Cap. primo.

Post hunc Joannes pro Christi Fide pene ad mortem caditur, & ludibrii publici caus-

causa asino vectus per Urbem circumducitur, Confessorisque gloriam adipiscitur. Libro 1. Tempus liquere non potest, nisi quod hoc anno potius, quam sequenti factum apparet.

Annus Domini DCCCLI.

Litera hoc anno diem Dominicum signans, D. fuit.

Die Junii tertio, qui quarta Feria evenerat, Sanctus Isaac Monachus Cordubensis jugulatur. Cap. 2. Libri secundi.

Sancius laicus natione Gallus, duos post dies Martyrio coronatur, Feria nimirum sexta insequente, ejusdem Junii mensis die quinto. Libri ejusdem, Cap. 3.

Duobus tantum interjectis diebus, die ejusdem mensis octavo, & hebdomadæ sequentis Feria prima, sex pariter Sancti Martyres trucidantur; Petrus Presbyter Alligitanus, Vvalabonsus Diaconus Ilipulensis, Sabinianus Monachus, Vico Froniano prope Cordubam natus, Vvistremundus Alligitanus Monachus, Habentius Cordubensis Monachus, Hieremias itidem Cordubensis Monachus. Capite ejusdem Libri quarto.

Mense Julio, die decimosexto, qui in quintam Feriam inciderat, Sanctus Sisenandus Diaconus Pacensis ex Lusitania, Martyrium jugulatus complevit. Capite sequenti.

Veneris die, Sabbatho, & insequenti Dominica tantummodo interjectis, secunda Feria, quæ diem Julii vicesimum occupavit, Paullus Cordubensis Martyrii palmam adipiscitur capite truncatus. Capite sexto.

Sabbatho insequente, & Julii die vicesimo quinto, Theodemirus Monachus Carmonensis patria Martyrio laureatur. Ibidem.

Interea Reccaffredus Episcopus jussu Tyranni, Dei Ecclesiam Cordubæ misere conturbat, Divum Eulogium in carcerem conjicit. Ex ejus Vita per Alvarum scripta, ex Epistola ad Pompelonensem Episcopum, & ex secundo Lib. pluribus locis. Ubi nos hoc ipsum annotavimus, & tempus quidem quo captus fuerit Divus Eulogius, non possumus exquisite signare. Tantum colligi alicunde potest, per hosce menses, quod suo loco videbimus, contigisse. Caussam, cur in carcerem fuerit missus, ipse in documento Martyriali, & in Epistolis reddit; quia nimirum Martyres adhortaretur, & ad Martyrium ipsos incenderet.

Hic Martyrium Sanctarum Virginum Nunilonis, & Alodiæ Divus Eulogius retulit, quæ non Cordubæ passæ sunt. Et tempus suo loco investigabimus.

Flora Cordubensis, Maria Ilipulensis, Vvalabonsi Martyris soror, Virgines ambæ, Martyrio simul coronantur, mensis Novembris die vicesimo quinto. Cap. sequenti.

Post sextum diem D. Eulogius carcere educitur. Ibidem, & in Epistola ad Alvarum.

Annus Domini DCCCLII.

Gumesindus Toletanus Presbyter, & Servus-Dei Monachus, die Januarii 13. mortem pro Christi nomine sustinuerunt. Cap. 11.

Sancti Martyres Aurelius, Felis Cordubenses, cum uxoribus Sabigothon, & Liliosa, comitante etiam Georgio Monacho ex Syria, 27. Julii die occisi sunt. Cap. sequenti.

Christophorus Cordubensis, Leovigildus Iliberitanus, Monachi, pro Christianæ Fidei confessione jugulantur, die mensis Augusti vicesimo. Cap. 13.

Emila, & Hieremias Cordubenses die Semptembris quintodecimo Martyrio coronantur. Cap. sequenti.

Rogellus Iliberitanus Monachus, Servio-Deo ex Syria Monachus, varie excarnificati die sequenti, Septembris videlicet sextodecimo, capite truncantur.

Habdarraghman Rex tot Martyrum constantia territus, impedire Martyrium cogitat, & congregari Episcoporum, atque etiam Metropolitanorum Concilium Cordubæ imperat. Ex Capitibus seqq. Et hæc diversa omnino est Regis perturbatio, & Ecclesiæ persecutio ab illa, quam jam superius retulimus. Hoc manifeste ex ipsa temporum serie in Divo Eulogio, & ex ejus verbis constat.

Annus Domini DCCCLIII.

Initio hujus anni Habdarraghman Rex subito moritur. Mahomat ejus filius in Regno succedit. Capite Libri 2. decimo sexto.

Mahomat Regni sui initio Christianos acerbissime persequitur, Templa diruit. Quatuor primis Libri tertii Capitibus. Hæc jam tertia est Ecclesiæ Cordubensis persecutio; & hujus mentionem fieri credo in Sanctorum Ruderici, & Salomonis Historia. Ea annis ibidem in Apologetico annotatis.

Arabum Principum nonnulli in Hispania contra Regem Mahomat rebellarunt. Ipse Christianos tributis gravat, suorumque odium in se suscitat. Duobus seqq. Capitibus.

Fandila Presbyter, & Monachus Accitanus die Junii tertiodecimo Martyrio coronatur. Cap. VIII.

Die sequenti, Junii quartodecimo, Anastasius Monachus Presbyter, Felix Monachus Complutensis, Digna Virgo Deo dicata, Martyrii lauream accipiunt. Capite seq.

Benildis Matrona, 15. ejusdem mensis pro Christi Fide jugulatur. Capite decimo.

Sancta Columba Cordubensis Virgo Deo dicata, decimo septimo Septembris die capite truncata Martyrio coronatur. Cap. seq.

Pomposa Virgo, & Martyr Cordubensis, Octobris die decimo sexto gladio Sarracenorum occubuit. Cap. 12.

Annus Domini DCCCLIV.

Abundius Presbyter ex Vico Annanellos prope Cordubam, die Julii undecimo Martyrium subiit. Libri tertii Cap. XIII.

Annus Domini DCCCLV.

Amator Tuccitanus adolescens, Petrus Monachus Cordubensis, Hludovicus item Cordubensis, die Aprilis ultimo omnes pariter Martyrio coronantur. Cap. XIV.

Vvitesindus senex Egabrensis eodem anno Martyr est factus. Diem Divus Eulogius non commemorat. Cap. XV.

Annus Domini DCCCLVI.

Helias Presbyter senex Lusitanus, Paullus, & Isidorus Monachi, Aprilis 17. die passi sunt. Lib. 3. Cap. XVI.

Argimirus Egabrensis Monachus in Christi confessione vicesimo octavo Junii die occiditur. Cap. sequenti.

Aurea Virgo Deo dicata, Adulphi, & Joannis Martyrum soror die Julii 19. Martyrii

rii palmam accepit. Cap. ultimo.

Annus Domini DCCCLVII.

Rodericus Egabrensis, & Salomon Martyrium patiuntur Martii die 13. Ex Apologetico Sanctorum.

Annus Domini DCCCLVIII.

Nullum Martyrem habuit hic annus, neque ulla ejus est apud D. Eulogium mentio.

Annus Domini DCCCLIX.

D. Eulogius Cordubensis Presbyter, & Doctor, & electus Archiepiscopus Toletanus, fit etiam hoc anno Martyr, Martii mensis die 11. qui eo anno Sabbathum occupavit. Alvarus in ejus Vita.

Leocritia Virgo Cordubensis, cujus caussa, & Fidei Christianæ præsertim ergo, D. Eulogius mortem fuerat perpessus, IV. postea die, hoc est Martii 15. ipsum Doctorem suum sequitur, Martyrio coronata. Ex eodem ibid.

Annus Domini DCCCLX.

Hoc anno, die Junii I. S. Martyris Eulogii Corpus ex Basilica S. Genesii in Basilicam S. Zoili Martyris translatum est. Ex altero exemplari, in quo Vita S Eulogii solum fuit.

Hoc tantummodo decennium S. Eulogii opera enumerant. Quæ deinceps ad SS. Martyrum Eugeniæ, Pelagii, Dominici, & Sociorum tempora pervestiganda necessaria fuere, suis locis quanta potuimus diligentia ratiocinati sumus.

Regnabat autem nunc etiam Ordonius I. qui anno 862. postea obiit. Neque enim antea Regnum iniit filius ejus Alphonsus cognomento Magnus. Id est manifestum ex aurea Cruce ingentis magnitudinis, operis pulcherrimi, & pretii ex gemmarum multitudine immensi, quam Oveti in sancta camera reliquit, cum hac a tergo literis aureis pruminentibus inscriptione:

SUSCEPTUM PLACIDE MANEAT HOC IN HONORE DEI QUOD OFFERUNT FAMULUS CHRISTI ADEPHONSUS PRINCEPS ET SCEMENA REGINA.

QUISQUIS AUFERRE HÆC DONARIA NOSTRA PRÆSUMPSERIT FULMINE DIVINO INTEREAT IPSE.

HOC SIGNO TUETUR PIUS HOC SIGNO VINCITUR INIMICUS HOC OPUS PERFECTUM EST CONCESSUM EST SANCTO SALVATORI OVETENSIS SEDIS. ET OPERATUM EST IN CASTELLO GAUZON. ANNO REGNI NOSTRI XVII. DISCURRENTE ERA DCCCCXVI.

Annus hic fuit Christi nativitatis 878. Unde constat, anno Domini 862. Alphonsum hunc regnare cœpisse; cum annus patris postremus ei fuerit primus.

Quæ autem consequuta postea sunt in Ecclesia Cordubensi, ex vetustis monumentis collecta prosequemur. Constat enim post has duas sub duobus Regibus, patre, & filio persecutiones, magnam Cordubæ Christiani cultus factam fuisse permutationem; cum omnia in pejus ruerent, & retro admodum sublapsa ferrentur. Pavidi Monachi Monasteria deserere, Abbates alio transfugere, Episcopi ferme non esse, sacra loca deserta cultoribus, Sarracenis in prædia cedere, & Cordubensis Ecclesia, quæ nondum in captivitate decus, & amplitudinem penitus amiserat, nunc in miseram dispersionem, & lugubrem ruinam abire. Multa sunt, quæ hoc ipsum plane doceant. Monasterium namque Ordinis Sancti Benedicti est admodum celebre, & opulentum in ipsu Gallaciæ, qua Legionensi Regno per Bergidum copulatur, introitu; Samanos olim, nunc corrupto nomine Samos dictum. Ibi monumentum publicæ attestationis Gotthicis Literis in membrana scriptum vidimus, in quo Offilo Abbas, Vincentius Presbyter, & Maria Deo vota, sua omnia eidem Monasterio largiuntur. Narrantque imprimis, quemadmodum Corduba profugi tempore Ordonii Regis, cum Gallæciam pervenissent, benigne ab Rege excepti fuere; qui illorum calamitatibus commotus, id ipsum Monasterium, dirutum jam, & pene desolatum, cum prædiis, oppidulis, & tota ipsa circumcirca ditione, eisdem libenter concessit, ut priscam in eo Religionis formam instaurarent. Ejus autem donationis, quæ ab ipsis Monasterio fit publice contestatæ, dies fuit Augusti vicesimus quintus anni Dominicæ Nativitatis DCCCLXXII. mortuo nimirum jam eodem Ordonio Rege hujus nominis primo, Alphonsi Magni patre, qui tunc, quum hæc publice agebantur, imperium tenebat; ut vicina admodum Divo Eulogio tempora intelligas, hoc est annum post ipsum interemptum duodecimum. Quin etiam Diploma ejusdem Regis Ordonii primi ibidem vidimus, Literis Gotthicis, & membrana, pervetustum, in quo ea Monasterii dirionis, & oppidorum donatio, quam Offilo Abbas, cæterique sibi ab Rege factam commemorant, continetur. Concessum autem id Diploma fuerat die mensis Maji 20. anni Dominici 862. duobus nempe, nec pluribus, post Divi Eulogii necem annis; ut manifestum sit, paullo post ipsum martyrio coronatum, Offilonem Abbatem cum reliquis Corduba diffugisse. Alia posteriorum Regum Diplomata præterea, quæ ibidem habentur, in quibus eadem ista de Offilone Abbate cum sociis Cordubensibus, Patria diffugientibus repetuntur. Illud tacendum non puto, dirutum Samanos Monasterium Offilonem invenisse, quia centum pene annis antea sub Froyla Rege hujus nominis primo, Argericus Abbas Toletanus, Patria & ipse profugus, cum aliis nonnullis, Regis benignitate sublevatus, ipsum primùm ædificaverat. Id etiam ejusdem Froylæ Regis Diplomate testatum permanet, cum Ordonius etiam in suo ejusdem Argerici prioris Abbatis, & Regis Froylæ, qui ipsum exceperit, meminerit.

Antiqua præterea, & iisdem hisce temporibus scripta, Regii, celeberrimi, & amplissimi SS. Martyrum Facundi, & Primitivi, Ordinis S. Benedicti, Cœnobii monumenta, Regumque Diplomata, quæ nos ibi vidimus, testantur, Abbatem Alphonsum cum suis Monachis Corduba profugum, Sarracenorum gladios devitantem, pusilloque suo gregi, quem imparem perferendo martyrio experiretur, sancte, & provide consulentem, ad eundem Regem Alphonsum cognomento Magnum Legionem pervenisse. Cumque Regi jam antea cordi fuisset, SS. Facundi, & Primitivi Sepulchra debito cultu venerari, Delubrumque, ubi inerant, Sarracenorum impetu

petu dirutum instaurare; quasi Divinitus sibi oblatum Cordubensem Abbatem, Monachosque suos excepit. Substructo deinde miræ magnitudinis, ut idem Rex in Diplomate inquit, Templo, quod hodie etiam perdurat, eidem Abbati Alphonso cum suis Monachis, addito insigni multorum prædiorum, oppidulorum, & ditionis integræ patrimonio, tradidit incolendum, & Monasterii ædificiis augendum. Hoc fuit instaurationis, atque insignis illius amplificationis principium. Ut inclytum per totam Hispaniam Cœnobium, duobus Illustrissimorum Martyrum Corporibus augustissimum, multorumque Regum magnificentia nobilitatum, Cordubensem primum habuerit Abbatem, & instauratorem, testemque hujus, quam prosequimur, dispersionis. Diploma namque Regis Alphonsi, in quo hujus rei mentio est, annum Domini 874. præfert, hoc est, post D. Eulogii martyrium, 14.

Non admodum longe ab hoc ipso SS. Facundi, & Primitivi Oppido, & Monasterio illud alterum est, quod S. Michaelis de Escalada appellant. In ejus miræ vetustatis Templo, varii marmoris columnis exornato, lapidem esse inscriptum, venerandæ auctoritatis Monachi mihi retulerunt, in quo memoria Abbatis cujusdam Cordubensis conservatur, qui eo per hosce etiam annos, eadem nimirum calamitate coactus pervenerit.

Posterioris aliquanto temporis est item lapis bene magnus in Ecclesia Monasterii S. Martini de Castanenda, Ordinis nunc Cisterciensis, olim Benedictini, ad Oppidum Senabriam, Gallæciæ, & Lusitaniæ finibus, in Legionensi Regno, propinquum; cujus inscriptio hanc ipsam astruit Cordubensium Christianorum dispersionem. Cum enim in principio doceat, locum illum sanctum Divo Martino quondam fuisse consecratum; prosequitur deinceps, quo pacto ab Joanne Abbate, qui Corduba cum Monachis venerat, fuerit restitutus; Temploque, & Monasterio magno labore, brevi tamen tempore, structis, instauratus. Factum id tandem refert, regnante Ordonio Principe, anno Domini CMLII. Hæc ibi. Ex cujus anni notatione facile colligimus, Regem Ordonium hujus nominis tertium, Ranimiri secundi filium, ibi nominari. His autem omnibus facile declaratur, quam misero tumultu Ecclesia Cordubensis hoc tempore fuerit conquassata, & crudeli ruina pene dejecta.

Neque tanta tamen fuit ejus hoc tempore dispersio, quin integra, Templisque, & Viris optime constituta perduraret. Docet hoc imprimis Concilium multorum Episcoporum Cordubæ paullo post D. Eulogium occisum congregatum, circa annum nimirum Domini DCCCLIII. cujus in Samsonis Abbatis Cordubensis Libro Apologetico secundo fit mentio. Docent hoc ipsum præterea alia multa, quæ idem Auctor eo Opere commemorat. Cum interim non deessent Martyres, non Christi-fideles, qui marmoreo tumulo, & epitaphio Martyris sepulchrum, quod suo loco apparuit, exornarent.

Sed enim multum diuque etiam post Divum Eulogium Cordubæ Templa, sacræ Deo Virgines, & magnus Religionis cultus vigebat. In Templo namque D. Andreæ (quod semper ab sequentium temporum Christianis Mozarabibus retentum fuisse constat) introrsum in septentrionali pariete lapis est centum viginti ferme post D. Eulogium annis sacræ Virginis, & Deo dicatæ tumulo impositus. Id hæ inscriptæ literæ indicant.

HIC SPECIOSA CONDITA SIMUL CUBAT CUM FILIA TRANQUILLA SACRA VIRGINE. QUÆ ....TISIMA QUINTA .... ERA SUBIVIT FUNERA. POSTEA MATER MILLESIMA QUARTA RECESSIT ULTIMA.

Cumque, me puero, infra eum lapidem parietem in cellulam audiendis sacris confessionibus suffodere fabri cœpissent; concavatum jam cum harum feminarum ossibus invenerunt; nec violare ausi, obstructum, ut antea erat, reliquerunt.

Lapis autem extrorsum in Cœmeterio eidem parieti insertus, satis aperte docet, idem Templum, ducentis post has Virgines annis, Christianorum sub Arabibus semper fuisse. Habet namque hujusmodi vernaculo nostro sermone epitaphium, barbarum quidem, sed pro temporis cognitione opportunum:

Finò don Pero Perez de Villammar, alcalde del Rei en Cordova, en dizesiete dias de Febrero E.MCC. dois Feria sexta. Maestre Daniel me fecit. Deus lo benediga. Amen.

Dicam autem de hoc ipso tumulo quod sentio. Alphonsus Imperator Urracæ filius, septemdecim antea annis Cordubam cœperat, Regique Abengamiæ, cum se supplex Imperatori dedisset, Civitatem, tributo imposito; submissionis etiam facta contestatione, reliquerat. Ut igitur publicum imperii testimonium Cordubæ Alphonsus relinqueret, Christianosque liberos deinceps inibi, & sui juris esse ostenderet; Præfectum Christianum juri dicundo cum Magistratu, & titulo in Urbe esse voluit, qui Christianos judicaret, tributa ab Mauris solvenda colligeret, Alphonsique ditionem modis omnibus tueretur. Is extinctus, in Christianorum Templo sepelitur. Duo igitur hi lapides, simul & vetusta admodum ejus Templi quadam ea parte structura, satis aperte demonstrant, quibusque Maurorum temporibus Templum illud Christianos retinuisse, cultuque Religionis, atque adeo Monasticum Ordinem Cordubæ jugiter perseverasse.

SY-

aSYNODUS TOLETANA IX.

XVI. EPISCOPORUM,

Anno septimo Reccesvinthi Principis acta, Era (b) *DCXCIII. idest, anno Christi DCLV.*

TITULI.

I. *Ut de rebus Ecclesiæ nihil Episcopi auferant, & qualiter proximi fundatoris Ecclesiarum solicitudinem gerant.*
II. *Ut fundatores Ecclesiarum, quoad usque vixerint, earum habeant curam, ipsique illic ministros eligant servituros.*
III. *Si de rebus Ecclesiæ pro præstatione aliquid dari dicatur, caussa præstiti cognoscatur.*
IV. *De conquisitis rebus inter Ecclesiam, & Sacerdotis * intestati * hæredes, quæ divisio fiat.*
V. *Si Episcopus Monasterium faciat, vel* c *Parochiam Ecclesiam ditet,* d *quantam partem de rebus Ecclesiæ conferat.*
VI. *Ut Episcopus tertiam Ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui elegerit, conferat.*
VII. *Ne extra constitutum ordinem, morientis Sacerdotis hæredes rem ejus adire præsumant.*
VIII. *Ut scripturæ, quas Sacerdotes, vel Ministri injuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*
IX. *Quantum commodum sibi Episcopus tollat de Ecclesia, cujus tumulaverit Sacerdotem.*
X. *De damnatione filiorum, qui ex Sacerdotibus, & Ministris geniti comprobantur.*
XI. *Quod servilibus Clericis dare debeant Episcopi libertatem.*
XII. *Quod post mortem Sacerdotis, in libertate servis collata annorum tempus debeat computari.*
XIII. *Ut ex libertis Ecclesiæ, & ex personis ingenuis geniti, ab obsequiis Ecclesiæ non recedant.*
XIV. *Quod si liberti Ecclesiæ ad eam reverti non velint, omnis eorum* e *rescula juri applicetur Ecclesiæ.*
XV. *De obsequio, & disciplina libertorum Ecclesiæ.*
XVI. *Quod libertis Ecclesiæ nihil de rebus suis in alienum liceat transferre dominium.*
XVII. *Ut baptizati Judæi cum Episcopis celebrent dies festos,*

a Incipit Concilium IX. quod actum est die 8. Kal. Decembr. anno feliciter VII. regni serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesvinthi Regis Era 693. in urbe Toletana. *C. A.*
b *Vasæus* anno Domini 654. *Morales* anno Domini 657. *ut nostri mss.*
* *Deest. C. A.*
c Parochianam *al. ms.*
d Quartam. *Exc.*
e Recula. *Exc.*

PRÆFATIO.

1. DUm Canonicæ definitionis Edicto in Toletana Urbe pro f agendo Concilio post diem Kalendarum Novembrium, anno septimo Reccesvinthi Principis g gloriosi in Basilica Sanctæ Mariæ Virginis, in unum fuissemus, Domino favente, collecti; id communi definitione decrevimus, ut Capitula, quæ in priscis Canonibus minime h habeantur inserta, pari promulgarentur sententia, & antiquis jungerentur Regulis perenni jugitate mansura, & omni reverentia conservanda.

2. Sed quia nequaquam recte subditos judicat, qui non se ipsum prius justitiæ censura castigat, aptum nobis, & expedibile visum est, ante nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius judiciorum exordia i diriguntur, cum vita Judicum ante disponitur; eo quod potius judicii forma completur, k quo negotiorum principiis æquitas judicantium antefertur. l Adeo exordium æquitatis inchoari a Judicibus debet, ut m perfectio juris caussarum limitem aptius formet.

f Peragendo. *C. A.*
g Gloriosiss. *C. A.*
h Habebantur. *Exc.*
i * Dicuntur. *Exc. f.* ducuntur.
k Cum. *C. A.*
l Ideo. *Exc.*
m Perfecta juris caussatio. *Exc.*

I. *Ut de rebus Ecclesiæ nihil Episcopi auferant, & qualiter proximi fundatoris Ecclesiarum solicitudinem gerant.*

3. Omnis itaque rei Ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus Sacerdotum, vel Ministrorum, ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscumque locis n fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo, aut Cathedræ propriæ n unitati connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definivit, o quo plenitudo votorum conservaretur in loco; in quo velut si collata tenentur p, manet gratia offerentis, ita si frustrantur, imminet pernicies defraudantis. Verum ut rei hujus potior soliditas q habeatur

Burch. lib. 3. *cap.* 182. *Ivo. p.* 3. *p.* 243.
n Civitatis. *Exc.*
o Quod. *Exc.*
p Maneat. *C. A.*
q Hab. propinquis ejus, qui construxerunt, vel ditaverunt *Burch. dist.* 16. *cap.* 7. *Filii vel nepotes.*

condignis filiis, vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus, qui construxit, vel ditavit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem, seu Ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis a honestæ conventione compescant, aut Episcopo, vel Judici corrigenda denuncient. Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auditibus b intimare non differant.

4 Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi c juris proprii potestatem præferre, non rapinam, & fraudem ingerere, non violentiam quamcumque præsumere; sed hoc solum in salutarem solicitidinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut in multam, vel in aliquam partem salutaris merces assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit; & male rapta cum confusione restituet, & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

a Honesta. C. A.
b Insinuare. alius ms.
c Injuria. C. A.

II. Ut fundatores Ecclesiarum, quousque advixerint, earum habeant curam, ipsique illic Ministros eligant servituros.

5. Cum sæpe sit solitum, etiam illa, quæ non debentur, prece supplicationis, & vi quodammodo extorqueri doloris, quanto d magis sine obstaculo concedi debent exquisita simul, & ordine juris, & dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur, ut Ecclesiæ Parochiales, vel sacra Monasteria ita quorundam Episcoporum, vel insolentia, vel incuria, horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam in e construendo gaudii exstiterat labor; ideo pia compassione decernimus, ut quamdiu earundem fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites exstiterint, pro eisdem locis curam f permittantur habere solicitam, * & solicitudinem ferre præcipuam, atque Rectores idoneos in eisdem Basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos. Quod si tales forsan non inveniantur ab eis, tunc quos Episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniventia servituros. Quod si g spretis eisdem fundatoribus, Rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare; & ordinationem suam irritam noverit esse, & ad verecundiam * sui, alios in eorum loco, quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

d Jam, C. A.
d Struendo. Exc.
16. q 7. *Decernimus, ut.*
e Habeant. Exc.
* *Desunt in Gratiano; addidit C. Gregor. ex C. Regio Lucensi, & alii mss.*
Idem Concil. Trid. novissime decretu est sess. 24. cap. 12. & 31.
f Superstitibus. Exc. *C. Greg. sequutus est nostrorum Codicum veritatem*, spretis.
* Suam. *Exc.*

III. * *Si de rebus Ecclesiæ pro præstatione aliquid dari dicatur, caussa præstiti cognoscatur.*

6. Si Sacerdos, vel Minister de rebus Ecclesiæ suæ quippiam alicui, subpræstationis obtentu concedat, in serie instrumenti caussam præstiti evidenter exponat; ut ex hoc, aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat. Aliter vero pro hujus negotii caussa deinceps scriptura * confecta non valeat.

*IV. De conquisitis rebus inter Ecclesiam, & Sacerdotis * intestati * hæredes, quæ divisio fiat.*

7. Sacerdotes, vel h quique illi sunt, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcumque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis, vel vile, vel charum habuerint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsunt, chartarum conficere instrumenta procurent. Non enim convenit, ut Ecclesia i quæ suscepit externum, efficiat in alieno divitem, & in suo retineat fraudatorem. Hi vero, qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis suæ diem visi sunt k conquisisse, sive nulla, sive aliqua sint instrumenta confecta, l compensata, tam juris sui, quam Ecclesiasticarum rerum m ambitione; si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter Ecclesiam, & decedentis hæredes æquo jure conquisitio pertinebit. Si autem quælibet pars majori cumulo sui juris excreverit, etiam n portionem in divisione percipiet. Quicumque vero de prædictis Sacerdotibus, vel Ministris pro sui utilitate, atque amicitia, * vel præstatione *, aut quocumque modo, aut per scripturæ o seriem, meruerint a quolibet * collata * percipere, in rebus Ecclesiasticis non p poterunt numerare; sed quod ex inde voluerint facere, ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, Ecclesia hoc sibi, cui præsuit, vel Minister q exstitit, in perpetuo vindicabit.

* *Deest.* Exc.
* *Deest.* Exc.
g Quicumque. Exc.
12. q. 4 *Sacerdotes, Ivo p. 3. cap. 169.*
h Quem. *C. A.*
i Acquisisse. Exc.
k Compensatione.
l Habitudine. Exc.
Habitione. *C. A.*
Habita. *Grat.*
m Majorem etiam pott. Exc.
12. q. 4. *Quicumque de sacerdotibus.*
* Desunt. *Grat.*
n Set. aliquid met. *Exc.*
* *Deest. Grat. &* Exc.
o Poterit. *Grat.*
p Extiterit in perpetuum. *Exc.*

Si

V. *Si Episcopus Monasterium faciat, vel Parochianam Eclesiam ditet, quantam partem de rebus Ecclesiæ conferat.*

8. Bonæ rei dare [a] consultum, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis exspectari cernitur præmium. Quisquis itaque Episcoporum in Parochia sua Monasterium construere forte valuerit, & hoc ex rebus Ecclesiæ, cui præsidet, [b] ditare decreverit; non amplius ibidem, quam & quinquagesimam partem dare debebit; ut hac temperamenti æquitate servata, & cui tribuit competens subsidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat [c]. Ecclesia vero, quæ Monasteriis non informabitur Regulis, aut quam [d] pro suis munificare voluerit sepulturis; non amplius quam centesimam partem census Ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit; ea tamen cautela servata, ut [e] tantummodo quæ placuerit ex his duabus [f] remunerandam assumat.

VI. *Ut Episcopus tertiam Ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui elegerit, conferat.*

9. Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus Parochialium Ecclesiarum pars Episcopo conferatur; opportune duximus decernendum, ut si Episcopus [g] tertiam, quam de rebus eisdem sanctione paterna sibi debitam novit, aut ipsi Ecclesiæ, cujus res esse patescit, aut alteri Ecclesiæ, cui elegerit, conferre decreverit; & [h] licitum maneat, & irrevocabile robur ejus sententia ferat.

VII. *Ne extra constitutum ordinem, morientis Sacerdotis hæredes rem ejus adire præsumant.*

10. Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus ejus absque Metropolitani cognitione usurpare præsumant. Quod si is, qui recesserit, Metropolitanus fuerit, [i] hæredes ejus, aut successorem illius, aut Concilium [k] sustinebunt, ne passim hæreditatis adeundæ data licentia, de rebus Ecclesiæ, aut non [l] reddatur ratio plena, aut fraus * non * inveniatur illata. Quod si Presbyter, aut Diaconus fuerit, quos obiisse constiterit, non sine cognitione sui Episcopi rem ejus hæredibus adire licebit. Quisquis sane post hæc transgressor inventus exstiterit, pro his, quæ non expectato * hoc * ordine adierit, invasionis damno Legis sententiæ subjacebit.

VIII. *Ut scripturæ, quas Sacerdotes, vel Ministri injuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

11. Si sacerdotes, vel Ministri, dum gubernacula Ecclesiarum administrare videantur, contra Patrum sanctissimas sanctiones de rebus Ecclesiæ definisse aliqua [m] dignoscantur, non ex die, quo talia scribendo [n] decrevit; sed ex quo talia moriendo definita [o] reliquit, supputationis ordo substabit. [p] Nusquam etenim poterit ad * tricennium temporis pertinere vita irrite judicatis; quia status contractuum initia non [q] assumpsit ab origine æquitatis.

IX. *Quantum commodum sibi Episcopus tollat ob Ecclesia, cujus tumulaverit Sacerdotem.*

12. Plerique dum rapinis inhiant, ut non debent, aut miserationis opus condigne non implent, aut indebita ipsi miserationi damna permiscent. Ideoque ne amplius misericordiæ opus exsecrabile dilabatur in scelus, id communi Decreto sancimus, ut cum Pontificem mori contigerit, Episcopus, qui ad humandum corpus ejus advenerit, descriptis thesauris, [r] atque domorum internis, si locuples decedentis Ecclesia fuerit, non amplius quam * libram auri, in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis Ecclesiæ, cum gratia offerentium, auferre pertentet. Si vero minor * rebus * exstiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet; nam, & hæc ipsa usurpare ratio nulla permitteret; nisi ejus [s] qui convenit, Sacerdotis injuriæ contemplatione, antiquitas hoc [t] usitata servasset. Porro [t] brevem descriptarum rerum sub fideli ratione, idem qui descripsit, dirigere Metropolitano curabit. Metropolitanus ex eadem morientis Ecclesia nihil prorsus auferre præsumat; sed [u] solum, quæ ad eum [x] pertinet, salvationis curam impendat.

X. *De damnatione filiorum, qui ex Sacerdotibus, & Ministris geniti comprobantur.*

13. Cum multæ super Incontinentiam Ordinis Clericorum usque hactenus ema-

12. q. 2. *Bonæ rei. Ivo par 3. cap.* 170.
a Consilium. *alias in Grat.*
b Ditaverit. *Ivo.*
c Quadragesimam. *Ivo & Exc. Grat.* Quinquag.
d Ad Ecclesiam vero. *Exc Ivo.*
e Suis magnificare vol. sepulturis. *Ivo. sic & Grat.* nisi quod sepulturis, *ut hic.*
f *Ut* unam tantummodo, *Ivo & Grat.*
g Remunerationem. *Ivo & Grat.* 12. q. 1. *Episcopus si partem. Ivo. p.* 3. *cap.* 171.
h *De hoc supra satis diximus.*
i Licita maneant. *Exc.*
k Sustinebit. *C. A.*
l Retineatur. *Exc.*
* *Deest. C. A.*
* *Deest. Exc.*
16. q. 1. *Si sacerdotes.*
m Dignoscunt. *Exc.*
n Decreverunt *Grat.*
o Reliquerunt, *Grat.*
p Husque enim ad triennium temporis pertinebit irrite hoc judicantur *Exc.*
q Sumpsit. *Grat. videat. Cod. Gregoriani.*
* *De tricennali possessione in rebus Ecclesiæ vide Concil. Chalced. Can. XVII. & Tolet.* 4. *cap.* 14. *& Epistolam Gelasii Papæ ad Episcopos Siciliæ.*
Exstat de hac ipsa re decretum Concilii Valensis Cap. 2. *& habetur apud Grat.* 12. q. Præcipiendum.
r Atque ornamentis. *omnibus Exc.*
* *Centum drachmas auri valet, quo faciunt decem aureos coronatos.* ex Budæo.
* *Deest. Exc.*
s Usurpatam. *Exc.*
t Breve. *Exc.*
u Solam. *Exc.*
x Pert. curam salutatem impen. *Exc.*
15. q. 8. *cum multæ. Ivo p.* 6. *cap.* 415.

emanaverint sententiæ Patrum, & nullatenus ipsorum [a] formari quiverit correctio morum; usque adeo sententiam judicantium protraxere commissa culparum, ut non tantum [b] ferretur ultio in [c] auctoribus scelerum, verum & in [d] progenie damnatorum. Ideoque quilibet, ab Episcopo usque ad Subdiaconum, deinceps, vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreaverint; illi quidem ex quibus geniti probabuntur, Canonica censura damnentur; proles autem [e] tali nata pollutione, non solum parentum hæreditatem nusquam [f] accipiat, sed etiam in servitutem ejus Ecclesiæ, de cujus Sacerdotis, vel Ministri [g] ignominia nati sunt, jure perenni manebunt.

[a] Reformari. Exc. firmari. Grat. & Ivo. [b] Feriretur. Ivo inferretur Grat. [c] Auctores. Exc. [d] Progeniem. Exc. [e] aliena pollutione nota. Grat. Hac pollutione. Ivo. [f] Accipiet. C. A. [g] Ignominio. C. A.

XI. *Quod servilibus Clericis dare debeant Episcopi libertatem.*

14. Qui ex familiis Ecclesiæ servituti devocantur, in Clerum ab Episcopis suis libertatis necesse est percipiant donum; & si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis; quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis releget in catenam.

Dist. 53. Cap. Qui ex familiis.

XII. *Quod post mortem Sacerdotis, in libertate servis collata annorum tempus debeat computari.*

15. Si Sacerdos libertatem servis Ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis suæ scripturæ tempus annorum computatum tenebit, sed ex quo eum qui scripturam [h] conficit, verius obiisse constiterit.

[h] Confecit. C. A.

XIII. *Ut ex libertis Ecclesiæ, & ex personis ingenuis geniti, ab Ecclesiæ obsequiis non recedant.*

16. Excessibus libertorum Ecclesiæ plerumque [i] patrocinandi videmus Ecclesiam convexari, & bicipiti coacti sumus tædio condolere; uno, dum per superbiam reluctantis auctor contemnitur; altero, dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur servitutis. [k] Adeo cum jam, præteritis Patrum Regulis, multæ super hoc diversæ constitutionis emanaverint Sanctiones; tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur, sicut Legum reverenda sanctio censuit, ita servare totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commistio maculet, quod* per totum* generositas propria decoravit. Unde eunctis Ecclesiarum libertis, tam viris, quam feminis, eorumque propagini, interdicitur judicio generali, ne deinceps caussa [l] conjunctionis quibuslibet copulentur personis ingenuis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permistione tali genita proles nunquam merebitur jus [m] indebitæ dignitatis, nec Ecclesiæ umquam carebit obsequiis, cujus beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

[i] Patronam. C. A. [k] Ideo. Exc. *Sic in foro Jud. Lib. 3. Tit. 2. De nuptiis illicitis.* * *Deest. Exc.* [l] Connubii, aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gotthis. Quod si. *Exc.* [m] Debitæ *Exc.*

XIV. *Quod si liberti Ecclesiæ ad eam reverti non velint, omnis eorum rescula juri applicetur Ecclesiæ.*

17. Si contingat quemcumque de libertis Ecclesiæ, eorumque prosapiæ, contra primævas, modernasque Patrum Regulas quibuslibet [n] personis ingenuis copulari; tam illis, quam eorum stirpi, non licebit ab Ecclesiæ patrocinio evagari; sed aut ad debita obsequia reverti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quæcumque, vel parentes eorum, vel ipsi ab Ecclesia sunt adepti, vel in ejus patrocinio visi sunt conquisisse, insistente Pontifice, in ditionem propriæ reducantur Ecclesiæ.

[n] Person. aut Gotthis, aut Romanis. *Exc.*

XV. *De obsequio, & disciplina libertorum Ecclesiæ.*

18. Ecclesiæ liberti, eorumque progenies, eidem Basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta, sinceraque parabunt. Qui sicut hoc in [o] obsequium pro possibilitate sui, quod utiles ingenui [p] dabunt, ita quoque in emendatione culparum, quod inutiles ingenui sustinebunt.

[o] Obsequio. *Exc.* [p] Dabant. *Exc.*

XVI. *Quod libertis Ecclesiæ nihil de rebus suis in alienum liceat transferre dominium.*

Ivo p. 16. cap. 87.

19. Libertis Ecclesiæ, eorumque [q] progeniei ex omnibus rebus, quæ de jure Ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dominium transactione [r] quarumcumque deducere; sed si ex his qualibet vendere fortasse voluerint, Sacerdoti ejusdem Ecclesiæ offerant convenienter emenda, earumque

[q] Progeniei. C. A. [r] Quacumque. *Ivo.*

que pretia, ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam in dominium partis alterius rei suæ censum nullo modo transire permittimus. Suis autem filiis, vel propinquis, eidem Ecclesiæ, vel servitio, vel patrocinio subjugatis, quæcumque vendere, vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

XVII. *Ut baptizati Judæi cum Episcopis celebrent dies festos.*

20. Baptizati Judæi quocumque loco cætero tempore converfentur, Festis tamen præcipuis Novi Testamenti ferie consecratis, ac diebus illis, qui olim sanctione veteris Legis sibimet censebantur esse solennes, in Civitatibus, publicisque Conventibus cum Summis Dei Sacerdotibus celebrare præcipimus; ut eorum conversationem, ac Fidem, & Pontifex approbet, & veritas servet. Hujus vero temerator Edicti, prout ætas permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subjacebit. *In foro Judic. lib. 12. tit. 3. l. 21. idem præcipitur.*

21. Expletis omnibus, quæ ad honestatis regulam in collationem venere fraternam, grates exsolvimus immortali Domino soli, cujus dispositione mirabili ad hunc sanctæ Congregationis cœtum meruimus adunari; ut & communis visio prosperitatem nostram ostenderet, & par definitio concordiam assignaret; obsecrantes ejus misericordiam largam, ut Serenissimo Domino, & amabili Christo Reccesvintho Principi glorioso, ita præsentis vitæ felicitatem impendat, ut Angelicæ beatitudinis gloriam post tempora longæva concedat; atque ita nos ejusdem felicitate lætos semper efficiat, ut in Terra viventium [a] remuneraturus attollat. Antiquitatis dehinc ordinem saluberrime retinentes, postquam rationem Festi Paschalis Fraternitas vestra cognovit, noverit se anno venturo, die Kalendarum Novembrium, caussa peragendi Concilii, in hac Urbe, favente Domino, congregari; ut simili disceptatu, aut, quæ prospexerimus congrua decernamus, aut solius pacis conventu lætemur. Consummatumque ex hoc sanctum Concilium die [b] quarto Kalendarum Decembrium, anno feliciter septimo Regni Serenissimi, atque clementissimi Domini nostri Reccesvinthi Regis, Era DCXCIII.

[a] Remunerandos. Exc.

[b] Octavo. c. 4.

INTERFUERUNT HUIC SANCTO CONCILIO PONTIFICES NUMERO SEXDECIM.

1. Eugenius Regiæ Urbis Metropolitanus Episcopus.
2. [c] Tajo Cæsaraugustanus Episcopus.
3. Marcus Castellonensis Episcopus.
4. Ubinibal Elicitanus Episcopus.
5. Videricus Seguntinus Episcopus.
6. Mauricius Oretanus Episcopus.
7. Davila Complutensis Episcopus.
8. Felix Valentinus Episcopus.
9. Balduigius Arcavicensis Episcopus.
10. Maurellus Urgelitanus Episcopus.
11. Eusiclus Segobriensis Episcopus.
12. Athanasius Setabitanus Episcopus.
13. Giberius Bigastrensis Episcopus.
14. Ubaldesredus Mentesanus Episcopus.
15. Magnarius Accitanus Episcopus.
16. Stephanus Valeriensis Episcopus.

[c] Tago, Talo supra.

ITEM ABBATES.

1. Fugitivus Abbas.
2. Ildephonsus Abbas.
3. Eumerius Abbas.
4. Morarius Abbas.
5. Joannes Abbas.
6. Item Joannes Abbas.
7. Marcellinus Archipresbyter Toletanus.
8. Silicolus Primicerius.

ITEM VICARII EPISCOPORUM.

1. Daniel Diaconus Marcelli Episcopi Ecclesiæ Urcitanæ.

ITEM EX VIRIS ILLUSTRIBUS OFFICII PALATINI.

1. Paullus Comes Notariorum.
2. Emeterius Comes Cubiculariorū.
3. Ella Comes, & Dux.
4. Recilla Comes Patrimoniorum.

NO-

NOTÆ VARIORUM.

XXII. Secundum ex Conciliis habitis tempore Flavii Reccesvinthi Hispaniæ Regis, fuit hoc Toletanum Nonum, idque Provinciale; cum solum illud celebraverint S. Eugenius III. Metropolita Toletanus, & quindecim Episcopi, sex Abbates (inter quos admirandus ille S. Ildephonsus) Marcellinus Archipresbyter Toletanus, & Silicolus Primicerius; Daniel Diaconus Vicarius Marcelli Episcopi Urcitani, & nonnulli Viri illustres, seu Palatini. Rex non adfuit ibidem, ut in aliis Conciliis sui temporis; fortasse quoniam non fuit æqualis causa, aut necessitas interveniendi. CARD. DE AGUIRRE.

XXIII. Subscribunt in Nono Concilio Toletano eodem ordine, sicut in octavo, Episcopi, Abbates, Vicarii Episcoporum, & Viri illustres ex officio Palatino. Fere omnes Episcopi, qui in Nono subscribunt, subscripserant in Octavo, ut Athanasius Setabitanus, Davila Complutensis, Felix Valentinus, Giberius Bigastrensis, Marcus Castellonensis; in Septimo, & Octavo Mauricius Oretanus, Maurellus Urgellitanus, Marcellus Urcitanus per Procuratorem; sicut in Octavo Tajo Cæsaraugustanus, Ubinibal Elicitanus; in Septimo, & Octavo Vvidericus Seguntinus, Balduigius Arcavicensis. Subscribit etiam Eusicius Segobriensis, qui successit Floridio, in Octavo. Magnarius Accitanus, qui successit Juliano, in Octavo. Stephanus Valeriensis, qui successit Tagontio, in Octavo. Vvaldefredus Mentesanus, qui successit Froilæ, in Octavo. Omnes hi Abbates subscribunt in Octavo, præterquam Joannes. Similiter omnes Viri illustres ex officio Palatino. De Archipresbytero, & Primicerio supra fuse diximus. LOAISA.

XXIV. *Anno septimo D. Reccesvinthi Principis, Era* DCXCIII.] Nimirum anno Christi DCLV. Concilium enim illud fuit habitum biennio post Toletanum VIII. quod supra vidimus coactum fuisse anno quinto regnantis Reccesvinthi, Christi vero DCLIII. Unde superest, ut istud IX. fuerit celebratum anno DCLV. non vero DCLIV. ut Vasæus vult, nec DCLVII. ut Morales censet.

XXV. Ad Præfationem. *Antiquis jungerentur Regulis, &c.*] Hinc confirmatur quod sepe observavimus in Notis ad multa ex Conciliis Hispaniæ, in iis legi solitum initio Codicem Canonum voce Diaconi Alba induti; ut Patres congregati manuducerentur, aut dirigerentur lectione illius ad edendum Decreta salutaria, & Juri conformia. Porro decursu temporis fiebant additiones eidem Codici, quoties novi Canones prodibant. Quare in hac Præfatione statuitur, *ut Capitula, quæ in priscis Canonibus minime habebantur inserta, pari promulgarentur sententia, & antiquis jungerentur Regulis perenni jugitate mansura.* Vide præsertim supra Concilium Bracarense I. verbis illis: *Audiant sanctorum Canonum Regulam, &c.* ac Toletanum IV. initio, ubi dicitur: *Diaconus Alba indutus, Codicem Canonum in medio proferens, &c.* CARD. DE AGUIRRE.

XXVI. Ad Cap. IV. *Ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel Minister exstitit, in perpetuo vindicabit.*] Hinc liquet, jam iisdem Legibus innodari cœpisse Beneficiarios omnes, quibus antiqui Canones solos videbantur Episcopos vincire. Ita quippe consentaneum erat, cum jam plerisque Beneficiariis, præter distributiones, assignaretur etiam aliquid prædiorum; quæ cum alimentis pauperum ipsa sui ab origine dicata sint, necesse omnino erat, proventus eorum omnes in pauperes erogari; *Sacerdotes, vel quicumque illi sunt, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est &c, Quicumque de prædictis Sacerdotibus, vel Ministris, &c. Ecclesia, cui præfuit, vel Minister exstitit &c.* Videntur his quidem verbis soli demonstrari Episcopi, Presbyterique, & eorum Ministri, hoc est, Diaconi; sed nimirum illis solis fundi Ecclesiæ aliqui commendantur. THOMASSINUS, *De Benef.* Tom. III. Lib. 2. Cap. XLII. num. 7.

XXVII. Ad Cap. VIII. *Ad tricennium.*] De tricennali possessione in rebus Ecclesiæ, vide Concil. Chalcedonense Cap. 17. & Tolet. IV. Cap. 34. & Epistolam Gelasii PP. ad Episcopos Siciliæ Cap. 2.

XXVIII. Ad Cap. X. *Proles autem.*] Concilium Lateranense II Cap. 21. ita de hac re sancit: *Firmiter prohibemus, ne Canonicorum filii, maxime spurii, Canonici fiant in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres; & si fuerit contra præsumptum, decernimus, non valere. Qui vero, ut dictum est, canonicare præsumpserit, a suis Beneficiis suspendatur.* Idem Alexander III. Par. 19. Cap. 1. 3. & 4. & sequentibus; & Concilium Trident. Sess. 25. Can. XV. Quinimmo ad Ordines non debent admitti, etiam si probatæ vitæ fuerint, nisi in Monasterio, vel Regulari vita degentes. Alexander PP. III. Par. 19. Cap. 2. Concubinæ vero Clericorum, seu mulieres illæ, quæ contra Ecclesiæ Leges Clericis cohabitabant, unde infamiæ nota illis inureretur, ab Episcopis olim venundabantur in servas, pretium vero pauperibus erogabatur, ut constat ex Conc. III. Tol. Cap. 5. & Conc. Tol. IV. Cap. 42. Conc. Tol. VIII. Cap. 5. & aliis multis locis. A Reccaredo vero Rege Lib. 3. T. 4. Leg. 18. *Fori Judicum* sancitur, ut hujusmodi mulieres centenis flagellis verberarentur. De illegitimis multa decrevit hoc tempore Xystus V. Sanctissimus Pontifex, ad optimum regimen Ecclesiæ stabiliendum. Apud Gratianum tota quinquagesima sexta Distinctione de hac re agitur. Verum de Sacerdotibus quid tradat Philo Judæus in Decalogo, perpendendum duxi: *In Sacerdote* (inquit) *& hominum genus examinatur, ut sit inculpabile, & competens, partibus sui corporis usquequaque integrum.* Quod licet loquatur de Sacerdote veteris Legis, qui ex decreto Domini debebat esse justis natalibus ortus, & integer corpore; verum id etiam servatur in nova, ubi ad altius, & præstantius sumus vocati Sacrificium, & cultum. LOAISA.

Non

CXXIX. Non sunt omnino reticenda insignia merita Eugenii III. Toletani Præsulis, qui huic Concilio præfuit, nec Recesvinthi Hispaniæ Regis, cujus tempore celebratum est. De utroque accipe quæ ex monumentis antiquis, ac probatis Historicis in synopsin fere collegit Joannes Mariana Libro sexto, *De rebus Hispaniæ*, Cap. nono hisce verbis: *Ecclesiam Toletanam per hæc tempora Eugenius eo nomine tertius obtinebat, alterius Eugenii successor, Helladii discipulus. Ex Helladii enim Schola tum hic, tum tres alii, qui proxime præcesserant, Toletani Præsules prodierunt. Is otii literarii cupiditate, antea relicta Toletana Ecclesia, ubi honestum locum inter ejus Templi Sacerdotes obtinebat, Cæsaraugustæ ad D. Engratiæ cucullum induit, Monasticæ vitæ insigne. Inde a Rege Chindasvintho per vim ad Ecclesiæ Toletanæ gubernacula extractus est. Ecclesiastici cantus numeros temporum negligentia depravatos, ad meliorem rationem, antiquitatisque regulam conformavit. Librum De Trinitate composuit; Dracontii Operi, in quo heroico carmine mundi conditionem descripsit, Genesisque initium eleganter explanavit, diei septimæ explicationem, quæ desiderabatur, adjecit. Iis ex versibus, aliisque epigrammatis, quæ ad nostram ætatem conservata sunt, non inelegantis fuisse ingenii, neque prorsus ineruditi, intelligitur. In iis epigrammatis Chindasvinthi, & Riciberga, quorum beneficio auctus erat, epitaphia extant, crassum aliquid sonantia, magis ætatis vitio, quam Auctoris culpa. Sunt qui Eugenium Illephonsi avunculum fuisse affirment; cui opinioni Illephonsi ipsius scripta, & Juliani resistunt, in quibus de re tanta mirum silentium est; nam Cælitum numero adscriptum fuisse, tametsi Ecclesiæ Toletanæ fasti sileant, nonnulla Martyrologia Novembris Idibus Eugenii nomine adscripto, ei opinioni suffragantur. Illud constat, Eugenio Pontifice, Recesvinthi Regis opera Toleti Episcoporum conventum ea tota ditione habitum. Flagrabat enim Rex Catholicæ Religionis amplificando studio, Divinos Libros tum ipse evolvere solitus, tum disputationibus de rebus sacris libenter interesse; aurum, gemmas, vestemque pretiosam multam Templis donare, Divino cultu illustrando non desistebat. Nimirum, ut ita faceret, domestica paullo ante defuncti pueris excitabant.* Hæc inibi eleganter scripta. CARD. DE AGUIRRE.

JOSEPHI CATALI ADDITIO.

Ecce nunc post Variorum Notas, quæ in Canones hujus Concilii IX. Toletani adnotavit Auctor Delectus Actorum Ecclesiæ universalis. Ad Canonem I. nota, religiose observandas fundatorum intentiones; nec licere in iis bona ex uno loco in alium transferendo quidquam immutare, nisi forsan in melius. Ad hoc fundatorum hæredes, & propinquos, utpote laicos patronos jus habere, ne quid mutetur, quoquo modo prospiciendi.

Ad Canonem 2. nota I. Patronorum laicorum in fundatas a parentibus Ecclesias potestatem; ut non tantum eorum esset earum latifundiis conservandis prospicere, sed & Parochos ad earum regimen designare, & ab aliis designatos repellere &c. Nota 2. eadem Episcoporum circa Monasteriorum bona, aut incuriam, aut aliquando ea sibi vindicandi zelum, & cupiditatem, de qua Concil. Tolet. III. Can. 20. ait: *Cognovimus, Episcopos per Parochias suas non Sacerdotaliter, sed crudeliter deservire, aut desævire*, fuisse occasionem, sicut ad Arelatense Concilium III. diximus, ut Monasteriorum conservationi consuleretur; concessis ad hoc a Summo Pontifice privilegiis, quibus ea Episcoporum autoritati subducerentur. Unde citatum supra Gregorii Magni constitutum ait: *Quia in plurimis Monasteriis multa a Præsulibus præjudicia, atque gravamina Monachos pertulisse cognoscimus.... prohibemus, ut nullus Episcoporum &c.* Ex hac tamen Privilegiorum concessione, ut pronum est humanum ingenium modum ascedere, factum quondam, ut Monachi ita ab Episcoporum jurisdictione se immunes existimaverint, ut quasi nullius essent Diœcesis, cujus tamen Legibus pro aliorum more suberat eorum Monasterium, in Missæ Canone Episcopi mentionem nullam agerent, & post nomen Papæ, Abbatis solius nomen proxime sequeretur.

Ad Canonem 4. nota I. ex dictis passim colligi Sacerdotes, & Episcopos, qui Ecclesiæ rebus non ut propriis, sed ut commendatis uti debent, nomine tantum Ecclesiæ, & in ejus tantum commodum, quidquid acquirunt, posse comparare. Cum iniquum sit, ut qui pauper ad Ecclesiam accesserit, ejus damno dives evadat, & proprium sibi faciat, quod ad Ecclesiæ tantum utilitatem licuit congerere. II. Si aliquo patrimonio donatus Sacerdos postea intestatus obierit, acquisita per vitam opus esse bipartiri; etiamsi patrimonii reditus, Ecclesiæ reditum excesserint. Quod rite quidem institutum male observatum ingemiscimus, qui quotidie ditatos es bonis Ecclesiæ nepotes experimur; contra quod primis etiam sæculis Canon Antiochenus 25. declaraverat. III. Si dono quid obtinuerit, licere de eo quasi de patrimonio pro libitu testari; at si intestatus obierit, donum hoc cedat Ecclesiæ, quæ ejusmodi rerum nativa hæras est. IV. Per hanc autem vocem, *inordinatum*, intelligi, non condito testamento mortuum; quod apud Hispanos dicitur *morir sine fabla*.

Ad Canones 5. & 6. nota Episcopis facultatem fuisse fundare Monasterium, aut Capellam in sua Diœcesi, & ex rebus Ecclesiæ suæ ditare, assignata quadragesima, seu quinquagesima Ecclesiæ suæ redituum parte, si Monasterium sit; vel centesima tantum, si Capella, aut quævis alia Ecclesia sit. Tertia autem illa pars, quæ Episcopis obvenit ex Parochialibus Ecclesiis, semel ab Episcopis earum alicui dono relicta, irrevocabiliter, & in perpetuum huic Ecclesiæ, cui data est, addicatur. Unde patet, partem illam bonorum, qua in quibusdam Ecclesiis pollent Episcopi, non esse jus novum acquisitum, sed ve-

veteris, quod in omnes habebat, juris monumentum; ita ut dici possit, de omnibus Parochialibus Ecclesiis,in quibus Episcopi illa tertia bonorum parte amplius non potiuntur, hanc ab iis dono accepisse; indeque ad earum reparationem teneri, qui ea parte hodie fruuntur.

Ad Canonem 8. nota, cum triginta annorum possessio jus in rem inveheret, recte definiri, tricinariam possessionem inchoandam a donantis tantum obitu; ut alias, si quid fraudis subsit, temporis diuturnitate minime fulciatur.

Ad Canonem 10. nota, in Clericos ipsos incontinentes passim in Concilio animadversum; in eorum autem concubinas in Toletanis III. & IV Conciliis prospectum. In hoc demum Canone contra eorum peccati filios decerni, nusquam posse parentum sacrilegos hæredes constitui, propterea que servos Ecclesiæ, cui pater inserviebat, in perpetuum addicendos.

Ad Canonem 13. nota, cum qui Ecclesiasticis subsunt, soleant esse aliis insolentiores, recte statui, ne liberti Ecclesiæ jugum ejus excutere utcumque molientes, personis Ingenuis, seu minoris notæ nobilibus nubant: alias eorum proles ingenuitatis privilegio spolietur. Nota ex Cangii Glossario libertos, utpote non omnino servitiis immunes, si conjugibus liberis, & ingenuis nupserant, in Gallia solitos inde præstationem persolvere, quam nostræ consuetudines quandoque vocant *formariage*, seu *forismaritagium*. Quase inter indultæ libertatis capita jus illud forismaritagii conceditur. Varia justa varias Regiones fuit circa hanc rem consuetudo.

Ad Canonem 15. nota, libertos pristinæ conditionis suæ memores blande habendos; & ut ingenuos utiles; alias si adepta libertate minus bene usi sint, excipiendos ut ingenuos inutiles, seu invalidos, & desides, & ad laborem ineptos, & pro culpa emendandos. Hæc quippe vox *utlis* pro idoneo sumebatur. Alia ejusdem vocis significatio celebris est apud GregoriumTuronensem, Lib. 2. Historiæ Francorum, Capite 12. ubi loquitur de Basina, quæ, relicto viro suo, Childericum impudenti animo convenerat.

Ad Canonem 16. nota, servis libertate donatis, & eorum proli non licuisse ex Ecclesiæ dominio se subducere; nec quidquam rerum, quæ tam in fundo, quam in mibilibus acquisierunt, intra eosdem Ecclesiæ limites, nisi ex Ecclesiæ consensu alteri vendere; aut nisi ejusdem Ecclesiæ servitio emptores, aut propinqui, quibus prædia cesserunt, addicantur. Hujus moris vestigia leguntur in variis hujus Regni consuetudinibus. Hucusque Auctor supra laudatus.

CONCILIUM TOLETANUM X.

XX. EPISCOPORUM.

Anno octavo Reccesvinthi Regis, Era DCXCIV. celebratum sub Vitaliano Papa,

Idest anno Christi DCLVI.

TITULI CAPITULORUM.

*Annunciationis Dominicæ.

I. *De celebritate Festivitatis * Dominicæ Matris.*
II. *De non violandis Religiosorum juramentis in salutem Regiam datis.*
III. *De non permittendo laicis imperare Religiosis.*
IV. *De professione, & veste Religiosarum viduarum.*
V. *De remotis excusationibus viduarum transgressionem Religionis sequentium.*
VI. *De his, qui in parva ætate coram parentibus Religionis habitum tenuerint.*
VII. *Ut nullus Christianum Judæis vendat.*

PRÆFATIO.

In nomine Domini habita Synodus X. in Toletana Urbe, die Kalendarum Decembrium, anno octavo gloriosissimi Domini, & Religiosissimi Reccesvinthi Principis, Era DCXCIV.

* Inter nos. * Frequentiam.

I. GRatulationem nobis spiritalem divina contulit gratia, quando tribuit uti * nobis, & salutaris disciplinæ * frequentia, & convenire ad pacificorum votorum studia præoptata. Congregatis ergo nobis, & in concordia animi, & in conventu loci, referentes gratias invisibili Deo, & glorioso rerum Domino Reccesvintho Regi, cujus sacratissimo voto, retenta paternitatis sancta traditione, ad sacrum quivimus adunari conventum, has subter annexas Regulas concordi definitione prolatas, æterna statuimus manere lege præfixas.

CA-

CAPITULA.

I.

2. Cum nihil Fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat, & unitatem Catholicæ regulæ varietas nulla discerpat, est tamen, quod nisi temporum unitate serveiur, & discidium indiscissæ unitati parturiat, & Sacramentorum unitate constare non valeat. Hinc est, quod Paschale Festum, nisi uno die celebremus, & tempore, in Judaicum decidamus errorem. Hinc Adventum Sancti Spiritus post Resurrectionem Dei nisi exspectemus tempore definitio dierum simul & numero, non possumus impleri ejusdem Spiritus dono. Quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & mysterii sacramento.

3. Hinc Nativitatis Dominicæ sacrum, quo evidenter de utero Virginali Verbum prodit caro factum, absque dubio servat temporis cursum, & repræsentat * specialis Dei momentum. Si ergo nativitatis, & mortis incarnati hujus Verbi dies absque immutatione ita certus habetur, ut absque diversitate in orbe toto terrarum ab omni concorditer Ecclesia celebretur; cur non Festivitas gloriose Matris ejus eadem observantia, uno simul ubique die, similique habeatur honore?

* Speciale Dei monimentum.

4. Invenitur etenim in multis Hispaniæ partibus hujus Sanctæ Virginis Festum non uno die per omnes annorum circulos agi. * Quoniam transducti homines diversitate temporum, dum varietatem sequuntur, unitatem celebritatis non habere probantur. Qua de re, quoniam die, qua invenitur Angelus Virgini Verbi conceptum, & nunciasse verbis, & indidisse miraculis, eadem Festivitas non potest celebrari condigne, cum interdum Quadragesimæ dies, vel Paschale Festum videtur incumbre, in quibus nihil de Sanctorum solennitatibus, sicut ex antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari; cum etiam & ipsam Incarnationem Verbi non conveniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat id ipsum Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attolli; ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem, quo natus est Dominus, Genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus, & præclarus.

* Quo enim transducet homines diversitas temporum, dum vat etaté celebritatis habere probantor.

5. Ex pari enim honore constat, ut sicut nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita Festivitatem Matris tot dierum sequatur sacra solennitas. Nam * quod Festum est Matris, nisi Incarnatio Verbi? Cujus utique ita debet esse solenne, sicut est & ejusdem * Nativitas Verbi. Quod tamen nec sine exemplo decedentis mors, qui per diversas mundi partes dignoscitur observari, videtur institui. In multis namque Ecclesiis a nobis, & spatio remotis, & terris, hic mos agnoscitur retineri. Proinde ut de cætero quicquid est dubium, sit remotum, solennitas Dominicæ Matris die decimo quinto Kalendarum Januariarum omnimodo celebretur, & Nativitas Filii ejus Salvatoris nostri die octavo Kalendarum earundem, sicut mos est, solennis in omnibus habeatur.

* Quid.
* Nativitatis.

II.

6. Frequentium molestiarum nocens impulsus contemni quidem magnitudine decentis poterat gravitatis; sed quia levitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, bene honesta sollicitudo cohibere properat, quod frequentata usitatio vitare non curat. Ideo cum, & quorundam paternorum sanctionibus decretorum, & institutionibus sit legalibus cautum, ne contra salutem Principum, gentisque, aut patriæ, quisquam meditari conetur adversum; hoc unum specialiter nunc depromitur observandum, ut si quis Religiosorum, ab Episcopo usque ad * extremi ordinis Clericum, sive * Monachum, generalia juramenta in salutem Regiam, gentisque, aut patriæ data, reperiatur violasse voluntate profana; mox propria dignitate privatus, & loco, & honore habeatur exclusus, & miserationis obtentu tantummodo reservato, ut an locum, an honorum, an utraque possideat, concedendi jus, licentiamque potestas Principalis obtineat.

Conc. Tolet. IV. cap. 71.
* Extremum ordnis Clericorum.
* Monachorum
Decret. Ivonis p. 12. cap. 88. Ita habetur: Igitur si Clerici, aut Monachi inventi fuerint conjurati, aut per conjurationem calumniam machinantes Episcopis, vel Clericis, proprium amittant gradum. *Sicque 22. quæst. 1.*

III.

7. Reverentiæ totius * auditum, quia res * adiit dura, non frustra * cogimur hanc duriori * exstirpare censura. Agnovimus enim, quosdam Pontifices præcepti Principis Apostolorum qui ait: *Pascite qui in vobis est gregem, non coacte, sed spontanee, nec dominantes in Clero, sed forma facti gregis*, ita esse immemores, ut quibusdam Monasteriis, Parochialibusque Ecclesiis, aut suæ consanguinitatis personas, aut sui favoris participes, iniquum sæpe

* Auditu percipiatur.
* Adeo.
* Cogitur.
* Exstirpari.
1. Petri 5.

ſæpe ſtatuant in Prælatum ; ita illis providentes commoda inhoneſta, ut eiſdem deferantur, aut quæ proprio Epiſcopo dare juſtus ordo popoſcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia potuerit. Proinde decenter omnibus placet, & in præſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cætero faciendum. Nam quiſquis Pontificum deinceps, aut ſanguine propinquis, aut ſavore ſibi perſonis quibuſcumque devinctis, talia commodare lucra tentaverit * auſu neſandæ præſumptionis, & quod viſum fuerit, devocetur in irritum, & qui ordinarit, annuæ excommunicationis ferat excidium.

Diſt. 89. cap. Decentèr omnibus placet. * Ad ſuum neſandæ præſumptionis excidium, & quod.

IV.

8. Bene per Spiritum Dei poſſumus cum S. Apoſtolo dicere, non ignorare nos aſtutias Satanæ, quia impellimur zeli domus Dei ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudium ſtudia convaleſcentem excreviſſe perniciem, ut primæva Patrum conſtitutio a quibuſdam æſtimetur illudi, & nova judicum putetur intentio * falli. Nam inveniuntur nonnullæ viduæ diverſis exeuſationibus ſe adeo contegentes, ut blandiantur ſibi, non ſe Patrum plena Religionis alligatas inſtitutione teneri. Unde antiquis inconcuſſe permanentibus regulis, hoc adjicitur novæ oraculo ſanctionis, ut vidua, quæ Sanctæ Religionis obtinere propoſitum voluerit, Sacerdoti, vel Miniſtro, ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire contigerit, ſcriptis profeſſionem ſuam faciat, a ſe, aut ſigno, aut ſubſcriptione * notatam, contineotem ſe, & Religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inviolate ſervare. Ac tunc accepta a Sacerdote, vel Miniſtro, apta Religionis * uſui veſte, ſeu lectulo, quieſcens, ſive quocumque loco conſiſtens, incunctanter utatur; nec diverſi coloris, aut diverſæ partis eadem ſit notabilis veſtis, * niſi religioſa, & non ſuſpecta, quæ careat, & varietatibus colorum, & diverſitatibus * partium; adeo ut abſque ulla ſuſpicione tranſgreſſionis maneat uſui tantum apta ſanctæ Religionis, & * uſui ſexus competens, ad teſtimonium probitatis. Ut autem deinceps nihil devocetur in dubium, pallio purpurei, vel nigri coloris caput contegat ab initio ſuſceptæ Religionis, ut dum illic intulerit ſignum probabilis ſanctitatis, ubi nullius falli poterit viſio intuentis, * nuſquam attentetur auſu deteſtandæ præſumptionis.

* Falli. * Notam. * Hujus. * Sed. * Speicerum. * Sui ſexus. * Nuſquam auſus attentet.

V.

9. * Omnes feminæ, quæ jam in præteritum Religionis veſte fuiſſe probantur indutæ, * nihil ad excuſationem valeat oppoſitionum qualibet objectio, quamvis diverſis, aut callidis adumbrare ſe velint fallaciæ argumentis; ſed ad ſacratiſſimas ſanctiones diſciplina ſanctior teneat eas religatas, atque * ſubnexas *. Commoveantur ſane Sacerdotis auctoritate, ut ſponte * ardeant; quæ ſi redire noluerint, impulſu Sacerdotis ad Religionis * habitum reducantur, & in Monaſteriis reductæ, excommunicationis condignæ ſententia feriantur.

27. quæſt. 1. Omnes feminæ non ad verbum * Omnibus feminis. * Nihil excuſationis valeat in oppoſitionē. * Subnixas. * Commoneantur. * Redeant. * Cultum.

10. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamlibet a Sacerdote, vel Miniſtro ſanctimoniæ veſtem non accepiſſent, ipſæ tamen, aut indutæ ſunt, aut illo indui habitu conſenſerunt, qui Religionis eſſe cultus ab intuentibus crederetur, ſicque coram Eccleſia, vel Sacerdote aut etiam competentibus teſtibus, quandoque indutæ * viſæ certis indiciis, aut teſtimoniis approbantur.

Veſte.

11. Omnes hæ * tamen, ſeu poſt tranſgreſſum reſumentes iteratam converſionem, ſicut præmiſſum eſt, & pallio capita contegant, & conſcriptam, roboratamque faciant profeſſionis ſcripturam, per quam * alterius non ſinantur relabi ad prævaricationis audaciam. Quæ vero ex omnibus his fuerint repertæ, animum, aut veſtem in tranſgreſſionem dediſſe, & excommunicationis ſententiam ferant, & rurſum mutato habitu, in Monaſteriis, donec diem ultimum claudant, ſub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.

* Tamen ſeu venientes ad primam Religionem, ſeu poſt tranſgreſſa reſumentes iterata converſione. * Ulterius.

VI.

12. Cum huc uſque diſſolutæ operationis effectus interdum outare fecerit honeſtæ conſtitutionis edictum, dum * incondite reſolvi putatur, quod * indiſſolubile ſanctionis auctoritate tenetur; ideo quicquid obvium ex incerto * incurrit, evidenter abjici debet, ut de cætero nihil ſuperſit, quod io dubium notetur. Ideoque ſi in qualibet minori ætate, vel Religionis tonſuram, vel Religioni debitam veſtem in utroque ſexu filiis, aut unus, aut ambo parentes dederint, * certe, aut nolentibus, aut neſcientibus ſe, ſuſceptam non mox viſam in filiis abdicaverint, ſed vel coram ſe, vel coram Eccleſia, palamque in Conventu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſæcularem reverti habitum

Ivo p. 7. cap. 27. Burch. lib. 8. cap. 1. * Proponimus ne reſolvi putetur. * Incognite. * Indiſſolobili. * Occurrit. *22. q. 2.* Si in qualibet. * Forte.

bitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit; sed convicti quod tonsuram, aut Religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad Religionis cultum, habitumque revocentur, & sub * æterna districtione hujuscemodi observantiæ inservire cogantur. Parentibus sane filios suos Religioni contradere, non amplius quam usque ad * decimum ætatis eorum annum licentia poterit esse. Postea vero, an cum voluntate parentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum Religionis assumere cultum. Quisquis autem, vel abolitione tonsuræ, vel sæcularis vestis assumptione, detectus fuerit attigisse transgressionem; & excommunicationis censuram accipiat, & Religioni semper inhæreat.

* Strenua.

*Duodecimum *al.* quatuor decimum.

VII.

13. Septimæ collationis objectu immane satis, & infandum operationis studium nunc sanctum nostrum adiit Concilium, quod plerique ex Sacerdotibus, & Levitis, qui pro sacris ministeriis, & pietatis studio, gubernationisque augmento, sanctæ Ecclesiæ deputati sunt officio, malunt imitari turbam malorum, potius quam Sanctorum Patrum insistere mandatis; ut ipsi etiam qui redimere debuerunt, venditiones facere intendant, quos Christi Sanguine præsciunt esse redemptos; ita dumtaxat, ut eorum dominio, quo sunt empti, in ritu Judaismo convertantur oppressi; & fit exsecrabile commercium, ubi nitente Deo justum est sanctum adesse conventum; quia majorum Canones vetuerunt, ut nullus Judæorum conjugia, vel servitia habere præsumat de Christianorum cœtu, sed sacræ Fidei sibi cohærentia tam conjugia, quam servitia, favente Deo, unice adhæreant; dicente Propheta: *Qui habitare facit unanimes in domo.*

Psal. 67.

14. Nam vere nec advertunt primum quid Dominus præceperit per Moysen dicens: *Si quis furatus fuerit hominem, & vendiderit; convictus, quod morte moriatur.* Et iterum: *Si fratrem tuum Hebræum redemeris, serviet tibi septem annis, & liberum abire permittes.* Quod sine dubio ab eis præscimus impleri. Quid enim deterius, quidve in præceps, dum ipsi, quos novimus Dei insectatores, ita malunt sibi concessa implere præcepta, ut nulla prorsus ratione maneant evitata; quanto magis nos, qui redemptos nos congaudemus pretio Sanguinis sacri, convenit custodire omnia præcepta? Quid igitur Sacerdos ille, vel Levita, sive etiam omnis athleta Christi, sibi vendicare velit, dum Dominum, & Redemptorem nostrum Jesum Christum non vult imitari; secundum quod ipse vaticinantibus Prophetis ait: *Vos Sacerdotes, & Levitæ afferte arcam Domini Dei Israel ad locum, qui paratus est; sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Levate sacrificium, & venite in conspectum ejus, & adorate Dominum in decore sancto.* Et alibi: *Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, Domine, ut ponat thymiama in furore, & holocausta super altare tuum.* Et illud: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & Legem de ore ejus exquirunt; quia Angelus Domini exercituum est. Lex veritatis in ore ejus, & iniquitas non est inventa in labiis ejus. In pace dirigens ambulavit, & multos convertit ab iniquitate.* Nec non & David: *Sacerdotes tui, Domine, induantur justitia, & Sancti tui lætentur. Viduam ejus benedicens benedicam, & pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes induam salutari, & Sancti ejus exultatione exultabunt.* Quod & ipse Dominus, & Salvator Apostolis suis præcepit, dicens: *Euntes per universum mundum; prædicate Evangelium Regni; appropinquavit enim Regnum Cælorum; dæmonia ejicite, claudos curate, leprosos mundate, mortuos suscitate.* Et iterum: *Quis putas, est fidelis servus, & prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore* (opportuno?) *Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.*

Exod. 21. *Deuter.* 15. *secundum septuaginta.*

1. *Paralip.* 15.

Deut. 33.

Malachia 2. *Ibidem in vulgat. est: In pace, & æquitate ambulavit mecum, & multos &c.*

Psal. 131.

Matth. 10.

Matth. 24.

15. Nam & Petro dixit: *Simon Petre, si diligis me, pasce oves meas.* Unde & Apostoli in unum commorantes, possessiones proprias, & substantias, vendebant; & non quidem credentium animas evertebant, sed magis unicuique, prout opus erat, Fidelium dividebant. Quod & Beatus admonet Petrus dicens: *Pascite qui est in vobis gregem Dei, custodientes, non coacte, sed spontanee, secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; ut cum Princeps Pastorum apparuerit, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.* Nam & Paullus ita ad Timotheum ait: *Exemplum esto Fidelium in verbo, in conversatione, in Fide, in charitate, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Quia sive Judæi, sive Græci, sive servi, si-*

Joann. 21. *Act.* 4.

1. *Petr.* 5.

1. *Timoth.* 4.

1. *Corinth.* 12.

ve liberi, unum spiritum in Christo potati sumus, & semetipsum pro nobis tradidit, factus pro nobis maledictus, ut in nobis benedictio Abrahæ fieret. [Jacob. 1.] Jacobus igitur ita loquitur: *Religio munda, & immaculata apud Dominum, & Patrem hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.*

16. Dicat nunc quisquis ille est sectator interminabilis vertigo testatione, quis ex Apostolis sanctis, vel ex omni turba credentium, quos advocavit Dominus, quemquam vendidisset aliquatenus hominum; dum ipse Dominus [Lucas 19.] in Euangelio dicit: *Venit enim Filius hominis quærere, & salvum facere quod perierat.* [Ibidem.] Audi namque Zacchæum Domino dicentem: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus; & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Quorum exempla Apostoli, & omnis toga sanctorum Martyrum, & Confessorum impleverunt, & nobis implenda insinuaverunt, dicente [Philip. 3.] Apostolo Paullo: *Imitatores mei estote, sicut & ego per omnia Christi.* Nam qua fronte, qua ètiam conscientia, quisquis ille est prioris illius imitator proditoris, ut post hujus nefanda commissa Domino Deo præsumat offerre libamina, aut perceptionis suscipiat sacra mysteria, quæ nobis est concessum [Matth. 27.] in oblatione peccatorum nostrorum, dum dicit: *Non licet mittere eos in corbonam, quoniam pretium Sanguinis est.* Corbona enim nostrorum est arcana [* Fort. pectorum.] * peccatorum, in quo factum suscipimus corpus; & maxime nobis est custodiendum de talibus commerciis, ne inquinemur mentibus nostris, & proruamus cum Juda negotiatore, cordibus cæci; secundum quod Dominus dicit: [Marc. 14.] *Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur in manibus peccatorum! bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille.*

17. Quod non tantum pro Juda, sed pro omnibus scilicet, cujus mercimoniis deserviunt, & ipsi illi in diem judicii erunt condemnati, per quem venundati in hæresem ceciderunt Judaice, aut etiam præsenti sæculo mala suscipient, secundum Propheticum sermonem: *Ecce furor Domini egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet.* Et iterum: *Propheta namque & Sacerdos polluti sunt, & in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris. Impellentur enim, & corruent in ea; auferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus.* Et per Isaiam: [* Super senem aggrav. est in Isa 2.] *Dedi populum meum in manu tua, non posuisti eis misericordiam, * aggravasti jugum tuum valde, descende * in pulvere,* [* Sede in pulvere.] *sed tacens, & intra in tenebras, veniet super te malum, & nescies, & irruet repente calamitas, quam non poteris expiare.* Et iterum in Euange- [Matth. 7. Marc. 12.] lio dicit Dominus: *Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Et illud: [* Prolixius judicium.] *Cavete ab his, qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem; hi accipient * damnationem majorem.* Et iterum: [Luc. 3.] *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Quia si quis scandalizaveris unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut ligetur collo ejus mola asinaria, & projiciatur in mare.*

18. Unde & in Actibus Apostolorum ita Dominum legimus dixisse: [Act. 9.] *Saule Saule, quid me persequeris?* Numquid in Cælum ascenderat Saulus, ut ibidem persecutionem ejus sustineret Dominus? Sed in servis suis habitans [* Prolocutus.] hanc * prolatus est sententiam, sicut ipse dicit: [Luc. 10.] *Qui vos spernit, me spernit; & qui me spernit, eum spernit, qui misit me.* Et illud: [Matth. 12.] *Qui non est mecum, contra me est; & qui non congregat mecum, spargit.* Quod etiam dudum per Prophetam dixit: [Isai. 29. Matth. 15. Marc. 7.] *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me; sine caussa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* Et in Euangelio: *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* [Matth. 21.] *Ecce pater familias plantavit vineam* (idest, Ecclesiam) *& locavit eam agricolis* (ideest, Sacerdotibus) *Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Malos male perdet, & vineam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructus temporibus suis.* [Matth. 14. & 24.] Nam dicit ipse: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem; quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Si autem dixerit malus servus ille in corde suo:* [Luc. 12.] *Moram facit Dominus meus venire; & cœperit concutere conservos suos, & ancillas; manducet autem, & bibat* [Matth. 22.] *cum ebriis; veniet dominus servi illius in die, qua non sperat, & hora qua ignorat, & inutilem servum mittet in tenebras exteriores; ibi erit ste-*

fletus, & stridor dentium. Si quis enim post hanc definitionem talia agere tentaverit, noverit se extra Ecclesiam fieri, & præsenti, & futuro judicio cum Juda simili pœna percelli, dummodo Dominum denuo proditionis pretio malunt ad iracundiam provocare.

19. Opitulante miseratione divina, & gloriosissimi Reccesvinthi Principis inhærente voluntate religiosa, his gestis decentissime alligatis, & in pace connexis, ex totis præcordiorum * abditis damus gloriam, & honorem soli æterno, & immortali Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, cujus donum collatum nobis agnoscimus, pro ejus Ecclesiæ statu, & prompte gerere curam, & * posse sacri regiminis competentia disponere jura; a quo petimus & optamus, ut porrecta in longitudine felicium dierum sacratissimi Principis vita, * & omni gloriarum decore perpetim * pollente salute, nobis quoque tribuat susceptum Ecclesiæ suæ regimen in æquitate disponere, in folicitudine gubernare, & in pace tenere; ut post mundi hujus * suscepta pericula pervenire possimus ad Cælestia Regna. Amen.

* Visceribus.
* Possessa.
* Eam.
* Pollere.
* Suspecta.

Decretum pro Potamio Episcopo.

XX. ASsumere poteramus canoram in tantum fraternæ lætitiæ tibiam, quia divina pietas conventum nostrum ad concordiæ convocaverat studia, & convenerat * mœstitiam vitare, quoniam visitatione disciplinæ videbamur paternas regulas innovasse. * Sed gravius sistrum pro cymbalo sumimus, & funus pro carmine decantamus, gementesque cum Jeremiæ querelibus dicimus: *Dissolutum est gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.* Unde & væ coram nobis conspicimus, quoniam cecidisse coronam capitis nostri videmus, dum tam nobile in infimum corruit, quod in tam sublime sanctitatis optimum stetit.

* Abnuere mœstitiam vitæ.
* Sed gravius collisi threnum *Potamius Bracarensis Episcopus successit Juliano, subscribit in viii. Toletan*

XXI. Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de Ecclesiasticis regulis, delatum est conventui nostro Epistolium confusæ confessionis, & abolendæ subscriptionis, quod Potamius Bracarensis Ecclesiæ Episcopus de factis propriis, suisque verbis annotarat, & articulis; quo reserato, quid obliteranda pagina, & abolenda literarum panderent elementa, fletibus potius quam sermonibus lacrymosa * concio recensuit.

* Cognitio recensuit.

XXII. Tunc solitarie tantum, secretimque adunatis Pontificibus Dei, prædictum Episcopum adesse coram nobis fecimus. Quem singultibus aggredientes amplius quam loquelis, reseratam illi suæ deformititatis, & nostræ confusionis scripturam protulimus; quam accipiens, ac recurrens, sciscitantibus nobis, utrum sui operis, & suæ annotationis intimatio esset; * ille suum actum, suique oris eloquium, suorum quoque digitorum esse robur asseruit, quod illic telegendo * pervidit. Rursum divini nominis contestatione hunc adjurantes, obtestati sumus * ut, an de se sponte mendacium diceret, aut alicujus * violentia premeretur, & perterritus talia enarrat, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, luminibusque ploratu madentibus, & fragore singultuum, cum unius Dei nominis juramento clamavit, se & vere eadem mala de se confiteri, & ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari. Unde etiam ferme per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastulo quodam, pro admisso flagitio acturus pœnitentiam, se conclusisse, edixit.

* Illico.
* Providit.
* Ut si non aut de se.
* Violentiæ proventu.

XXIII. Tunc per fidelem confessionem ejus, agnito * quod tactu femineo sorduisset, & declarato; licet hunc paterna antiquitas sacris regulis dejicere ab honore decernat, nos tamen miserationis jura servantes, non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione jam tulerat; sed valida auctoritate decrevimus, perpetuæ pœnitentiæ hunc inservire officiis, & ærumnis, providentes melius, illum per asperam, & * dumosam ire pœnitentiæ solicitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluntatis suæ latitudine, ad præcipitium dejici æterna damnatione.

* Quod tamen femineo sorduisset stupro, & licet.
* Dumosam pœnitentiæ solitudinem, quandoque perveniret.

XXIV. Tunc venerabilem Fructuosum Ecclesiæ Dumiensis Episcopum communi omnium nostrum electione constituimus Ecclesiæ Bracrensis gubernacula continere; ita ut omnem Metropolim Provinciæ Gallæciæ, cunctosque Episcopos, populosque conventus ipsius, omniumque curam animarum Bracarensis Ecclesiæ gubernanda suscipiens, ita componat, atque coservet, ut & Dominum nostrum de rectitudine operis suis glorificet, & nobis de incolumitate Ecclesiæ ejus gaudium præstet. Quia vero ad futura prospicere convenit, ne exoriri possit in statu pacis quædam commotio litis, Patrum sententiam, quæ jam dictum Potamium Episcopum rectitudine damnat, huic decreto connectere nostra vigilantia procurat.

Ex Concilio Valentino Galliæ Titulo quarto.

XXV. NEc illud, Fratres, scribere, alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicumque sub ordinatione, vel Diaconatus, vel Presbyterii, vel Episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos; reos scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolvi potest * is, qui in semetipsum dixerit, quod dictum in alios puniretur; quoniam omnis, qui sibi fuerit mortis caussa, major homicida fit.

* In his, in se ipsos edixerint.

Mul-

XXVI. Multæ quidem, & aliæ sententiæ huic poterant innecti Decreto, quæ prædictum Potamium Episcopum * severissima auctoritate abjicere jubent. Sed ex omnibus hanc conscriptam ponere sententiam maluimus; ne si totius damnationis edicta replicassemus, gravissimæ ultionis auctores esiliere videremur. Factum est Decretum sub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octavo Regni gloriosissimi Domini nostri Reccesvinthi Regis.

* Sævissima.

* Eugenius indignus Toletanæ Sedis Metropolitanus Episcopus, hoc judicii nostri Decretum subscripsi.

Similiter & alii Episcopi subscripserunt, numero vigiuti.

* Omnes Sacerdotes prædicti Concilii hoc stabiliter sancivimus.

Aliud Decretum.

XXVII Diutinis * tractationibus inveniri quod justum est, * ut esperientia est judicantium comprobatum, ita & justa summi judicii statuta plenior invenitur auctoritas. Ideo mentis intentione, orisque simul studia deducentes in cognitionem audiendi negotii, delatum est ad nos in conventu Sancti Concilii, es directo gloriosi Domini nostri Reccesvinthi Regis, per illustrem Vvambanem, Testamentum gloriosæ memoriæ S. Martini Ecclesiæ Bracarensis Episcopi, qui & Dumiense Monasterium visus est construxisse; ut reserato eo quid hic memoratus Beatissimus Vir decrevisset, nostræ cognitioni patesceret. Quo Testamento in omnium Conventu relecto, comperimus ex ordine a memorato Principe ad nos esse directum; quoniam idem gloriosæ memoriæ Sanctissimus Vir decreverat, ut succedentibus per ordinem Regibus, ad complementum ejus ipsius Testamenti constitutio commendata maneret.

* Vivid s.
* Et experientia esse judicantium comprobatur, & justi summa judicii plenior invenitur.
Ideo mentis intentionem, orisque simul studia dedocentes cognitione audiendi negotii.
Subscribit in vi. Tolet. numero septimus.

XXVIII. Tunc deinde illatum est nobis Testamentum Recimiri memoratæ Ecclesiæ Dumiensis Episcopi, quod de rebus suis in eadem Ecclesia decreverat examinatione veridica dirimendum. Quo * relecto cognovimus eundem auctorem suum illic diversæ constitutionis edidisse conditiones; inter quas unam validam conatus est religatione constringere, deputans, & illationes tributorum, & pretia frugum absque aliqua diminutione annua vice pauperibus erogari, nihilque esse absque deliberatione relictum, * quo usibus Ecclesiæ possit quadam liberalitate farvire. Tunc ex voce partis Dumiensis Ecclesiæ astrictum est, quod universas species generis, & corporis rerum, quæ in ejusdem Ecclesiæ domo intrinsecus ad usus domesticos * ex tempore suæ ordinationis idem Episcopus Recimirus invenit, & quæ ipse, aut de opere utriusque sexus artificum familiarum Ecclesiæ potuit habere confecta, atque illata, aut quæ sua * professione habuisse visum est conquisita, omnia moriens jussisset pauperibus erogari. Quædam vero ita vili pretio vendi ordinasse, ut negotiatio earum rerum perditio potius, quam mercatio censeretur. * Addidisse quoque quosdam liberos ex ejusdem Ecclesiæ familiis, quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus omnibus amplius quam quinquaginta reperitur utriusque seaut dedisset mancipia.

* Relato.
* Quod.
* Universæ speciei generis, & corporis rem, quæ.
* Dono.
* Et ex.
* Provisione.
* Edidisse.

XXIX. Quibus damnis ita cognitis, quia & cuncta remedia intrinsecus domus tam indiscrete largita fuerant, ne quid ad * integritatem Ecclesiæ reliquum superesset, cum nulla imminens caussa pauperum necessitatis esisteret, * quæ hoc tam integre, & perfecte examussim erogari deposceret, atque pro libertis illis nihil secundum Canonicam sanctionem datum in commutationem patesceret; sed nec pro mancipiis, & reliquis rebus eisdem libertis collatis, aliquid in repræsentationem Ecclesiæ relictum notesceret; verum & suam rem ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedii ex hoc Ecclesiasticus usus attingeret, ducti sumus, tam rationis intuitu, quam paternarum sanctionum edicto, ipsius Testamenti seriem, etsi non usquequaque * in irritum devocare, in quoddam tamen, rationabili auctoritate, temperamentum dedocere; scilicet, quia tantorum dispendiorum damnis a memorato Recimiro Episcopo factis, res Ecclesiastica dignoscitur subjacere, omnis res ejus, quam inde legatam * reliquit pauperum nomini, tamdiu Dumiensi Ecclesiæ plena deserviat facultate, donec omne hoc damnum, quod in utensilibus domus sustinuit, valeat evidentius reperari, ac tunc completa restitutiona damni, observetur, sicut decreta est, series Testamenti.

* Dignitatem.
* Quæ in hoc sancta lex examussim erogare deprehensa est.
* In irritum rationabili temperamento deducere.
* Alligatam.

30. Liberti verò, qui ea familiis Ecclesiæ facti sunt, & seu res universa, quæ in mancipiis, aliisqua corporibus, * vel illis suis hominibus collata esse dignoscitur, cuncta in discretione Venerabilis Fratris nostri Fructuosi Episcopi disponenda relinquimus; ut quia hæc evidens ordo Patrum in irritum devocat, illius temporamentum hæc ad miserationem adducat, qualiter nec regulam paternam modus escedat, & miserationem severitas non estinguat; ut secundum merita servientium, & libertatis præmia, & rerum donaria, vel subtrahat, vel concedat. Editum sub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octavo Regni gloriosissimi Domini nostri Reccesvinthi Regis.

* Vel illis, vel suis.

Eugenius indignus Metropolitanus Toletanæ Sedis Episcopus, hoc judicii nostri Decretum subscripsi.

Similiter & alii Episcopi subscripserunt numero viginti.

Subscriptiones.

Interfuerunt huic Sancto Concilio Pontifices numero viginti.

1. Eugenius Regiæ Urbis Metropolitanus Episcopus.
2. Fugitivus Spalensis Metropolitanus Episcopus.
3. Fructuosus Bracarensis Metropolitanus Episcopus.

Mat-

4. Marcus Castellonensis Episcopus.
5. Widericus Segontiensis Episcopus.
6. Mauricius Oretanus Episcopus.
7. * Ibitaricus Elnensis Episcopus. * Ubitericus Elenensis.
8. Davila Complutensis Episcopus.
9. Egercdus Salmanticensis Episcopus.
10. Quiricius Barcinonensis Episcopus.
11. Cæsarius Olyssipponensis Episcopus.
12. Athanasius Setabitanus Episcopus.
13. Balduicius Arcavicensis Episcopus.
14. Eusicius Segoriensis Episcopus.
15. Hermenfredus Luciensis Episcopus
16. Magnarius Accitanus Episcopus.
17. Ilpidius Asturicensis Episcopus.
18. * Zosimus Elborensis Episcopus: * Sozimus.
19. Stephanus Valeriensis Episcopus.
20. Flavius Portucalensis Episcopus.

VICARII EPISCOPORUM.

1. Argefredus * Abbas Eligani Episcopi Ecclesiæ Oxomensis. * Abba agens vicem Egilani.
2. Martinus Abbas Valdefredi Episcopi Ecclesiæ Mentesanæ.
3. Eliga Presbyter * Giberii Episcopi Ecclesiæ Bigastrensis. * Giberici.
4. Agricius Diaconus Ubinibalis Episcopi Ecclesiæ Illicitanæ.
5. Daniel Diaconus Marcelli Episcopi Ecclesiæ Urcitanæ.

NOTÆ VARIORUM IN CONCILIUM TOLETANUM X.

XXXI. Fuit Nationale, cum intervenerint ad illud celebrandum plures Metropolitani anno Chr. DCLVI. cui respondet octavus Recceswinthi Hispaniæ Regis, & secundus Eugenii I. Pontificis Romani, CARD. DE AGUIRRA.

XXXII. *Era DCXCIV.*] Ambrosius Morales congregatum ait anno Domini 658. Vasæus anno Domini DCLV. Verum constat aperte, congregatum fuisse Era DCXCIV. Nam XI. Toletanum, ut dicitur Can.I. ejusdem, congregatum fuit post decem & octo labentium annorum excursum a decimo, quod est Era DCCXIII., & bene; nam is est annus quintus Vvambæ Regis.

XXXIII. Ad Cap.1. *Pascale Festum.*] Quo die Pascha foret celebrandum, olim dubitabatur, & Ecclesiis minoribus major Ecclesia diem præscribebat, ut statutum invenio Concil. Carthag. III. Cap 1. ubi præcipitur, ut omnes Africanæ Provinciæ Episcopi observationem Paschalem ab Ecclesia Carthaginensi curent accipere. Metropolitanus vero, sive Primas, ad omnes Episcopos Literas dirigebat de die, quo Festum hoc celebrandum esset. Idque cavetur eodem Concilio Cap.41. I. Arelaten. Can.I. Bracarensi II. Cap.9., & Carthaginensi V. Cap.7. ubi clarius dicitur: *Placuit, ut dies venerabilis Paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur.* Toletano autem Concil. IV. statuitur, ut Metropolitani Sacerdotes ante tres menses Epiphaniarum literis se invicem inquirant, ut communi scientia edocti, diem Resurrectionis Christi Comprovincialibus suis insinuent. Die vero Dominica Festum hoc celebrandum decernit Pius Papa I. Epist. I. ad universos; & Victor Papa I. Epist. I. non autem cum Judæis, qui Luna decima quarta illud celebrant; unde illud Ecclesiastici 43. *A luna signum diei festi; luminare quod minuitur in consummatione*; ut constituitur Concil. Antioch. Can.1. in quo etiam citatur Nicænum I. Unde hic dicitur: *Ne in Judaicum incidamus errorem.* Undecimo Kalendarum Aprilium mandat illud celebrari Innocentius I. Epist.11. & Vigilius Papa Epist.1. Cap. 5. Hujus celebritatem sex diebus terminari, sancit Concil. Matiscon. I. Can.11. De hac re etiam vide Isidorum Lib. I. *De Off. Ecclesiast.* Hoc an. MDLXXXII. reformatus est error anni, & Paschatis dies certus statutus est, secundum Canones Concilii Nicæni; per Kalendarium Gregorianum, consumptis decem diebus, a quinto usque ad decimumquintum mensis Octobris, aliisque adhibitis regulis, & Canonibus ad certam semper Paschatis rationem habendam.

XXXIV. *Adventum Sancti Spiritus.*] Pentecostes Festum olim non in tota Hispania celebrari solitum fuisse, constat ex Concilio Eliberitano; ubi, ut hujusmodi error corrigatur, ita cavetur Capite 43. *Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus. Quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.* Præcipua vero anni Festa Conc. Agath Can.21. ponit Pascha, Natalem Domini, Epiphaniam Domini, Ascensionem Domini, Pentecosten, & Natalem S. Joannis Baptistæ. Quibus diebus illis, qui in agro Oratorium habebant, non licebat in eo, sed in Civitate Sacro Missarum interesse, ut patet ex eodem loco, & Divo Isidoro Libro, *De officiis Ecclesiasticis.*

35. *Nativitatis Dominicæ sacrum.*] De Festo Nativitatis est apud Telesphorum, qui fuit septimus a Petro Pontifex, in Epistola,

ſtola ad univerſos, quo pacto celebrandum, & in nocte illa Miſſa eſt ſolenniter decantanda, cum Angulorum hymno; aliaque quæ ibi de Natali etiam Domini, & ab Iſidoro Libro, *De afficiis Eccleſiaſticis*, annotantur.

36. *Sicut ex antiquitate regulari.*] Concilium Laodicenum: *In Quadrageſima non celebrentur Martyrum Natalitia.* Can. 53. & habetur 33. Quæſt. 4. Can. *Non oportet.* Hæc ſolennitas Annuciationis eſt hodie celebris decimo quinto die Kalendarum Januariarum in S. Eccleſia Toletana, omnique cultu, & ſplendore veneratur, vocaturque Expectatio Partus, & Feſtum Dominæ noſtræ *de la O.* & in tota Hiſpania colitur ut feſtivus dies, præcipue tamen in Toletana Baſilica; eo quod eo ipſo die ſanctiſſima Virgo Ildephonſo Archiepiſcopo oranti ad nocturnas preces, Veſtem, qua in ſacris ſolennioribus uteretur, aſtante ſanctarum Virginum Choro, tradidit. Extat nunc lapis veneratione, & pietate celeberrimus in eodem auguſto Templo, ut memoria majorum acceptum, traditumque eſt, quo ſtetit Virgo ſanctiſſima, pedeſque fixit. Hæc fuſius traduntur in Officiis Eccleſiaſticis Eccleſiæ Toletanæ a SS. D. N. Gregorio XIII. approbatis. Loaisa.

37. Ad Cap. vi. *Parentibus ſane filios ſuos Religioni contradere, non amplius quam uſque ad decimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe &c.*]In Hiſpania fas erat utrique parenti filios, filiaſve vitæ addicere monaſticæ, dum annum decimum attigiſſent; ita ut qui pueri cum veſte monaſtica in publicum aliquando prodiiſſent, jam nequaquam poſſent in ſæculares unquam revolvi ſordes. At poſtquam annum decimum prætergreſſi ſunt, tunc, ut ita dicam, emancipantur ab hoc Concilio parvuli, ut jam non in parentum poteſtate ſint, ſed in ipſorum voluntate poſitum, ut Monachi ſint. Hoc ipſum eſt ergo Concilii Trullani Decretum, ut annorum decem ætas, & neceſſaria ſit, & ſufficiens ad monaſticam profeſſionem. Porro tum Trullani, tum Toletani ſententia Concilii merito conjicitur ea fuiſſe, ut anno decimo pubertas inciperet. Itaque dum impuberes eſſent, nec nubere poterant, nec profiteri. At tempus pubertatis non ſemper idem fuit, vel natura, vel legibus. In utroque eo Concilio placuit, ut impuberes jam non eſſent poſt elapſum annum decimum; placuit aliis, ot poſt duodecimum, aliis ut poſt decimum quartum, ſextumve. Thomasinus, *De Beneficiis*, Tomo I. Lib. 3. Capite 53. num. 11.

38. Ad Cap. vii. *Septimæ collationis objecta*] Totum hoc Caput in excuſis deſideratur.

39. *Majorem Canones.*) Concil. iii. Aurel. Can. iii. Eliberit. Cap. 19. iii. Toletano Cap. 14. Aut ſi juncti ſeparentur, ii. Aurel. Can. xviii. & iii. Aurel. Can. xiii.

40. *Vel ſervitia.*) Sic multis Conciliis cautum, ut mancipia non habeant Chriſtiana. iii. Toletano Cap. 14. & iv. Toletano Cap. 65. & legibus Vviſi-gotthor. Lib. 12. Tit. 3. Leg. 12. quæ eſt Ervigii: *Ne Judæis mancipia ſerviant, vel adhæreant Chriſtiano*; & Leg. 16. ibidem.

41. *Unanimes in domo.*) Pſalm. 67. ubi vulgata editio ſic habet: *Deus qui habitare facit unius moris in domo*; Septuaginta, *unius moris* μονότροπος transferunt, Hieronymus ita: *Deus inhabitare facit ſolitarios*, quod μονότροπος vox etiam ſignificat. Sic Baſilius, & alii, & μονότροπον βίον *ſolitariam vitam* appellant. Addit Hieronymus ſuper hunc Pſalmum: *In Hæbreo habetur: Dominus inhabitare facit Monachos in domo.* Auguſtinus ibidem legit: *Qui habitare facit uniuſmodi*; explicatque unanimes, unum ſentientes, & unius moris.

42. Ad Decret. I. *Potamius Epiſc.*) Potamius Bracarenſis Epiſc. eo quod tactus femineo ſorduiſſet, deponitur a Sede. Sic enim cautum erat Canone Apoſtolorum XXV. *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur; non tamen communione privetur; dicit enim Scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipſum.* Habetur Diſt. 81. Cap *Presbyter.* Loaisa.

43. Ad Decret. II. Hujus Concilii Patribus circumcidendæ viſæ ſunt largitiones immodicæ Ricimeri Dumienſis Epiſcopi, conquerente Dumienſi Clero ultra modum omnia in pauperes effuſa fuiſſe ejus teſtamento. Præter longe plurimos enim ſervos, quos ille vel vinculis exemerat ſervitutis, vel aliis dederat, juſſerat præterea in pauperes erogari quicquid reconditum eſſet in penuariis Eccleſiæ, pecuniam omnem, & mercedes laboris opificum, qui in ergaſtulis erant Eccleſiæ, utriuſque ſexus; denique quicquid a ſe ipſo acquiſitum fuerat, tam vili pretio ſingularum rerum deſiao, ut non tam vendi, quam deperdi viderentur: *Quæ aut de opere utriuſque ſexus artificum familiarum Eccleſiæ potuit habere confecta, atque illata, aut quæ ſua profeſſione habuiſſe viſus eſt conquiſita, omnia moriens juſſit pauperibus erogari.* Vel ipſi Concilio conſultiſſime placuit in pauperes inconſideratis moderari largitionibus, quod vel pauperum ipſorum maxime intereſſet, ne earum brevi fontes exareſcerent: *In quodam rationabili auctoritate temperamentum deducere.* Itaque proſpecto, nihil Ricimerum Epiſcopum de patrimonio proprio delibaſſe, quod Eccleſiæ adjiceret, atque adeo nihil potuiſſe ipſum de rebus ejus deterere, vel donare; poteſtatem fecit Epiſcopo novo confirmandi, vel revocandi manumiſſiones illas omnes ſervorum, vel donationes; erogationes vero in egenos faciendas diſtulit, donec damna Eccleſiæ illata, ſarcita fuiſſent.

44. Ab hoc exemplo, quantumlibet vitioſo, non pauca tamen emicant, quæ juvet, profitque obſervaſſe. Hinc enim patet, ut levandis pauperibus, quam ditandis propinquis addictiores eſſent Epiſcopi. His adde, quod toto noa Capite diligentius pertractabitur, cum Epiſcopi utplurimum teſtamento multa pauperibus legarent, Clericiſque, hinc poſt eorum mortem non raro expilatas fuiſſe domos Epiſcopales. Quorum muneris erat, & poteſtatis eas prædationes coercere, illis res non ſatis feliciter plerumque ceſſit, quo tandem factum eſt, ut qui vindices eſſe de-

debuerant, jam focit, & participes essent.

45. Nova in hanc rem Decreta promulgavit Concilium Emeritense, sed quibus fere prisci tantum Canones confirmarentur. Statuit enim, ne infirmari a novo pullent Episcopo prædecessoris sui dona in amicos, vel libertos, vel servos, facta de rebus Ecclesiæ, ubi constaret plura triplo Ecclesiæ per illum accessisse: *Quicquid amicis, servis, aut libertis, vel quibuscumque personis de Ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse, si triplum, aut multo plus patuerit esse, quod conscripsit in nomine Ecclesiæ suæ, firmum maneat quod distribuit in personis, quæ prænotatæ sunt superiori ordine.* Ea erat laus, & facultas Episcoporum, qui Ecclesiæ triplo plura dedissent, quam abstulissent: *Si Episcopus Ecclesiæ suæ, in qua præsidet, de rebus suis inventus fuerit plurima contulisse; quicquid amicis &c.*

46. Succurrit & alias, ubi possit Episcopus res Ecclesiæ suæ dilargiri. Si quibus Ecclesiæ rerum, & caussarum Ecclesiæ dispensatio commendata est, ea illi diligentia, fide, industria, atque felicitate adlaborent, quæ laudis, & mercedis aliquid merito deposcat, fas erit Episcopo decimam illis partem addicere mobilium, quæ per eos fuerint Ecclesiæ recuperata; immobilium vero quanta illis portio decidenda sit, pro arbitrio, & prudentia sua Episcopus æstimabit. Thomassinus, *De Beneficiis*, Tomo III. Lib. 2. Cap. 42. num. 9. & seqq.

47. *Subscriptiones.*] Subscribunt in decimo Concilio Toletano fere iidem Episcopi, qui in nono, hoc ordine: Athanasius Setabitanus, qui in VIII. & IX. Balduigius Arcavicensis in VIII. & IX. Davila Cumplutensis in VIII. & IX. Eugenius Regiæ Urbis in VII. & VIII. Unde deducitur, duodecim annos tenuisse Toletanam Sedem, uti testatur Ildeponsus, *De viris illustribus*; nam in V. & VI. alter Eugenius subscribit, cui hic successit. Egeredus Salmanticensis, qui in VII. & VIII. Eusicius Segobriensis, qui in IX. Egilanus Oxomensis, qui & Egila, in IV. & V. Gilbericus Bigastrensis per Procuratorem, qui in VIII. & IX. Hermenfredus Lucensis, qui in VIII. Matceus Castellonensis, qui in VII. & VIII. & IX. Mauricius Oretanus, qui in VIII. & IX. Magnarius Accitanus, qui in IX. Marcellus Urcitanæ per Procuratorem, qui in VIII. & IX. Stephanus Valeriensis, qui in IX. Vvidericus Segontiensis, qui in VIII. & IX. Ubinibal Illicitanæ per Procuratorem, qui in VII. VIII. & IX. Valdefredus Mentesanæ per Procuratorem, qui in IX. Præterea subscribunt Cæsarius Olyssipponensis, qui successit Neufrido, in VII. Fugitvus Hispalensis, qui successit Antonio, in VIII. Fructuosus Bracarensis, qui successit Potamio deposito, in VIII. Flavius Portucalensis, qui successit Ubibeso, in VI. Illitaricus Elnensis, qui successit Usibeso, in VI. Ilitaricus Eluensis, qui successit Acutulo, in VI. Ilpidius Asturicensis, qui successit Candidato, in VIII. Quircius Barcinonensis, qui successit Olæ, in VIII. Sozimus Elbotensis, qui successit Abientio, in VIII.

48. In hoc Concilio, quamvis est Nationale, non subscribunt Abbates, neque Viri illustres Officii Palatini; forte ex subscriptiones desunt in mss. Codicibus.

49. *Eugenius.*] Interfuit VIII. & IX. Conciliis Toletanis, Vir Sanctus. Sunt qui affirmant, inter Divos relatum fuisse.

50. *Fructuosus.*] Fructuosus ex Regio Gotthorum sanguine ortus, Ducis filius, Episcopi Palentini Tonantii discipulus, multorum Monasteriorum conditor, & pater, ex Complutensi Abbate, cum Monasterium exædificaverat, ad Virgidiensem tractum Julii, & Pastoris Martyrum nomine Dumiensis Episcopus creatus, in Potamii dejecti locum subrogatus, Bracarensis Ecclesiæ curam suscepit. Actis hujus Concilii post Eugenium Toletanum, & Fugitivum Hispalensem subscribit. Ejus memoria cum sanctitatis opinione a populis Bracarensibus, & Compostellanis colitur, festo die dicato ad sextum decimum Kalend. Maji. Corpus ejus in Monasterio ab ipso exædificato inter Dumium, & Bracaram sepulturæ mandatum, postea Jacobo Gelmiride primo Compostellæ Archiepiscopo Compostellam, translatum, ubi magna populi veneratione colitur. Loaisa.

51. In Breviario Eborensis apud Lusitaniam Ecclesiæ, hæc de illo habentur inter alia: *Talium discipulorum instructor, & magister Fructuosus, factus & ipse Episcopus Dumiensis Cœnobii, quod Sanctissimus Vir Martinus Bracarensis Episcopus non longe ab ipsa Urbe ædificaverat, exigente officio ad Concilium Toletanum X. perrexit. Ibi pro venerabili, & sanctæ memoriæ Potamio, Bracarensis Ecclesiæ Archiepiscopo, omnium Episcoporum electione, ipsius Metropolitanæ Sedis, & Provinciæ Gallaciæ, totiusque conventus regimen suscepit.* Dum vero in eo testimonio Eborensis Ecclesiæ Potamius post lapsum decoratur titulo *Viri venerabilis, & sanctæ memoriæ*, videtur indicari traditio aliqua de pœnitentia vera, & assidua Potamii post lapsum usque ad obitum, ut proinde cum insigni pietatis opinione periodum vitæ clauserit. Neque quicquam aliud prædicebat vehementissima illa cordis contritio, & admiranda sui ipsius abjectio, qua Potamius se gessit pro lapsu occulto, sui accusator, tortor, ac judex factus, raro quidem exemplo pœnitentiæ, & humilitatis.

52. Notandum est in hac Patrum Toletanorum sententia adversus Putamium, quod jam antea Tomo I. Dissertat. XI. late monuimus circa translationes Episcoporum ex una Ecclesia in aliam factas nonnumquam sæculis iis antiquis in Hispania, ubi urgebat necessitas, publica, & communis. Videmus enim intra hoc ipsum Concilium Toletanum X. S. Fructuosum, tunc Episcopum Dumiensem, deposito Patamio Metropolitano Bracarensi, in illius locum transiisse, quod is solus videretur idoneus tanto ponderi sustinendo.

53. Quod si vero quispiam dicat, S. Fructuosum tunc non deseruisse Ecclesiam suam Dumiensem; sed solum porrexisse præterea curam ac regimen ad vicinam Ecclesiam Bracarensem, viduatam Sponso suo Potamio,

non faciet satis fortasse; quoniam, ut apparet ex subscriptionibus, & Decreto hujus Concilii, statim ac Potamius depositus fuit, Fructuosus esse cœpit Metropolitanus Bracarensis, loco illius suffectus, & veluti talis subscripsit ante omnes alios Episcopos, etiam ordinatione antiquiores. Vere igitur ad Sedem Bracarensem translatus fuit, & in ea permansit usque ad obitum, succedente sibi postea Leodecisio, qui præfuit, & subscripsit ante omnes alios in Concilio Bracarensi III. celebrato undeviginti annis post illud, nimirum Era DCCXII. idest, anno Christi DCLXXV.

54. Video adhuc responderi posse, Fructuosum non propterea dereliquisse Ecclesiam Dumiensem, cui præerat, sed permansisse in ejus vinculo, & regimine, adjuncta ulterius dignitate, & cura Metropolitanæ Sedis Bracarensis; ac proinde Decreto hujus Concilii non fuisse factam translationem S. Fructuosi de una in aliam Ecclesiam, proprie loquendo, sed extensionem, & potestatem jurisdictionis ejusdem Præsulis ad aliam Ecclesiam simul cum sua anteriori. Sic etiam dum S. Remigius Præsul Remensis retenta sua Sede Metropolitana rexit Ecclesiam Laudunensem, vivente adhuc Genebaldo ipsius Episcopo, sed recluso multis annis intra strictissimum carcerem ob lapsum carnis cum femina quadam, quæ uxor ipsius fuerat (ut suo loco fusius enarrabimus) non propterea censetur translatus fuisse ad Episcopatum Laudunensem; sed tantum porrexisse curam suam ad eam Ecclesiam viduatam Genebaldo Sponso suo, sive ipsius administratione.

55. Melius itaque, & urgentius confirmari potest illa nostra sententia, de translationibus Episcoporum interdum factis in Ecclesia Occidentali, ex Concilio Toletano XVI. celebrato triginta septem annis post istud X. nimirum anno Chr. DCXCIII. In quo Sisbertus Præsul Toletanus fuit depositus, & statim in ejus sedem introductus Felix Hispalensis, in Hispalensem Faustinus Bracarensis, in Bracarensem Felix Portucalensis. Tres istæ translationes simul factæ fuerunt intra illud Concilium, ut apparebit ex Decreto illius XII. & late præmisimus Dissertatione XI. citata, Excursu V.

56. Quisquis autem voluerit plenius nosse Vitam admirandam, & eventus varios ejusdem S. Fructuosi, adeat (præter Moralem, Sandovalium, ac Yepium) Bollandianos Tomo II. *Actor. Aprilis*, die decima sexta, pag. 430. & seqq. præsertim *Vitam* ab Auctore pene ipsius æquali scriptam, ab omni fuco alienam. Nunc autem occasione lapsus, & depositionis visum excitare Dissertationem sequentem, maxime opportunam, qua illustrabuntur plures Canones præcedentium Conciliorum circa Clericos lapsos, præsertim in peccatum carnis. CARD. DE AGUIRRE.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Antequam laudatam Dissertationem describamus, lubet ad calcem hujus Concilii quædam notare, quæ observavit Auctor Delectus Actorum Ecclesiæ universalis. Ergo ad Canonem I. nota I. Patres velle Festum Annunciationis B. Mariæ simili honore, ac Nativitatem Christi, aut solemniora Festa peragi; & ex rationibus, quæ in Canone referuntur, convenientius esse 15. Calendas Januarii Festum hoc præfigi cum Octava. Nota II. Festum illud Annunciationis, ut habet Loaisa, in Ecclesia Toletana omni cultu, & splendore celebratum, vocari in Hispania *Expectationem Partus*, & Festum *Dominæ nostræ de La O.* Augustini tamen tempore, quod hodie observatur, fere ubique 8. Calendas Aprilis Christi Conceptio, seu Annunciatio B. Virginis celebrabatur; nempe ipso die, quo passum esse Christum a Majoribus traditione accipitur.

Ad Canonem II. nota, per hæc verba, *loco, & honore habeatur exclusus*; per locum, inquam, intelligi gradus, & Beneficii dignitatem; per honorem vero, ipsius Beneficii fructus. Unde prædia ipsa, seu feuda *honores* appellantur; & idem est terram in honorem, ac in feudum accepisse.

Ad Canonem III. nota, cum rariores essent tum temporis Ecclesiarum Tituli, sic amplissimos quoque fuisse Parochiarum districtus, & earum proinde pinguiores, & opimiores reditus. Hinc Episcopos carnaliter nimium sapientes, sanguine tantum, & amicitia devinctis etiam aliquando laicis ea Beneficia contulisse. Collatio irrita, & collator excommunicatus per annum declaratur.

Ad Canonem IV. nota I. cum sola vestis Religiosæ gestatio expeteretur, ut Monialis aliqua olim haberetur, & ex iis multæ postea reclamarent, ut omnis prætextus adimeretur, recte statui ad voti solemnitatem, & vinculum requiri, ut vidua professionem suam subscriptione sua muniat, antequam Religionis habitu donetur. Nota II. per lectulum, videri stratum illud pannum intelligi, cui prostrata Religiosa subjicitur, in ejus mundo renunciationis symbolum, nisi velint, lectulum illum fuisse vestis genus; quam induerint Davotæ Deo officio specialiter addicendæ. Nota III. ex verbis, *quocumque loco consistens*, colligi stabilitatis votum emissum non fuisse in omnibus æqualiter Monasteriis, & liberum plerisque modo in uno, modo in alio loco consistere. Hinc Gregorius Magnus cum ingruentis hujus pestis tempore, de qua Gregorius Turonensis eam loquitur Lib. 10. Cap. 1. Litanias, seu Processiones ad iram Dei compescendam indixisset, Religiosis feminis mandat, ut *Litania Ancillarum Dei ab Ecclesia B. Martyrum Cosmæ, & Damiani exeat*. Quod Gregorius Turonensis sic refert: *Omnes Abbatissæ cum Congregationibus suis egrediantur ab Ecclesia Sanctorum Martyrum &c.* quod non omnes ita stricte clausas tum fuisse Moniales arguit; & Canone 46. Concilii Trullani confirmatur. Nota IV. vestium colorem non debere esse varium, sed uniformem, & modestum; quoad formam vero ita simplicem, ut diversis partibus non constet, sed a collo ad

pedes

pedes protendatur, & caput palliolo purpurei, nigrive coloris operiatur. Illud porro palliolum forte id ipsum est, quod apud Cassianum *Mafories* appellatur, & caput, humerosque obtegebat. Quod non observant Monialium plures; quibus, cum nitidioribus, & ad sæculi formam magis accedentibus vestimentis, quasi certent inter se, exprobrari potest, quod Sanctus Augustinus habet in Regula: *Probatis, quantum vobis deest in illa interiore sancto habitu cordis, qui cum habitu corporis litigatis.*

Ad Canonem VI. nota 1. oblatos Religioni pueros, de quibus supra diximus, ligatos, & Religioni adstrictos manere, si parentes, ignorantes puerum ab aliquo sic oblatum, illum aliquando viderint velle Religionis indutum, nec reclamaverint; hocque intra decimum puerorum ætatis annum. Quod & de Clericis Ecclesiæ oblatis intelligendum est. Nota II. factum esse, ut crescente ejusmodi devotionis pro habitu Religioso æstu, qui instar Legis quondam viguit, Vvambam Regem in mortis agone positum, Religionis habitu indutum, emisso a nonnullis ex Aula voto huic adstrictum, & Religiosum postea vixisse, ut jam nos supra retulimus.

DISSERTATIO PRIMA.

De disciplina antiqua Ecclesiæ, speciatim Hispanicæ, in hoc & aliis Conciliis, circa lapsos in peccatum carnis post Baptismum, ne ordinentur, nec administrent Ordines jam susceptos.

1. *Occurrunt frequenter in hisce Hispaniæ Conciliis varii Canones, quibus prohibetur omnino receptio Ordinum quibuslibet criminosis post Baptismum, præsertim lapsis in peccatum carnis; similiter & administratio Ordinum jam receptorum. Quam pœnam in seipso exsequutum fuisse Potamium Episcopum Bracarensem, secreti criminis conscium, sine teste, sine accusatore, sive alio judice, constat ex Actis hujus Concilii Toletani X. memorando sane exemplo, & cui aliud æquale vix invenias in tota historia Ecclesiastica. Ea igitur occasione, satis opportuna, visum excitare Dissertationem hanc valde utilem dignoscendæ veteri circa eam rem disciplinæ Ecclesiasticæ, præsertim in Hispania; & quodammodo, si fieri possit, instaurandæ, quantum nostrorum temporum conditio fert.*

EXCURSUS PRIMUS.

Indicantur varii Canones & Decreta Conciliorum, præsertim Hispaniæ, quibus receptio, & administratio Ordinum prohibetur omnino quibuslibet hominibus lapsis in peccatum mortale, præsertim carnis, post Baptismum, cohærenter ad Canones Apostolorum, & alia Concilia, ac Decreta Sedis Apostolicæ in Epistolis ad Hispanos.

2. Nihil frequentius apud Concilia, & Canones quosque antiquos, quam prohibere receptionem Ordinum quibuslibet hominibus post Baptismum receptum lapsis in peccatum mortale; præsertim vero in peccatum carnis, quod præsefert quandam deformitatem, & indecentiam peculiarem adversus ministeria sacra, nullatenus tractanda, nisi puro corde, & corpore; ut non solum sacræ Literæ apertissime docent, sed etiam naturale rationis lumen dictat, & vel ipsi Gentiles agnoverunt, quorum densa in eum scopum testimonia allegari solent. Placet vero hoc loco saltuatim indicare præcipuos Conciliorum Hispaniæ Canones, quibus lapsis post Baptismum in id scelus fuit omnino prohibita receptio Ordinum.

3. Concilium Eliberitanum celebratum anno Christi circiter CCCIII. Can. 19. ita statuit: *Episcopi, Presbyteri, & Diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quod sint mæchati, placuit, & propter scandalum, & propter profanum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.* Praterea Canone 30. decernit: *Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mæchati, eo quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum promoveantur; vel, si qui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.* Notandum vero, nec eo tempore, nec aliquot sæculis postea, usque ad Pontificatum S. Gregorii Magni, Subdiaconatum habuisse annexum votum continentiæ; & tamen ii Patres lapsis in peccatum carnis prohibuerunt omnino receptionem ejus Ordinis, & administrationem jam recepti; multo autem magis ascensum ad Ordinem superiorem.

4. Deinde Canone 76. ita loquuntur: *Si quis Diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit detectus in crimine mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.* Ubi licet generatim sermo sit de *crimine mortis*, aliunde notum est, & sæpe observavimus, tria potissimum peccata appellata fuisse a Patribus *crimina mortis*, sive *capitalia*, aut *principalia*; nimirum, idololatriam, homicidium, & mœchiam, sive fornicationem. Unde illud S. Paciani Episcopi Barcinonensis in gravissima Paræenesi ad Pœnitentiam, non longe ab initio: *Hæc est Novi Testamenti tota conclusio. Despectus Spiritus Sancti*

in multis, hæc nobis capitalis periculi conditione legavit. Reliqua peccata melius aliorum operum compensatione curantur. Hæc vero tria crimina, ut basilisci alicujus afflatus, ut veneni calix, ut lethalis arundo, metuenda sunt. Itaque tria illa præcipue crimina mortis dicebantur, quæ impediebant omnino quemquam Ordines recipere, aut subreptitie receptos administrare.

5. Centum circiter annis postea, nimirum in Concilio Toletano I. celebrato anno 400. sub initium decernitur circa ordinandos, *Constituta primitus Concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec ab eis esse recedendum.* Deinde paucis post annis S. Innocentius I. Papa in Epistola celebri ad Patres Synodi Toletanæ (nimirum, ad Patres illos, qui in dicta Synodo anni 400. tempore Anastasii Papæ convenerant) post reprehensas quorundam ordinationes in Hispania factas contra Canones Conciliorum, & præsertim Niceni, inquit: *Post hæc, si quis adversus formas Canonum, vel ad Ecclesiasticum Ordinem, vel ad ipsum Sacerdotium venire tentaverit; una cum Ordinatoribus suis, ipso, in quo inventi fuerint, Ordine, & honore priventur.* Patet vero, plurimis sacris Canonibus præscriptum fuisse, ne lapsi post Baptismum in aliquod ex iis tribus criminibus ad Ordines admitterentur, aut jam receptos administrarent.

6. Ac certe sicuti a tempore Apostolorum usque modo, quicumque ex baptizatis committunt crimen (etiam occultissimum) idololatriæ, aut homicidii, contrahunt impedimentum perpetuum ad Ordines recipiendos, & administrandos; ita olim illud contrahebant ob peccatum quodlibet mœchiæ, sive fornicationis, juxta Canonem illum xv. eorundem Apostolorum: *Episcopus*, inquit, *aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto, fuerit deprehensus, deponatur.* Cui respondet in Pœnitentiali Joannis Monachi, ille desumptus ex præcedenti, & inscriptus περὶ τῶν ἱερέων, *De Sacerdotibus*: Οἱ δὲ γε ἱερεῖς, καὶ διάκονοι, ἢ πρεσβύτεροι ὅταν ἐὰν παραπέσωσιν, εἰ καὶ μίαν φωραθῶσιν, ἡ πτῶσις γὰρ τὰς μονότι τὸ σύνολον ἱερουργοῦντων. *Sacerdotes, Diaconi, aut Presbyteri, si ceciderint, licet semel deprehensi sint, lapsus factus est, amplius nullo modo sacris ministeriis inserviant.* Certe iis, aliisve similibus Canonibus innixi Patres Hispani, ac prælaudatæ Epistolæ Innocentii, & alteri præcedenti Syricii Papæ ad Himerium Tarraconensem, ac nonnullis posterioribus sanctorum Pontificum, Hilari, & Hormisdæ (quas omnes supra exhibuimus cum Notis) curarunt maxime in variis Conciliis, ne criminosi, præsertim ob peccatum aliquod fornicationis, sive mœchiæ, ordinarentur, aut Ordines jam susceptos per fraudem, aut surreptionem exercerent.

7. Legendus in eum scopum supra Canon xii. Concilii Ilerdensis ad annum DXLVII. & Canon ii. Concilii Oscensis; sed præcipue Concilium Lucense anno Christi DLXXII. sub Nitigisio Episcopo (tunc Metropolitano) cui S. Martinus Bracarensis Præsul misit Capitula ex Orientalium Synodis collecta, & e Græco Latine a se reddita, quæ supra exscripsimus. Inter ea vero leguntur nonnulla huc spectantia, quæ exscribenda duxi.

8. xxiv. Canon, sive Capitulum ita se habet: *Si quis Presbyter, aut Diaconus, sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe cum discuterentur, criminosa peccata sua celaverunt, & post ordinationem ab aliis sunt detecti, abjiciantur a Clero. Similiter & de universo Ordine Cleri servetur. Nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, Sancta, & Catholica defendit Ecclesia.* Ex quibus verbis apertissime constat, criminosis quibuscumque, licet occultis, in toto Clero, nullatenus licuisse receptionem cujuslibet prorsus Ordinis, & ipsos deponi solitos, quoties detecta fuissent illorum crimina.

9. xxv. Capitulum fere idipsum decernit de Presbyteris, & Diaconibus cum moderatione aliqua: *Si quis*, inquit, *Presbyter ante ordinationem peccaverit, & post ordinationem confessus fuerit, quia antea erravit; non offerat, sed tantum pro Religione nomen Presbyteri portet. Similiter & de Diaconibus servandum est, ut si ipse confessus fuerit, Ordinem Subdiaconatus accipiat.* Jam vero supra monui, eo tempore Subdiaconatui nondum fuisse annexum votum continentiæ; cum id Concilium fuerit habitum anno Christi DLXXII. idest, octodecim annis ante inchoatum Pontificatum S. Gregorii, qui Subdiaconis onus continentiæ adjecit.

10. xxvii. Capitulum absolute, & sine limitatione ulla ait: *Si quis Presbyter, aut Diaconus, fuerit fornicatus, aut mœchatus, projiciatur, & agat pœnitentiam.* Ubi nulla distinctione facta inter peccatum publicum, & occultum, indicitur depositio, & pœnitentia, tam Presbytero, quam Diacono, si mœchatus, aut fornicatus fuerit.

11. Porro tam in iis Canonibus, quam in aliis antiquioribus, *Presbyterorum*, id est, Seniorum, appellatione intelliguntur frequenter ii, quos simplices Sacerdotes dicimus, ad distinctionem Episcopi, qui in eisdem Conciliis dicebatur *Sacerdos*. Verum sæculis sequentibus, *Sacerdotum* vocabulo intelligi etiam cœperunt Presbyteri, nec solum Episcopi, nisi aliud ex contextu sermonis colligatur.

12. In Concilio Toletano III. habito anno Christi DLXXXIX. cui interfuit S. Leander, Canone I. statuit: *Nullus deinceps ad promerendos honores Ecclesiasticos contra vetita Canonum adspiret indignus; nihil ex hoc fiat, quod Sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri; & qui præsumpserit, severitate priorum Canonum distringatur.* Patet vero, eam indignitatem ad Ordines juxta Canones contractam fuisse quolibet *peccato mortis*, seu crimine præsertim carnis post Baptismum commisso. Præterea in alio Concilio pariter Toletano extra numerum, celebrato anno Chr. DXCVII. sub Reccaredo, anno duodecimo Regni ipsius, Canone I. dicitur: *Sanctam, & amicam Dei observantes castitatem, non solam retinendam Pontifices suo corpore censeant, sed & Presbyteris, & Diaconibus ministrantibus Dei Altaribus, modis omnibus observandam constituant;*

tuunt; ut ex iis, qui castitatis voluerit patientiam violare, tali forte coerceatur, ut ultimus, a quo est, gradu dejectus, Deo amplius non ministret; sed Sacerdotis sui electione fit tali claustro circumseptus, ut cæteros suo euempl corrigat, & ille eu pænitentia reviviscat. Ubi plana Prasbyteris, & Diaconis lapsis in peccatum carnis imponitur præna dapositionis parpetuæ.

13. In Concilio Toletano IV. cui præfuit S. Isidorus Hispalansis, Canone XIX. inscripto, *De ordinatione Episcopi*, plurima statuuntur, ne quis indignus ad tam sublimam gradum aligatur, dignissima lectu, & hoc loco repatenda, ni jam axhibita fuisent a nobis supra in Actis ajusdam Tolatani Concilii. Sufficiat indicare qualitar ibidam axcludantur ab ao gradu, *qui in aliquo crimine detecti sunt, qai infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pænitentiam admisisse confessi sunt, qui in bæresim lapsi sunt &c.* Nomina autem criminum, sive scelarum, jam monuimus supra ea S. Paciano, præsertim intalligi tria illa, idololatriam, homicidium, & fornicationem, seu mœchiam.

14. Deinde varo Can. XXI. cui, *De castitate Sacerdotum*, apigraphe est, ita decernitur: *Quicumque in Sacerdotio Dei positi sunt, irreprebensibiles esse debent, Paullo Apostolo attestante*: Oportet Episcopum sine crimine aiSe. *Inoffensos igitur, & immaculatos decet Dei euistere Sacerdotes, nec ulle eos fornicationis contagio pollui; sed caste viventes, mundos semetipsos celebrandis eubibeaot Sacromentis. Abstineamus ergo nes ab omni opera malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus; ut mundi corpore, purgati mente, possimus ad Sacrificium Christi digne accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.* Mitto plaraqua alia similia Statuta Conciliorum Hispaniæ, & varias Pontificum Romanorum Epistolas ad Hispanoa, quibus eadam inhabilitas racipiendi Ordines, & administrandi jam receptos, indicitur quibuslibet lapsis post Baptismum in aliquod scelus, quale imprimis eit Idololatriæ, homicidii, & fornicationis. Legantur speciatim Epiltolæ Syricii, Innocentii, Hilari, Hormisdæ. Plura alia hue spectantia Lega apud aruditissimum Joannam Morinum Lib.4. *De Pænitentia*, Cap 13. & seqq.

EXCURSUS II.

Refertur miserandus Potamii Episcopi Bracarensis lapsus, & spontanea acusatio coram Patribus bujus Concilii. An propter crimen omnino secretum, quale fuit illud, debuerit in foro conscientiæ abdicare se Episcopatu, & euercitio sacrorum Ordinum, ante omnem accusationem, vel notitiam aliorum bominum? Statuitur sententia affirmans, & ostenditur, inbabitalitem ad Ordines recipiendos, sive administrandos, anneuam fuisse iis criminibus eternis, quamquam prorsus occultis. Lapsus Episcoporum Potamii in Hispania, & Genebaldi in Gallia, expenduntur, & invicem comparantur.

15. CUm Potamius Merropolitanus Bracarensis, de quo nihil sinistrum antaa vulgatum fuerat, ex fragilitata carnis *tactu femineo forduisset*, quamvis nullius mortalium ajus scalaris tuisset conscius, sase par novam mensas ergastulo sponte alligavit, & abitinuit functionibus Episcopalibus. Nac contantus hoc supplicio adao insolito, Literas dedit ad Patres hujus Concilii, quibus daclarabat, se intervenira Synodo nolle in pœnam ejus scalaris a se commissi. It autem pereulsi dolore, ac misaratione, sacreto daliberarunt, ut Potamius ad Concilium vocaratur, & in eo caussam dicarat. Facit illa, & cum magnis gemitibus, ac inganti lacrymarum imbra, lapsum suum aperuit voca, quam antea scripto confessus fuerat: *Qui mox flebili voce, luminibusque ploratu madentibus, & fragore singultuum, cum unius Dei nominis juramento clamavit, se & vere eadem mala de se confiteri, & ad hac confitenda nulla se violentia prægravari. Unde etiam ferme per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastulo quodam pro admisso flagitio acturus pænitentiam, se conclusisse edixit.*

16. Hisce varo cum grandi gamitu, & commiseratione Patrum auditis, Decretum eorum taie fuit: *Per fidelem confessionem ejus, agnito, quod tactu femineo forduisset, & declarato, licet bunc paterna antiquitas sacris regulis dejicere ab honore decernat; nos tamen miserationis jure servantes, non abstulimus nomen bonoris, quod ipse sibi sui criminis confessione jam tulerat; sed valida auctoritate decrevimus, perpetuæ pæniteotiæ banc inservire officiis, & arumnis; providentes melius, illum per asperam, & damnosam ire pænitentiæ solitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluntatis suæ latitudine, ad præcipitium dejici æterna damnati ene.* Iisque pia actum fuit cum Potamio, rasarvato ipsi honora Episcopatus, & designato loco ad pœnitantiam agandam (quala iis sæculis censabatur Monasterium aliquod in solitudina arectum) ne forte ajectus a consortio Christianorum, & suæ voluntati relictus in ætarnum periret.

17. Carta Potamius in peccatum carnis lapsus eum femina, quamvis occultissimum, censuit se in conscientia adstrictum, ut Episcopatum dimitteret, omniqua illius functione, seu exercitio abstinaret. Propterea enim sponte se raclusit novam circiter menses in ergastulo, abdicatis omnino functionibus Episcopatus, & inter eas illa interveniendi Concilio Nationali apud Toletum indicto.

18. Novarat illa, tot Conciliorum, præsertim Hispaniæ, Canonibus impositam fuisse pœnam inhabilitatis perpatuæ ad Ordines quibuslibet post Baptismum in peccatum mortale lapsis. Noverat prætaraa, indictam dapositionis perpetuæ pœnam Episcopis, Prasbyteris, Disconis, Subdiaconis, & tandam Clariels quibuslibet lapsis in peccatum carnis. Noverat id, ut videtur certum, ex Canonibus toto Escursu I. allagatis, qui passim lagebantur ab omnibus sacrum Ordinem

nem habentibus in Hispania, & præsertim ab Episcopis.

19. Statim ac peccavit Potamius, agnovit magnitudinem sceleris, ac reatus sui, & ad vindicandam Majestatem Dei offensam, se novem mensibus ergastulo clausit, abdicavitque functionibus hierarchicis, quas anteà exercebat tanquam Metropolitanus Bracarensis. Non legitur consuluisse Theologos, si forte inveniret quosquam ipsum excusantes ab eo onere subeundo pœnitentiæ publicæ, ac famosæ propter crimen occultum; aut ajentes, sufficere contritionem, & confessionem secretam de peccato illo prorsus secreto; satisfactionem autem operum pœnalium nullatenus exigi ad veniam impetrandam, sed solum pro redemptione pœnæ temporalis debitæ in Purgatorio, quæ poterat multis modis opport unius, ac lentiori modo exhiberi in hac vita, aut differri in aliam; aut dicentes, pœnam depositionis statutam in sacris Canonibus adversus quoslibet e Clero lapsos in peccatum carnis, solum obligare post sententiam Judicis, aut oriri ex Jure Ecclesiastico, quod nequit prævalere contra Jus naturale tuendi honorem proprium, & non subeundi infamiam ullam propter delictum occultum.

20. Non, inquam, consuluit Potamius Theologos, si quos forte inveniret quærentes dicta effugia, quales facile occurrerent nostro ævo; in quo nulla fere Lex Divina, aut humana, naturalis, aut positiva est, quam plurimi non tentent eludere inani illa Probabilismi specie, seu variis evasionibus, sive opinionibus, quarum tam multas damnavit Sedes Apostolica a tempore Alexandri VII. usque modo in materia morum. Noluit ulla Regula Lesbia, aut male fida duci Potamius, sed secura, & solida, quæ duceret ad salutem. Forte legerat illud Chrysostomi, Lib. tertio, *De Sacerdotio*, Cap. 10. ajentis: *Oportere puto tanta eum religione, ac cautione ad rem ipsam, Sacerdotium tam primi, quam secundi Ordinis accedere, ut illius molem, magnitudinemque primum prorsus detrectet; deinde, adepto honore, aliorum judicia, sententiasque non expectare, si quod forte commissum deprehendatur, propter quod oporteat, te honorem illum deponere, quin potius illud antevertens, te ipse munere abdices. Sic enim par est, ut Divinam conciliet, impetresque misericordiam; qui si tibi honorem illum præter decorum tanquam mordicus retinere studueris, indignus es qui veniam consequaris; tum vero Divinam iram magis, ac magis incendis, altera peccata, & eo graviore, per te addito. At vero constantiam hanc præstare nullus valeat; tam pestilens, tamque lethale est appetentiæ istius virus.* Hactenus S. Joannes Chrysostomus, cujus verba præ oculis habuisse videtur Potamius, ut nulla consultatione cum Theologis præmissa, aut excusatione allegata, sese statim abdicaret Episcopatu.

21. Et certe non aliter potuit, aut debuit se gerere Episcopus ille, si consideremus, tam ipsius ævo, quam multis sæculis antea, & postea, pœnam depositionis, sive irregularitatis perpetuæ, impositam fuisse æque ipso jure Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & reliquis Clericis in fornicationem lapsis, ac in idololatriam, & homicidium. Atqui exploratum omnibus est, quemlibet ex iis lapsum, quamvis secreto, in idololatriam, vel homicidium, incurrisse irregularitatem, seu depositionem perpetuam, ac proinde ante omnem accusationem, vel sententiam Judicis debuisse abstinere ab exercitio Ordinum, ac se gerere tanquam irregularem. Quod ipsum etiam hodie servatur; cum nullus homicida, aut ex terius lapsus contra Fidem per hæresim formalem, audeat exercere sacros Ordines, quamvis delictum id fuerit prorsus occultum. Quid ergo mirum, quod Potamius lapsus in fornicationem, quamvis secreto, obnoxiam pariter irregularitati, seu depositioni perpetuæ, abstinuerit prorsus ab exercitio suorum Ordinum?

22. Ita plane debuit se gerere Potamius, juxta sensum communem omnium iis sæculis, & germanam interpretationem Canonum, præsertim Ecclesiæ Hispanicæ, quos allegavimus Excursu 1. Idipsum servabatur in Gallia, non solum ubi crimina erant publica, sed etiamsi occulta, atque nemini alii, quam Clerico peccanti, & complici nota essent. Unde in Synodo Aurelianensi I. Episcoporum triginta legitur Canone 11. *Si Diaconus, aut Presbyter crimen capitale commiserit, simul ab officio, & communione pellatur.* Similiter in Concilio Epaunensi Episcoporum 34. Canone 22. dicitur: *Si quis Diaconus, aut Presbyter crimen capitale commiserit, ab officii honore depositus, in Monasterio detrudatur, ibi tantummodo communione sumenda.* Ubi nulla fit distinctio criminis capitalis penes publicum, aut secretum. Qualecumque enim crimen fuisset capitale, quamvis occultum, perpetua depositione puniebatur.

23. Quin & in Concilio Juliianensi majori adhuc austeritate decernitur: *Si quis Diaconus, aut Presbyter, post acceptam benedictionem Leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abjiciatur.* Nimirum, pariter depositionem subibant qui durante matrimonio initiati Ordinibus sacris redibant ad usum ejusdem matrimonii. Ita de Presbyteris, & Diaconis statutum erat, multo autem magis de Episcopis, si contingeret quenquam illorum, licet occultissime, commercium carnale habere cum uxore sua. Incurrebat enim pœnam depositionis perpetuæ, neque audebat unquam Episcopales usurpare functiones, nisi forte post editos pœnitentiæ fructus dignos, ac diuturnos, Divino aliquo, & patenti signo in integrum restitueretur.

24. In cujus doctrinæ confirmationem, simul & ad melius exponendum Potamii lapsum, placuit hoc loco referre lapsum Genebaldi Laudunensis Episcopi cum uxore propria, simul & restitutionem ipsius factam per S. Remigium Præsulem Remensem. Referam autem totam rem verbis Hincmari pariter Archiepiscopi Remensis, qui florebat inclinante nono sæculo.

25. *Genebaldus*, inquit, *Vir nobilis, pius, & eruditus, Sancti Remigii neptem duxerat. Postea relicta conjuge, vitam monasticam*

cam profitetur quam cum sanctissime perageret, ab Sancto Remigio Laudunensis Episcopus renunciatur. Illum Episcopum uxor frequentius visitare cœpit; unde factum est, ut ex ea marem susciperet. Id Genebaldo cum renunciari curasset S. Remigius, confusus, & dolens dixit: Quia latrocinio, ut lateret homines, quod Deum latere non potuit, in cubiculi absconso generatus est, recte vocabitur Latro; sic ei nomen imponat.

26. Addit autem Hincmarus: *Et quia culpa hominibus non innotuit, ne suspicio inde procederet, si se a solita visitatione femina illa subtraheret, cœpit, ut antea, domum frequentare Episcopi. Unde contigit, ut iterum mulier conciperet, sed feminam, quam vulpeculam nominari voluit. Tandem Genebaldus serio ad Deum conversus, Sanctum Remigium rogat, ut ad se ventitare dignetur; quia tales caussæ emerserant, quas per se definire non posset. Posterius enim crimen, non secus ac prius, occultissimum erat, nec prius Remigio indicavit, quam cum Lauduni secreto eum allocutus est. Genebaldi postulationi annuit S. Remigius, & sese Laudunum contulit, & susceptus cum debita reverentia, ac secreta cubiculi petens, Genebaldum interrogavit, pro qua caussa illum vocaverit. Genebaldus vero cum maximo fletu, & ejulatu volens tollere Stolam de collo suo, & procidere ad pedes S. Remigii, cum magna virtute a B. Remigio est detentus, ne Stolam de collo suo tolleret. Et postquam diutius ambo fleverunt (intellexerat enim B. Remigius, Genebaldum admisisse crimen, pro quo Stolam vellet deponere) vix singultibus, & lacrymis Genebaldus per ordinem omnia retulit, quæ commiserat. Quem S. Remigius videns contritum, & pene desperatum, consolatus est, propositis, & enarratis pluribus de Dei erga pœnitentes misericordia argumentis, testimonia de latitudine Sanctæ Scripturæ, & exempla pœnitentium in unum colligens ad animandam eum illi proposuit.*

27. Si autem inquiras quam pœnitentiam, sive satisfactionem imposuerit S. Remigius Genebldo, subdit idem Hincmarus: *Exhortata*, inquit, *pœnitentiam indixit, factaque mansiuncula cum lecto in modum sepulcri, parvis admodum fenestellis, ac Oratorio, quæ hodieque manent secus Ecclesiam S. Juliani, Genebaldum in ea reclusit, & Clerum, ac Parochiæ ipsius populum per septem annos, uti & propriam Parochiam, gubernavit, unam diem Dominicam Rhemis, alteram apud Laudunum celebravit. Quid magis secretum potuit esse illo crimine? quid pœnitentia de de illo facta magis publicam? Tandem septimo anno in vigilia Cœnæ Domini Genebaldo in oratione pernoctanti apparuit Angelus, eique dixit: Suscepit Dominus pœnitentiam tuam, & dimissum est peccatum tuum. Surge, & hinc egredere, facque ministerii Episcopalis officium, & reconcilia Domino pœnitentes. Ipse autem Angelo respondit, se egredi non posse; quia, inquit, Dominus, & Pater meus Remigius clavem hujus ostii secum habet, quod & sigillo suo signavit. Ad quem Angelus: tu non dubites me a Domino missum; sicut patet tibi Cælum, sic & ostium istud patebit; & statim salvo sigillo, & sera ostium illud apertum est. Genebaldus tamen in modum crucis sese jactans egredi noluit, S. Remigium, qui eum incluserat, exspectans. Eodem tempore S. Remigio Angelus apparuit, qui quæcumque Genebaldo acciderant, enarravit. Quapropter nihil dubitans, cum summa celeritate Laudunum petiit, & in limine ostii salvo sigillo, & sera reserati, Genebaldum jacentem reperit, quem extensis brachiis cum gaudio, & lacrymis, laudans Domini misericordiam, elevavit, eumque Sedi, & officio Episcopali, ut Angelus præceperat, restituere maturavit.*

28. Hactenus Hincmarus de Genebaldo, qui valde similis fuit Potamio. Ambo erant Episcopi. Ambo in peccatum carnis lapsi sunt, sine teste, accusatore, aut judice, donec sponte sua, conscientia urgente, ministeriis Episcopalibus sese abdicarunt, & crimen suum aperuerunt; Genebaldus quidem S. Remigio Metropolitano suo, Potamius vero Concilio Nationali Toletano, cui subditus erat. Alioqui dissimiles fuerunt; quoniam Potamius publice fassus fuit, tum scripto, tum verbo, scelus suum toti Concilio nationis Hispaniæ; Genebaldus autem soli S. Remigio; ille in perpetuum abdicatus mansit, iste vero septem annis dumtaxat; ille usque ad mortem vacasse pœnitentiæ creditur; hic vero septennio solum, donec evidenti miraculo constitit, peccatum ipsius fuisse a Deo perfecte remissum.

29. Timeri autem jure potest, ne Potamius & Genebaldus, plures Sacerdotes, forsan & Episcopos, habuerint imitatores in lapsu, quam in resipiscentia; in peccando, quam in pœnitendo. Cum enim a priscis illis epochæ Christianæ sæculis puritas morum, & integritas disciplinæ Ecclesiæ usque modo magis ac magis imminutæ fuerint, non modo in plerisque laicis, sed etiam in multis Clero adscriptis juxta varios gradus, timere jure possumus, multos post sacrum Ordinem acceptum quolibet tempore graviter lapsos fuisse, aut labi in peccata illa carnis, quibus juxta tot Canones Ecclesiæ antiquos pœna depositionis perpetuæ ipso jure, atque in foro conscientiæ, ut ajunt, ante omnem aliorum hominum notitiam, vel sententiam Judicis imposita erat. Et tamen quam pauci leguntur sponte sua se accusasse, aut abdicasse Episcopatu, vel Sacerdotio, a priscis illis sæculis usque modo! Unus Potamius in Hispania, & unus Genebaldus in Gallia, ac forte pauci alii singulari, atque admirando exemplo id præstitisse leguntur.

30. Sane peccatum fornicationis, seu mœchiæ, juxta illos sacros Canones, eosdem præstabat effectus, ac tria illa crimina, quæ adhuc post pœnitentiam peractam, impediunt exercitium Episcopale, ac Sacerdotale. Ea vero sunt, imprimis simonia, deinde homicidium, ac tandem omne id scelus, quod ipso jure irrogat infamiam; ut constat ex textibus notissimis Juris, præsertim 3. Q. 7. *Infames*. §. *Porro*. & 2. P. 3. Cap. *Eufemium*. §. *Hinc colligitur*, ubi Glossa ait:

In

In istis criminibus, quæ post pœnitentiam impediant exsecutionem Ordinis, aut Beneficii retentionem, debet Episcopus, aut quilibet alius inferioris Ordinis Pastor, petere licentiam cedendi, quia pænitere non potest, nisi renunciet. Hæc ibi.

31. Profecto nec Potamius, nec Genebaldus leguntur incidisse initio in quemquam ex iis tribus scopulis; nam peccatum illorum nec fuit simonia, nec homicidium, nec delictum habens infamiam ipso jure annexam. Verum attentis sacris Canonibus Excursu I. allegatis, & veteri Ecclesiæ disciplina, fornicatio, aut mœchia in quolibet Episcopo, Presbytero, ac Diacono, adeo deformis visa fuit, ut in ipso foro conscientiæ lapsos constringeret ad renunciandum Pontificiæ dignitati, & sacris Ordinibus. Ac sicut nemo eorum conscius simoniæ, aut homicidii a se commissi, quamvis secretissime, poterat de cætero salva conscientia exercere ministerium sacrum, sed tenebatur statim ab illo abstinere; ita etiam quoties quispiam illorum labebatur in fornicationem, aut mœchiam.

32. Nec mirum quod Potamius, aut Genebaldus post lapsum adeo gravem cesserint Episcopatu, quando propter longe minores culpas, ac plane veniales, nonnulli Sanctissimi Præsules antea, & postea idipsum fecisse leguntur; ut patet de S. Eucherio in Gallia, S. Atilano in Hispania, & S. Augustino in Africa; qui cum bona fide obtulisset Antonium quendam in Episcopum, tanquam idoneum, postea expertus fuit illum adeo iniquum, ut populum sibi commissum vexaret rapinis, oppressionibus, & intolerando dominatu. Cujus rei S. Doctor tam ingenti dolore & scrupulo tactus fuit, ut se Episcopatu abdicare voluerit. Quod ipse testatur Epist. CCLXI. ad S. Cælestinum Papam, alias CCIX. in qua gratulatur ipsi de electione pacifica facta ad Pontificatum Romanum; eaque occasione exponit causam prædicti Antonii Episcopi Fussalensis, qui privatus administratione Ecclesiæ suæ ob scelera, appellaverat Sedem Apostolicam. Rogat vero Augustinus Papam, ut eam sententiam privationis ratam habeat, & inter alia inquit: *Me sane (quod confitendum est Beatitudini tuæ) in isto utrorumque periculo tantus timor, & mœror excruciat, ut ab officio cogitem gerendi Episcopatum abscedere, si per eum, cujus Episcopatui per imprudentiam suffragatus sum, vastari Ecclesiam Dei, & (quod ipse Deus avertat) etiam cum vastantis perditione perire conspexero. Recolens enim quod ait Apostolus: Si nos metipsos judicaremus, a Domino non judicaremur; judicabo meipsum, ut parcat mihi qui judicaturus est vivos, & mortuos.* Vide ibidem Notas doctissimorum Monachorum S. Mauri in Gallia, ex quibus habemus, Augustinum obtinuisse, ut Antonius nunquam restitueretur. Si Sanctus Doctor ob negligentiam venialem inquirendi accuratius in mores Antonii quando electus fuit in Episcopum Fussalensem, usque adeo indoluit, & cogitavit propterea relinquere Episcopatum suum; quanto magis Potamius, & Genebaldus ob scelera gravia, quibus juxta Canones erat pœna depositionis annexa potuerunt, ac debuerunt sese abdicare Episcopatibus?

EXCURSUS III.

Eadem pœna depositionis, seu privationis perpetuæ, ipso jure statuta adversus eos omnes, qui post Sacrum Ordinem receptum lapsi sunt in peccatum carnis, ostenditur perpetuo tradita a S. Gregorio Papa multis, ac variis locis. Porro Epistolam ad Secundinum circumferri solitam ipsius Gregorii nomine, ac Sacerdotes in carnie peccatum lapsi restituantur, postquam dignam pænitentiam egerint, vitiatam fuisse a quopiam sciolo, aut iniquo homine, quoad eam partem, sicuti & aliam S. Isidori nomine ad Massanum scriptam, aliamque longe antiquiorem nomine Sancti Callisti Papæ de eadem re. Ostenditur illarum suppositio, & confirmantur, aut explanantur plura circa sententiam nostram de Collectione Isidoriana.

33. Quemadmodum in Canonibus Conciliorum supra indicatis vidimus, pœnam depositionis, seu privationis perpetuæ impositam fuisse ipso jure quibussibet hominibus sacro Ordine initiatis, ob lapsum carnis, sive publicum, sive occultum, seu nulla distinctione facta inter utrumque; ita etiam invenimus, eandem doctrinam constanter, & ubique traditam fuisse a S. Gregorio Papa, cujus aliquot testimonia hoc loci exscribemus.

34. Imprimis id docet Libro Epistolarum III. Epist. XXVI. ad Januarium Episcopum Calaritanum: *Pervenit*, inquit, *ad nos, quosdam de sacris Ordinibus lapsos, vel post pænitentiam, vel ante, ad ministeris sui officium revocari; quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque Canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum Ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro Ordine ita careat, ut ad Altaris ministerium ulterius non accedat. Sed ne unquam ii, qui ordinati sunt, pereant, providendi debet, quales ordinentur; & prius aspiciatur, si vita eorum continens in annis pluribus fuit, si studium orationis, si eleemosynæ amorem habuerunt.* Ecce ubi adhuc pœnitentia acta non admittit Gregorius, sed potius perpetuo deponit lapsos quoslibet in peccatum carnis post acceptum sacrum Ordinem; idque testatur, jam antea sacris Canonibus statutum fuisse. Unde & Libro eodem III. Epistola XXXVII. ad Marcellum Scholasticum valde sibi dilectum scribit, se valde contristatum, quod rogaretur pro restituendo Maximo post lapsum ad celebrandum. Indecens enim esse ait pro talibus petere, aut preces exaudire.

35. Præterea Regist. Lib. 4. Epist. 5. sic scribit ad Venantium Lunensem Episcopum de Saturnino Presbytero lapso: *Accedens ad Gorgonam Insulam, Fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino expresbytero est perlatum. Pervenit namque ad nos, quia postquam pro crimine lapsus sui a Sa-*

a Sacerdotii Ordine est dejectus, ad explendum ministerium Sacerdotii præsumpsit accedere, & Omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum Fraternitas vestra repererit, eum Sacri Corporis, & Sanguinis Dominici participatione privatum in pœnitentiam redigat; ita ut usque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & Viaticum tantummodo in die exitus sui percipiat. Sin autem Fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognoverit, ut ei juste ad recipiendam inter laicos communionem etiam ante exitum debeat misereri, hoc in tua Fraternitatis ponimus potestate. Hæc ibi, in quibus mitius se gerit, quam Patres Eliberitani Can. xxx. supra allegato.

36. Insuper Regist. Lib. 4. Epistola xvi. idem statuit: *Ad fraternitatis tuæ*, inquit, *consulta respondentes statuimus, Diaconum, & Abbatem de Porta-Veneris, quem indicas cecidisse, ad sacrum Ordinem non debere, vel posse ullo modo revocari. Quem quidem sacro Ordine privatum in pœnitentiam deputare convenit.* Et paullo post: *Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irrevocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant; Saturninum vero expresbyterum, ut nunquam ad sacri Ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cavere decrevimus.*

37. Eodem Regist. Lib. 4. Epist. xvii. *Similiter etiam*, inquit, *& tres Subdiaconos, quos Fraternitas vestra lapsos innotuit, a suo semper vacare decernimus privatos officio, quibus nihil aliud, quam inter laicos, sacra est præbenda communio.* Rationem vero, ob quam omnibus lapsis in pristinum gradum restitutionis spes præciditur, exponit in ipso ejusdem Epist. 17. exordio: *Si lapsis*, inquit, *ad suum Ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonicæ procul dubio frangitur disciplinæ, dum pro reversionis spe pravæ actionis desideria quis concipere non formidat. Fraternitas siquidem vestra nos consulit, si Amandinus ex Presbytero, & Abbate, qui a suo est decessore, culpa exigente, depositus, in eo quo fuerat Ordine constitutus, debeat revocari. Quod quidem non licet, nec fieri posse aliqua ratione decernimus.* Hæc ille.

38. Deinde Lib. 6. Epist. xxxix. ejusdem Libri jubet Mariniano Episcopo Ravennæ, ut consecret quendam electum in Præsulem cujusdam Ecclesiæ loco Episcopi præcedentis lapsi, ac propterea depositi, ea ratione addita: quia *quemquam criminaliter abscedentem, in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio revocari.*

39. Mitto alia Gregorii loca idipsum testantia, ut proinde multi eruditorum censeant Epistolam illam ad Secundinum (quæ extat Libro septimo Registri, Indictione ii. estque numero quinquagesima quarta) pro Sacerdotibus lapsis, ut acta pœnitentia digna redire possint ad ministerium, a quopiam nebulone confictam fuisse, qui veterum Pontificum Epistolas pluribus locis corrupit, aut interpolavit, uti ostensum fuit Dissert. iv. Tomi I.

40. Porro eam Epistolam nomine tanti Pontificis ad Secundinum intrusam fuisse exemplaribus quibusdam Operum S. Gregorii, vel saltem interpolatam ab aliquo impio, aut sciolo, quoad eam partem de Sacerdotibus lapsis post pœnitentiam restituendis, videtur evinci ex tot tanti Pontificis testimoniis, quibus palam tradit oppositum, illudque ubique & constanter exsequitur, veluti præscriptum Canonibus sacris, a quibus fas non esset deviare. Unde doctissimus Joannes Morinus in Volumine insigni, *De pœnitentia*, Lib. 4. Cap. 15 censet in ea Epistola inveniri nonnulla vitiata, ac corrupta; quale imprimis est, quod Sacerdotes lapsi in peccatum carnis restituantur ad gradum pristinum post pœnitentiam actam.

41. Accedit quod Gonsinvillæus in suis Observationibus ad eandem Epistolam, laudatus a Merbesio tertia parte *Summæ Christianæ*, Quæst. xxvi. pag. 437. testatur, partem illam ejus Epistolæ de Sacerdotibus *in carnale delictum* prolapsis, in pristinum gradum post actam pœnitentiam recipiendis, vix reperiri in uno aliquo ex triginta mss. & nullatenus extare in vetustissimo Codice Remensi, in quo descriptæ inveniuntur omnes Romanorum Pontificum Epistolæ a Gelasio ad Joannem viii. id est, quatuor fere sæculorum decursu, ab anno Christi ccccxci. usque ad dccclxxxii.

42. Accedit testimonium Mamesii asseverantis, eandem particulam minime extare in aliquo ex octo mss. pervetustis Anglicanis. Idemque testatur Vvendrockius in Notis ad Epistolam vi. Provincialem, Sect. 3. §. 3. de antiquissimo quodam exemplari Clare-vallensi Registri Gregoriani. Quæ omnia argumento sunt, præjactæ ad Secundinum Epistolæ assutum fuisse postea centonem illum adeo contrarium doctrinæ expressæ tot locis a Sancto Gregorio.

43. Unde quinquaginta circiter annis post obitum ejusdem S. Doctoris, nimirum sæculo septimo mediante, tempore S. Martini Papæ, religiose observabatur, ut Diaconi quique, & Presbyteri in carnis flagitia lapsi deponerentur absque ulla spe restitutionis. Id patet ex Epistola ejusdem S. Martini ad Amandum Episcopum Trajectensem, quem consolatur mœrentem, ac volentem abdicare se regimine Ecclesiæ suæ, *eo quod Presbyteri, Diaconi, aliique Sacerdotalis officii post ordinationes suas in lapsu* coinquinati fuerant. Consolatur, inquam, eum, & hortatur, ut persistat in Episcopatu, & exequatur sacrorum Canonum jussa in iis hominibus, & *nullatenus in hujusmodi peccato delinquentibus ad destructionem Canonum compassionem exhibeat. Nam qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumque gradum Sacerdotii poterit adipisci; sed sufficiat ei lamentationibus, fletibusque assiduis quoadusque advixerit in eadem pœnitentia perseverare, ut delictum commissum Divina gratia extinguere valeat &c.* Si autem vere Sanctus Gregorius quinquaginta annis antea in ea Epistola ad Secundinum indulsisset Clericis lapsis in peccatum carnis, ut peracta pœnitentia redirent ad exercitium sacrorum Ordinum; postea tempore S. Martini Papæ ea do-

doctrina ubique nota, & usu recepta fuisset; ac proinde iidem lapsi eo pœnitentiæ remedio uti possent, ut in integrum restituerentur. Non itaque subirent depositionem perpetuam, ut ipse affirmat, sed suspensionem temporalem, donec agerent debitam pœnitentiam. Lege plenius eandem Epistolam Tomo VI. editionis Labbeanæ Conciliorum columna 383. inter alias ipsius Martini PP.

44. Certe Concilium hoc Tolatanum X. habitum fuit anno Christi 656. idest triennio post obitum ejusdem S. Martini Papæ, qui Martyrium subiisse censetur anno 653. Unde cum eousque disciplina Ecclesiastica viguisset de perpetua depositione Clericorum post sacrum Ordinem susceptum lapsorum in crimen carnis, nihil mirum quod Potamius ejus sceleris conscius crediderit se obstrictum ad derelinquendum Episcopatum, & ministerium Sacerdotii deserendum, etiam post novem menses duri ergastuli, quod voluntarie subierat. Ejusdemque disciplinæ veteris, & assiduæ conscii Patres ipsi Toletani in eo Decreto adversus Potamium edito probe agnoverunt, post lapsum carnis nullum fuisse locum, ut ille restitueretur ministerio Pontificali, aut Sacerdotali, adhuc post illam, quam sponte subierat, novem mensium in ergastulo pœnitentiam.

45. Sed & tempore illo interjecto Pontificatui S. Gregorii, & huic Concilio (nimirum ab anno Christi 604. ad 656. eadem severitas disciplinæ retinebatur in Hispania circa Clericos in crimen carnis lapsos; siquidem S. Isidorus Hispalensis, qui eam Ecclesiam nobilissimam rexit ab anno circiter 602. usque ad 636. perpetuo docuit, Episcopum, vel Presbyterum, qui se aliquo mortali crimine maculaverit, deponendum esse; & similiter ordinari non debere illos, qui post Baptismum aliquo mortali peccato corrupti essent. Etenim Libro secundo, *De officiis*, Cap. 5. insistens doctrinæ sacrorum Canonum inquit: *Si is, qui jam in Episcopatu, vel Presbyterio est positus, mortale aliquod peccatum admiserit, non debet offerre panes Domino; quanto magis ante ordinationem peccator inventus repudiari debet, ut non ordinetur? Quapropter quia Lex peccatores a Sacerdotio removet, consideret se unusquisque sciens, quia potentes potenter tormenta patientur; retrahat se ab hoc non tam honore, quam onere, & aliorum locum, qui digni sunt, non audeat occupare*. Ac præterea eodem loco: *Quod autem quis post Baptismum aliquo peccato mortali corruptus ad Sacerdotium non promoveatur, Lex ipsa testatur*. Quomodo ergo credi potest, S. Gregorium paucis antea annis oppositum tradidisse in illa ad Secundinum Epistola?

46. Similiter idem S. Isidorus in Epistola ad Helladium, & alios Episcopos cum ipso adunatos, ita loquitur de Episcopo quodam misere lapso: *Cognovimus Cordubensis Ecclesiæ Sacerdotem in Pontificali culmine carnali labe dilapsum, & de altitudine honoris in profundo flagitiorum flenda ruina demersum*. Ac paullo postea: *Cum effusione lacrymarum vestram Sanctitatem deposcimus, ut idem lapsus cætui vestro præsentatus, agnito a vobis confessionis eloquio, Synodali sententia a gradu Sacerdotii deponatur. Melius est illi, ut temporaliter judicetur a vobis, quam æterno damnetur judicio. Levior est illi præsentis temporis ignominia, quam futura gehennæ tormenta. Sciat se amisisse nomen, & officium Sacerdotis, qui meritum perdidit sanctitatis. Quapropter judicii vestri Decreto pœnitentiæ perpetim flagitia perpetrata lamentatione deploret; plangat Sacerdotii cultum, quem male vivendo perdidit. Lugeat animæ suæ statum, quem tanto putredinis cœno coinquinavit; fortasse quandoque porriget illi manum Spiritus Sanctus, ut per dignam satisfactionem mereatur peccatorum remissionem*. Hæc inibi, quibus nihil luculentius desiderari potest, ut evidenter appareat, primis illis post obitum S. Gregorii annis in tota Ecclesia, præsertim Hispanica, perseverasse antiquam sacrorum Canonum severitatem circa nunquam restituendos ministerio illos omnes, qui post receptum sacrum Ordinem in scelus aliquod labebantur. Unde & consequens est, ut particula illa Epistolæ ad Secundinum, in qua oppositum traditur nomine S. Gregorii, fuerit conficta, & intrusa.

47. Obiter collige, idipsum dicendum esse de alia Epistola ejusdem S. Isidori nomine edita ad Massanum Episcopum, in qua pariter conceditur restitutio in integrum Clericis in carnale crimen lapsis, si debitam pœnitentiam egerint. Nimirum & illa, quantum ad eam partem, est plane commentitia, sicut præcedens Gregorio adscripta. Et sicuti ex testimoniis nuper allegatis Isidori constat, ipsum quoad eam severitatem circa Clericos lapsos minime restituendos, adhæsisse sacris Canonibus, atque ipsi Gregorio locis exhibitis supra num. 34. & seqq. ita etiam certum est, nihil iis contrarium ad Massanum Episcopum scripsisse.

48. Insuper observa, in Collectione illa Conciliorum, & Epistolarum Decretalium a tempore S. Clementis Papæ usque ad Gregorium Magnum inclusive, quam fecit S. Isidorus Hispalensis, ut ostendimus Tomo I. hujus Operis Dissertatione I. nullatenus exstitisse Epistolam prædictam ad Secundinum cum illo additamento de restitutione Sacerdotum lapsorum post debitam pœnitentiam. Si enim inibi extaret, S. Isidorus eandem doctrinam in suis scriptis tradidisset, & in casibus occurrentibus exsecutus fuisset. Atqui Sanctus Doctor potius tradidit, & exsecutus fuit oppositum, ut nuper ostensum fuit num. 45. & 46. expressis ipsius testimoniis. Non igitur in ejus Collectione extabat Epistola ad Secundinum cum additamento, sive assumento illo.

49. Collige præterea, nec in eadem Collectione tempore ipsius S. Isidori extitisse Epistolam illam secundam S. Callisto Papæ adscriptam Tomo I. Conciliorum cujuslibet editionis, in qua dicitur inter plura alia: *Errant qui putant, Domini Sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum Sacerdotium condigne custodierint*

dierint

dierint &c. Si enim intelligantur ea verba de lapsu in crimen carnale, videntur omnino assuta a sciolo aliquo, aut veteratore iniquo, qui post tempus S. Isidori introduxit eam doctrinam plane contrariam Canonibus sacris, & perpetuæ eousque disciplinæ ab Ecclesia servatæ, immo & ipsi S. Isidoro. Quod autem additamentum illud extendatur etiam ad Sacerdotes in crimen carnis lapsos colligitur ex contextu ejusdem Callisti Epistolæ collatæ cum illa alia Gregorii ad Secundinum, & ipsi simillimæ, ubi palam de Sacerdotibus lapsis in peccatum carnis sermo est.

50. Quapropter non miror, Viros aliquot eruditos tempore Gregorii XIII. incumbentes correctioni Decreti Gratiano adscripti, rejecisse eam partem Epistolæ secundæ Callisti Papæ, veluti assutam, & confictam; ut testatur doctissimus Antonius Augustinus Dialogo 4. Lib. 1. *De emendatione Gratiani*. Intellecta enim de Sacerdotibus lapsis in crimen carnis, quod pleraque Concilia, & Canones antiqui generatim *mœchiæ*, aut etiam *fornicationis* nomine comprehendunt, videtur palam subdititia, per summam audaciam cujuspiam iniqui hominis, qui tam plerasque Epistolas priscis Pontificibus usque ad Syricium adscriptas, quam nonnullas alias posteriorum, & in iis illam Gregorii ad Secundinum, aliamque ejusdem Sancti Isidori ad Massanum Episcopum, interpolavit, corrupit, aut falsavit, gravissimo plane damno disciplinæ Ecclesiasticæ posterioribus sæculis, ut postea apparebit.

51. An vero is nebulo, aut sciolus, & corruptor Epistolarum, fuerit aliquis nomine Isidorus, cognomento *Mercator*, an potius Theodiscius quidam successor S. Isidori in Sede Hispalensi, & interpolator scriptorum ipsius, jam satis diximus Tomo 1. hujus Operis tota Dissertatione 1. & Dissertatione IV. Excursu 7. nec modo inculcare opus est. Oportet vero hoc loco, & sæpe alias iterare, quod ibidem toto Excursu 6. palam tradidimus in ipsa ejus epigraphe, & postea confirmavimus, *Plerasque dictarum Epistolarum* (nimirum adscriptarum priscis Pontificibus usque ad Syricium) *prout communiter circumferuntur, vehementer suspectas esse de interpolatione, & aliis defectibus; non tamen respuendas, sed venerandas, & in auctoritatem recipiendas, cum delectu opportuno*. Qualis autem iste delectus debeat esse, ne quis, aut temere damnet, & omnino rejiciat Epistolas illas, uti post Davidem Blondellum heterodoxum videntur facere multi plus nimio delicati, & κριτικώτατοι ex Catholicis ipsis, aut nimia credulitate, & absque delectu ullo probet, satis eo loco diximus.

52. Unde & postea num. 81. hæc subdimus (quæ præ oculis habeant rogo, quicumque procul a vero dicunt, censent, aut scribunt, nos tueri omnino omnes illas Epistolas, veluti authenticas, & prorsus immaculatas) *Nec propterea in me recipio tuendam omnium, & singularum ex iis* (Epistolis) αὐθεντίαν, *aut nego in multis earum delectu opus esse, sive propter parachronismos, sive ob quædam alia vehementem interpolationis suspicionem ingerentia, sive ex aliis capitibus*. Falluntur itaque si qui existimant, nos absque ullo delectu, aut indiscriminatim tueri auctoritatem omnium earum Epistolarum, prout modo exstant, cum tam aperte fassi simus, multipliciter vitiatas fuisse plerasque illarum, variis locis, & quoad eam partem non esse dignas fide. Cur autem pleræque, aut omnes fere Epistolæ priscis Pontificibus tributæ careant integritate illa, & auctoritate, qua pollent Epistolæ Syricii Papæ, jam supra explanavimus nos suo loco.

53. Itaque quoties in iis, aliisque PP. veterum Epistolis apparuerit aliquid prorsus contrarium veritati historicæ, aut disciplinæ Ecclesiasticæ eorundem sæculorum ubique receptæ, aut quod plane contigerit post tempus, annum, mensem, vel diem designatum in notatione cujusque Epistolæ, censeri debet assutum, interpolatum, aut confictum quoad eam partem, quicquid sit de reliquis, in quibus nullus nævus apparuerit. Quod ipsum propterea de tribus iis Epistolis adscriptis Callisto, Gregorio, & Isidoro, censeri debet. Idipsum quoque dictum accipe de Epistola illa, quæ tribuitur Bonifacio I. Papæ ad Eulalium Episcopum Alexandrinum, tanquam in ea asseruerit Ecclesiam Africanam fuisse divisam a Romana per integrum sæculum eousque. Est enim ea pars manifeste falsa, & intrusa, ut ostendit palam D. Card. Baronius in Notis ad Martyrolog. Rom. die 16. Octobris.

EXCURSUS IV.

Objiciuntur nonnullæ difficultates graves adversus doctrinam præcedentem, desumptæ potissimum ex variis Canonibus Conciliorum Hispaniæ pro restitutione in integrum Ministrorum Ecclesiæ, etiam Sacerdotum, lapsorum in peccatum carnis, præsertim occultum, postquam condigna pœnitentia expiatum fuit. Ubi iterum de Epistolis illis adscriptis Gregorio Magno, Callisto I. & S. Isidoro Hispalensi, ex quarum suppositione ea relaxatio disciplinæ Ecclesiasticæ longe postea secuta fuit.

54. PRæcipua difficultas, quæ excitari potest pro restitutione Clericorum lapsorum in peccatum carnis post actam dignam pœnitentiam, desumitur ex Concilio Ilerdensi jam supra edito Canone V. ubi ita legitur: *Hi, qui Altario Dei deserviunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate Pontificis* (nimirum Episcopi) *vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ Corpore separare; ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterato velut canes ad vomitum reversi fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant*. Porro in priori parte ejus Canonis palam remittitur arbitrio, & judicio Episcopi, ut Ministros Altaris lapsos in peccatum carnis restituat citius, aut tardius eidem ministerio, juxta qualitatem pœnitentiæ ipsorum,

rum. Porro id Concilium fuit habitum anno quingentesimo quadragesimo sexto, atque adeo quatuor annis antequam S. Gregorius Magnus in Pontificem eligeretur, & centum decam ante hanc x Synodum Toletanam, in qua Potamius ob lapsum carnis depositus fuit de Episcopatu. Videbitur itaque forsan dure actum cum ipso, siquidem juxta Canonem illum Ilerdensem potiisset honori, & gradui suo restitui post actam legitime pœnitentiam, qualem ipse jam sponte egerat, se recludens novem mensibus intra ergastulum, & ultro abdicans functionibus hierarchicis.

55. Augetur hæc difficultas omnino intacta ab Interpretibus illorum Conciliorum, quia non nititur in Concilio aliquo apochrypho, aut dubiæ auctoritatis, qualia sunt nonnulla indicata in Pseudo-chronicis adscriptis Dextro, Maximo, Hauberto Hispalensi, Juliano Perez &c. quorum pleraque supra Tomo III. & Tom. I. Dissert. II. rejecimus, valuti introsa, subdititia, & excogitata eum aliis fictionibus ab uno, aut alio veteratore satis noto. Etenim Concilium id Ilerdense semper habitum fuit exploratæ auctoritatis in omnibus Libris, sive Codicibus, tam editis, quam manuscriptis, etiam in antiquissimo illo Lucensi, qui nimia vetustate præ aliis lacer, ac detritus erat tempore editionis Loaisæ, & fortassis excedit antiquitatem octingentorum annorum. Neque aliquis usque modo suspicatus fuit in id Concilium irrepsisse assumenta aliquot, vel centones ex posterioribus scriptis, aut tandem quampiam earum mercium, quæ Isidorianæ dici solent, denominatione sumpta ab Isidoro illo, qui communiter *Mercator* dicitur, & censetur chimæra sæculi octavi, aut noni.

56. Præmissa itaque auctoritate Canonis prædicti, difficultas gravissima in oculos incurrit. Etenim satis aperte in eo traditur, Ministros Dei sarvientes Altari (nulla facta distinctiona inter Sacerdotes, aut alios Clericos inferioris Ordinis) si aliquando cadant in peccatum carnis, & de eo digne pœniteant, & corda, ac corpore mortificati sint, posse ab Episcopo non diu suspendi; id est, post aliquantum temporis permitti, sive admitti ad ministerium Altaris. Si autem ita lapsos inveniat desidiosos, id est, negligentes in pœnitendo, segreget illos prolixiori tempore ab Ecclesiæ Corpore, addita illa exceptione: *Ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri*. Videtur itaque fundamentum habere in ao Canone doctrina tradita in Epistolis Gregorii ad Secundinum, & Isidori ad Massanum de restituendis honori, & gradui suo Sacerdotibus lapsis in peccatum carnis, si dignam egerint pœnitentiam. Unde & consequens apparat, ut nimium severe cum Potamio egerint Patres hujus Concilii Toletani x. deponentes eum post rigidam pœnitentiam sponte actam.

57. Augetur difficultas ex alio Canone, quem veluti decimum Concilii Ilerdensis, incertum quonam tempore celebrati, exscripsit inter illius fragmenta D. Loaisa, quique moltis sæculis antea legebatur in *Pœnitentiali* Rabani Mauri initio Capitis primi, juxta editionem Archipræsulis Antonii Augustini, hisce verbis: *De his ergo visum est nobis conscribi, qui sacros Ordines habent, & ante, vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia esse debet, ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus, secundum sacrorum Canonum instituta, a gradu proprio deponantur; quia est scandalum populo Dei, tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas constat esse. Nempe inde detrahantur homines a Sacrificio Dei; sicut quondam, filiis Heli peccantibus, fecisse leguntur; & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt &c.* Et hactenus ibi de criminibus publicis initiatorum sacro Ordine.

58. Subditur autem statim de iis, qui occulte peccarunt, & secreto confessi sunt: *Qui autem de prædictis viris per occultam confessionem mala a se absconse commissa coram oculis Dei, præsente etiam Sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse accusant; si veraciter pœnituerint, & se per jejunia, & eleemosynas, vigiliasque, atque sacras orationes, cum lacrymis purgare certaverint; his etiam gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat*. Hæc ibi.

59. Nemo autem facile iuveniet, quonam anno, immo & sæculo, habitum fuerit Concilium Ilerdense, quo id Caput, siva is Canon prodiit; si tamen uti talis habendus sit, nam ibidem singularis quidam ea verba profert, præmissa illa protestationa, *ut mihi videtur*, quæ adhiberi non solet, ubi Synodus loquitur, sive quando Patres Synodica loquuntur. Sed vel ex illo ipso loquendi modo conjiciet forte aliquis, id Concilium, & Caput fuisse aalebratum, & scriptum, antaquam circumferretur Epistola illa ad Secundinum S. Gregorii Magni nomine scripta. Si enim hæc jam præ manibus omnium esset, qualis exstat in communibus editionibus, cum distinctione illa peccatorum carnis penes publica, & secreta in Clericis sacri Ordinis; non fuisset opus tradendi eandem doctrinam in Concilio illo Ilerdensi eum dicta limitatione, *ut mihi videtur*. Posset enim ille Episcopus, possent & alii, posset danique tota Synodus Ilerdendensis absolute, & sine restrictione, eam doctrinam, & distinctionem tradere, quæ nomine Sancti Gregorii tradita, & ubique vulgata inveniratur.

60. Sed sive ea Epistola Sancti Gregorii nomine edita, sit germana, sive subdititia, aut saltem interpolata, quoad eam partam, (idemque est da alia Callisto adscripta) id certum vidatur, in utroque prædicto Concilio Ilerdensi statutum, aut declaratum fuisse, Clericos occulte lapsos in peccatum carnis, vel aliud capitale, & digne pœnitantas, *ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrifi-*

crificium Deo offerant, potuisse ab Episcopis restitui ministerio Altaris, sive exercitio Ordinis recepti; & eo breviori temporis spatio, quo meliori, & præstantiori dispositione pœnituissent. Ea vero restitutio includit, aut supponit absolutionem, seu veram remissionem peccatorum, datam Clericis lapsis ab Episcopo; quoniam sine illa indigne omnino ad ministerium Altaris accederent. Alioqui restitutio esset damnosa, & urgens occasio ad indignam rerum sacrarum, Mysteriorumque Divinorum tractationem.

61. Confitebantur itaque tunc (saltem apud Provinciam Tarraconensem, in qua sita est Ilerda) Clerici in peccatum carnale occulte lapsi, coram Sacerdote, sive Episcopo, & juxta intensiorem, aut remissiorem cordis, & corporis afflictionem, dignamque pœnitentiam, accipiebant non modo peccatorum veniam, prævia confessione secreta, sed etiam restitutionem ad exercitium Ordinis jam antea suscepti. Quod ipsum in usu erat tempore alterius Concilii Ilerdensis, in quo tradita fuit doctrina illa notabilis num. 58. præmissa, quantum ad utrumque effectum remissionis, & restitutionis.

62. Utroque autem eo loco satis certo colligitur, judicio illorum Patrum Ilerdensium, pœnam depositionis perpetuæ juxta Canones pœnitentiales impositam Clericis in fornicationem, vel aliud crimen principale, aut capitale lapsis, fuisse dispensabilem ab Episcopis juxta congruentem pœnitentium dispositionem, quoties delictum erat *subito, & flenda fragilitate* commissum, ac prorsus occultum, & per secretam confessionem subjectum ipsorum Clavibus. Itaque depositio perpetua ab Ordinibus sacris, sive ab ipsorum exercitio, sine ulla restitutionis spe, juxta sensum Patrum Ilerdensium, solum erat imposita Clericis ob prædicta scelera, quando erant notoria, sive publica; vel, ut loquæmur verbis posterioris illius Canonis, aut Capitis Ilerdensis, *si Clerici deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus.*

63. Eandem doctrinam invenio traditam in Concilio quodam Toletano antiquo, cujus certum Caput allegant Burchardus, Lib. 19. Cap. 151. & Ivo Part. 15. Cap. 160. estque in Collectione Conciliorum D. Loaisæ pag. 61. sub hisce verbis: *De Viris ordinatis, quorum occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti pro peccatis suis confessionem Episcopo, sive Presbytero occulte faciunt, bonum mihi videtur, ut secundum id, quod sibi decretum fuerit ab Episcopo, sive Presbytero, pœnitentiam agant, non trepide, nec tarde, sed ferventer, & solicite; ac sic se veniam peccatorum a Domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.* Hoc etiam loco, non tota Synodus, sed unus aliquis Patrum congregatorum loquitur, ut patet ex verbis illis: *Bonum mihi videtur.* Forte autem quod ille dixit, cæteri probarunt, ut in aliis Conciliis factum legitur, & in singulis fere Canonibus magni Concilii Sardicensis. Sed qualitercumque acciderit in illo Concilio Toletano incerti temporis, videmus non solum veniam peccati gravis occulte commissi concedi Clerico digne pœnitenti, ac secreto confitenti; sed etiam restitutionem ad Ordinem, *sive retentionem gradus*, ut ibidem in fine dicitur; consonatque per omnia fere Canoni v. Concilii Ilerdensis, in quo versabamur paullo antea.

64. Porro ex prædictis Canonibus, sive Capitulis Conciliorum Ilerdensium, & unius, vel alterius Toletani incerto anno celebrati, videtur quispiam veterator, inclinante circiter sæculo octavo, aut nono ineunte, relaxasse disciplinam Ecclesiasticam circa Clericos, etiam Sacerdotes, in peccatum carnis lapsos, ut post debitam pœnitentiam restituerentur gradui, & honori suo, contra quam semper factum fuerat, & in hoc Concilio Toletano decimo observatum vidimus cum Potamio. Ut autem restitutio ipsa securius, & ubique obtineretur, idem audacissimus nebulo centonibus additis interpolavit Epistolas illas supra indicatas; nimirum, illam secundam Callisti, aliam Gregorii ad Secundinum, & aliam S. Isidori ad Massanum.

65. Ex iis omnibus assumentis, irrepentibus in Codices plerosque Concilirum, & Canonum, atque Epistolarum Decretalium, ab initio circiter sæculi noni, videtur ortum fuisse, ut inclinante jam illo, Hicmarus in Gallia, & Rhabanus in Germania, bona quadam fide adducti, & nullo sibi dubio occurrente circa γνησιότητα earum Epistolarum censerent, Ministros Altaris in peccatum carnis lapsos, posse gradui, & honori suo restitui post pœnitentiam dignam. Fortassis etiam eidem paradoxo tradendo innixi fuerunt Canonibus xxi. & xxvi. Synodi Trullanæ, sive Quini-sextæ, satis difficilibus explanatu, & in speciem faventibus restitutioni lapsorum ad exercitium Ordinis. Vide ibi. Sed tamen Canones Trullanos nunquam fuisse ab Apostolica Sede probatos, jam vidimus Tomo I. Dissertat. III.

66. Subinde quoque ex eadem centonum assutorum farragine processisse videtur, ut sæculo undecimo Burchardus in Germania, S. Anselmus Cantuariensis in Anglia, Ivo Carnotensis in Gallia, & postea Gratianus in Italia, ac sæculis sequentibus alii plures censerent, & scriberent, licitum esse Clericis lapsis in peccatum carnis, etiam Sacerdotibus, post dignam pœnitentiam, & confessionem ejus criminis occulte commissi, persistere in Ordine, & gradu suscepto. Legantur ii tres propriis locis, nimirum, Burchardus Lib. 19. Cap. 51. Anselmus Libro *Epistolarum I.* Epist. 59. juxta editionem Gerberonis pag. 333 & Ivo Parte 15. Cap. 160. Porro ii tres bona fide censentes Epistolas illas circumferri solitas nomine Callisti, ac Gregorii Pontificum, & Isidori ad Massanum, esse germanas, Presbyteris occulte lapsis permiserunt, ut post dignos pœnitentiæ fructus redirent ad ministrandum Altari; quod certe primis, ac melioribus sæculis, saltem usque ad finem circiter octavi, nemini juxta sacros Canones concessum legitur, nisi in ea Synodo Ilerdensi, quæ solum Provincialis fuit, parum numerosa, & auctoritatis exiguæ.

EXCURSUS V.

Omne crimen, præsertim carnis, commissum post Baptismum, a tempore Apostolorum, sive secretum, sive publicum, impedimento perpetuo fuisse ad recipiendum sacros Ordines, & administrandum jam susceptos. Vestigatur, quænam ratio, aut caussa impulerit Patres Concilii Ilerdensis, ut aliquanto mitius se haberent erga Ministros Altaris lapsos. Memoranda historia juvenis gravissime lapsi, & post pœnitentiam reconciliati a Joanne Apostolo expenditur in eum scopum. Similiter & Epistola celebris Syricii Papæ ad Himerium Torraconensem.

67. IMprimis dicendum videtur, ab ipso Apostolorum tempore, aut circiter, moris in Ecclesia fuisse, neminem sacris Ordinibus initiari, qui post Baptismum receptum lapsus fuisset in aliquod crimen, clam, sive palam, saltem, aut præcipue ex tribus illis, quæ gravissima censebantur; ea vero erant, idololatria, homicidium, & fornicatio, seu mœchia. Idque satis aperte tradiderat Paullus in Epistola ad Titum Cap. 1. & prima ad Timotheum, Capite 3. ubi præcipit, constitui per Civitates tum Presbyteros, tum Episcopos, tum Diaconos, sine crimine. Immo & hoc posteriori loco agens nominatim de Diaconis, in quibus longe minor perfectio, sive pietas exigitur, quam in Presbyteris, & Episcopis, inquit: *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes; habentes mysterium in conscientia pura. Et hi probeatur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes*. Vides, qualiter in Diaconis requiratur, ut sint pudici, ut prædìti conscientia pura, ut denique, nullum crimen habentes. Quanto magis id exigetur in Presbyteris, & in Episcopis? Omne igitur crimen, præsertim impudicitiæ, sive carnis, juxta Apostolum, in hominibus jam baptizatis, erat impedimento ad sacrorum Ordinum receptionem. Quanto magis ad innoxiam administrationem ipsorum, qualem videntur eo loco concedere Patres Ilerdenses Canone v. citato.

68. Nec locus est restringendi verba Apostoli ad crimen publicum, sive aliis notum; cum ea limitatio sit prorsus voluntaria. Verba illa, *nullum crimen habentes*, omne prorsus crimen excludunt, sive publicum, sive occultum. Et præterea τὸ sine crimine, ita interpretatur S. Hieronymus agens de puritate ad sacros Ordines necessaria: *Non eo tantum tempore, quo ordinandus est, sine ullo sit crimine, & præteritas maculas nova conversatione diluerit; sed ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur*. Hoc autem æque fere militat in crimine occulto, ac publico, sive aliis noto; quoniam utriuslibet reus peccati conscientia mordetur.

69. Sed & Origenes ducentis circiter ante Hieronymum annis scribens adversus Celsum hæreticum, Lib 3. acloquens de iis, qui post Baptismum labuntur in peccatum carnis, & postea resipiscunt, inquit, eos ab Ecclesia recipi tanquam redivivos post longiorem melioris meriti approbationem, quam cum primum ad Religionem capessendam admissi fuerunt: *ea tamen conditione, ut quoniam lapsi sunt, excludantur in perpetuum ab omnibus Dignitatibus, & Magistratibus Ecclesiasticis*. Nec vero ullum ibi apparet vestigium distinguendi inter peccatum occultum, aut publicum. Sola illa caussalis assignatur, *quoniam lapsi sunt*. Similiter in Concilio Neocæsareensi celebrato anno Christi 314. sub S. Sylvestro Papa, & quinque sæculis postea confirmato a Leone IV. Dist. 20. Cap. *De libellis*, Canone 1. dicitur: πρεσβύτερος ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι· ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν. *Presbyter, si uxorem duxerit, Ordine suo moveatur. Si autem fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, penitus excludatur, & ad pœnitentiam deducatur*. Ubi nulla distinctio habetur de crimine ejusmodi, an sit occultum, nec ne.

70. Denique quicquid fere observatum fuit supra Excursu 1. & 111. videtur evincere, cuilibet crimini, præsertim carnis, commisso post Baptismum, & multo magis post Ordinem sacrum receptum, fuisse annexam iis sæculis irregularitatem perpetuam, sive impedimentum totale ministrandi in Ordine suscepto, sicut & recipiendi altiorem Ordinem; quemadmodum semper usque modo servatum fuit, & servatur adhuc, ut homicidæ, hæretici, ac simoniaci, ipso jure sint sint inhabiles ad recipiendum sacros Ordines, & administrandum jam receptos. Quod igitur hujusmodi crimina impedimentum semper induxerunt, & hodie inducunt, recipiendi, & administrandi sacros Ordines; illud ipsum inducebat olim crimen capitale carnis commissum post Baptismum, & multo magis post sacrum Ordinem susceptum. Idque palam constat ex plurimis Canonibus Conciliorum, non modo Hispaniæ, supra allegatis, sed etiam totius Ecclesiæ, saltem usque ad medium circiter sæculi sexti. Lege præsertim Sirmondum Tomo I. Conciliorum Galliæ ad A. C. 534. pag. 233. & seqq. ac Notas posthumas ipsius Tomo II. Collectionis Labbeanæ Conciliorum columna 1808. Unde S. Gregorius Magnus, qui quadraginta quatuor annis post Concilium Ilerdense celebratum electus fuit Summus Pontifex, eandem doctrinam tradidit tot locis superius exscriptis num. 15. & quinque sequentibus, nulla distinctione facta inter lapsum secretum, aut publicum.

71. Quapropter mirari subit, quomodo Patres Ilerdenses tribuerint Episcopis potestatem admittendi Clericos subito in peccatum carnis lapsos, ac digne pœnitentes, ad exercitium suorum Ordinum. Hoc ipsum miratur doctissimus Ludovicus Thomassinus, Tomo II. *De vetere, & nova Ecclesiæ disciplina*, Lib. 1. Cap. 57. §. 4. nullatenus in dubium vocans auctoritatem, sive γνησιότητα Canonis illius; sed tamen difficultatem intactam relinquens, in qua versamur. Quo, nimirum, fundamento, quanam traditione,

au-

auctoritate, aut ratione ducti Patres Ilerdenses, tam benigne se gesserint erga Clericos subito, & ex infirmitate in peccatum carnis lapsos, postquam digne pœnituerunt; cum tamen ea dispensatio, ac remissio videatur exorbitare a severitate disciplinæ Ecclesiasticæ iis sæculis ubique observata: *Hic Rhodus, hic saltus*. Utinam eximius ille Scriptor, qua præstat eruditione sacra, difficultatem hanc explicandam recepisset. Vide infra num. 91.

72. Dicet forte quispiam, doctrinam hanc fundamentum habuisse apud Eusebium Cæsareensem, Lib. 3. *Historiæ Ecclesiasticæ* Cap. 37. alias 20. ubi sermo est de illo juvene, qui a Joanne Apostolo baptizatus, immo & Chrismate sacro obsignatus, ac commissus curæ Episcopi Ephesini, deinde sceleratus evasit, & dux prædonum; postea autem mira pietate, ac lenitate ab eodem Apostolo receptus, ac Deo reconciliatus fuit. Quam narrationem, uti verissimam, memorat Eusebius ex Clemente Alexandrino, similiterque Cassianus Collat. 14. Cap. 21. Antiochus Monachus nobilis Scriptor tempore Zenonis Imperatoris Sermone 122. ubi & S. Irenæum allegat vicinum tempori Apostolorum, ac tandem Chrysostomus in Epistola ad Theodorum lapsum. Sic enim ait: *Quæ gesta sunt cum illo juvene, qui pridem Discipulus fuit Joannis illius filii Zebedæi, deinde longo tempore ducem egit latronum, iterum e manibus Beati Senis interceptus, qui in superiorem virtutem e lustro, e spelunca latronum penetravit, ipse non ignoras; nosti enim non minus, quam ego. Sæpe numero te mirantem audivi referre Beati Viri condescensum, & mansuetudinem, & suavitatem illius; quoniam prior cruentam dexteram* (nimirum sanguinarii juvenis) *exosculatus est, hærens in amplexu adolescentis, & eu via reduxit ad amissam virtutem*. Neque hoc solum asserunt plerique, sed ex verbis Eusebii colligi volunt nonnulli, Joannem Evangelistam insigni, ac mira pietate juvenem ipsum jam contritum, & vere pœnitentem, præfecisse ministerio Ecclesiæ. Quasi ante lapsum recepisset Ordines, & post lapsum, facta pœnitentia, ea benignitate Apostoli illorum exercitium recuperasset.

73. Certe si ita esset, potuissent forte Patres Ilerdenses eo exemplo ducti benigne se habere cum Clericis subito, & ex fragilitate lapsis, ut præmissa cordis, & corporis contritione, dignaque pœnitentia, redirent ad ministerium Altaris. Verum ut observavit Vir doctissimus Valesius in Notis ad Historiam Eusebii pag. 32. ex illius verbis non colligitur quod Apostolus juvenem illum ministerio Ecclesiæ præfecerit, sed solum quod Ecclesiæ restituerit. Nimirum quod in eo legitur: ἀποκατέστησε τῇ Ἐκκλησίᾳ, idem est ac, *Restituit Ecclesiæ*. Quare extra rem usurpabitur locus ille, ut Episcopi, Successores Apostolorum, Clericos lapsos in crimen carnis, etiam post dignam pœnitentiam cordis, & corporis, admittere possint, seu restituere ad servitium Altaris, sive ministerium Ecclesiæ in Ordinibus antea susceptis, prout volunt PP. Ilerdenses in allegato Canone.

74. Verius itaque existimo, Patres Ilerdenses in Concilio suo solum Provinciali, eoque parum numeroso, & cui non legimus intervenisse quempiam Episcopum doctrina, aut sanctitate insignem, privata opinione sua, & præter, aut contra sententiam aliorum communem, ac praxin disciplinæ Ecclesiasticæ, indulsisse Ministris Altaris in peccatum carnale subito, & ex fragilitate lapsis, ut post actam digne pœnitentiam, juxta Episcopi judicium, redirent ad exercitium sui Ordinis. Nimirum sæpenumero contigit, ut in Synodis, tum Diœcesanis, tum Provincialibus, privata Patrum opinione decernerentur nonnulla exorbitantia a sensu, aut praxi communi aliorum; ut pluribus exemplis ostendi posset, & eruditus quisque in materia Conciliorum deprehendet.

75. Sed propius accedendo ad rem, in qua versamur, forsan invenire liceat aliquid simile centum retro aut circiter annis ante Concilium hoc, tempore S. Prosperi. Ipse enim Lib. secundo, *De vita contemplativa*, sive Julianus Pomerius, judicio Sirmondi, & aliorum, videtur indicare, eo ævo in Provincia sua nonnullis Clericis occulte lapsis, & digne pœnitentibus, ac sponte recedentibus ab Altaris ministerio, spem fuisse restitutionis ad gradum amissum. Nimirum id denotant verba illa Prosperi: *Qui nescientibus aliis, quales occulti sunt, ipsi in se voluntariæ excommunicationis sententiam ferunt, & ab Altari, cui ministrabant, non animo, sed officio separantur, eos certam spem habere, quod reconciliato sibi efficacis pœnitentiæ fructibus Deo, non solum amissa recipient, sed etiam Cives supernæ Civitatis effecti, ad gaudia sempiterna pervenient*. Nihil itaque mirum, si centum annis postea Patres Ilerdenses in simili casu eodem modo opinarentur.

76. Sed enim tam illi Clerici occulte lapsi tempore S. Prosperi, quam hi Patres Ilerdenses, videntur errasse in ea opinione adeo contraria sacris Canonibus supra indicatis, qui Clericis in carnis peccatum lapsis omnem spem restitutionis ad Ordinem sacrum exercendum præcludunt.

77. Verosimilius forte inniti potuissent exemplo Syricii Papæ, qui in Epistola illa celebri ad Himerium Episcopum Tarraconensem, jam a nobis supra edita permisit quibusdam Presbyteris, & Diaconis incontinentibus, per ignorantiam transgressis sacros Canones, ut permanerent caste, & pie in Ordine jam suscepto. Huc enim spectant verba illa Syricii Cap. 7. ejus Epistolæ ad Himerium: *Quia aliquanti, de quibus loquimur, ut tua Sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se deflent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseverent, si tamen post hæc continentes se studuerint exhibere*.

78. Verum dispar ratio est Syricii, & Patrum Ilerdensium. Ille enim tanquam Summus Ecclesiæ Pontifex, & Christi Vicarius potuit ex justa causa & valde urgenti (qualis tunc videtur occurrisse) dispensare in Canonibus

nibus sacris quoad eam partem; quod tamen non potuerunt facere interiores Prælati Ilerdenses. Sic certe idem Syricius eo loco Cap. 15. dispensat *solius pietatis intuitu*, cum pluribus aliis per ignorationem ordinatis indebite, ut permaneant in eo gradu, dicens: *Quicumque pœnitens, quicumque viduæ maritus, ad sacram militiam, indebite, & incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si, adempta sibi omni spe promotionis, in hoc quo invenitur Ordine, perpetua stabilitate permaneat.*

79. Statim vero, ne talis, & tanta ingentia transeat in exemplum, & perniciem Ecclesiæ, addit Syricius: *Sciant postea omnium Provinciarum Summi Antistites* (nimirum Metropolitani, qualis erat Himerius Tarraconensis) *quod si ultra ad sacros Ordines quemquam de talibus crediderint assumendum; & de suo, & de eorum statu, quos contra Canones, & interdicta provexerint, congruam ab Apostolica Sede promendam esse sententiam*. Itaque ita dispensat Syricius Papa in iis impedimentis ex urgenti causa, ut tamen declaret, standum esse omnino sacris Canonibus de cætero, nec Metropolitanos quidem posse impune ab iis deviare. Unde patet, Patres Ilerdenses centum quinquaginta circiter annis postea congregatos, intra eandem Metropolim Tarraconensem non potuisse dispensare cum Clericis incontinentibus, aut qualitercumque impeditis per sacros Canones, ut permanerent in ministerio Ordinis antea suscepti.

80. Credo itaque, cæteros Hispaniæ, immo & totius Ecclesiæ Catholicæ Episcopos longe aliter judicasse in ea parte, & se gessisse juxta severitatem præscriptam Canonibus sacris. Sed & speciatim Episcopi Hispaniæ, ne declinarent in laxitatem ullam cum Clericis in carnis peccatum lapsis, nec illos restituerent Altari post pœnitentiam factam, admonebantur satis Pontificum Romanorum Epistolis ad Hispaniam missis; qualis fuit imprimis illa ipsa Syricii, ubi præterea ait: *Sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum; ita & post pœnitudinem, ac reconciliationem nulli unquam laico liceat Ordinem Clericatus adipisci; quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati; nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.* Hæc autem ratio vim habet in omnibus lapsis in peccatum carnis, qualitercumque de iis dignam pœnitentiam egissent, sive privatim, sive publice. Prohibentur enim sacris Canonibus recipere Sacerdotium, sive ad illius exercitium redire, non ratione ipsius pœnitentiæ, quæ Deo placet, & media, qua fuerunt *omnium peccatorum contagione mundati*; sed ratione criminis, præsertim carnalis antea commissi. Itaque Patres Ilerdenses satis monebantur iis verbis Syricii Papæ, ne adeo indulgenter se gererent cum Ministris Altaris ex fragilitate lapsis, & vere pœnitentibus. Censuit enim Pontifex ille non satis esse quod per veram pœnitentiam in Dei gratiam rediissent, essentque jam mundi *ab omnium peccatorum contagione*; nisi & præterea in honorem sacri ministerii, quod indigne tractarunt, de cætero ab ipsius exercitio abstinerent. Et quamvis ipse cum aliquibus dispensaret ex urgenti causa, & necessitate publica (uti credere par est, & supra indicavimus) veluti Vicarius Christi, & ex plenitudine potestatis; non propterea id licuit Episcopis Ilerdæ congregatis, nec Metropolitano ipsorum, vel cujuspiam alterius Provinciæ, ut idem Syricius generatim edicit.

EXCURSUS VI.

Condescensionem, sive dispensationem illam Patrum Concilii Ilerdensis, Cap. V. ut Ministri Altaris carnaliter lapsi, & postea digne pœnitentes, possent persistere in gradu antea suscepto, solum de lapsu occulto fuisse ab iis intellectam, non de publico, sive aliis noto. Nec Ecclesiam in Conciliis, nec Sedem Apostolicam in Epistolis Decretalibus inveniri, saltem decem primis saeculis, dispensasse, ut Clerici palam, aut publice lapsi in peccatum carnis, restituantur Ordini sacro, vel sinantur illum recipere, aut promoveri, adhuc post pœnitentiam factam.

81. Verum ne forte quisquam existimet, Patres Concilii Ilerdensis in Canone illo v. superius expenso exorbitasse ultra omnem modum, aut plus justo illos temeritatis, & audaciæ insimulet, placuit hoc loco resumere eorum verba: *Hi, qui Altario Dei deserviunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente digne pœnitaerint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ Corpore segregare; ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterata, velut canes, ad vomitum reversi fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.*

82. Hæc ibi (quæ omnia pariter leguntur in Pœnitentiali Rabani Mauri, Cap. 1. circa finem, tribuunturque Concilio eidem Ilerdensi, & Capiti v.) accipi, & plene intelligi possunt de lapsu carnis occulto. Agitur enim de iis, qui *subito*, idest, repentina quadam occasione, aut raro impulsu tentationis cujuspiam stimulati, *in flenda carnis fragilitate corruerint*; flenda, idest, plandu, aut compassione digna; non autem ex prava consuetudine, aut habitu vitioso. Ac propterea lapsus illorum, & conversio non obscure comparatur lapsui repentino, & eitæ conversioni Petri Apostoli verbis illis: *Et Domino respiciente digne pœnituerint*. Alluditur enim ad illa notissima: *Conversus Dominus respexit Petrum*. Cumque peccatum incontinentiæ momentaneæ lucem fugiat,

giat, tenebras amet, & semper in occulto fiat; credendum est, Canonem hunc agere de solo ejusmodi peccato, quod proinde Episcopo per humilem, & secretam confessionem manifestatum fuit.

83. Insuper sermo est de illo incontinentiæ peccato, ob cujus remissionem Clericus nondum interposuit actionem pœnitentiæ, nec petiit admitti in gradum aliquem, sive classem pœnitentium secundum Canones. Sic enim se incapacem reddidisset exercendi postea sacrum Ordinem ob publicam illam, & solennem notam semel contractam in eo statu, ut monuimus num. 80. præsertim ex Epistola Syricii Papæ ad Himerium Tarraconensem, & habetur palam in pluribus Conciliorum Canonibus, atque Epistolis Decretalibus. Itaque Canon hic solum agit de illo peccato quod subito commissum, statim secuta fuit amaritudo pœnitentiæ privatæ, cum afflictione corporis, & sacrificio cordis contriti coram Domino. Totum id autem, etiam adjuncta confessione soli Sacerdoti, sive Episcopo facta, manet intra limites peccati occulti, & nullam infamiam afferentis.

84. In eo igitur miserando casu volunt Patres Ilerdenses, Episcopum rationem habere ejus pœnitentiæ, quam exhibet Clericus lapsus subito in prædictum incontinentiæ crimen. Si viderit, si expertus fuerit illum digne pœnituisse, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerat, poterit cum eo veraciter afflicto mitius se gerere, ut non diu suspensus maneat a ministerio Altaris. Quod si vero illum viderit desidiosum, aut minus digne pœnitentem, sit in ejus potestate, ita lapsum *prolixiore tempore ab Ecclesiæ Corpore segregare*. Itaque vigore Canonis illius poterat Episcopus, seu potius censebatur posse, occulte lapsum Altaris ministerio restituere, tanto citius, aut tardius, quanto majori, aut minori pœnitentiæ afflictione, sive contritione cordis, & corporis, unusquisque se dignum venia constituisset.

85. Idipsum fere statutum invenio in illo alio Canone, sive capite supra indicato Concilii pariter Ilerdensis (sive hujus, sive alterius (apud Loaisam, ubi postquam sermo fuerat de Clericis sacrorum Ordinem, *qui deprehensi, vel capti fuerint fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus*, imposita ipsis perpetua depositione a gradu proprio, ut ibidem vidimus; subditur statim de iis, qui occulte peccarunt, & confessi sunt secreto: *Qui autem de prædictis viris per occultam confessionem mala a se abscونse commissa coram oculis Dei, præsente etiam Sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse accusant; si veraciter pœnituerint, & se per jejunia, eleemosynas, vigiliasque, atque sacras orationes cum lacrymis purgare certaverint; his etiam, gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.*

86. Hæc ibi, in quibus promittitur venia, *gradu servato*, Sacerdotibus graviter lapsis, sed tamen occulte confitentibus mala a se *absconse commissa*, & dignos pœnitentiæ fructus facientibus. Verum imprimis ea doctrina, & condescensio non traditur Synodice a toto eo Concilio Ilerdensi, qualecumque fuerit, & quovis tempore celebratum sit. Solum itaque traditur ab uno Patrum ibi congregatorum, idque sub dubio aliquo; ut palam denotant illa ipsius verba, *ut mihi videtur, &c.* Non ea a tota Synodo, qualiscumque fuerit, dicta intelligas; sed a quopiam Patrum inibi adstantium suam opinionem exponente, satis exoticam in eo, quod indulget, & minime cuhærentem Canonibus sacris.

87. Eodem stylo suum circa hanc rem sensum profert in quodam Concilio Toletano incerti temporis, jam supra citato num. 63. Anonymus ille, qui dixit: *De Viris ordinatis, quorum occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti pro peccatis suis confessionem Episcopo, sive Presbytero occulte faciant; bonum mihi videtur, ut secundum id, quod sibi decretum fuerit ob Episcopo, sive Presbytero, pœnitentiam agant; non tepide, nec tarde, sed ferventer, & sollicite; ac sic se veniam peccatorum a Domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.* Ubi loquitur, non totum Concilium, sed unus aliquis Patrum, opinando, quod palam denotant verba illa: *Bonum mihi videtur*. Denique nec constat, ibi sermonem esse de peccato carnis. De quocumque autem scelere intelligendum sit, certe de occulto agitur, & de quo ordinati, sive Clerici, *a nullo manifeste argui possunt*. Constat itaque, eam Canonum relaxationem, & restitutionem ad exercitium Ordinum post lapsum, non fuisse factam a Concilio, sed ab uno aliquo Patrum, idque solum in casu peccati occulti, non autem publici.

88. Certe S. Hormisda Pontifex Epistola xxv. ad Episcopos Hispaniæ, quam etiam exhibuimus suo loco, tam ordinatos, quam ordinandos Sacerdotes, *irrepræhensibiles* esse vult, ac proinde immunes ab omni crimine, tam publico, quam secreto. Quapropter ibidem ita loquitur: *Edicendum credidi........ at in Sacerdotibus ordinandis, quæ sunt a Patribus præscripta, & definita cogitetis; quia sicut est Caput Ecclesiæ Christus, Christi autem Vicarii Sacerdotes; sic & in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis, nec quicquid illi deesse personæ, penes quam est Religionis summa, & substantia disciplinæ.*

89. Ac post plura alia lectu pulcherrima concludit de Sacerdotibus palam lapsis, quamvis pœnitentibus: *Nec tantum de laicis consecrari inhibemus, sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum* (nimirum, ad Sacerdotium) *profanus temerator adspiret. Satis illi postulanti sit venia. Quo conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis enim, quem paullo ante vidit jacentem, veneretur Antistitem? Præferens miserandi criminis labem, non habet lucidam Sacerdotii dignitatem.* Quæ omnia

non de Episcopis solum, sed etiam de Presbyteris proportionali modo intelligi debere, patet ex contextu, & eisdem fere rationibus. Vide præterea ejusdem Hormisdæ Decretum 1. eodem spectans, satis memorabile in Collectione Labbei Tomo IV. pag. 1556.

90. Nimirum spiritus Ecclesiæ ab Apostolo indicatus verbis supra num. 67. allegatis, atque in tot Conciliis, Canonibus, & Epistolis Pontificum Decretalibus expressus semper fuit, ut quicumque ordinati sunt, aut jam ordinati fuerunt, irreprehensibiles sint, pudici, ac præterea nullum crimen habentes, & insuper *habentes mysterium in conscientia pura*. Nec in iis testimoniis, aut innumeris aliis SS. Patrum, quotquot scripsere usque ad finem sæculi octavi, apparebit facile distinctio criminum, præsertim carnis, occultorum a publicis, ut sola hæc, non illa, impediant receptionem sacrorum Ordinum, aut jam receptorum administrationem. Sicuti enim omnibus sæculis Eræ Christianæ homicidium voluntarium, idololatria, ac simonia in Ordine, & Beneficio, & nonnulla alia gravissima crimina, sive publice, sive secreto commissa, afferunt impedimentum perpetuum recipiendi Ordines sacros, & administrandi receptos, idque usque modo observatur in tota Ecclesia; ita etiam quodlibet crimen carnale (quod in Conciliis modo *fornicatio*, modo *moechia*, modo *lapsus carnis* dicitur) sive publicum, sive prorsus occultum, commissum post Baptismum, afferebat perpetuum impedimentum Ordinis sacri recipiendi, & administrandi receptum. Quod omnibus eruditis notissimum est, & passim observant, post antiquos Collectores, Sirmondus, Morinus, Thomassinus, Merbesius, & plures alii.

91. Verum id discriminis est inter administrationem Ordinis sacri jam recepti, & receptionem, seu promotionem ad illum recipiendum; quod in Concilio illo Provinciali Ilerdensi celebratum circa medium sæculi VI. Capite 5. *Si Clerici subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & c., Domino respiciente, digne pœnituerint &c. maneat in potestate Pontificis* (nimirum Episcopi) *vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ Corpore separare*. Itaque censuerunt ii Patres, præter, aut contra communem aliorum sensum, & doctrinam sacrorum Canonum, posse Episcopos in iis circumstantiis dignorum occultæ pœnitentiæ fructuum indulgere Ministris Altaris ex fragilitate lapsis, ut redirent ad ministerium Ordinis jam recepti. Cæterum non propterea indulserunt promotionem ad ministerium, sive officium sublimius, aut Ordinem altiorem; ideoque addunt: *Ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri*. Nimirum, non sunt ausi contra totius Ecclesiæ disciplinam, & praxin permittere, ut ii adhuc post dignam pœnitentiam admitterentur ad recipiendum aliud sublimius ministerium, sive altiorem Ordinem.

92. Immo nec tribus sæculis postea, nimirum post medium octavi, quando primum apparere cœperunt spuriæ illæ, aut saltem interpolatæ Epistolæ, nomine S. Callisti, & Gregorii Magni ad Secundinum, quarum supra Excursu III. late meminimus, distinguentes inter peccata carnis occulta, & non occulta, nemini in mentem venit, ut occulte lapsis, adhuc post confessionem secretam, adhuc pœnitentiam, liceret promotio ad sacros Ordines, sive ascensus ad sublimiores; sed summum administratio Ordinis jam suscepti. Unde Rhabanus Maurus, qui inclinante jam sæculo nono florebat, in Pœnitentiali suo initio Capitis primi allegans verba illa supra num. 58. exscripta nomine cujuspiam alterius Concilii Ilerdensis, incerto tempore celebrati, nec verbum affert de ascensu, aut promotione permittenda, sed solum de indulgendo ministerio Ordinis jam suscepti. Sive enim lapsus in peccatum carnis fuisset occultus, sive non, nemo ausus invenitur, saltem iis primis novem sæculis, scribere, aut docere, quod ita lapsi possent promoveri, sive admitti ad quemquam sacrum Ordinem recipiendum.

93. Neque hoc nobis mirum videri debet, cum adhuc usque ad hodiernum diem nemo inveniatur docuisse, licite promoveri posse, aut recipere sacrum Ordinem, homines illos, qui clam, aut palam commiserunt homicidium voluntarium, simoniam in Ordine, aut Beneficio, hæresin, & alia hujusmodi crimina irregularitatis pœnam afferentia. Potius mirandum est, quod Patres Ilerdenses, circa medium sæculi sexti, & longe postea alii sæculo nono, delusi spuriis illis Epistolis, seu potius centonibus iis assutis impia cujuspiam veteratoris manu indulserint Clericis occulte lapsis in peccatum carnis, & digne pœnitentibus exercitium Ordinis jam suscepti. Etenim juxta sacros Canones peccata homicidii, idololatriæ, simoniæ, & incontinentiæ carnalis, æque impediebant receptionem Ordinis, ac usum illius jam recepti. Qua igitur ratione, quo fundamento nonnulli ausi sunt permittere solis carnaliter lapsis usum recepti Ordinis semper, & ubique prohibitum homicidis, idololatris, & aliis similibus? Nullo certe fundamento rationabili eam distinctionem fecisse, aut tam diversimodi se gessisse inveniuntur.

94. Verum quicquid sit de distinctionibus iis inter receptionem Ordinis, & administrationem illius jam recepti, similiterque inter peccata carnis occulta, & publica, semper id illibatum mansit, saltem decem sæculis, tam in Hispania, quam extra illam, quod adhuc sæculo nono inclinante legebatur in memorata Collectione Rhabani Mauri ex quodam alio Concilio Ilerdensi incerti temporis, cohærenter ad sacros Canones, & disciplinam totius antiquitatis Christianæ: *Ut ii, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus, secundum sacrorum Canonum Statuta a gradu proprio deponantur; quia est scandalum populo Dei tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosos constat esse. Nempe inde detrahuntur homines a Sacrificio Dei, sicut quondam filiis Heli peccantibus fecisse legun-*

leguntur; & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt. Quæ rationes videntur prorsus urgere, adhuc inspecto solo Jure naturali, & Divino; ut proinde saltem primis decem sæculis nunquam cum aliquo eorum publice lapsorum, adhuc post dignam pœnitentiam, legamus fuisse dispensatum, ut Ordines reciperet, vel jam receptos administraret. Lege Sirmondum Tomo 1. in Concilia Galliæ, pag. 233. & seqq.

EXCURSUS VII.

Nonnullis insuper illustribus testimoniis comprobatur eadem severitas Ecclesiæ, tum Universalis, tum Gallicanæ, & Hispanicæ, ab ineunte sæculo sexto usque ad finem decimi saltem, ne quisquam post sacrum Ordinem lapsus in peccatum carnis, quamvis dignæ pœnitens, restitueretur ministerio suo, vel sineretur ascendere ad gradum Ecclesiæ superiorem. Eandem disciplinam perdurasse in Hispania adhuc sub tyrannide Sarracenorum.

95. Sed ut multa, aut potiora eorum, quæ præmisimus, liceat veluti uno intuitu perspicere, placuit exhibere præclarum quoddam testimonium S. Cæsarii Episcopi Arelatensis. In eo proponit Canones, quos ipsi miserat Joannes II. Papa, & præterea plures alios a se excerptos e Synodis Gallicanis: atque utrorumque observantiam urget circa Clericos in peccatum carnis lapsos dicens: *Ecce manifestissime constat, quia secundum quod, & vitali antiquorum Patrum a S. Joanne Papa, transmissi, & trecentorum decem & octo Episcoporum sententia, sed & Canones Gallicani continere videntur, Clerici in adulterio deprehensi, aut ipsi confessi, aut ab aliis revicti, ad honorem redire non possunt. Et quia forte non deerunt, quibus pro nimia pietate supra scripta sanctorum Patrum severitas minime placeat. sciant, se, & trecentorum decem & octo Episcoporum præcepta, & sancti Papæ auctoritatem, & illorum Pontificum, qui ordinantibus CCCXVIII. Episcopis, reliquos Canones statuerunt, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte major in illis est pietas, quam in supradictis 318. Episc. major in illis misericordia, quam in Sancto Joanne Apostolico Papa, major charitas, quam in reliquis Sanctis Sacerdotibus, qui hoc pro exemplo, vel remedio Ecclesiarum fuit definitionibus deliberaverunt. Et ideo aut plena voluntate præcepti illorum consentiant, aut si non fecerint, omnibus se contrarios, & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista inimica benignitas, palpare criminosos, & vulnera eorum usque ad diem judicii incurata servare? Quod si etiam durissimam eos pœnitentiam per plures annos agere videremus, sic nos ipsi, & saluti eorum consulere, & Canonum deberemus statuta servare.* Praelata hac sunt adversus quosdam lapsorum excusatores imprudentes, vana quadam specie pietatis delusos, quorum imitatores paullo postea videntur fuisse in Hispania Patres Concilii Ilerdensis Canone v. sæpe citato, qui tribus post obitum ejusdem S. Cæsarii annis conditus in Hispania Tarraconensi fuit.

96. Et post pauca: *Ideo diligentius perpendite, si aut potest, aut debet fieri, ut tantorum, ac talium, quos supra memoravimus, Sacerdotum Canones contemnentes, aliter quam illi statuerunt, observare, vel agere præsumamus. Præcipue si cum illorum CCCXVIII. Episcopor. qui per omnes Ecclesias Concilia fieri præceperunt, tam sancta Decreta negligimus, non solum illos despicimus, sed (sicut jam supra dictum est) & Africanos Pontifices, & omnes reliquos, qui ipsis ordinantibus, per totum mundum pro Ecclesiastica disciplina aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnemus. Ego me in hoc periculo mittere minime audeo: quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsumam; nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos ac tam Sanctos Sacerdotes, qui Canones statuerunt, caussas dicere possim.* Sunt nunc, qui nullam rationem habere videntur Sanctorum Patrum, dum Canones ipsorum, Spiritu Dei conditos, ut ait S. Leo. & totius mundi reverentia consecratos, nec observare, nec attendere, nec legere quidem volunt.

97. Ulterius citat Epistolam Fausti Episcopi [illegible]atensis: *Perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium vult exercere mariti. Cum hæc ita sint, qua conscientia quis dicere poterit, quod ille qui adulterium commiserit, iterum ad honorem redire possit?* Eadem vero fere ratio est de fornicatione qualibet; cum Concilia, & sacri Canones in superioribus allegati, pluresque alii, eandem pœnam depositionis indicant Clericis, sive Sacerdotibus fornicatoribus, ac mœchis.

98. Et paullo post: *Propter regulam* (inquit) *Ecclesiasticam, & propter antiquorum Patrum statuta (quæ absit a nobis, aut reprehendere, aut discutere audeamus) eum quem credimus ad vitam æternam post actam pœnitentiam venire, ad honorem Clericatus secundum tantorum Patrum præcepta novimus non debere reverti, in tantum ut in Canonibus scriptum sit, ut nullus unquam pœnitens Clericus ordinetur.* Quasi diceret Cæsarius, Ecclesiam nolle permittere ministerium sacri Altaris Clericis lapsis, adhuc postquam per pœnitentiam congruam se vita æterna dignos, & Cælo maturos reddiderunt.

99. *Et si ille* (prosequitur S. Cæsarius) *qui ultro petit pœnitentiam, quamvis perfecte agat, non potest, aut Episcopus, aut Presbyter ordinari; ita ut si per ignorantiam, ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, dejiciatur; ille qui invitus ad pœnitentiam agendam in Monasterium mittitur, & utique qui aliud quam pœnitens dicendus est, qua conscientia ad Sacerdotium redire permittitur?*

100. Denique eandem doctrinam consignat hac clave aurea: *Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem Sedis Apostolicæ, aut contra CCCXVIII. Episcoporum præcepta, vel reliquorum Canonum statuta objiciat; quia quicquid contra illorum definitio-*

nem, in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse dubito. Hucusque S. Cæsarius, qui Episcopatum Arelatensem Galliarum rexit plusquam quadraginta annis, ab initio circiter sæculi sexti usque ad quadragesimum tertium ejusdem annum, in quo obiit die 27. Augusti. Unde obiter rejicitur opinio aliorum post Cardinalem Bellarminum arbitrantium, S. Cæsarium obiisse anno DXXIX. Lege Labbeum in Dissert. Histor. *De Scriptorib.* verbo *S. Cæsarius*.

101. Idem vero Pontifex Joannes II. qui prædictos Canones ad eundem S. Cæsarium misit, juxta illorum præscriptum egit cum Contumelioso Episcopo, quem deposuit, in Epistola secunda ad Episcopos Galliarum, dicens: *Innotuit nobis a Fraternitate vestra missa relatio, in qua Contumeliosus multis legitur criminibus involutus. Et quia hujusmodi persona sacris non potest inhærere mysteriis, ab hodierno vel officio eam nostra censet removeri auctoritas, ut in Monasterio constitutus, delicti veniam a Domino petere non omittat. Nihil est enim impossibile ejus clementiæ, quæ potest cuncta relaxare, quæ facta sunt*. Hæc ille anno 534. mense Aprili.

102. Similiter se gessisse S. Gregorium Magnum, qui postea ab anno 590. usque ad 604. Pontifex fuit, patet ex illustribus ipsius testimoniis supra exscriptis toto Excursu III. Ejusdem tempore, anno 597 Christi, Reccaredi autem in Hispania regnantis XII. gravissime commendata fuit Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum castitas, sub pœna depositionis perpetuæ, ac pœnitentiæ intra Claustra alicujus Monasterii. Canonis verba lege supra num. 12.

103. De S. Isidoro, qui ab anno circiter 600. fuit Præsul Ecclesiæ Hispalensis usque ad annum 636. in quo humana posuit die quarta Aprilis, satis supra constitit a num. 45. qualiter eandem doctrinam tradiderit, & in usum functionemque deduxerit. Ipso etiam Isidoro Præside celebratum fuit Concilium Toletanum IV. anno Christi 633. In cujus Canone 19. inscripto: *De ordinatione Episcopi*, & 21. *De castitate Sacerdotum*, tam graviter & severe indicitur puritas corporis, & animi ad recipiendum sacros Ordines, & exercendum receptos. Vide verba præcipue utriusque ejus Canonis supra num. 13. & 14.

104. In decursu ejusdem sæculi septimi circa medium, S. Martinus Papa & Martyr in Epistola ad Amandum Episcopum Trajectensem ita illum hortatur ad severitatem cum Clericis lapsis, & ad permanendum in regimine ejus Ecclesiæ, quam deserere cogitabat: *Propterea nullatenus in hujusmodi peccato delinquentibus ad destructionem Canonum compassionem exhibeat. Nam qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumque gradum Sacerdotii poterit adipisci; sed sufficiat ei lamentationibus, fletibusque assiduis, quousque advixerit, in eadem pœnitentia perdurare, ut commissum delictum Divina gratia extinguere valeat. Si enim tales quærimus ad sacros Ordines promovendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat, quanto magis si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prævaricationis peccato deprehendatur obnoxius omnino prohibendus est cum manibus lutulentis, atque pollutis mysteriam nostræ salutis tractare? Sitque hujusmodi semper juxta sacrorum Canonum statuta in hac vita depositus, at ab illo, qui mentis interiora scrutatur, nullumque de omnibus errare cognoscet, dum adspexerit sinceram pœnitentiam ejus, in terribili judicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur tuam charitatem, exemplo ejus, qui pro nobis pati, & mori voluit, promptos vos in cunctis ejus servitiis permanere*. Hæc ille Sanctus Pontifex, mediante circiter sæculo septimo, ac decem plus minus annis ante hoc Concilium X. Toletanum. Similiter in Concilio Toletano VIII. Can. IV. V. & VI. adversus Episcopos, Presbyteros, & Subdiaconos incontinentes, severissime cautum fuit.

105. Sed & postea in sequentibus Hispaniæ Conciliis cernere est eandem curam, & zelum, ne sacris Ordinibus initiarentur, vel eos exercerent, nisi mundi corde, ac corpore, & alieni prorsus ab omni contagione, ac suspicione peccatorum carnalium. In eum scopum spectant Concilia intra Hispaniam celebrata post illud usque ad finem ejusdem sæculi septimi, veluti Bracarense III. Can. V. Toletanum XII. Canone X. ac tandem Toletanum XVI. (quod anno Christi 693. habitum fuit) Canone III. edito adversus omnes illos, præsertim Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, qui nefarium aliquod crimen contra naturam comiserint, ut quilibet eorum *de proprii honoris gradu dejectus, perpetui exilii maneat damnatione perculsus*. Sed de hoc redibit sermo infra in Notis ad eundem Canonem III. Concilii Toletani XVI.

106. Porro eadem disciplina videtur perdurasse in Hispania ab initio sæculi octavi, etiam sub tyrannide Sarracenorum (qui in eam irruperunt anno plus minus septingentesimo decimo quarto) usque ad annum millesimum saltem. Cum enim tot Canonibus Ecclesiæ Catholicæ, tot Conciliis omnium nationum, & nominatim Hispanicis, statutum fuisset, atque usu ipso confirmatum, ne quis post Baptismum lapsus in crimen carnale, sicuti & in homicidium, aut idololatriam, sive simoniam, acciperet Ordinem sacrum, vel post illum acceptum lapsus restitueretur ministerio Altaris, sive ad Ordinem sublimiorem ascenderet; censendum est, Ecclesiam Hispanicam retinuisse eandem disciplinam, quamdiu sub Sarracenorum jugo fuit. Quemadmodum enim adhuc iis asperrimis temporibus, & sub adeo crebris infidelium persecutionibus, infracto animo retinuit Catholicam Fidem (quod abunde testantur monumenta sacra illorum temporum, præsertim consignata in scriptis S. Eulogii, & illustrata Notis doctissimi ac piissimi Ambrosii de Morales) ita etiam antiquam illam, & severam Canonum disciplinam retinuisse censenda est. Nec aliud colligi posse videtur præterea ex tot monumentis illorum sæculorum contentis in hoc Opere ab anno 714. usque ad 1000.

Nec

107. Nec mirum, si postremis sæculis primæ chiliadis Christianæ annorum Hispanica Ecclesia pariter in disciplina Clericali, ac in vera Fide, sequeretur Catholicam Romanam. Hæc quippe in observantia antiquorum Canonum eisdem sæculis permansisse invenitur, quoad lapsos post Baptismum in crimen aliquod capitale idololatriæ, homicidii, & fornicationis, ne unquam Ordinibus sacris initiarentur; sicuti & ne post illos recaptos lapsi, restituerentur, aut promoverentur ad altiorem gradum. Ad summum sæculo nono, aut decimo irrepere potuit in quibusdam Hispaniæ locis, ac fortasse etiam in nonnullis aliis, ut quibusdam in carnsle crimen occulte lapsis concederetur post dignam pœnitentiam restitutio ad exercitium Ordinis jam recepti, juxta Canones illos Ilerdenses, & alium Toletanum incerti temporis, supca espensos toto fere Excursu VI. non autem post crimen carnale publicum, quantalibet pœnitentia expiatum. Illud enim toto præcedente millenario annorum semper impedimento fuit restitutioni ad exercitium sacri Ordinis, & promotioni ad sublimiorem Ordinem, immo & sæculis aliquot posterioribus, saltem nisi ex gravissima aliqua, & urgentissima caussa Romanus Pontifex dispensaret. Sine ejusmodi dispensatione autem si qui in officio manserunt, aut ulterius promoti sunt, id de facto, & non attento jure contigit; utpote contra Decreta plurima Sedis Apostolicæ contra Concilia, & Canones *Dei Spiritu conditos, & totius mundi reverentia consecratos*, ut loquitur S. Leo Papa. Sed de hoc ulterius Excursu sequenti.

108. Opponet forte quispiam ex Synodo Quini-sexta Canonem 21. inter Trullanos, ubi dicitur: *Qui Canonice quorundam criminum rei facti, & propterea perfectæ, ac perpetuæ depositioni subjecti, in laicorum locum detrusi sunt, siquidem ad conversionem sua sponte respicientes, peccatum deflent propter quod a gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos efficiunt, Clerici habitu tondeantur.* Videntur enim eo loco restitui Clerici antea lapsi, si postea dignam egerint pœnitentiam. Verum facile respondetur, restitutionem ejusmodi non fuisse factam ad Ordines sacros, sed dumtaxat ad Tonsuram, & habitum Clericalem, quod tantum indicant verba illa in textu Græco: τῷ δὲ κλήρῳ κουρίσθωσαν σχήματι, id est: *Clerici habitu tondeantur.* Hoc enim iis indulgetur ob spontaneam pœnitentiam. Nam de iis, qui illam inviti agunt, illico dicitur: καθάπερ οἱ λαϊκοὶ ἐπιτρεφέτωσαν τὴν κόμην. *Sicut laici nutriant comam.* Itaque ii omnino repelluntur a Clero; illi vero relinquuntur intra illum, verum in infimo gradu. Forsan vero in illo Canone V. Concilii Ilerdensis toties citato, Ministris iis, *qui in Altario serviunt*, id est, Diaconis, aut Subdiaconis, dumtaxat concessa fuit eadem restitutio, ut postquam dignam pœnitentiam egissent, in Tonsura, & habitu permanerent.

EXCURSUS VIII.

Qualiter a sæculo undecimo prævaluerit doctrina illa orta ex Epistolis, seu centonibus adscriptis Callisto, & Gregorio Pontificibus Romanis, circa Clericos occulte lapsos in peccatum carnis, ut post dignam pœnitentiam sinantur redire ad ministerium Ordinis jam recepti. Porro gravissimum Cardinalem Petrum Damianum acriter pugnasse pro Canonibus sacris contra incontinentiam Clericorum. Exscribitur ad longum memorabilis sententia S. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis consulti circa eam quæstionem.

109. Mirum est, quantum nocuerint Epistolæ illæ interpolatæ, aut spuriæ, Callisto I. ad Episcopos Galliarum, & Gregorio Magno ad Secundinum, adscriptæ, quarum supra meminimus, præsertim Excursu III. Cum enim disciplina severior hactenus explanata de Clericis lapsis in peccatum carnis nullatenus restituendis, constanter, & ubique fere observata fuisset usque ad finem octavi sæculi, aut circiter, ex assumenta Epistolarum, aut figmenta apparuerunt postea, quibus ingens plaga illata fuit decori totius Cleri, & præsertim Sacerdotali dignitati, per restitutionem lapsorum faciliorem.

110. Itaque potissimum ab ineunte sæculo undecimo iis Epistolarum farraginibus abducti fuerunt, non solum indocti homines, sed etiam doctiores quique, & magis versati in studio sacrorum Canonum; sed parum dextri in discernendis Auctorum veterum Libris, aut lucubrationibus germanis ab spuriis, aut subditititiis. Critice enim ejus generis pluribus postea sæculis introducta fuit, ab anno circiter quingentesimo supra millesimum, & usque in hodiernum diem assidua fere incrementa accepit; utinam non majora justo, cum aliqui in ea parte nimium excedant, vel in rebus sacris, & nihil non sibi licere arbitrentur.

111. Inter graviores ejus sæculi Viros iis Epistolis deceptos, fuit primus, aut unus e primis, S. Burchardus Episcopus Vvormaciensis, qui scripsit viginti Libros Decretorum ex Conciliis, Pontificibus, & Sanctis Patribus, atque in eorum decimo nono, Capite quinquagesimo primo, iis fidem detulit. Quid mirum, si alii minus periti pariter illas reciperent veluti germanas? Unde & contigisse videtur, ut a tempore circiter mortis ipsius quæ contigit anno Christi millesimo vicesimo sexto, Clerici plurimi sacris Ordinibus initiati, labentes in peccata carnis, & dignam de iis pœnitentiam agentes (aut fortasse non ita dignam) contra disciplinam sacrorum Canonum, Altaris ministerio restituerentur.

112. Verum post medium circiter ejus sæculi doctissimus, ac piissimus Cardinalis Petrus Damianus Episcopus Ostiensis, videns, ac dolens incontinentiam Clericorum quamplurium ejus ævi, & restitutionem ipsorum sacris Canonibus adversantem, ac ultimium perniciosam Ecclesiæ, studuit illam impedire modis omnibus apud Romanos Pontifices, præsertim S. Leonem IX. Victorem II. Stephanum IX. Nicolaum II. & Alexandrum II. similiterque apud multos Cardinales, & in his Ildebrandum (postea Gregorium

rium VII.) ac tandem cum magna sanctitatis, & doctrinæ opinione anno Christi MLXXII. vitæ periodum clausit. Itaque laboravit Damianus quantum potuit adversus incontinentiam Clericorum suo ævo grassantem; ut propterea de illo dixerit Cardinalis Baronius Tomo XI. ad annum Christi MLXXII. *Sic Deus hoc deploratissimo sæculo, cum excrevisset ad Ecclesiam obruendam diluvium carnis, dedit Mundo tantum Virum, qui austerissima vitæ exemplo, verbisque prædicatione, & scriptis exsiccaret tantam putredinem, pariterque pugnaret adversus simoniacam labem, quæ ubique locorum grassabatur impune.*

113. In eum scopum, & præcipue in odium præposteræ libidinis Clericorum scripsit Opusculum septimum, cui epigraphe: *Liber Gomorrhianus*, in eo consulens Leonem IX. Pontificem adversus illos, qui eo teterrimo vitio inquinati audebant accipere sacros Ordines, vel in acceptis permanere. Sed de hoc infra opportunius ad Canonem 3. Concilii Toletani XVI.

114. Nunc vero præcipue, aut unice agimus de libidine alia minus horribili Clericorum cum feminis, qualis fuit Potamii Episcopi, propterea gradu dejecti in hoc Concilio Toletano X. Adversus illam itaque suo ævo grassantem in Episcopis, & Sacerdotibus invehitur Damianus Opusculo XVII. directo ad Nicolaum II. Papam, ut in ejusmodi Nicolaitas turpissimos Canonum pœnas exsequatur. Deinde toto Opusculo XVIII. in tres Dissertationes diviso, exardet, fulminat, tonatque ingenti spiritus vehementia adversus Clericos intemperantes illius deploratissimi temporis. Testamenti utriusque testimoniis, Canonibus, & sententiis SS. Patrum, atque exemplis horrorem incutientibus, opportune utitur ad id malum exterminandum. Præsertim vero notanda sunt verba illa, quæ Dissert. 2. Cap. 3. citat quasi Anacleti Papæ, quæ tamen tribuuntur Damaso in Epistola ad Aurelium Carthaginensem: *Violatores voluntarii Canonum graviter a SS. Patribus judicantur, & a Sancto Spiritu, cujus instinctu, ac dono dictati sunt, damnantur. Quoniam blasphemare Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos Canones, non necessitate compulsi, sed libenter, ut præfixum est, aliquid, aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt &c.*

115. Sed enim licet prior illa expostulatio Damiani adversus Clericos præposteræ libidinis satis fructuosa extiterit, impetrato efficaci Rescripto S. Leonis Papæ IX. (alibi opportunius exhibendo) ne ii ullatenus Ordines reciperent, aut jam receptos exercerent; posterior tamen invectiva contra concubinarios parum censetur profuisse abominabili illo ævo, in quo maxime omnis caro corruperat viam suam.

116. Porro multi homines docti, ac pii videntes in tot sacris Canonibus, Conciliis, & Epistolis Decretalibus Romanorum Pontificum, indictam pœnam depositionis perpetuæ omnibus Sacerdotibus lapsis in crimen carnis; & aliunde scientes, quam multi ex Presbyteris carnaliter laberentur, nec tamen se subtraherent ab Altari; cœperunt dubitare, & consulere præcipuos Ecclesiæ Prælatos, quid agendum esset.

117. Unus inter plures alios fuit Gondulphus Monachus, singularis amicus Sancti Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis, qui ab eo rogatus sententiam in ea quæstione, responsum dedit maxime notatu dignum, Libro *Epistolarum* 1. Epist. 59. sequentibus verbis.

118. *De Presbyteris, qui se aperte reproba libidinis conversatione Deo reprobabiles exhibent, omnino tenendum est, quod Apostolica providentia Ecclesiastico, justaque judicio, & rigore constituit. Nempe nullatenus convenit, ut ibi reverenter astetur, ubi pertinaciter aperta, & impudenti libidine fatentes, Dei, & Sanctorum prohibitionem contemnendo, sacris Altaribus deserviunt; immo non deserviunt, sed quantum ad ipsos, commaculant. Non quo quis ea, quæ tractant, contemnenda; sed tractantes execrandos existimet; ut qui Dei, & Angelorum præsentiam non reverentur, vel hominum detestatione repulsi, Sacra contaminare desistant. Nec ullatenus oportet, ut illi sint consortes de Altari participantium, qui per immunditiam se faciunt exsortes Altari deservientium.*

119. *De lapsis autem sacros Ordines habentibus, & spontanea humilitate secrete, quibus debent, confitentibus; nequaquam est asserendum, quod eisdem Ordinibus amplius uti nullatenus possint, si per sacrificium spiritus contribulati, cordisque contriti, & humiliati Deum placantes, ad virtutum profectum studiose contenderint. Nam nec apud Deum reprobatur officium alicujus propter culpam, quam ipse ignoscit; nec apud homines decoloratur sacri Ordinis dignitas propter personam, cujus ipsi peccatum non cognoscunt; quibus duabus caussis carnalis lapsus prohibet ad sacros Ordines accessum, & reditum. Sed quoniam ferme semper occultum est, quorum remissæ sint iniquitates, & quorum tecta sint peccata, quorum vero minime; tutius semper est, conscium sibi criminis, ab his quæ placitam Deo personam expostunt, per laudabilem humilitatem abstinere, quam per culpabilem securitatem præsumere. Illud namque semper potest, Deo non improbante; hoc vero non debet, nisi Deo approbante.*

120. *Qui autem hujus sententiæ, quæ ad sacri Ordinis officium reditum post lapsum concedit, nequaquam aliqua ratione, nisi auctoritate fulciatur, scilicet Scripturarum vult consensum attribuere; legat Epistolam Beati Callisti Papæ, directam universis Episcopis per Galliam constitutis; & Beati Gregorii Papæ ad Secundinum inclusum; ubi ipsi hanc sententiam sic firmis, & pene eisdem rationibus, & auctoritatibus confirmant, ut nullatenus aliorum probatione indigeat. Sed quoniam idem Beatus Gregorius idipsum in aliis suis quibusdam Epistolis studiose prohibet; ne sibi ipse contrarius sit, ac apertis quidem prohibuisse, de occultis vero post dignam pœnitentiam concessisse, intelligitur. Nam crimen, quod a Deo non im-*

pu-

putetur, nec ab hominibus esse putatur, non reprobat, nec decolorat, ut jam dixi; cum tamen in tali re cuique tutius sit coram Deo sibi plus timere, quam confidere.

121. *Prohiberi autem invitum debere, qui occultum crimen humili confessione sponte, & occulte detegit, minime existimo; ne multis obstruatur via salubris confessionis, qui potius eligerent penitus in mortem occultari, quam hac occasione in certitudinem, vel suspicionem alicujus criminis adduci. Nec ille, cui confitetur, statuitur ad peccatum, si confitentem absque ejus consensu cessare a sui Ordinis officio non cogit; sed potius magni criminis reus esse videtur, si cogit; quia sic, & confitentem pœnitere confessionis, & plures nondum confitentes horrere confessionem compellit. Nam satis patet, quam minus malum sit cuilibet peccatori ad Altare cum amore confessionis peracta, & spe misericordiæ humili mente accedere; quam secum odio confessionis, & desperationem veniæ, indurato corde, desiderio, aut etiam actu, ingerere. Ille itaque, cui confessio fit, nequaquam particeps æstimandus est minoris culpæ, in qua alium permittit, non consentiendo, sed majorem prudenter præcavendo; majoris vero criminis auctor esse videtur, ad quod multos impellit; etiamsi non volendo, tamen inordinate plus quod minus, quam quod majus erat, timendo.*

122. *Sed manifestum est, quia illi qui humili contritione superbam verecundiam conculcando, semetipsos judicantes, indicentiæ cessationem sponte consentiunt, multo tutius ministrant permissi, seu etiam jussi; quam illi, qui verecundia humana inter Deum, & se juste judicare refugiunt; licet iis, cui confitentur, valde periculosius prohibeat istos invitos, ut supra dictum est, quam illos spontaneos. Et cum utrisque necessarium sit vel ad tempus abstinere; puto quia illi, qui non libenter cessant, ad quod non bene properant, sunt tantum relaxandi; hi vero, qui sponte abstinent, ad quod non præsumunt, etiam revocandi. Nam in illis, si revocentur, obedientiæ tegmine præsumptio palliatur; in istis vero humilitas obedientiæ robore adjuvatur. Quæ revocatio non indifferenter, sed magna Prælati confessionem suscipientis discretione facienda est. Sæpe namque contingit, ut quis non per immensum criminis horrem, & per vim humilitatis, humanam verecundiam saperet; sed per stultitiæ tenebras, & impudentiæ duritiem, fœditatem sceleris & pudorem non sentiat, & per negligentiam officium suam non appetat. Qui autem hujusmodi est, nunquam ad sacrum officium suum, aut vocandus, aut revocandus est.*

123. *Sed cum pro ipso pœnitente supplicet humilitas, suggerit contritio, intercedit vita mutatio; tunc nimirum si Prælatus non tam de meritis aliquibus, quam de magna misericordia, & de multitudine miserationum Dei illum confortans, ad sui usum invitet officii; puto quia non tam temere, quam prudenter egisse videatur. Est enim sæpe in hujusmodi prævenienda pusillanimitas, excludenda contemptus suspicio, ostendenda benevolentia, exhibenda compassio. Hoc enim modo qui tales sunt, quanto benignius, tanto efficacius ad perfectionem provocantur, & tanto strictius in bono proposito ligantur. Potui plura de scriptis Patrum his intexere; sed quia Epistolaris brevitas, quæ jam se nimis extendi reclamat, non consentit; simpliciter quid de interrogatis sentirem, Paternitatis vestræ jussus exposui.*

EXCURSUS IX.

Expenditur eadem sententia S. Anselmi circa Clericos lapsos, consentanee quibusdam Canonibus Conciliorum Ilerdensis, & Toletani supra memorati, ejusque praxis quoad peccata occulta digne expiata usque in hodiernum diem; non autem quoad peccata publica, sive aliis nota, in materia carnis; quicquid sit de criminibus hæreseos, & schismatis. Porro in his Ecclesiam olim dispensasse intuitu magni cujuspiam boni, & ad vitandum gravissimum malum. Illustris locus S. Augustini id confirmans expenditur.

124. HUcusque S. Anselmus Cantuariensis, de quo jure Bellarminus Libro *De Scriptoribus* ad annum Christi MLXXXI. inquit: *Vir fuit natione Italus, professione Monachus, ingenio acerrimo, sanctitate admiranda, cum maxima prudentia, & humilitate conjuncta.* Et sane tot ejus dotes apparent satis, vel in una Epistola nuper exscripta circa Presbyteros; cujus summa est, ut ii, *qui se aperta libidinis conversatione Deo reprobabiles exhibent* (nimirum, qui notorie in ea parte peccarunt, sive quorum turpitudo nota est; id enim significat S. Doctor per *apertam libidinis conversationem*) prorsus de cætero abstineant ab Altari, juxta sacros Canones, & Decreta Sedis Apostolicæ, quæ illos deponit absque restitutionis spe, ut vidimus toties in hac Dissertatione.

125. De iis autem, qui sacros Ordines habent, & occulte lapsi sunt, aliter censet Anselmus, & valde conformiter ad Canonem illum v. Concilii Ilerdensis supra numero 54. allegatum. Nimirum, iis *spontanea humilitate secrete quibus debent confitentibus*, non audet S. Doctor impedire restitutionem ad ministerium Altaris, *si per sacrificium spiritus contribulati, cordisque contriti, & humiliati Deum placantes, ad virtutum profectum studiose contenderint*. Hac conditione præmissa, & non aliter, nullatenus audet damnare secreto lapsos, si regrediantur ad ministerium, præsertim jussi, sive revocati a superiore; *quæ revocatio*, inquit, *non indifferenter, sed magna Prælati confessionem suscipientis discretione facienda est*. Cum enim crimen fuerit occultum, nullam notam, sive infamiam incurrerunt, quæ pravum exemplum inducat. Cumque per conversionem ad Deum ex toto corde, & humilem confessionem, dignamque pœnitentiam, acceperint remissionem peccatorum; nihil videtur impedire, ut sinatur regredi ad exercitium sacrorum Ordinum.

126. Quoniam vero id genus condescensionis

sionis eum Presbyteris secreto lapsis, quamvis digne pœnitentibus, videri fortasse poterat quibusdam contrarium disciplinæ Ecclesiasticæ, & nulli Decreto Sedis Apostolicæ innixum; occurrit Sanctus Anselmus huic difficultati, allegando Epistolam illam Callisti Papæ ad Episcopos Galliarum, & aliam Gregorii Magni ad Secundinum, in quibus permittitur Presbyteris in carnis peccatum lapsis, ut redeant ad suum ministerium post dignam pœnitentiam actam: *Sed quoniam idem Beatus Gregorius idipsum in aliis suis quibusdam Epistolis studiose probibet; ne sibi ipse contrarius sit, de apertis quidem probibuisse, de occultis vero post dignam pœnitentiam concessisse, intelligitur*. Nimirum Sanctus Doctor, & omnes fere alii eo sæculo undecimo, ac duobus præcedentibus, immo & omnes homines docti usque ad tempus circiter Concilii Tridentini, bona fide censuerunt, utramque eam Epistolam fuisse germanam; utpote quarum prior exstabat in frequentibus Collectionibus Epistolarum Decretalium; posterior vero in Registro ipso Sancti Gregorii vulgato in variis exemplaribus.

127. Et quidem statuta, aut posita semel auctoritate utriusque ejus Epistolæ, nihil potuit ab Anselmo doceri rationabilius, aut prudentius, quam quod docet loco, ac verbis exscriptis laudatæ suæ ad Gondulphum Epistolæ. Quæ proinde lectu maxime digna est, præsertim his postremis sæculis. Nam licet a tempore circiter Gregorii XIII. plerique eruditiores Theologi, aut suspicati fuerint, aut aperte censuerint, utramque eam Epistolam fuisse intrusam quoad eam partem impia cujuspiam veteratoris manu; certum tamen est, doctrinam, & distinctionem illam inter peccata carnalia Clericorum occulta, & publica, sive nota aliis, in praxi receptam fuisse a nonnullis sæculis usque modo. Cum enim immane quantum ceciderit disciplina Ecclesiastica, & tot homines sacris Ordinibus initiati censeantur secreto lapsi in peccata carnalia, & labi sæpe; nemo propterea a Confessariis constringitur abstinere perpetuo ab exercitio sacrorum Ordinum; sed solum, aut summum, ad dignam de eo crimine pœnitentiam agendam, eaque ex parte acta, aut etiam peracta, permittitur redire ad ministerium Ordinis jam antea recepti.

128. Quid! quod nonnulli postremis hisce sæculis, adbuc post peccata carnalia publice nota, vel etiam juridice comprobata, immo & punita aliquot mensibus intra Episcopales carceres, leguntur, aut visuntur restituti exercitio sacri Ordinis? Et fortasse aliqui eorum non exhibuerint dignos pœnitentiæ fructus, nec signa dederunt alia veræ conversionis ad Deum; sed solum passi fuerunt externam illam carcerationem, & quasdam alias incommoditates, quæ sine vera pœnitentia subiri possunt, & sæpe solent. Quid si forte ex iis ipsis contingat nonnullos, non modo deinceps ministrare in Ordine jam suscepto, sed etiam promoveri ad alium sublimiorem?

129. Sane nihil horum Ecclesia, sive Sedes Apostolica unquam probavit, nec Decreto aliquo universali (quantum mihi legere licuit) hominibus iis palam, seu publice, aut cum nota aliorum lapsis, indulsit, ut permanerent in exercitio sacri Ordinis jam antea recepti, adhuc post dignam pœnitentiam factam; multo autem minus, ut ad Ordinem altiorem promoverentur. Clamant, & consentiunt in iis excludendis Conciliorum omnium Canones, & Pontifices, ac Sancti Patres tota Dissertatione allegati, immo & testimonia illa benignitatis plena Patrum quorundam Ilerdensium, ac Toletanorum supra exscripta num. 81. 85. & 87. Similiter omnino illos excludunt Pontifices Romani, præsertim scribentes ad Hispanos, veluti Syricius ad Himerium Tarraconensem verbis relatis num. 75. 77. 78. ac 79. & S. Hormisda Pontifex in Epistola ad Episcopos Hispaniæ, cujus verba, quod gravissima sint, juvat hoc loci resumere. Ait ille: *Nec tantum de laicis tonsurari inbibemus, sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum*, nimirum ad Sacerdotium, *profanus temerator adspiret. Satis illi postulanti sit venia. Quo conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis enim, quem paullo ante vidit jacentem, veneretur Antistitem? Præferens miserandi criminis labem, non habet lucidam Sacerdotii dignitatem.*

130. Si autem ii, qui peccata sua palam confessi sunt, & acerbissimam de iis juxta Canones pœnitentiam egerunt, deponuntur perpetuo, veluti indigni tractare, & administrare Divina Mysteria; quanto magis ii, qui palam peccarunt, seu noscuntur peccasse, aut propterea subierunt carcerem publicum, nec tamen veram, & dignam pœnitentiam egerunt? Certe hi multo magis digni sunt perpetua depositione. Non enim hæc incurritur propter pœnitentiam Canonicam per se spectatam, ut sæpe diximus, & multi ante nos observarunt; sed propter crimen, cui illa erat imposita, ac subinde ob infamiam crimini publico annexam. Alioqui pœnitentia vera, etiam solennis, per se ipsam considerata, sancta est, & potius peccatorem apud Deum, & homines reconciliat, atque honore dignum reddit, quam pœna depositionis, aut contemptu.

131. Notandum vero est, olim nonnunquam fuisse dispensatum cum Clericis, immo & Presbyteris, atque Episcopis, ut e Novatiana hæresi venientes ad sinum Ecclesiæ Catholicæ reciperentur, & in Clero gradum ipsum, quem habebant in sua secta, retinerent. Ita ex insigni benignitate decrevit Concilium Nicænum. Insuper Episcopis Donatistis, uno Donato præcipuo schismatis illius Auctore excepto, indultum fuit, ut correcti ab eo errore intra Ecclesiam Catholicam susciperentur cum honoribus suis. Lege S. August. Epist. 50. alias 185. Notum præterea est qualiter Theodoretus Cyri Episcopus, & insignis Scriptor, de Nestorianismo notatus in Concilio Ephesino, postea retractato errore, sibi imputato a quibusdam, intra Concilium Chalcedonense receptus cum acclamatione fuerit, retento gradu, & honore Episcopali. Mitto alia exempla hæreticorum abjurantium erro-

errores, & ex facultate Apostolicæ Sedis retinentium gradum antiquum honoris, sive gradus, quem habebant intra Clerum. Nimirum, uti idem Augustinus ait citato loco, ea dispensatio, sive indulgentia conceditur ab Ecclesia ex gravissima caussa, & publica vitandi schismatis, ac restituendi pacem inter Christianos, cujus utilitate magna compensatur detrimentum illud severioris disciplinæ: *Fieri non deberet*, inquit, *nisi pacis ipsius compensatione sanaretur &c.*

132. Cæterum cum iis, qui post receptum sacrum Ordinem lapsi sunt palam, sive deprehensi, aut convicti de peccato carnis, nunquam invenimus, sive legimus in Concilio aliquo, aut Epistola Decretali dispensatum fuisse, ut redirent ad exercitium sacrorum eorundem Ordinum, vel ascenderent in alium superiorem, adhuc post dignam pœnitentiam; ut vidimus toto Dissertationis decursu. Nimirum, licet peccatum hæresis, & schismatis, ex genere suo sit gravius juxta Theologos, quam delictum incontinentiæ, sive carnale crimen; aliunde hoc videtur, majorem indecentiam, & deformitatem afferre tractandis Divinis Mysteriis, quæ jure suo speciali exigunt insignem puritatem in corpore, nec solum in anima; ac proinde vel in iis, qui jam dignos pœnitentiæ fructus egerunt, & veniam apud Deum, & homines acceperunt, relinquunt veluti maculam quandam, sive notam apud omnes ejus turpitudinis antiquæ conscios, ut indecens appareat cum illis dispensare, aut eos restituere, vel promovere. Vide præsertim supra numero 104. testimonium illustre Sancti Martini Papæ, & aliud Sancti Hurmisdæ num. 129.

EXCURSUS X.

Ecclesiam severe se gessisse cum Clericis lapsis, non desperatione indulgentiæ, sed zelo disciplinæ. Dispensasse nonnunquam cum iis ex caussa publica, & valde necessaria, etiam venientibus ex hæresi, aut schismate, ut permanerent in Ordine jam recepto; non tamen cum lapsis palam in peccatum carnis, aut crimen id manifeste confitentibus.

133. SED tamen in quolibet Decreto Ecclesiæ circa Clericos lapsos non restituendos, aut non promovendos, observare oportet prudentissimum illud monitum S. Augustini in Epistola nuper citata: *Quod non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ; alioquin contra claves datas Ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est: Quæ solveritis in terra, soluta erunt & in Cœlo. Sed ne forsitan etiam de cæteris criminibus spe honoris Ecclesiastici animus intumescens superbe ageret pœnitentiam, severissime placuit, ut post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit Clericus; ut desperatione temporalis altitudinis medicina major, & verior esset humilitatis. Nam & Sanctus David de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit; & Beatum Petrum, quando amarissimas lacrymas fudit, utique Dominum negasse pœnituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posteriorum diligentia, qui, ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur; experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum*.

134. Addit vero, nonnunquam accidere, aut supervenire posse caussas valde graves, ut severitas Canonum mitigari possit, veluti ad magnum aliquod malum vitandum, & commune bonum assequendum, aut stabiliendum. Unde ait: *Verum in hujusmodi caussis, ubi per graves dissensionum scissuras, non hujus, aut illius hominis periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat.* Unde Libro secundo contra Epistolam Parmeniani, Cap. 11. & Lib. 3. Cap. 2. observat, S. Cyprianum, aliosque Episcopos propter bonum pacis, & charitatis communicasse cum iis laicis, Clericis, & Episcopis, qui ob iniquitatem suam non possidebunt Regnum Dei, quamvis Apostolus præcipiat non commisceri, nec cibum cum iis sumere. Subditque rationem minuendi eam severitatem: *An quia non poterant ab eis corporaliter separari, ne similiter eradicarent & triticum, sufficiebat eis a talibus corde disjungi, vita, moribusque distingui, propter compensationem custodiendæ pacis, & unitatis, propter salutem infirmorum, & tanquam lactentium frumentorum, ne membra Corporis Christi per sacrilega schismata laniarent.*

135. In iis itaque occasionibus suprema illa Lex charitatis, & zelus boni publici urget ad minuendam disciplinæ severitatem, quæ alioqui exsequenda est, ubi nullum schismatis, vel alterius gravis mali periculum imminet. Quapropter idem Augustinus Lib. 3. citato Cap. 3. ait: *Hoc sanitas observat Ecclesiæ, ut cum quisquam Fratrum, idest, Christianorum, intus in Ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum schismatis nullum est.* Et præterea subdit: *Quando cujusquam crimen notum est omnibus, & exsecrabile apparet ut vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere; non dormiat severitas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio charitatis.*

136. Hisce rationibus ducta Ecclesia severitatem sacrorum Canonum erga Clericos, Presbyteros, & Episcopos in Novatianismum lapsos, sed jam ex erroribus suis conversos, & ad sinum Catholicæ Ecclesiæ refugientes, mitigavit, atque intra gradum Ordinis, & honoris, in quo antea erant sub hæresi, aut schismate, recipiendos decrevit. Quapropter in magno Concilio Niceno, Canone VIII. dicitur de Catharis, idest, Puris (quales se jactabant Novatiani), ac decernitur, ubi ad Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam accedunt, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως

ἐν τῷ κλήρῳ. ut impositis eis manibus, in Clero maneant. Idipsum fere erga Hispanos diversimode lapsos, aut alias sacris Canonibus impeditos ad ministrandum in sacris Ordinibus, præstitit sub finem sæculi quarti Syricius Papa in Epistola celebri ad Himerium Præsulem Tarraconensem, supra recusa Capite illius 15. pag. 126. Perinda etiam sa gessit cum Hispanis sub initium sæculi quinti S. Innocentius I. Papa in Epistola ad Patres Synodi Toletanæ supra adita suo ioco. Simili pietate actum fuit cum Episcopis Donatistis, ubi ex schismate venarunt ad unionem cum Ecclesia Catholica, ut manarent in eodem gradu; ac postea cum Theodoreto Episcopo Cyri, quando damnavit in Concilio Chalcedonansi Nestorium cum suis erroribus, quod antea noluerat præstare in Concilio Ephesino. Restitutus enim postaa est honori, & gradui suo.

137. Similiter sub finem sæculi quinti B. Gelasius Papa in Epistola ad Episcopos per Lucaniam constitutos, palam docet, se nacessitate tamporum constringi ad modatandam saveritatem sacrorum Canonum circa initiatos, aut initiandos sacris Ordinibus. Ait enim: *Necessaria rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ Sedis moderamine convenimur, sic Canonum paternorum Decreta librare, & retro Præsulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxata deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus; quo nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, & reparandis milstiæ Clericalis officiis. quæ per diversas Italiæ partes, ita belli, famisque consumpsit incursio, ut in multis Ecclesiis (sicut Fratris, & Coepiscopi nostri Joannis Ravennatis Ecclesiæ Sacerdotis, frequenti relatione comperimus) usquequaque deficiente servitio Ministrorum, nisi remittendo paullisper Ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla præfixa remaneant (sine quibus administrari nequeat) sacris Ordinibus Ecclesia funditus destituta; atque in plurimis locis, per inopiam competentis auxilii, salutare subsidium redimendarum desit animarum; nosque magno reatu, si, tanto coarctante periculo, non aliquatenus consulamus, innecti*. Et subjunctis statim variis Decretis, moderationibusque Lagum, sive Canonum præcedentium prout exigebat misera illa temporum aonditio, dispensat in tamporum intervallis, siva (ut dici communitar solent) intarstitiis ordinandorum statutis apud Canonas sacros, ut consulatur gravissimæ necessitati, & inopiæ Ministrorum, quam patiabantur.

138. Verum adhuc in ea tam gravi, & publica indigentia, aut paucitate Ministrorum, daclarat, se tantum velle dispensare cum aliquo, *si imprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis uxorem, nec a marito relictam fortitus ostenditur; si pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet; si servili, aut originaria non est conditioni obnoxius; si assecutus est literas, sine quibus vix forsassis Ostiaris possit implere ministerium &c.* Vides qualiter in tanta Ecclesiarum desolatione solum dispenset S. Gelasius Papa in tamporum intarstitiis; non autem in aliis quibusdam impedimentis gravioribus, quale imprimis est gravis alicujus criminis antea commissi, aut pœnitantiæ publicæ; sicuti & defectus membrorum, vel scientiæ. Cum iis enim, tam Capita secundo, quam tertio, tastatur, se nullatanus dispensare: *Ne per occasionem*, inquit, *supplendæ penuriæ Clericalis, vitia potius Divinis cultibus intulisse judicemur*. Unde & gravissime prohibet Episcopis ordinationam prædictorum.

139. Eodam spectat confessio manifesta, siva publica, & extra-sacramentalis (ut ita loquamur) proprii alicujus criminis; eaqua aut vara, qualis Potamii in Concilio Toletano X. aut ficta, ob infamiam inde resultantam. Nimirum, tam in ea Synodo, quam in aliis multis intra, & extra Hispaniam sempet fuit impedimento ad racipiendum sacrum Ordinem, & ministrandum in eo jam accepto. Unde & in Concilio Valentino Galliarum sub Damaso celebrato anno Christi 374. Canone IV. ita decernitur: *Nec illud* (Fratres) *scribere alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicumque se sub ordinatione vel Diaconatus, vel Presbyterii, vel Episcopatus, mortali crimine dixerint esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos, reos scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolvi in his potest, quod dictum in alios puniretur; cum omnis, qui sibi fuerit mortis caussa, major homicida sit. Divina vos pietas in æternum custodiat, Fratres, dilectissimi.*

140. In quæ verba eruditissimus Sirmondus ita loquitur apud Collectionem Labbeanam Conciliorum Tomo 11. in Appendice, col. 1808. *Quia Sacrorum Ministros immunes, ac liberos esse oportet, non solum a crimine, verum etiam a criminis suspicione, propterea statuit hoc loco Synodus, ab ordinatione submovendos omnes esse, quicumque in se ipsos, seu vera, seu falsa crimina dixerint. Mortalia ergo, seu capitalia crimina intelliguntur, homicidium, adulterium, & alia hujusmodi, quæ sacris honoribus excludunt promovendos, & dejiciunt promotos. De quibus interpretandus est etiam Nicænus Canon IX. qui eos non admittit, qui peccata sua, τὰ ἁμαρτήματα, confessi, contra Ecclesiæ tamen regulam sunt promoti*. Unda & Patres Toletani in eam utriusque Canonis, Nicæni, & Valentini, aliorumque Hispaniæ spectantes, Potamium ab Episcopatu daponandum censuerunt. Nimirum paucis ratro annis ea pœna statuta legebatur in Concilio Toletano VIII. Can. IV. & V. adversus Episcopos, Presbyteros, & alios Ministros Incontinentes; ac longa antea in Concilio Eliberitano, Canone XIX. XXX. & LXXVI. Similiter in Lucensi inter Canonas collectos a S. Martino Bracarensi, & ibidam receptos; præsertim XXIV. XXV. & XXVII. quos jam supra proprio loco exhibuimus.

141. Ne

141. Ne autem quilpiam ejusmodi lapsorum, videns se depositum perpetuo ab exercitio sacri Ocdinis, pcoptecea desperaret de venia sceleris sui apud Deum obtinenda, præmisere Patces Valentini Canonem III. in quo ajunt: *Circa eorum vero personas, qui se post unum, & sanctum lavacrum, vel profanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lavatione polluerint, eam censuræ formam duximus esse servandam, ut his, juxta Synodum Nicænam, satisfactionis quidem aditus non negetur, ne infelicibus lacrymis, vel solatii janua desperatione claudatur; acturi vero pænitentiam usque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare debebunt, qui ejus largitatem & solus obtinet, & tam dives misericordiæ est, ut nemo desperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.*

142. Eadem vero doctcina imbuti Patces Toletani, ita deponunt Potamium ab Episcopatu, ut tamen illi actionem pœnitentiæ tribuant, qua veniam a Deo, & tandem salutem æternam assequatuc. Propterea in eo Decceto ajunt: *Valida auctoritate decrevimus, perpetuæ pænitentiæ hunc inservire officiis, & ærumnis; providentes, melius illum per asperam, & dumosum ire pænitentiæ solitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluntatis suæ latitudine, ad præcipitium dejici æterna damnatione,*

143. Et certe tam humili cocde, tam contrito, & poenitenti animo aceessit Potamius ad Synodum, post voluntariam novem mensium in ergastulo reclusionem, ut dubitandum non sit, Patces Toletanos pecmissuros fuisse ipsi de cæteco administrationem sui Episcopatus cum congrua aliqua, & diuturna satisfactione pec opera pœnalia, si censerent se posse id sine Dei offensione indulgere. Vecum ea doctrina tot sacrorum Canonum, & attenta consideratione Majestatis Divinæ, tam gravitec offensæ ab ipsis Sacecdotibus, qui Deum pco aliis placare debebant, & mundo corde, ac cocpoce immaculata sacrificia offecre tenebantur, censuerunt fiemitec, non esse sibi aliquem locum arbitrandi in ea parte, nec dispensandi cum Potamio, quamquam serio pœnitente, & compassione digno.

144. Eædem vero considerationes videntur in caussa fuisse, ut Sedes Apostolica, & ipsa Ecclesia in Conciliis Generalibus congregata, licet aliquando inveniatur dispensasse cum Ispsis in schisma, aut hæresin, ut supra vidimus, quo in gradu Episcopali, aut Sacecdotali permanerent post reconciliationem; nunquam tamen Canone aliquo univecsali, aut Epistola Dectetali, quod mihi legere licuit) generatim id indulsisse legatur tot sæculis cum iis, qui post ceceptum Ordinem saccum *deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, ac cæteris hujusmodi criminibus*, ut cesumam verba illius Canonis Ilerdensis supra allegati. Sic nec Deccetum genecale editum fuit, ut homicidæ, aut simoniaci in Ordine, & Beneficio cestituantur; sed potius iis omnibus indicituc depositio perpetua, tum ob gravitatem criminis, tum ob infamiam annexam, sive nutam. Quamvis enim disciplina Ecclesiastica succeslu temporum adeo laxata fuerit, nunquam tamen Ecclesia voluit aliquid generatim statuece adversus tot Sedis Apostolicæ venecanda Decreta, & innumeros fece Conciliorum Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos, quibus Clerici, pcæsertim post sacrum Ordinem lapsi palam in peccatum cacnis, perpetuo deponuntuc ab exercitio, & prohibentur ascendere superiocem gradum.

EXCURSUS XI.

Recapitulantur, seu in epitomen rediguntur præcipua eorum, quæ in superioribus fusius tractata sunt. Nonnihil etiam de relaxatione disciplinæ Ecclesiasticæ erga Clericos incontinentes ab ineunte xiij. sæculo, & deinceps usque modo. Qualiter Concilium Tridentinum sacros circa id Canones instaurandos, & exsequendos curaverit, & eam curam gravissimis verbis injunxerit Episcopis. Plurimos eorum egregie curasse illorum observantiam postea, sed minus felici successu, quam opus esset. Summum nactos fuisse, ut occulte lapsi dignam pænitentiam agerent, & ex toto corde converterentur ad Deum, antequam redirent ad exercendum sacrum Ordinem. Porro idipsum a paucioribus lapsorum fuisse impetratum, plerisque fortassis absque digna pænitentia, aut etiam post relapsum, audentibus se ingerere Divinis Mysteriis temere, ac præpropere. Refellitur paradoxon immane quorundam plus nimio in ea parte conscientias laxantium.

145. EXhibuimus Canones præcipuos Conciliorum, Decceta Sedis Apostolicæ, illustcia SS. Patrum loca, & pluca alia consideratione digna, quibus omnes post Baptismum lapsi in crimina capitalia, qualia præcipue sunt idololatria, homicidium, & fornicatio, seu mœchia, prohibentuc omnino recipere sacrum aliquem Ordinem, sicuti & exercere illum antea receptum, præsertim si jam Sacris initiati ceciderunt. Vidimus prætecea excucrendo per octo priora sæcula Eræ Christianæ, eam severitatem integram permansisse, & exacte custoditam in toto Orbe Christiano, ac nominatim in Hispania. Ostensum prætecea est, ab ineunte sæculo nono usque ad finem undecimi, ex subdititiis, aut intecpolatis Epistolis Callisti I. Papæ ad Episcopos Galliarum, Gregocii Magni ad Secundinum, & Sancti Isidori ad Massanum, relaxatam fuisse disciplinam veterem, & intrusam permissionem variis locis, ut iidem lapsi occulte in crimen carnis, & secreto confitentes, post dignos pœnitentiæ fructus possent redice ad exercitium sacri Ordinis, in quo erant, non tamen asceodece ad sublimiorem.

146. Nec solum vulgaribus, aut imperitis hominibus id alte insedit sæculo XI. sed etiam doctissimis, & sanctissimis Viris, Burchardo Vvormaciensi, Anselmo Cantuariensi, & Ivoni

ni Carnotensi , abductis auctoritate intrusa earundem Epistolarum. Exempla insuper memoranda sunt allata ad antiquam severitatem confirmandam ex Historia Ecclesiastica , præsertim Potamii Episcopi Bracarensis , juxta Concilium Toletanum X. in quo exponendo , & illustrando hactenus laboravimus. Denique ostensum fuit , nullum Canonem Ecclesiæ inveniri , aut Decretum Sedis Apostolicæ , quo generatim iisdem lapsis in peccatum carnis , sicuti nec in idololatriam , homicidium , aut simoniam in Beneficio , aut Ordine , concedatur restitutio ad exercitium ejusdem Ordinis sacri , in quo peccarunt , vel ascensus ad sublimiorem , præsertim , aut saltem , si lapsus fuit notorius , aut publicus , adhuc post dignam pœnitentiam .

147. Cæterum ab ineunte sæculo XIII. & deinceps usque modo , sensim sine sensu imminuta fuit disciplina , non quidem quoad lapsos in idololatriam , homicidium , & simoniam , adhuc enim severitas illa integra manet , sed quoad fornicationem , seu mœchiam Clericorum , etiam initiatorum sacris Ordinibus , ut in illam occulte lapsi , & secreto confitentes , ac digne pœnitentes , sine ulla dispensatione Sedis Apostolicæ, immo ne quidem suorum Episcoporum, redeant ad usum, sive ministerium sacrorum Ordinum . Immo, & nimio usu receptum videmus , ut vel Presbyteri , ac Parochi palam notati de incontinentia , aut etiam concubinatu , puniantur quidem a Prælatis, & aliquanto tempore careerentur , affliganturque , ac postea confessi secreto , & absoluti , sub spe emendationis restituantur ministerio suo. Quod postremum non legimus accidisse unquam , primis saltem duodecim sæculis . Neque enim toto illorum decursu relaxatio disciplinæ eo accelerat, ut initiati sacris Ordinibus , & palam , aut eum nota publica labentes in crimen incontinentiæ unquam illorum exercitio restituerentur, contra tot sacra Decreta , & adeo manifesta antiquitatis Christianæ ; multo autem minus , ut promoverentur ad sublimiorem Ordinem . Hoc enim ne in mentem quidem Romanorum Pontificum, aut Conciliorum venisse videtur, saltem tam longo illo sæculorum decursu.

148. Ejusmodi autem relaxatio Clericorum in veteri disciplina videtur in caussa fuisse Concilio Tridentino , ut Sessione 22. celebrata die decima septima Septembris , anno 1562. sub Pio IV. diceret Capite 1. *Statuit sancta Synodus, ut quæ alias a Summis Pontificibus , & a sacris Conciliis* (quorum uberrimam allegationem legere est , ac subinde Canonum plurimorum , apud explanatores ejus loci) *de Clericorum vita , honestate , cultu , doctrinaque retinenda , ac simul de luxu , comessationibus, choreis, aleis, lusibus , ac quibuscumque criminibus , nec non sæcularibus negotiis fugiendis , copiose, ac salubriter sancita fuerunt , eadem in posterum eisdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur ; nec appellatio executionem hanc , quæ ad morum correctionem pertinet , suspendat . Si qua vero ex iis in desuetudinem abiisse compererint, ea quamprimum in usum revocari , & ab omnibus accurate custodiri studeant ; non obstantibus consuetudinibus quibusque , ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas , Deo vindice , pœnas persolvant .*

149. Hinc patet , sacratissimum illud Concilium curasse , ac jussisse , ut prisci illi Canones tot Synodis præcedentibus , & Pontificum Decretis statuti , *De Clericorum vita, honestate , cultu , doctrinaque &c.* in posterum observarentur ; & si forte in desuetudinem abierant , aut quibuslibet consuetudinibus violati fuerant , in usum, functionemque revocarentur . Cumque præcipui inter eos Canones sint ii , quos supra exhibuimus de Clericis lapsis in peccatum carnis, præsertim post receptum Ordinem sacrum, ne illum amplius exerceant , nec promoveantur ad altiorem , dubitare non licet , idipsum fuisse desideratum , & confirmatum a Concilio Tridentino.

150. Nec dubito , multos , aut plerosque ex iis Patribus , præsertim quosdam eorum præstantissimos pietate , ac doctrina , veluti S. Carolum Borromæum , Venerabilem Bartholomæum de Martyribus , & alios similes , in Diœceses suas reversos , omni studio , & diligentia curasse observantiam , & instaurationem eorundem Canonum ad disciplinam Clericalem spectantium , prout ipsis præceptum fuerat in verbis Tridentini allegatis , addita comminatione illa : *Ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice , pœnas persolvant* . Unde & idem S. Carolus statim Mediolanum regressus , tot Conciliis in illa adeo venerabili Ecclesia , & nobilissima Urbe editis , tot sermonibus , & exhortationibus, ac (quod magis in Episcopo ad reformationem subditorum confert) sanctissimæ vitæ suæ exemplo , nihil magis curavit , inculcavitque opportune , importune , quam observantiam , & instaurationem sacrorum Canonum , & veteris disciplinæ Ecclesiasticæ . Vide plura huc spectantia supra Tomo III. explicata .

151. At fortasse zelus , pietas , ac doctrina S. Caroli , aliorumque insignium Præsulum ejusdem temporis , & sequentis usque modo , non fuerunt satis ad eradicandas consuetudines pravas , quæ in plerisque locis a longissimo tempore prævaluerant adversus disciplinam Ecclesiasticam , & præsertim contra Canones prædictos circa Clericos in peccatum incontinentiæ lapsos . Forte adhuc multi , aut etiam plurimi , in adeo innumerabili Clericorum multitudine labebantur , & labuntur in fornicationem , seu mœchiam , non veriti corpus , & animam involvere sordidissimarum voluptatum cœno, & fieri dæmonum purulenta delubra ; cum ratione Ordinis sacri , & præsertim characteris Sacerdotalis, deberent esse Templa Spiritus Sancti . Porro aliquos illorum, antequam ad Altare redeant, præmittere dignos pœnitentiæ fructus , pie credi potest ; præsertim illos , qui non frequenter , non ex consuetudine, non data opera , sed raro admodum , & (ut resumam verba Concilii Ilerdensis Can. v.) *subito in flenda carnis ex infirmitate corruerint , si Domino respiciente digne pœnituerint , ita ut mortificato corpore , cordis contriti sacrificium Deo offerant* . Profecto ii, licet non observent disciplinam illam veterem sacrorum

Ca-

Canonum circa Clericos in peccatum carnis lapsos; servant tamen aliam mitiorem, & laxiorem, quæ tempore ejus Concilii in Provincia Ilerdensi tradita fuit, & longe postea paullatim prævaluit sæculo undecimo, ac tandem latius, ac liberius propagata est usque modo. Ac proinde ii, juxta monitum Sancti Anselmi supra Excursu VIII. num. 118. & seqq. exscriptum, laudandi quidem sunt, si post ejusmodi pœnitentiam, sponte, & humiliter abstineant a ministerio Altaris; non tamen cogendi sunt, ut ab eo recedant, nec damnandi, si contriti corde, mortificati corpore, ac digne pœnitentes, cum humilitate profunda, & spe firma misericordiæ Divinæ per Christum, accedant ad Sacrificium offerendum. Vide reliqua monita ibidem apud eumdem S. Doctorem, lectu dignissima.

152. At fortassis ea iis Clericis Ordinis sacri, immo & Presbyteris, qui incontinenter agunt, pauciores digne pœnitent, & plerique relabuntur; digni profecto exsecratione illa eiusdem Concilii Ilerdensis Can. V. allegato: *Si iterato, velut canes, ad vomitum reversi fuerint; non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.* Ejusmodi homines re, ac nomine Sacerdotii indignissimos, saltem donec magna quadam, & totali conversione, seu mutatione dexteræ Excelsi, dignos pœnitentiæ fructus exhibuerint, quis dicat, posse impune redire ad Sacrificium Deo offerendum? Permisso enim quod severitas illa priscorum Canonum circa Clericos in peccatum carnis lapsos, quoad aliquam partem antiquata fuerit per desuetudinem, aut abrogata per contrariam consuetudinem longissimi temporis, adhuc post instaurationem illius in Concilio Tridentino memoratam supra num. 148. numquam tamen eo deventum est, ut quispiam Catholicus diserte doceat, fornicarios relapsos, præsertim Sacerdotes, non digne, nec, sicut oportet, pœnitentes, posse licite redire ad recipiendum, vel ad offerendum Deo sanctum Sacrificium, immaculatam hostiam; quando antiquitas Christiana summum, ac solum in periculo mortis ad sanctam communionem eos admisit. Immo si quis id diserte dicere, aut scribere auderet, jam non haberetur Catholicus, sed reus violatæ Divinæ Fidei.

153. Sed vereor, ne aliqui recusantes id effutire ad fugiendam notam hæreseos, audeant tamen scripto, aut voce vulgare nonnulla paradoxa intolerenda circa Sacerdotes carnaliter lapsos, ut nimium licenter, & temere ad celebrandum accedant; & forte pejora illa, ac perniciosiora, quam ipsum peccatum carnis. Placet ea de re proferre locum observatu dignum ex Merbesio in 3. Parte *Summæ Christianæ*, Quæst. 34. pag. 448. ubi postquam late tradiderat circa Clericos lapsos eandem fere doctrinam, quam hactenus firmavimus, ita loquitur: *Quisquis animum sedulo ad eam expendendam appulerit, liquido deprehendet, quantopere fugienda sint quorumdam recentiorum commenta, immo opinionum portenta, quibus sanam doctrinam, & sacrosanctis Canonum sanctionibus consentaneam, ex Orbe Christiano revellere studuerunt. Nam procul dubio perhorrescet, vel cogitatione, vel recordatione nefariæ illius doctrinæ quorundam hominum pari ad inscitiam impietate affirmantium, Sacerdoti post habitam eo ipso die, quo celebratum est, copulam carnalem cum femina, aut pollutionem voluntariam, liberum esse sine culpa veniali rei Divinæ incumbere; adeo ut ita se gerendo opinionem tutam, & in praxi sequendam teneat.*

154. *Quid, quod alii progrediuntur ulterius, & contendunt, id habere locum non solum in fornicatione, sed generatim in qualicumque pollutione mortaliter peccaminosa, seu habita secum, vel cum complice, & hoc sive habeatur per fornicationem, sive per adulterium, sive per peccatum contra naturam, seu quocumque alio modo; & quamvis P. V. credat, antiquitus fuisse aliquam Legem, vel universalem, vel provincialem, qua per aliquot saltem horas post pollutionem probibeatur communio, ut videntur ostendere loca superius dicta; hoc tamen hodie communi, & universali totius Orbis consuetudine est abrogatum. O tempora! O mores! quis in animum inducat suum nostra hac ætate tam retro sublapsa referri omnia, ut reperiantur homines otio, & literis intemperenter abusi, qui in cœtum Fidelium ausint invehere doctrinas, quas vel teterrimi quique ferre nequeant, & quas ipsi ad ultimam improbitatis lineam adacti dæmones perhorrescant? In his opinionum portentis multa falsa, sacrilegaque deprehenduntur.*

155. *Quam impium, & sacrilegum est asserere, Sacerdotem posse celebrare, vel laicum posse communicare tuto, & licite, eo ipso die, quo in voluntariam pollutionem inciderit, vel quo fornicationem, vel adulterium, vel peccatum contra naturam admiserit! Hanc doctrinam, immo impietatem, toti antiquitati contrariam esse, supra docuimus. Nam Sacerdotes in adulterium, & alia id genus flagitia prolapsos, de suo gradu in omne tempus dejectos esse, ostendimus, & laicos ob similia crimina ab Corporis Christi perceptione, ad agendam pœnitentiam segregatos esse, declaravimus. Ita ut si quis Sacerdotem, vel laicum hujusmodi flagitiis recens contaminatum impellat, vel, ut nonnulli factitant, protrudat ad sacram communionem, interposita qualiscumque confessionis morula, Corporis & Sanguinis Domini apud Deum, & homines bene animatos, & Evangelii, & traditionis notitia præditos, citra controversiam reus habeatur.*

156. *Erant scilicet insulsi, & ignari sancti Patres, cum inter Mysteria ex edita loco pronunciabant, vel pronunciari jubebant ingeminatas hasce voces:* SANCTA SANCTIS. *Siquidem ex hominum eruditionis famam omni arte aucupantium judicio, substituendæ erant hæ voces diversæ:* Sancta adulteris; Sancta fornicariis; Sancta contra naturam peccantibus &c. *Hæc enim prodidisse, refutasse est. Neque enim credibile est, inventum iri Sacerdotem, tam perditum, & profligatum, qui doctrinam hanc, instigante dumtaxat diabolo, procusam, in praxim*

xim conferre, vel velit, vel ausit.

157. *Falsissimum est, quod ait, obrogates esse Canones, quibus Sacerdotes in graviora, & præsertim carnis flagitia prolapsi, ab Mysteriorum celebratione ablegantur, & laici Corporis Christi perceptione probibentur. Tales enim Canones habent saltem aliquid Legis naturalis Divinæ, qua omnis rerum socrarum profanatio interdicitur. Cum igitur ex communi Theologoram sententia quicquid juris noturalis Divini oliquid includit, quantum ad jus naturole, quod continet, aboleri nequeat; procul dubio falsissimum est, præfates Canones, quibus reverentio, tam celebrandis, quam percipiendis mysteriis debita sancitur, & Sacerdotibus pariter, & laicis indicitur, fuisse abrogatos. Re vera Sanctiones omnes, omnia Decreta ad Sacerdotum vitam, & sanctitatem pertinentio, nemo nescit in usum ab Concilio Tridentino esse revocata, ut supra declaravimus.*

158. *Temerarium est, impium, & sacrilegum, & rectæ rationi, & naturæ, & omnibus Cononum Decretis e diametro oppositum, asserere, Socerdotem, licet eodem, quo celebraturus est, die, flagitiosissimo peccato contra naturom contaminatum, posse celebrare, & laicum eodem peccato inquinatum posse communicare interjecta confessione, quæ sæpenumero in hujusmodi hominibus cum immoni sacrilegio conjuncta est. Et quamvis talis esset, quam esse par est, tales tamen homines ab mysteriorum participatione fuerunt ablegandi, ut supra vidimus, ne debita illis reverentio violaretur.*

159. *Quid, quod hujuscemodi peccatum in Cælum clamare dicitur, eo quod ad ejus ultionem Deus adigatur? Unde Solvianas, Lib.* 1. De Gubernat. Dei, *versans ista Geneseos verbo*: Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est: Quare, *inquit*, peccata hominum clamare testatur? scilicet quia cadi aures suas Deus dicit clamoribus peccatorum, ne differatur pœna peccantium. Et vere clamor est, quando pietas Dei peccatorum clamoribus vincitur, ut peccantes punire cogatur. *Et infra*: Dominus dicens, quod clamor Sodomorum ad se ascenderit; hoc est dicere: Misericordia quidem mea mihi suadet, ut parcam, sed tamen peccatorum clamor cogit, ut puniam. *Hæc ille.*

160. Hucusque Merbesius Doctor Theologus, & valde versatus in Canonibus sacris; ut satis ostendit *Summa Christiona* ipsius edita duobus vastis Voluminibus Parisiis anno 1683. sub auspiciis Illustrissimi D. D. Caroli Mauricii le Tellier Archiepiscopi Ducis Remensis. Non sum nescios, id Opus a nonnullis incusari nimiæ severitatis, sive rigoris. Sed fortasse, ut ita censeant in plerisque rebus, germana caussa est, non quia sententiæ ipsius strictiores justo sint, sed quod illorum conscientia laxa est; ut hic quodammodo locum habeat dictum illud vetus: *Pedes tui non calcant spinas, sed habent.*

161. Sane Doctor Angelicus, quem namo incusat nimiæ severitatis in disciplina morali (suavissimus enim est, quantum materia patitur, & procul ab omni supercilio Pharisaico) idipsum tradit circa sacros Canones habentes quippiam juris naturalis, & Divini admistum eum Jure Ecclesiastico. Etenim Quodlibeto 9. Artic. 15. loquens de iis Canonibus, quibus prohibetur pluralitas Beneficiorum, ac proinde de aliis similibus, inquit: *Quantum ad hoc, quod Jura illa antiqua continent Jus naturale, abrogari non possunt per contrariam consuetudinem, utpote irrotionalem. Quantum autem ad hoc, quod solum de Jure positivo continent, possunt esse abrogata, præcipue si dissimulantes hunc contrariam consuetudinem, in quorum potestate est Jus positivum mutare, intendunt per talem dissimulationem antiqua Jura mutare.* Plura alia huc spectantia, & digna observatu, vide supra Tomo III.

EXCURSUS XII.

Quom sublimiter sentire oporteat de statu Clericali, & quibuslibet Ordinibus sacris, ut nemo criminosus, & præsertim impudicus, illos accipere, aut administrare præsumat. Quantum sibi metuere debeant, & quot malorum caussa sint, quicumque indignis, aut libidinosis hominibus suffragium, auxilium, aut consilium præbent, ut in Episcopatum, Sacerdotium, vel quemvis alium ex sacris Ordinibus promoveantur. Ipsi quoque ordinandi qualiter se gerere debeant, ne labantur a primo usu rationis in aliquod crimen, præsertim carnis. Quid si ceciderint ante sacrum Ordinem receptum? Quid si postea? idque vel secreto, vel publica?

162. PRimo oportet sublimiter sentire de statu Claricali intra Ordinem sacrum, & Sacerdotium, præsertim summum; quali titulo insigniri sæpe solet dignitas Episcopalis apud Concilia, & Patres. Nimirum in iis omnibos, qui tanquam Ecclesiæ Ministri supremi, intermedii, aut infimi, Sacrificium Deo offerunt, & tale, ac tantum Sacrificium, quale est Corporis & Sanguinis Domini, exigitur quædam sublimis puritas, siva ab omni peccati labe incontaminata mundities, ut cum S. Dionysio loquar. Quo spectat imprimis testimonium illud clarissimum S. Petri Apostoli Epist. 1. Cap. 2. *Vos autem genus electum, Regale Socerdotium, Gens sancta, Populus acquisitionis &c.* Ajebat S. Leo Papa Sermone 1. *Da Nativitate Domini: Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam & Divinæ consors factus Notura, noli in veterem vilitatem degenari conversatione redire.* Hæc ille alloquens unumquemque e Christianis. Quanto magis id dicendum de iis, qui e toto Christiano cœtu diliguntur, ut proxime ministrent Divino, ac tremendo purissimi Corporis & Sanguinis Christi Sacrificio, vel ut illud conficiant, & offerant pro peccatis totius mundi, vel tandem, ut hierarchica munera obeant, Sacerdotes ipsos instituant, & consecrent; ac tandem, ut loquitur Ambrosius, Cleri ipsius perfectores sint?

163. Hæc est ratio legitima, cur a principio Ecclesiæ curatum maxime fuerit, ut non solum Episcopi sint perfecti, & irreprehensibiles, Presbyteri quoque immaculati; sed & Dia-

& Diaconi sine crimine, ac nominatim pudici, & habentes Mysterium Fidei in conscientia pura; ut supra ostensum fuit et verbis Apost. 1. ad Tim. 3. qui & statim subjungit vers. 10. de iis omnibus: *Et hi autem probentur primum, nullum crimen habentes*. Itaque a tempore nascentis Ecclesiæ, & deinceps, curatum semper fuit, ne qui ad sacros Ordines Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi admitterentur, nisi præmisso examine inventi, ac probati, tanquam nullum crimen habentes. Nimirum, ut supra vidimus ex S. Hieronymo, ita, ut nullum crimen commissum fuisset ab iis, a tempore recepti Baptismi.

164. Idipsum incipiente, aut ineunte quarto sæculo videmus statutum in Concilio Eliberitano, aliisque, etiam loquendo de Subdiaconis, qui nondum eo tempore et vi sacri Ordinis ligabantur vinculo continentiæ, seu voto castitatis, usque ad finem circiter sæculi sexti, sub Pontificatu S. Gregorii Magni. Prohibebantur enim omnino Subdiaconatum recipere, si quodquam *crimen, sive peccatum capitale, aut principale, aut mortale, post Baptismum receptum perpetrassent*; ut toties in superioribus ostensum fuit et tot Canonibus Conciliorum, & Decretis Romanorum Pontificum. Præsertim vero, aut saltem id constitutum fuit circa lapsos post Baptismum in tria illa graviora peccata nimirum idololatriam, homicidium, & mœchiam, seu fornicationem; quæ antonomastice in Conciliis dicuntur *crimina*. Ac quemadmodum duo priora et iis semper habuerunt, habentque modo, annexum perpetuo impedimentum cujuslibet Ordinis sacri, tum recipiendi, tum exsequendi (quod dici solet irregularitas ex delicto) ita & circa tertium illorum permansit fere ubique illibata disciplina Ecclesiæ, per multa sæcula, præsertim circa illos, qui post receptum Ordinem sacrum lapsi fuerunt in peccatum carnis, quamvis occulte, ut Potamius, & Genebaldus Episcopi; multo autem magis, si publice, aut notorie convicti. Quæ omnia satis in superioribus ostensa fuerunt evidentibus testimoniis totius antiquitatis Christianæ. Quibus adjunge et Concilio Toletano XI. Capitulo quarto verba ibi contenta adversus Episcopum quemlibet incontinentem: *Ut honorit proprii gradum amittat, & sub exsilii relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat*.

165. Quamvis vero ab aliquot sæculis postremis usque modo imminuta fuerit, aut diuturna consuetudine contraria multorum in omni fere natione cessaverit magna ex parte observantia disciplinæ illius veteris Canonum, & Decretorum Sedis Apostolicæ circa Clericos incontinentes, quantum ad id, quod habent de Jure Ecclesiastico; non propterea Canones ipsi, aut Decreta unquam aboleri potuerunt, aut poterunt quantum ad id, quod in se continent Juris naturalis, & Divini. Id enim immotum ubique, ac semper, & irreformabile est, veluti unice a Deo institutum; quare nullo hominum arbitrio, & cursu temporum, aut consuetudine opposita abrogari poterit, nec amittere vim æternam obligandi in conscientia, quam et se habet. Vide illustre S. Thomæ testimonium ea de re supra num. 161.

166. Quot autem, & quænam ex contentis in Decretis, & Canonibus sacris sint præcepta Jure naturali, & Divino, ac pruinde immobiliter obligent ad sui observationem; quænam vero et solo Jure Ecclesiastico obnoxio mutationi, dispensationi, aut abrogationi; quænam tandem mista et utroque; non est exiguitatis nostræ, nec e scopo hujus Operis explanare, aut recipere provinciam adeo vastam, & difficilem. Petendum id erit oratione, ac studio competenti præmisso, partim ex ipsa qualitate materiæ, & circumstantiis adjunctis, partim et accurata lectione tot gravissimorum Interpretum, qui omnibus fere sæculis sacros Canones, & disciplinam Ecclesiasticam illustrarunt. Nos nimium peccatores, & valde imperiti, vix, & cum metu, ac rubore, audemus hæc qualiacumque proferre ex Conciliorum Tomis contenta, quibus tanta morum puritas, & innocentia vitæ exigitur in sacris hominibus. Audemus tamen illa edere, non veluti Magistri, aut Doctores aliorum; sed veluti discipuli, & studiosi doctrinæ Conciliorum, Canonum, ac Sanctorum Patrum, ejusque evulgatores, & exscriptores; ut & alii innumeri nobiscum discant ab iis, qui sanctitate vitæ, & excellentia doctrinæ Ecclesiam, ac præsertim illius Clerum instruxerunt, & illustrarunt.

167. Quisquis hactenus legerit, inveniet quantum ponderis in se recipiant Principes Ecclesiastici, aut sæculares, Consiliariive ipsorum, & quicumque alii in caussa sunt, ut quispiam in Episcopum eligatur. Debent enim attente, ac solicite inquirere, & mature considerare, an vere sit dignus eo gradu adeo sublimi, ob innocentiam vitæ, & præcellentiam doctrinæ, & prudentiæ. In quo ipso clauditur, aut supponitur apud omnes opinio, & constans fama castimoniæ. Nihil magis decolorat, immo deturpat tam sacram dignitatem, quam nota qualibet incontinentiæ. Nihil magis damnosum toti Diœcesi, Clero, ac populo, ut plurimum sequenti Rectoris exemplum. Quicumque autem ad illius electionem, seu promotionem auxilium aliquod, vel consilium præstarunt, agnoscentes, aut agnoscere debentes malam ipsius qualitatem, sunt caussæ morales omnium delictorum, & malorum, quæ inde sequentur, & de iis Deo rationem strictissimam reddent. Lege supra num. 32. quam anxius fuerit S. Augustinus, & qualiter religione perculsus ad deferendum suum Episcopatum, eo quod partem aliquam habuisset in electione Antonii Episcopi Fussilensis, quem parum caute, aut minus prudenter judicaverat dignum, sed postea potius lupum, quam Pastorem expertus est. Quid non debent facere, & luere alii, qui longe minori circumspectione inquirentes in vitam, mores, & doctrinam alicujus reipsa indigni, ac fortasse etiam incontinentis, & propterea non detegentes vitia ipsius, eligunt illum in Episcopum, aut qualitercumque cooperantur ad illius electionem?

168. Idipsum fere dicendum est de omnibus

nibus iis Epiſcopis, Prælatis, & aliis quibuslibet auxilium, conſilium, aut opem præſtantibus, ut Ordinem ſacrum accipiat, vel ad altiorem promoveatur aliquis indignus, aut qualitercumque impudicus. Licet enim inter illos culpabilior ſit Epiſcopus, qui tam inconſulte, aut tam cito manus impoſuit, juxta phraſin Apoſtoli; omnes tamen ii ſunt moralis cauſa ejus indignæ ordinationis, ſeu promotionis, & malorum, quæ inde ſequentur, aut ſequuta ſunt. Inter alios etiam præcipue id ſcelus imputabitur Prælatis iis, ſive ſæcularibus, ſive Regularibus, qui literas commendatitias, aut teſtimonium idoneitatis præbent ejuſmodi indignis, ut ordinentur; quo proinde ſimul cum Epiſcopo ordinante indignum, audituri aliquando ſint (niſi dignam pœnitentiam egerint) terribilem illam Dei vocem apud Ezechielem: *Sanguinem ipſius de manu tua requiram*.

169. Quod attinet ordinandos ipſos, ſeu promovendos in quemcumque Ordinis, ſive Hierarchiæ Eccleſiaſticæ gradum, conſtat ex dictis, qualiter a die recepti Baptiſmi, & initio uſus rationis, ſtudere diligentiſſime debeant innocentiæ morum perpetuæ, & conſervationi illius candidæ ſtolæ, quam in regeneratione per Chriſtum acceperunt. Nam licet id commune eſſe debeat omnibus Chriſtianis; ſpeciatim tamen urget in iis omnibus qui tractandis Divinis Myſteriis deputari aliquando volunt. Itaque eos præ quibuslibet aliis mundos corde, & corpore, & quam maxime pudicos eſſe oportet. Atque utinam ita ſervaretur exacte cum omnibus, & ubique, quemadmodum priſcis illis, & melioribus ſæculis, fieretque exactiſſimum vitæ, & morum examen uniuſcujuſque, antequam ordinandus eſſet. De quo inter alios, aut præ aliis legere oportet eruditiſſimum Scriptorem Franciſcum Hallier, Doctorem Sorbonicum, in aureo illo, & magno Opere, *De ſacris Ordinationibus*, & piiſſimum Patrem D. Antonium de Molina Carthuſianum in ſ celeberrima *Inſtructione Sacerdotum*, poſt Venerabilem Magiſtrum Joannem de Avila, dictum communiter Apoſtolum Andaluſiæ, ſeu Bæticæ, apud venerandum Magiſtrum Ludovicum Granatenſem, in Vita ipſius §. IV.

170. Sed quoniam in hac Mundi ſenecta, & corruptione tanta morum, pauci ſunt relate ad alios, qui poſt Baptiſmum receptum, & rationis lumen a Deo inditum, non labantur proceſſu temporis in aliquod peccatum mortiferum; & plurimi ex adoleſcentibus uſque ad annum viceſimum primum ætatis, ſine ſtudio perfectionis ſpeciali viventes, cenſentur aliquando labi in peccatum carnis; quid de iis dicemus? Si delicta eorum occulta ſint, & per ſecretam confeſſionem ſalutarem, dignamque ſatisfactionem expiata, poterunt ne licite accipere ſacrum Ordinem? an potius tenebuntur humiliter devitare illum?

171. Reſpondeo, attento Jure tot Canonum antiquorum, & conſuetudine tot ſæculis recepta inviolabiliter in Eccleſia, ſaltem uſque ad undecimum illorum, ejuſmodi homines fuiſſe prohibitos accipere Ordinem ſacrum, ac debuiſſe omnino eum honorem humiliter, ac prudenter fugere, ſive ipſorum crimen fuiſſet publicum, ſive ſecretum, ut omnes Canonum Interpretes monent, & eum iis Morinus, & Albaſpineus, cujus verba exhibuimus Tomo I. in Canonem XXX. Concilii Eliberitani. Fieri tamen potuit, ut poſt dignos pœnitentiæ fructus exhibitos, aliqui moverentur ſpeciatim a Deo ad Ordinem ſacrum petendum; aut ex circumſtantiæ acciderent poſt magnam vitæ mutationem in melius, ut judicio prudenti Epiſcoporum, ſive doctorum, & piorum Virorum, cenſeretur conſonum voluntati Divinæ, atque utilitati Eccleſiæ illos ſacris Ordinibus initiare.

172. Et hoc poſtremum multo magis videtur dici poſſe noſtris temporibus, quibus adeo exolevit diſciplina illa vetus; nam licet valde conſentanea eſſet locis Scripturæ ſupra num. 67. & 68. indicatis, ac manifeſtæ rationi, & dignæ tractationi rerum Divinarum, & decori ſtatus Clericalis, præſertim intra Ordinem ſacrum, exacta illa vitæ innocentia abſque ullo crimine poſt Baptiſmum commiſſo; non tamen conſtat, nec facile perſuaderi poteſt, prohibitum eſſe Jure naturali, ac Divino, ut Sacris initientur, qui eam non ſervarunt integre, ac perpetuo, ſed olim aliquo incontinentiæ crimine animam, & corpus ſuum deturparunt. Quapropter ii, ſi poſtquam occulte lapſi ſunt, dignam de peccato ſuo pœnitentiam fecerint, & tam vitæ mutationem exhibuerint competenti tempore, ut judicio doctorum, & ſpiritualium hominum cenſeatur illorum ordinatio decens, & utilis futura Eccleſiæ; non videntur impediendi a receptione Ordinum. Impedimentum enim illud antiquum, quamvis fundatum in natura rerum, & decentia ipſa miniſterii ſacri, fuit inductum quoad vim præceptivam, & obligatoriam ſub peccato mortali, ſolo Jure Eccleſiaſtico, cujus obligatio per longævam, & immemorabilem deſuetudinem ejus pœnæ ceſſare, aut aboleri poteſt, præſertim, aut ſaltem ſciente Pontifice Romano generatim (ſicuti & Epiſcopis in unaquaque Diœceſi) & tacente, ſeu non innovante præceptum illud antiquum.

173. Totum autem id intervenire modo circa ejuſmodi lapſos, ſed tamen per dignam pœnitentiam purgatos, videtur manifeſtum. Nam a multis jam ſæculis, quoties ordinandorum qualitates examinantur, ſolum fit informatio per teſtes, ad quorum notitiam non perveniunt peccata illa carnis occulta; atque adeo propter hæc, tanquam prorſus ignota, nulli negatur promotio ad ſacros Ordines. Sed nec ipſi ordinandi olim lapſi videntur obſtringi ſub onere peccati gravis, ut olim fiebat, lapſum ſuum Epiſcopo manifeſtare, ne iis conferat ſacrum Ordinem; neque alio decenti prætextu quæſito abſtinere ab eorum receptione, ubi jam per dignam pœnitentiam coram Deo purgati ſunt. Hoc enim ſolum habet locum in idololatria, ſive hæreſi formali externa, quamvis occulta, homicidio, & ſimonia, aut alio forſan crimine, cui impoſitum ſit ipſo Jure impedimentum perpetuum, ſive irregularitas; quoniam ejuſmodi pœna non tollitur per pœnitentiam, ſed

pec

per solam Romani Pontificis dispensationem, idque tam Jure Canonico antiquo, quam recenti. Et ita servatur perpetua Ecclesiæ praxi a priscis sæculis usque modo.

174. Peccatum vero incontinentiæ occultæ situm in fornicatione, aut mœchia, licet juxta antiquos Canones haberet ex Jure Ecclesiastico annexum impedimentum perpetuum Ordinis sacri recipiendi, & exsequendi (quod posterioribus sæculis irregularitatis vocabulo significatum fuit) jam a multis sæculis non censetur illud secum afferre, ob desuetudinem longissimam ejus pœnæ, ac consensum Auctorum communiter scribentium, & interpretantium Jus Canonicum. Nemo enim, quantum mihi rescire licuit, tractans de irregularitate ex delicto, & de criminibus, quibus illa annexa est, mensionem facit cujuspiam irregularitatis ortæ ex fornicatione, aut mœchia. Itaque si quæ olim propterea contrahebatur, jam ab aliquot sæculis exolevit, & penitus antiquata est. Quare ii, qui de incontinentia illa secreto commissa dignam pœnitentiam fecerunt, & competenti tempore postea studueruns vacare pœnitentiæ, ac piis operibus, & perfectioni Christianæ, ubi judicio doctorum, & piorum hominum, ac maxime uniuscujusque Episcopi prudentis, & zelantis disciplinam Ecclesiasticam, censentur valde utiles futuri ministerio Ecclesiæ, non video, cur prohibendi sint a receptione sacrorum Ordinum sub onere peccati gravis, uti olim tot sæculorum decursu prohibebantur.

175. Unde celeberrimus interpres Concilii Eliberitani Ferdinandus Mendoza, in Commentario citati Canonis illius xxx. concludit hisce verbis: *Hodie peccatum mœchiæ ante Ordinis susceptionem commissum, non video impedire Clericum Ordine postea suscepto perfungi, etsi posses impedire & suscipiendum, observatis primitivæ Ecclesiæ moribus*. Hæc ille, centum circiter retro annis scribens, & triginta post Concilium Tridentinum, in quo Canones antiqui circa disciplinam, & honestatem Clericorum instaurati fuerunt, ut supra num. 148. vidimus. Quanto magis hodie dicere id poterimus, ubi desuetudo exsequendi eam pœnam, centum jam & triginta annis post idem Concilium consinuata fuisse videtur?

176. Et sane ab inclinante sæculo undecimo usque modo legimus, aut novimus multos post pubertatem, aut adolescentiam, vel saltem aliquam illius partem, in deliciis, & vanitatibus sæculi (quid si forte etiam in fornicatione, aut mœchia?) interdum decursam, postea ad meliorem frugem conversos, & diu purgatos dignis pœnitentiæ fructibus, præsertim intra statum Regularam; deinde Superiorum judicio, ac jussu sacros Ordines, immo & Episcopatum, lices invitos, accepisse, & de cætero sanctissime vixisse. Nonnulli ex vitæ austeritate, & virtutum excellentia veteres criminum sordes eluerunt, & tam sublimem perfectionem nacti sunt, ut ab Ecclesia solenniser Fastis Sanctorum adscripti fuerint, aut adscribendi censeantur. Nota loquor cuilibet versato in Vitis Sanctorum, & historiis Ecclesiasticis legendis, præsertim Regularium, Sacerdotum, aut Episcoporum, insigniter pœnitentium de peccatis in adolescentia commissis, antequam Superiorum judicio, & imperio reciperent sacros Ordines.

177. Lege Vitam S. Anselmi Cantuariensis ab Eadmero ipsius convictore fidelissime scriptam, & præterea aliam S. Andreæ Corsini, in quibus nonnulla similia invenies. Lege etiam *Vitam interiorem* Venerabilis Viri D. Joannis Palafox Episcopi Angelopolitani, nuper Romæ recusam Italice, & Hispanice, in qua ipse coram Deo, & hominibus confitetur errata, & delicta juventutis suæ, cum ingenti dolore, & humilitate, usque ad vicesimum octavum ferme annum ætatis, in quo ad seriam pœnitentiam, & asperrimum vitæ genus, & admirandam de cætero perfectionem, conversus fuit potenti destera Excelsi; ac postea præviis ejusmodi dispositionibus per aliquot annos vateres maculas eluit, antequam singulos Ordines gradatim reciperet per intervalla, sive interstitia ab Ecclesia statuta, donec transactis circiter decem annis vitæ insontis, & asperrimæ nominatus ad Episcopatum Angelopolitanum, post multam consultationem, & inspirationem Divinam, ut pie creditur, illum admisit; & in eo eximiis virtutibus præfulsit, ac tot scripta pia eum magna nominis celebritate edidit; quæ omnia examini hujus Sanctæ Sedis subjiciuntur, & nos ipsius judicio summittimus, dum de illius Beatificatione tractatur. Neque enim antiqui Ecclesiæ Canones ulsatenus possunt Deum impedire, ut tanquam supremus rerum Dominus, quando, & quomodo voluerit, ex duris lapidibus faciat Filios Abrahæ, eosque supra candelabrum Ecclesiæ constituat, & omnipotentiam suam parcendo maxime, ac miserando manifestet. Sicut autem Anselmum & Andream Corsinum jam purgatos a vanitatibus adolescentiæ, speciatim vocavit ad statum Sacerdotalem, & Episcopalem, ac præterea alios multos; ita etiam potuit, & potest alios plures post Baptismum graviter lapsos, puræ autem digne pœnitentes, ac plene reconciliatos, excitare, movere, & evehere ad Sacerdotium, & Episcopatum admittendum.

178. Dum autem iidem lapsi, præsertim in peccata incontinentiæ, nondum fecerunt dignos pœnitentiæ fructus, nec magnam vitæ mutationem habuerunt, & propositum diu confirmatum proficiendi in melius, sed adhuc fluctuant, & identidem relabuntur, aut surgunt; semerarium videtur sacris Ordinibus initiari. Quare prudentius, ac longe securius se gerent vitando humiliter statum Sacerdotalem, quam immature accipiendo. In quo omnes pios, & in sacris Canonibus, ac doctrina SS. Patrum versatos, quotquot hæc legere dignabuntur, unanimi judicio consensuros video. Præsertim quia facilius est unicuiqua pluribus, ac decentibus modis se excusare, sive vitare receptionem sacri Ordinis, quam post illum jam receptum abstinere ab ejus exercisio. Vidimus ausem supra ex Sancto Anselmo num. 119. qualiter dicat de Sacerdote lapso, adhuc postquam dignam pœnitentiam egeris, sutius esse, ut abstineat a celebrando, quam ut accedat. Quanto magis de lapso, sed nondum per dignam, & diu-

diuturnam satisfactionem purgato, nec satis robusto in virtute, dicendum est, tutius ac longe convenientius esse, ut sacros Ordines vitet, quam ut accipiat? Præsertim cum ad eos recusandos urgeat tota antiquitas Christiana Conciliorum, & Patrum; nemo autem illorum hortetur ad eos recipiendos. Satis sit, præter plurima alia in superioribus exhibita, indicare illud S. Isidori Libro, *De Officiis*, Cap. 5. *Quod quis post Baptismum aliquo peccato mortali corruptus, ad Sacerdotium non promoveatur, Lex ipsa testatur*. Nimirum, Lex Ecclesiæ tot Conciliis, & Decretis Apostolicæ Sedis expressa. Idem autem esse de promotione ad Subdiaconatum, jam satis supra ex sacris Canonibus ostensum fuit. Certe nemo, etiam post vitam innocenter transactam, sive nullius peccati gravis sibi conscius, deberet adspirare ad sacros Ordines recipiendos, nec sibi præsumere eum honorem, ut loquitur Apostolus, & Ecclesiæ Patres exponunt; sed tantum ille, *qui vocatur a Deo tanquam Aaron*. Quanto minus ille, qui scit, se aliquando post Baptismum commisisse crimen aliquod, præsertim carnis, quamvis secreto, & adhuc postquam illud digna, ac diuturna satisfactione expiaverit; quæ certe tot sæculis juxta Concilia, & sacros Canones Dei Spiritu conditos, & totius Mundi reverentia consecratos, ut loquitur S. Leo Papa, visa fuit insufficiens, ut ita lapsi, & jam Deo reconciliati, sacris Ordinibus initiarentur? Hæc quæso considerent non solum Domini Episcopi, & Prælati Regulares, sed & omnes Clerici minorum Ordinum, & quicumque demum accenseri cogitant, aut volunt statui Ecclesiastico, ne præpropere, aut inconsiderate, & temere, ut sæpe fieri solet, alios admittant, aut seipsos introducant.

179. Denique quoad illos, qui in peccatum carnis occulte lapsi fuerunt post sacrum Ordinem, aut etiam Sacerdotium acceptum, satis diximus sparsim, præcipue vero Excursu VIII. prolato in medium insigni loco Sancti Anselmi ea de re, attantius legendo, & consideratione dignissimo. Si autem lapsus carnis Sacerdotum fuerit manifestus, unde ipse sinistram opinionem, aut notam juridice, vel publice apud alios contraxerit, jam plura præmisimus tota Dissertatione; & sæpe diximus, nullum aditum apparere in Conciliis, aut sacris Canonibus, immo neque in illis Epistolis suppositis Gregorio Magno ad Secundinum, & Isidoro ad Massanum, ut redeant ad munus Sacerdotale exsequendum. Quare solum videtur restare illis locus agendi pœnitentiam, & manendi in gradu inferiori dum vixerint, attentis Conciliis, & Canonibus sacris. Et hæc occasione lapsus Potamii, ac depositionis dicta sunto.

EXCURSUS XIII.

Deploratio male amissæ virginitatis, ex S. Anselmo Archiepiscopo Cantuariensi; ut qui eam culpa sua perdiderunt, non audeant recipere sacros Ordines, nec administrare jam susceptos; nisi prius ingenti contritione, & magna vitæ mutatione in melius dignos pænitentiæ fructus fecerint.

180. ANima mea, anima ærumnosa, anima, inquam, misera miseri homunculi, excute torporem tuum, & discute peccatum tuum, & concute mentem tuam; reduc ad cor enorme delictum & produc de corde immanem rugitum. Intende, infelix, intende sceleris tui horrorem, & protende horrificum terrorem, & terrificum dolorem. Tu, inquam, quæ quondam candidata Cælesti lavacro, dotata Spiritu Sancto, in Christiana professione jurata, Virgo fuisti Christo desponsata. O unde memini! O quem nominavi! Utique non jam benignum Sponsum Virginitatis meæ; sed terribilem Judicem immunditiæ meæ. Heu memoria perditæ jucunditatis! Cur sic superaggravas pressuram possidentis infelicitatis? quam misera sors flagitiosi hominis, cui & bonum, & malum pariter sunt in tormentum? Torquet enim me mala conscientia, & cruciatus ejus, in quibus timeo me arsurum; torquet me bonæ conscientiæ, & præmiorum ejus memoria, quæ scio me perdidisse, nec amplius recuperaturum. Væ miserum perdere dolendum; id perdere irrecuperabiliter, quod servari debet interminabiliter. Heu inconsolabile perdere; quod non solum est damnosum bonorum, sed insuper est lucrosum tormentorum.

181. O Virginitas, jam non dilecta mea, sed perdita mea; jam non jucunda mea, sed desperata mea; quo devenisti? in quam fœtido, in quam amaro cœno me dereliquisti? O fornicatio sordidatrix mentis meæ, perditrix animæ meæ; unde misero surrepsisti, de quam nitido, de quam jucundo statu me præcipitasti? Hinc uris me, o amare mœror, quia illud est amissum; hinc angis me, o gravis dolor, & timor gravioris, quia illud est admissum. Hinc est damnum inconsolabile, hinc tormentum intolerabile. Væ hinc, & væ illinc! Sic sic pariter bonum & malum, sic utique jam juste punitis adhuc viventem miserum malum. Digne, certe, digne. Tu namque anima mea perfida Deo, perjura Dei, adultera Christi, libenter de Virginitatis sublimitate miserabiliter es demersa in barathrum fornicationis. Tu illa olim desponsata Regi Cælorum, ardenter facta es scortum tortoris tartarorum. Heu abjecta a Deo, projecta diabolo; immo abjiciens Deum, amplectens diabolum. Tu enim, tu misera anima mea, meretrix obstinata, fornicatrix impudens, tu prior amatori, & Creatori tuo Deo repudium obtulisti, & ad insidiatorem, & perditorem tuum dæmonem te sponte contulisti. O miserrima commutatio!

182. Heu! de quam sublimi cecidisti, in quam profundum corruisti! Væ! quam benignum contempsisti, quam maligno te junxisti. Quid fecisti o mentis amentia, amens spurcitia, spurca nequitia, quid fecisti? In Cælo dereliquisti castum amorem tuum, & in Infernum sequuta es odiosum corruptorem tuum, & in barathro parasti non thalamum, sed prostibulum tuum. Horror mirabilis! quam perversa voluntas! Miraculum horribile! quam voluntaria perversitas! Unde mihi Deus tantæ pravitatis correctio? Unde tibi, Deus, tanti sceleris satisfactio? Præcipitare miser homuncio in tenebrosum profundum immoderatæ

deratæ mœstitiæ; qui sponte præcipitatus es in barathrum horrendæ nequitiæ. Obruere infelix, mole terribilis doloris, qui corruisti libens in cœnum infernalis fœtoris. Obvolvere, criminose, horridis tenebris inconsolabilis luctus, qui volens provolutus es in voraginem, tam sordidi luxus. Volutare in gurgite amaritudinis, qui delectatus es in volutabro turpitudinis.

183. Terror horribilis, dolor terribilis, mœror inconsolabilis, aggerate vos super me; irruite, obruite, perturbate, obvolvite, possidete. Justum est, justum est. Impudenti audacia contempsi vos, & putenti delectatione provocavi vos; immo Deum, non vos; & nunc miserabili pœnitentia desidero vos. Torquete reum, vindicate Deum. Præsentiat fornicator inferni tormenta, quæ meruit, prægustet quod præparavit, assuescat quod est passurus. Extende, & produc, immoderate peccator, luctuosam pœnitentiam, qui tam longe produxisti tui sceleris immunditiam. Revolvere, & revolvere in eundem turbinem amaritudinum, qui totiens revolutus es in eandem voraginem libidinum. Consolatio, securitas, lætitia, nolo vos, renuo vos; nisi peccati venia reduxerit vos. Procul este, procul este ante mortem, si forte indulgentia revocet vos mihi vel post mortem. Sit continua pœnitentia amara comes ætatis meæ; sit continuus dolor insatiabilis tortor vitæ meæ. Sint mœror, & acerbus luctus infatigabiles tribulatores juventutis, & senectutis meæ. Utinam, utinam ita sit; opto, oro, desidero, ut ita sit. Si enim non sum dignus oculos ad Cælum orando levare; certe non sum indignus eos vel plorando cæcare. Si confunditur mens mea orare pudore conscientiæ; æquum est, ut confundatur turbine luctuosi doloris, & tristitiæ. Si timet exhiberi ante conspectum Dei sui; justum est, ut habeat ante conspectum suum tormenta sceleris sui.

184. Cogitet igitur, & recogitet cor meum quid fecit, & quid meruit. Descendas, inquam, descendat ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine mens mea, & consideret quæ ibi exspectent scelerosam animam meam; intendat, & contempletur; videat, & conturbetur. Quid ast, Deus, quid est quod animadverto in terra miseriæ, & tenebrarum? Horror, horror. Quid est quod intueor, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat? Heu! confusio ululatuum, tumultus fletuum, stridor dentium, inordinata multitudo gemituum. Væ! væ! quot, quot, & quot væ, væ! Ignis sulphureus, flamma tartarea, & caliginosa volumina, quam terrifico rugitu video vos rotari! Vermes in igne viventes, quæ mira aviditas rodendi sic, vos accendit, quos ille ignis ignium non incendit! Dæmones ardentes, frementes ardore, frendentes furore, cur sic crudeles estis his, qui volutantur inter vos? O omnimoda tormenta! justitia moderata, ad sustinendum immoderata; siccine nullus modus, nullum remedium, nullus finis temperabit vos? Hæccine sunt, magne Deus, quæ parata sunt fornicatoribus, & contemptoribus tuis, quorum ego unus sum? Ego, ego utique, unus horum ego sum.

185. Anima mea expavesce, mens mea defice, cor meum scindere. Quo me rapitis exactores sceleris mei? Quo me trudis peccatum meum? Quo me tradis Deus meus? Si feci, ut essem reus tuus, numquid potui facere, ut non essem creatus tuus? Si mihi castitatem meam ademi, numquid tibi misericordiam tuam peremi? Domine, Domine, si ego admisi, unde me damnare potes, tu ne amisisti unde salvare soles? Noli Domine, noli sic attendere malum meum, ut obliviscaris bonum tuum. Ubi est, o verax Deus, ubi est: *Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat?* Domine, qui non mentiris, Domine, quid est, *nolo mortem peccatoris*; si tu sepelis in infernum ad te clamantem peccatorem? an detrudere peccatorem in gehennam, hoc est, *nolo mortem peccatoris?* An hoc est, *volo, ut convertatur peccator, & vivat?* Peccator sum, Domine, peccator sum ego. Si ergo non vis mortem peccatoris, quid te cogit, quod non vis, ut me tradas ad mortem? Si vis, ut convertatur peccator, & vivat; quid te prohibet facere quod vis, ut me convertas, & vivam? An immanitas peccati mei cogit te quod non vis, & prohibet quod vis; cum sis Omnipotens Deus? Absit, Omnipotens Deus; absit, Domine Deus; non prævaleat nequitia peccatoris confitentis, & dolentis sententiæ Omnipotentis.

186. Memento, juste, sancte, & benigne Deus; memento, quia misericors es, & creator, & recreator meus. Ne ergo memineris, bone Domine, justitiæ tuæ adversus peccatorem tuum; sed memor esto benignitatis tuæ erga creaturam tuam, ne memineris iræ adversus reum; sed memor esto miserationis erga miserum. Verum est, quia conscientia mea meretur damnationem, & pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem; sed certum est, quia misericordia tua superat omnem offensionem. Parce ergo tu bone Domine, cujus est salus, & qui non vis mortem peccatoris. Parce peccatrici animæ meæ. Fugit enim exterrita a terrente justitia tua ad confortantem misericordiam tuam, ut quoniam præmium virginitatis est corruptæ, o dolor, irrecuperabile; saltem supplicium fornicationis pœnitenti non sit inevitabile, quia non est impossibile omnipotentiæ tuæ, nec indecens justitiæ tuæ, nec insolitum misericordiæ tuæ; quoniam bonus es, & quoniam in æternum misericordia tua, qui es benedictus in secula. Amen.

187. *Hactenus S. Anselmus in ea Meditatione, quæ ipsius ævo celeberrima, & valde proficua fuit, ac per plurimorum manus circumferebatur. Porro illam hoc loco recudimus in communem utilitatem, ut omni diligentia servent virginitatem, qui adhuc per gratiam Dei retinent illam illibatam, & nulli parcant labori, ut tantum thesaurum de cætero integrum conservent. Verum speciatim Meditationem ipsam denuo evulgamus in gratiam eorum, qui cogitant de suscipiendo statu Ecclesiastico, ut innocentiam animæ, & castimoniam corporis accuratissime custodiant cum pulcherrimo virgini-*

 gini-

ginitatis flore. Si autem contigerit illum culpabiliter amittere quolibet turpi actu mæchiæ, sive fornicationis, recusent modeste, atque humiliter receptionem cujuslibet sacri Ordinis sub aliquo prætextu decenti, juxta tot sacros Canones; aut saltem ingenti cordis, & corporis contritione dignos pœnitentiæ fructus edant convenienti tempore, juxta c nsilium Patris alicujus spiritualis vere docti, ac solide versati in disciplina Ecclesiastica, ac prudentis, & pii Prælati, antequam de ejus consilio, ac vocatione Dei, sive Divinis inspirationibus mature examinatis alliciantur, & suadeantur ad recipiendum Ordinem sacrum. In talibus enim circumstantiis, licet non servetur antiqua illa sacrorum Canonum disciplina quantum ad id, quod spectabat ad Jus pure Ecclesiasticum, jam antiquatum in ea parte per longissimam sæculorum desuetudinem; videtur tamen servari id, quod pertinet ad Jus Naturale, ac Divinum circa puritatem corporis, & animæ præceptam omnino iis, qui primum Sacris initiantur. Etenim juxta statum præsentem disciplina Ecclesiastica non ita exacta, ac olim, videntur per confessionem secretam cum digna, ac diuturna cordis, & corporis contritione recuperasse munditiam corporis, & animæ sufficientem, attento Jure Naturali, & Divino, ut initientur sacro Subdiaconatus Ordine. Hæc autem omnia sub correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac quarumlibet melius sentientium, ex indulgentia quadam, seu condescensione ad infirmitatem nostram in hac Mundi senecta, & misero statu, & non juxta severitatem sacrorum Canonum, dicta sint.

188. *Denique tum pro iis, qui ante susceptum Ordinem sacrum, tum præsertim pro illis, qui eo suscepto graviter lapsi, aut etiam relapsi sunt in gravia peccata, potissimum carnis, & quam veram, seriam, ac diuturnam olim pœnitentiam agerent, juxta sacros Canones, ac doctrinam Sanctorum Patrum, semper, & ubique dignissimam observatu, recolenda sunt plura, quæ supra diximus in Dissertationibus in Canones XI. & XII. Concilii Toletani III. Legantur ibi, quæsumus.*

MONITUM AD LECTOREM.

189. *CUM S. Fructuosus intervenerit huic Concilio, & in eo fuerit suffectus Potamio Archiepiscopo Bracarensi (de quo hactenus disseruimus) visum fuit hoc loci exhibere Acta Translationis ejusdem Sancti jam vita functi a Compostellam, ex mss. valde antiquis, prout edita invenitur apud Bollandianos ad diem xvj. Aprilis. Contigit autem illa anno Christi circiter MCII.*

TRANSLATIO S. FRUCTUOSI, ET ALIORUM COMPOSTELLAM.

Auctore Hugone Archidiacono Compostellano. Ex antiquis membranis.

190. ANno igitur Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo secundo, Venerabilis Pater Didacus, Ecclesiæ S. Jacobi Compostellanæ Sedis Divine præstante gratia Episcopus, secundo Episcopatus sui anno, Ecclesias, cellas, & hæreditates, quæ in Portugalensi Pago Compostellenæ Ecclesiæ juris esse cognoscuntur, ut justum est, visitare decrevit. Ad bonum namque pertinet Pastorem, ut tam exterioribus Ecclesiæ suæ bonis, quam interioribus provideat; & si quid detrimenti, vel aliquid inordinatum in eis invenerit, providentia sua restauret, & disponat. Assumptis itaque de majoribus Ecclesiæ suæ personis, ad Portugalensem Provinciam, uti disposuerat, iter suum direxit. Cumque appropinquasset Civitati, quæ Bracara dicitur, nuncium suum ad ejusdem Civitatis Archiepiscopum præmisit, qui adventum suum ei nunciaret. Ipse vero Archiepiscopus, nomine Gireldus, Vir prudens, ac Religiosus, audito quod Episcopus S. Jacobi ad suam Civitatem veniret, magno repletus est gaudio; & congregens omnes Clericos suos, cum civibus, & cæteris Ecclesiæ suæ ornamentis, obviam procedens, Episcopum Compostellenum cum magna veneratione in processione suscepit; & Clero cantante, ipse eum manu dextera tenendo, in Ecclesiam suam introduxit. Post Missæ vero celebrationem ad mensam refectionis, post refectionem quoque ad suam cameram propriam Archiepiscopus Episcopum honorifice comitando perduxit; eique suum proprium hospitium præbens, in aliam mansionem ivit mansurus. Illa itaque die Episcopus S. Jacobi apud Archiepiscopum Bracarensem est commoratus. Sequenti vero die, salutatis ejusdem Ecclesiæ Fratribus, atque benedictione firmatis, prælatus Episcopus ad Ecclesiam Sancti Victoris, cujus juris medietas Bracaræ Civitatis esse perhibetur, Archiepiscopo comitante pervenit, & in sua Regia palatie ut dominus susceptus est.

191. Interim tamen Ecclesias suas circuiendo, visitando, & in eis Missarum solennia celebrando, multorum Corpora Sanctorum, quæ per ees semisepulta debito carebant honore, intimo progemebat affectu; & pietatis studio pio versabat pectore, quæ postea Divina opitulatione implevit. Ferventi namque studio excogitabat, qualiter pretiosas de inconvenientibus locis margaritas extrahere posset, & ad Compostellanam Urbem exportaret. Convocatis itaque suis familiaribus Clericis, & consilio probatis, quid inde vel quomodo facere vellet, aperuit dicens: Fratres charissimi, scitis quia ad has partes ideo

ideo venimus, ut si quid in Ecclesiis istis, seu hæreditatibus destructum, seu inordinatum esset, præsentia nostra restauratet, & ordinaret, & male posita in meliorem statum mutaret. Nunc autem, nostram non latat diligentiam, quod in eis inconvenientia reperiantur. Plurima enim Sanctorum Corpora, nullo cultu venerata, sed nuda, & publico visui patentia, passim per eas jacere spectatis, quæ debita veneratione carere nec ignoratis. Si ergo vestra nobis consuluerit prudentia, hoc emendare curabimus; & quædam pretiosorum Corpora Sanctorum, quibus nullus hic eahibetur cultus, ad Compostellanam Sedem transferre curabimus; occulte tamen hoc fiari oportebit, ne forte Gens hujus Terræ indisciplinata, tantoque thesauro expoliata, in nos subitam seditionem commoveat; sicque quod tentare audemus, frustra nos tentasse doleamus. Hoc autem consilium cum ejus Clerici approbassent, utpote qui consilium Divina inspiratione ortum esse, nac respuendum assererent; Venerabilis Vir Episcopus, maxima mentis jucunditate repletus, respondit, & ait: Dominus Jesus Christus, de cujus misericordia confidimus, ipse sua pietate, quod desideramus, adimpleat; & propositi nostri devotionem ad bonum finem perducere dignetur.

191. Deinde Ecclesiam S. Victoris ingrediens, ibique Missam celebrans, ad dexteram partem Altaris fodi præcepit; ubi arca marmorea mite, ac subtiliter fabricata mor sub terra reperta est; quam cum præsente Domino Episcopo aperuissent, duas capsulas argenteas intus invenerunt. Eas itaque prædictus Episcopus cum magno timore accipiens, glorificato nomine Domini, cum Psalmis, & orationibus, reseravit; in una quarum Domini nostri Salvatoris reliquias; in alia vero plurimorum Sanctorum ossa demonstravit. Clausas igitur, & firmiter sigillatas, suis fidelibus Clericis custodiendas tradidit. Alia autem die ad Ecclesiam B. Susannæ Virginis & Martyris, quæ non longe ab Ecclesia S. Victoris remota est, perrexit, & summa devotione Missam celebravit. Celebrata autem Missa, ut sacris vestibus erat ornatus, ad Mausoleum SS. Cucufati, & Sylvestri Martyrum, in eadem Ecclesia requiescentium, trepidante animo accessit; & eorum gloriosa Corpora in munda sindone involuta, de inconvenientibus sarcophagis latenter assumpsit; & cum magna reverentia, per idoneos Ministros, atque Fideles, cæteris ignorantibus, ad cameram suam deferri, & fideliter custodiri fecit. Ad Sepulchrum quoque S. Susannæ Virginis cum pervenisset, ejus venerabile Corpus cum gemitu, ac lacrymis suspirando accepit, & occulte cum aliis custodiendum tradidit. Præterea Vir Dei cognoscens, Divina pietate esse conessum, quod per eum Sanctorum Corpora honorificanda essent; appofuit ut B. Fructuosi Confessoris, atque Pontificis gloriosam glebam Corporis simili modo transferret, atque convenientibus locis collocaret. Post duos vero dies venerunt ad Ecclesiam B. Fructuosi, ibique Missam solenniter celebravit. Finita vero Missa, ad eius Sepulchrum factis indutus vestibus accessit. Sed quod S. Fructuosus regionis illius defensor, & patronus erat, cum majori timore et Ecclesia sua, quam ipse adhuc vivens in carne fecerat, cum pio latrocinio sustulit, & sublatum fidelibus suis custodibus servandum commisit. Et quamvis hoc factum omnes lateret, præter Clericos hujus consilii conscios, consequente tamen nocte Episcopus secure dormire non potuit; timebat enim perdere, quod secum gaudebat habere.

192. At ubi mane facto, quod egetat, non esse propalatum agnovit; cum gaudio, & lætitia suum occultum thesaurum comportans, ad quamdam S. Jacobi Villam, quæ Cornelliana nuncupatur, tamquam iniens fugam, accelerando regressus est. In Corneliana igitur rumor populi aures Pontificales percussit, referens, ab Episcopo S. Jacobi indignum fieri facinus, qui Sanctos de Portugalensi Terra sublatos, Patriæ scilicet Defensores, atque Patronos, ad suam conabatur transferre Civitatem. Quo audito, Vir summæ prudentiæ, & pietatis eximiæ, veritus, ne qua occasione, seu violentia, pretiosam sarcinam amitteret; cuidam fideli Archidiacono suo Sanctorum Corpora commisit, & quomodo ea per occultos tramites ad Tudensem deferret Civitatem sapientibus verbis instruait. Pontifice ergo apud Cornelianam remanente, Archidiaconus secundum ejus præcaptionem iter faciens, usque ad flumen Minii, quod secus Tudam defluit, prosper pervenit. Flumeo equidem ante tam aspertimis per tres dies iohorruetat procellis, quod nullis navibus transiri posset. At postquam Sanctorum Corpora supra ripam fluminis posita fuerunt, eorum reverentiam fluvius sensisse visus est. Nam gravis auræ asperitate submota, aerisque intemperie evanescente, transferendis Sanctis tanta transfretandi facilitatem flumen eahibuisse perhibetur, quantam ipsius pernicitas aquæ subministrare potuit; quæ, sedatis fluctibus, tam magna ferebatur tranquillitate, ut nec modica fluctuationis unda quateretur. Translatos itaque per fluvii tranquillitatem Sanctos in Cœnobio S. Bartholomæi, quod in Suburbio Tudæ Civitatis situm est, posuerunt. Archidiaconus igitur fideli custodia, & administratione quendam Diaconum, S. Jacobi Apostoli Canonicum, cum eis relinquens, ad Episcopum in Cornelianam reverlus est; eique quicquid accidisset in itinere, & ubi Sanctos Dei dimisisset, referendo patefecit. Deinde Diaconus, quem custodem deputatum esse prædiaimus, ex præcepto Pontificis supradictos Sanctos ad Ecclesiam S. Petri de Cella, quam B. Fructuosus fabricaverat, religiose detulit. Ibi vero per decem dies Episcopum præstolando debitam venerationem eis exhibuit.

193. Audiens autem Episcopus, quia jam Minium fluvium transissent Sancti, & in tuto loco positi essent (fluvius enim iste Portugalensem Terram disterminat a Gallæcia) præparatis omnibus, quæ præparanda erant, ad Monasterium, ubi Sancti erant positi, festinando pervenit; & assumptis inde Sanctis, jam manifeste per Villas S. Jacobi cum magna veneratione, & lætitia ad Compostellanam Civitatem redire cœpit. Cum autem ad Villam,

lam, quæ Coegidum appellatur, venisset; nuncios suos Clero, & Populo Compostellanæ præmisit, ut eis Sanctorum adventum nunciarent, & qualiter deberent suscipi, jussione ipsius admonerent. Clerus igitur Compostellanus, & Populus, audientes, quia Divina miseratione permissum esset, quod Sanctorum Corpora a Bracara in Compostellanam transferrentur Civitatem, valde gavisi sunt. Intelligebant siquidem, quod tam eorum meritis, & intercessionibus, quam piissimo Beati Jacobi Apostoli patrocinio, cujus sanctissimi Corporis præsentia Compostellana Civitas illustratur, ab omni peste, seu languore, & debilitate liberandi essent. Exauntes ergo obviam nudis padibus Clerici, subsequente Populo totius Civitatis, usque ad locum, qui Miratorium dicitur, religiose processerunt. Quo cum pervenisset Episcopus, & qui secum venerant discalceati præcessissent; Clerici secundum ejus dispositionem sacris vestibus ornati, nudis pedibus existentes, post eos venientibus turbis, gloriosa Sanctorum Corpora susceperunt; & Episcopo prætereunte, & Clero, in Civitatem suam cum hymnis, & canticis, & pia devotione detulerunt, & in Ecclesiam B. Jacobi Apostoli Compostellanæ Sedis collocaverunt.

194. Corpus vero S. Fructuosi Confessoris, atque Pontificis ad Altare S. Salvatoris, in majori ejusdem Ecclesiæ Crypta, positum est. Verumtamen expletis quatuor annis, iterum præfato Episcopo, suisque Clericis melius visum est, ut B. Fructuoso, quem de propria mansione susceperant, proprium facerent habitaculum. In ejus itaque honorem fabricatum, & dedicatum est Altare, & ab eodam Episcopo consecratum in sinistro membro ejusdem Ecclesiæ, in Crypta, quæ est inter portam, quæ mittit in claustrum, & Altare S. Jacobi. Ibi ergo positum est Corpus B. Fructuosi, & conditum, & tamquam in propria Sede requiescit usque in sempiternum diem, miraculis gloriosum. Sanctum vero Cucufatem Martyrem Altare S. Joannis Apostoli & Evangelistæ suscepit; & S. Sylvestri Martyris Corpus sub Altari Beatorum Apostolorum Petri & Paulli, in ejusdem Ecclesiæ corpore, conditum est. Beata vero Susanna Virgo & Martyr in Ecclesia, quæ in honorem Sancti Sepulchri, & omnium Sanctorum fundata cognoscitur, in loco quem ante Altarium Sepulcrorum appellare solebant, honorifice collocata requiescit. Translata itaque Sanctorum Corpora, ut supra dictum est, collocata fuere XVII. Kalendas Januarii.

195. Hugo ejusdem Compostellanæ Sedis Canonicus, & Archidiaconus prædicti secreti conscius fuit, qui etiam in tanti tamque pretiosi thesauri inventione, & inventi administratione fidelissimus consultor, & diligens cooperator, corpore præsens, & animo devotus extitit, ne oblivionis caligine sopiretur, diligenter scripsit, & posteris in memoriam fideliter tradidit, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Meminit hujus Concilii Innocentius III. in Epistola ad Petrum Compostellanum; quam vide ad calcem hujus Concili. pag. 633.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI.

S Y N O D U S

Quæ gesta est in Provincia Lusitaniæ apud Urbem Emeritensem, quæ caput ejus dignoscitur esse, XII. Episcopis in unum collectis, die VIII. Iduum Novembris, anno XVIII. serenissimi, & piissimi Reccesvinthi Regis,

Era DCCIV. idest, anno Christi DCLXVI.

T I T U L I.

I. *De Fidei institutione, ejusque ordine.*

II. *De Vespertini Officii servando ordine.*

III. *Quid sit observandum tempore, qua Rex in exercitu progreditur, pro Regis, Gentis, aut Patriæ statu, atque salute.*

IV. *Qualiter Metropolitanus suis confinitimis, aut confinitimi Metropolitano suo placitum faciant.*

V. *Ut Episcopus ad suam personam, ad Concilium non Diaconum, sed aut Archipresbyterum, aut Presbyterum dirigat.*

VI. *Qualiter Episcopus admonitione accepta, ad Metropolitanum suum veniat.*

VII. *Qualiter secundum priorum Canonum instituta Concilium fiat.*

VIII. *Quid ordinatum maneat de Episcopis, qui inter se de Parochiis intentionem habent.*

IX. *Quid Presbyter observare debeat, qui Presbyteris jubetur dare sanctum Chrisma.*

X. *Ut omnis Episcopus infra hanc Provinciam constitutus, Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primiclerum in Ecclesia sua habeat.*

XI. *Ut omnis Presbyter, Abbas, vel Diaconus Episcopo suo humilitatem teneat, & reverentiam summam.*

XII. *Ut Episcopus, qui illi placiti fuerint de Parochia sua, Presbyteros, atque Diaconas Cathedrales sibi faciat.*

XIII. *Ut Episcopus, quem viderit de Clericis suis ad bonum perfectum tendere, honoran-*

randi, & magnificandi de rebus Ecclesiæ licentiam habeat.

XIV. *De pecunia, quæ in Ecclesia Dei offertur, fideliter colligenda, & fideliter dividenda.*

XV. *Ut Episcopi, atque Presbyteri pro gravibus caussis (quod Legum damnant sententiæ) sine Judicis examine familiam Ecclesiæ non debeant exstirpare.*

XVI. *Ut Episcopo non liceat tertiam de Parochianis Ecclesiis tollere, sed quæ instituta sunt, debeat observare.*

XVII. *Ut post mortem Episcopi, nulli subjectorum liceat de eo quicquam detrahere.*

XVIII. *Ut Parochitani Presbyteri, juxta ut posse habuerint, de familia Ecclesiæ suæ Clericos sibi faciant, & habeant.*

XIX. *Ut Presbyter, qui plures Ecclesias habuerit commissas, pro singulis Dominicis diebus, in singulis Sacrificium Deo offerre intendat.*

XX. *Qualiter libertos Episcopi faciant, vel qualiter liberti a patrocinio Ecclesiæ nunquam discedant.*

XXI. *Qualiter stabilitum maneat, quod Episcopus in amicis suis, servis, aut libertis de re Ecclesiæ suæ donare voluerit.*

XXII. *Qualiter excommunicari oporteat, qui Canonis non custodierit sententiam.*

XXIII. *Confirmatio hujus Concilii.*

1. Congregatis nobis omnibus Provinciæ Lusitaniæ Episcopis in nomine Domini, residentibus in Hierusalem Ecclesia, quæ in Emeritensi Urbe (quæ caput hujus Provinciæ noscitur esse, & sub principali nomine manet dedicata) juxta ordinem priorum Canonum nostrorum, cum Dei juvamine cœptum est initium. Primum (ut mos est) debitas laudes persolvimus omnipotenti Deo, cujus munere adunati sumus, & dono; deinde Serenissimo, atque clementissimo Principi nostro, & Domino, gratiarum actiones impendimus Regi Reccesvintho; optantes Divinam misericordiam, ut qui ei tribuit Regni potestatem, concedat & vitæ felicitatem, cum pacis quiete; sicque eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla ditioni ejus subdat, gratia favente; quatenus & præsentem vitam quietus possideat per tempora longa, & post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat, per sæcula nunquam finienda. Et quoniam de sæcularibus sancta illi manet cura, & Ecclesiastica per Divinam gratiam recte disponit mente intenta, sit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia, quæ se quærentibus manet propinqua.

I. De Fidei institutione, ejusque ordine.

2. Juxta priorum Patrum regulam, quæ sancte nobis est tradita, cujus institutione profectum Fidei habet sancta Dei Ecclesia Catholica; quamlibet permultis Conciliis maneat memorata, oportet tamen, a nobis non eam esse prætermittendam; hæc enim est prima Concilii via; & nisi digne fuerit adstructa, perveniendi ad aliud ratio est incongrua. Nos ergo, quia certos fatemur in Fide, & perpetim hanc profitemur ore, dignum est in hoc Sancto Concilio credulitatem nostram exponere.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cæli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium conditorem; & in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in Cælo, & quæ in terra; qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto, & Maria Virgine, homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in Cælos, sedet ad dexteram Patris; iterum venturus in gloria judicare vivos, & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum, qui loquutus est per Prophetas. In unam Catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum, exspectamus resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Est Symbolum Constantinopol. in 3. Tolet. & aliis Conciliis positum.

3. Hæc est Fides nostra, & hæc credulitas sancta; hanc quisquis digne tenet, Judicii tempore remunerationem condignam accipiet; qui ab ea discesserit, & in hac Fide esse noluerit, cum diabolo pœnas æternas luet. Oremus ergo Omnipotentem Deum, ut hæc credulitas sincera Divina nobis con-

conferat beneficia, ejusque pietas sancta præsenti in sæculo cuncta nobis dimittat peccata; & cum venerit judicare vivos, & mortuos, ad dexteram suam nos justificandos statuat. Si quis non crediderit, aut confessus fuerit, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unum esse in Trinitate, anathema sit.

II. *De Vespertini Officii servando ordine.*

4. Sicut in Fide sancta nostra est unanimitas, ita pro sancto Dei Officio debet esse intentio summa. Oportet igitur, ut sicut in aliis Ecclesiis vespertino tempore, post lumen oblatum, prius dicitur Vespertinum, quam sonum in diebus festis, ita & a nobis custodiatur in Ecclesiis nostris. Si quis hunc ordinem minime custodierit in sua Ecclesia, cunctosque ad se pertinentes non instruxerit, ut bonum hujus operis agant; dum tale ad Metropolitani pervenerit aures, & fuerit res convicta, excommunicationis se noverit feriri sententia.

III. *Quid sit observandum tempore, quo Rex in exercitu progreditur, pro Regis, Gentis, aut Patriæ statu, atque salute.*

5. Quantum cum Dei juvamine ratio competit, ut rectitudinis regula ponatur in Ecclesiastico ordine, tantum necessarium est ea excogitare, & ordinare, quæ clementissimo Domino nostro Reccesvintho Regi, Fideliumque suorum Genti, aut Patriæ debeant prosperitatem afferre. Ob hoc ergo instituit hoc sanctum Concilium, ut quandocumque eum caussa ingredi fecerit contra suos hostes, unusquisque nostrum in Ecclesia sua hunc teneat ordinem; ita ut omnibus diebus per bonam dispositionem, Sacrificium Omnipotenti Deo, pro ejus, suorumque Fidelium, atque exercitus sui salute offeratur, & Divinæ virtutis auxilium impetretur, ut salus cunctis a Domino tribuatur; ut victoria illi ab Omnipotenti Deo concedatur. Tamdiu hic ordo tenendus est, quamdiu cum Divino juvamine ad suam redeat Sedem. Quisquis hujus institutionis modum implere distulerit, sciat, se a suo Metropolitano esse excommunicatum.

IV. *Qualiter Metropolitanus suis confinitimis, aut confinitimi Metropolitano suo placitum faciant.*

6. Postquam Fidei nostræ credulitas est manifesta, illa inferenda curavimus, quæ rectitudinem faciant in Ecclesia sancta. Cœtus ergo nostræ unanimitatis hoc inferendum esse curavit, ut tempore, quo Metropolitanus in Ecclesia Dei fuerit ordinatus Episcopus, placitum in nomine suorum comprovincialium Episcoporum faciat, ut caste, sobrie, recteque vivat. Similiter & quando confinitimi Episcopi in Ecclesiis, quibus præesse potuerint, fuerint ordinati, placitum faciant in nomine Episcopi sui Metropolitani, ut caste, recte, & sobrie vivant. Quod si juxta Canonicam sententiam, per voluntatem Metropolitani, atque informationis ejus Epistolam, per Regiam jussionem, ab alio Metropolitano aliqui fuerint ordinati, tempore, quo ad Metropolitanum suum post suam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere. Quod si distulerint, tamdiu quisquis ille excommunicatum esse se noverit, quamdiu impleat ordinem bonæ institutionis.

V. *Ut Episcopus ad suam personam, ad Concilium non Diaconem, sed aut Archipresbyterum, aut Presbyterum dirigat.*

7. Juxta Canonicum ordinem tempore, quo Concilium per Metropolitani voluntatem, & Regiam jussionem electum fuerit agere, omnes confinitimos Episcopos in unum oportet adesse; nec pro tali re qualibet caussa opponi debet ad excusationem. Quod si contigerit, aliquem de Fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non possit venire, aut per Regiam jussionem injunctum acceperit aliquid agere, ut sit per quod non possit Concilio interesse; quicquid tale acciderit, Metropolitano suo fideliter intimet cuncta, per suam Epistolam manu sua subscriptam; ut postmodum quæratur, anne excusationem faciat aliquam. Ad suam tamen personam non aliter, nisi aut Archipresbyterum suum diriget, aut si Archipresbytero impossibilitas fuerit, Presbyterum utilem, cujus dignitas cum prudentia pateat, a tergo Episcoporum, inter Presbyteros sedere, & quæque in eo Concilio fuerint acta, scire, & subscribere. Injustum enim hoc accipit cœtus noster, ut quisquam Episcoporum Dia-

Diaconum ad suam personam dirigat. Hic enim quia Presbyteris junior esse videtur, sedere cum Episcopis in Concilio nulla ratione permittitur. Quemcumque ergo ex Presbyteris dirigere elegerit, instructum per informationem dirigat, ut ratio poscit; atque cum eo mandatarium suum, juxta Legis ordinem munitum, ut si a quolibet contra eundem Episcopum in Concilio fuerit suggestum, ab eo, quem dixerit, qui petit, accipiat responsum; & justitia, quæ fuerit ordinata, nullam postmodum dilationem habeat.

VI. *Qualiter Episcopus admonitione accepta ad Metropolitanum suum veniat.*

8. Deo credimus esse placitum, quando pro bono opere dignam in Ecclesia Sancta imponimus regulam. Ideoque placuit Fraternitati nostræ, ut sicut primatus reverentiæ a Metropolitano Episcopo jubetur impendi per Synodicam regulam; ita & a comprovincialibus suis serventur hæc monita. Communi deliberatione censemus, & sententiæ hujus ordinem servandum instituimus, ut dum quisquam comprovincialis Episcopus Metropolitani sui admonitionem acceperit, pro diebus festis Nativitatis Domini, & Paschæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. Quod si contigerit, eum ab ægritudine esse detentum, vel per nimiam intemperantiam aerum, non habere, qualiter ad præsentiam ejus possit venire, Epistolam manu sua subscriptam dirigere debebit, in qua hujus rei verissime caussam notescat. Quod si sanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, & venire distulerit, absque excommunicatione dimittendus non erit.

Sic cautum est Concil. Tolet. 15. cap. 8.

VII. *Qualiter secundam priorum Canonum instituta Concilium fiat.*

9. Decretum est de priscis Canonibus, semel in anno fieri Concilium, ubi elegerit Metropolitanus Episcopus, atque in ea sancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales Episcopi, dum a suo Metropolitano fuerint admoniti, præsentes esse debeant ad locum temporis debiti; quæ res non extra Regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli, qui pro hoc admonitionem sui Metropolitani, & Regiam jussionem accipiunt, & minime implent quæ jubentur; hos priscorum Canonum sententiæ excommunicatos esse jubent, usque ad tempus superventuri Concilii; & quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur, quod debeant metuere. Placuit huic sanctæ Synodo, ut quisquis ille Episcopus ad Concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, ubi cum his, qui præsentes fuerint, elegerit Metropolitanus. Cella vero, & res ad eum pertinentes, quousque ille sub pœnitentia fuerit, instantia, & sollicitudine regantur Metropolitani. Quia ideo est hoc electum, ut discat sub pœnitentia, quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inveniat, quæ Ecclesiæ suæ est debita.

V. de Epistolam Innocentii III. de pœna hujus Canonis.

VIII. *Quid ordinatum maneat de Episcopis, qui inter se de Parochiis intentionem habent.*

10. Omnibus * pene cognitum manet, quomodo Divina gratia, quæ cor Serenissimi, atque clementissimi Domini nostri, & Principis Reccesvinthi Regis in manu tenet, & ubi vult, illud vertit, suggerente sanctæ memoriæ Sanctissimo Viro Orontio Episcopo, animum ejus ad pietatem moverit, ut terminos hujus Provinciæ Lusitaniæ cum suis Episcopis, eorumque Parochiis, juxta priorum Canonum sententias, ad nomen Provinciæ, & Metropolitanam hanc Sedem reduceret, & restauraret. His ergo, juxta eandem regulam, Decreto Synodico, judicii formula, & suæ clementiæ confirmatione ad hane Metropolim reductis; dum, miserante Domino, Principis jussu, in unum ad sanctum convenissemus Concilium, unus de his, Selva nomine, Sanctæ Igeditanæ Ecclesiæ Episcopus interpellavit sanctam Synodum; eo quod Justus Salmanticensis Ecclesiæ Episcopus debitam illi teneret Diœcesim; hoc enim etiam adjiciens, ut de eo, id unde ad Gallæciæ Metropolim Diœcesis suæ fuerat possessum, ille reciperet, quamvis longa post tempora, quæ Parochiæ suæ fuerant debita.

* *Alias bene.*

Prov. 21.

11. Sed quia antiquorum Canonum sunt instituta, ut si una Provincia, quisquis Episcopus, de alterius Diœcesi partem aliquam per triginta annos possiderit, quietus teneat; justum perspeximus, ut quia nec ille triginta au-

De tricennali possessione dictum est supra Conc. Hispal. 2. cap. 2.

annos adhuc habet, quo ad hujus Provinciæ Metropolim reductus est; & ille quod perlongo tempore non possedit, & triginta adhuc non sunt in hoc illi impleti anni; sicut ille ad debitam Diœcesem rediit, ita & hic, qui pulsat Diœcesem sibi debitam, ordinante Metropolitano cum suis Fratribus, per suum Sajonem recipiat; ita tamen, ut de præsentia Metropolitani * inspectores dirigantur, qui per evidentia signa Diœceses ipsas conspiciant; & unusquisque quod illi debitum est accipiat, & habeat. Pacta vero, quæ iuxta Canonicam regulam, inter Episcopos per pacificam deliberationem instisime fuerint facta, in omnibus placet esse servanda. Omnibus vero Episcopis id instituitur esse servandum, ut Parochiam suam bene custodiant, nec a quolibet Fratre eam usurpari permittant. Quibus si tricennalis numerus per voluntatem, aut negligentiam occurrerit, nullo modo reddenda erit.

* *Inspectionis viri Concil. Hispal. 2. Cap. 2.*

IX. *Quid Presbyter observare debeat, qui Presbyteris jubetur dare sanctum Chrisma*

12. Conveniens in omnibus nobis hæc manet sententia, quæ digne custodiatur in nostra Provincia. Placuit, ut quisquis ab Episcopo sanctum in potestate, Presbyteris ad distribuendum tempore opportuno, acceperit Chrisma, nihil ab eis beneficii caussa tollere, aut petere præsumat. Similiter & Presbyteri, qui sanctum Dei Baptisma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia a parentibus eorum auferre præsumant. Quod si quis aliquid offerat per bonam voluntatem, accipiat grate; nihil tamen, ut diximus, auferatur quacumque occasione. Si quis sententtæ hujus ordinem non custodierit, eumque transgredi præsumpserit, tribus mensibus sub pœnitentia excommunicatus manebit.

Concil. Bracar. 2. Cap. 4. ubi id ipsum ex Patrum Decretis ostendimus. Concil. Tolet. 11. Cap. 8.

X. *Ut omnes Episcopi infra hanc Provinciam constituti Archipresbyterum, Diaconum, & Primiclerum in sua Ecclesia habeant.*

13. Communi deliberatione sancimus, ut omnes nos Episcopi, infra nostram Provinciam constituti, in Cathedralibus nostris Ecclesiis, singuli nostrum Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primiclerum habere debeamus. Sanctus quippe est ordo, & a nobis per omnia observandus; ideoque placuit huic magnæ Synodo, ut quicumque ad hoc officium pervenerit, humilitatem Pontifici suo, & reverentiam præbeat, ne quolibet modo superbiæ fastum quilibet ex his incurrat, sed in ordine, quo quisque fuerit constitutus, benigne persistat, & sui dignitatem officii per omnia teneat. Si quis ex his sui gradus ordinem non custodierit, & quæ illi pro tali officio a suo Episcopo imperata fuerint, adimplere distulerit, prout caussa patuerit, excommunicationis damno multandum se noverit.

XI. *Ut omnis Presbyter, Abbas, vel Diaconus, Episcopo suo humilitatem teneat, & reverentiam summam.*

14. Pervenit ad cœtum hujus sancti Concilii, Presbyteros, Abbates, & Diaconos Episcopo suo inobedientes esse; atque id intromissum est, ut dum quilibet ex Presbyteris, aut Abbatibus, Ecclesiarum suarum a decentibus Episcopis habeant absolutionem, Episcopo suo dignam obedientiam, justamque reverentiam non exhibeant; & quibus concessa est per Canonicam sententiam * visitandi sua Parochia, his potius infertur injuria, & movetur calumnia. Proinde placuit huic sancto Concilio, ut tam a Presbyteris, quam ab Abbatibus, sive etiam a Diaconibus, Episcopo honor debitus impendatur; ut a nullo contumeliam pati videatur, & quandocumque contigerit, eum, juxta Canonicam sententiam, visitare suam Parochiam; & digne eum suscipiant, & prout habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent quæ fuerint necessaria. Id ergo per omnia servandum instituimus, ut nulli Presbytero, vel Diacono, sine voluntate Episcopi sui, licentia sit sæculares peragere caussas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis huius ordinem Capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se noverit.

* *Jus visitandi Episcopis competit. De qua re diximus supra Concil. Tolet. 4. Cap. 36.*

XII. *Ut Episcopus, qui illi placiti fuerint de Parochia sua, Presbyteros, atque Diaconos Cathedrales sibi faciat.*

15. Si priorum Canonum sententia hunc recte tenet ordinem, ut Episcopus ab alio Episcopo, si indigentiam habuerit, Clericum ad ordinandum petat, & accipiat; cur qui in Diœcesi sua habet eos, quos pro Dei officio, & suo

suo iuramine dignos repererit, ad suam principalem Ecclesiam non perducat, & habeat? Pro huius rei caussa hoc elegit unanimitas nostra, ut omnes Episcopos Provinciæ nostræ, si voluerint, de Parochianis Presbyteris, atque Diaconibus, Cathedralem sibi in principali Ecclesia facere, maneat per omnia licentia. Hi tamen, qui fuerint traducti, humilitatem dignam Episcopo suo teneant, & eo honore, & reverentia habeantur, & venerentur in Cathedrali Ecclesia, sicut hi, quos constat fuisse ordinatos in ea. Et quamvis ab Episcopo suo, stipendii caussa, per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab Ecclesiis tamen, in quibus prius consecrati sunt, vel a rebus earum extranei non maneant; sed Pontificali electione, Presbyteri ipsius ordinatione, Presbyter alius instituatur, qui sanctum Officium peragat, & discretione prioris Presbyteri victum, & vestitum rationabiliter illi ministretur, ut non egeat, aut si quæsierit, qui ordinatur, stipendium a suo Presbytero accipiat, quantum dignitas Officii eum habere expetat. Clericis vero, vel quos ad serviendum ei dederit, per discretionis modum, quæ necessaria sunt, ministret. Si quis sententiæ hujus ordinem implere distulerit, prout ratio permiserit, excommunicandum se esse noverit. *Erectio Cathedralium.*

XIII. *Ut Episcopus, quem viderit de Clericis suis ad bonum perfectum tendere, honorandi, & magnificandi de rebus Ecclesiæ licentiam habeat.*

16. In Ecclesia Dei sancta Congregatio Clericorum fit non modica; & sunt aliqui, quorum intentio non pauca est in sancto Dei officio, atque multi, quos segnitudinis fastus minime perducit ad bonum profectum. Ob hoc ergo sancto huic placuit Concilio, ut quemcumque Episcopus ad bonum profectum viderit crescere, per bonam intentionem venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus Ecclesiæ, quod voluerit illi, largiendi habeat potestatem; hæc enim caussa, & majoribus majorem præstat gratiam, & minores excitat, ut ad melius tendant. Quicquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in jus habeant, ut & remedium ex hoc sentiant, & rem Deo dicatam ad augmentum perducant. Quod si id, quod acceperint, per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patuerit, Episcopus habeat licentiam, sine ullo præjudicio, in jure Ecclesiæ revocare rem propriam.

XIV. *De pecunia, quæ in Ecclesia Dei offertur, fideliter colligenda, & fideliter dividenda.*

17. In sancta Dei Ecclesia diebus Festis pro consuetudine, & mercede, communicationis tempore a Fidelibus pecuniam novimus poni. Pro hoc placuit sancto Concilio hanc rectitudinis ponere regulam, ut quia omni Clero communis labor manet in officio sancto, omnibus juxta meritum ex hoc rependatur vicissitudo. Statuimus, in nostris Ecclesiis, vel Civitatibus hoc esse servandum, ut quicquid pecuniæ a Fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conservatum, & fideliter Episcopo præsentetur; qualiter exinde tres partes fiant æquales; unam Episcopus habeat, & alteram Presbyteri, & Diacones inibi deservientes consequantur, & inter se, ut dignitas, & ordo popofcerit, dividant; tertia vero Subdiaconibus, & Clericis tribuatur; ut a Primiclero, juxta quod in officio eos præscit esse intentos, ita singulis dispensetur. Similis forma, & de Parochitanis Presbyteris in Ecclesiis illis a Deo creditis erit servanda.

XV. *Ut Episcopi, atque Presbyteri, pro gravioribus caussis (quod Legum damnant sententia) sine Judicis examine familiam Ecclesiæ non debeant exstirpare.*

18. Si Regalis pietas pro salute omnium suarum Legum dignata est ponere Decreta, cur Religio sancta, per sancti Concilii ordinem non habeat instituta, quæ omnino debent esse cavenda? Ideoque placuit huic sancto Concilio, ut omnis potestas Episcopalis modum suæ ponat iræ; nec pro quolibet excessu, cuilibet ex familia Ecclesiæ aliquod corporis membrum sua ordinatione præsumat exstirpare, aut auferre. Quod si talis emerserit culpa, advocato Judice Civitatis, ad examen ejus deducatur, quod factum fuisse asseritur. Et quia omnino justum est, ut Pontifex sævissimam non impendat vindictam; quicquid coram Judice verius patuerit, per disciplinæ severitatem, absque turpi decalvatione, maneat emendatum; & ab Episcopo suo, aut donatus Fidelibus suis maneat, qui malum aliquid, quod Leges graviter dam-

* F. abigendis. nant, admiſit; aut * abiendi eum Epiſcopus, ſi voluerit, licentiam habebit.

19. Similiter & quia comperimus aliquos Presbyteros ægritudine accedente familiæ Eccleſiæ ſuæ crimen imponere; dicentes ex ea homines aliquos maleficium ſibi feciſſe, eoſque ſua poteſtate torquere, & per multam impietatem detrimentare; & hoc emendari placuit per rectitudinem hujus ſententiæ. Inſtituentes igitur decernimus, ut ſi Presbyter talia pati ſe dixerit, ad aures hoc ſui perducat Epiſcopi; ipſe autem datis bonis hominibus ex latere ſuo, Judicem hoc iubeat quærere; & ſi ſceleris huius cauſſa fuerit inventa, ad cognitionem Epiſcopi hoc reducant; & proceſſa ex ore eius ſententia, ita malum exſtirpatum maneat, ne hoc quiſquam alius facere præſumat. Si quis ſententiæ huius ordinem non obſervaverit, excommunicationis ſententia feriendus erit, & a Clero abjiciendus.

XVI. *Ut Epiſcopo non liceat tertiam de Parochianis Eccleſiis tollere; ſed quæ inſtituta ſunt, debeat obſervare.*

20. Bene diſpoſuit Divina gratia, quicquid unaquæque Eccleſia a Fidelibus collatum eſt, habeat. Priſcis quippe Canonibus erat decretum, ut Epiſcopus de Parochitanis Eccleſiis tertiam ſequeretur, cui ſua pleniſſime ſufficere poſſunt. Placuit huic ſancto Concilio, ut nullus Provinciæ Luſitaniæ Epiſcopus ſententiæ huius terminum excedat, nec a qualibet Parochitana Eccleſia tertiam auferre præſumat; * ſed quicquid exinde conſequi potuerat, totum in reparationem ipſarum Baſilicarum proficiat. Omnes vero ſupradicti Presbyteri, qui virtutem habuerint, Epiſcopo ſuo placitum faciant, ut reparare Eccleſias ſibi commiſſas intendant. Quod ſi facere diſtulerint, ab Epiſcopo ſuo diſtricti, Eccleſias ſibi creditas (ut ratio permittit) digne reparent. Eccleſiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, ſolicitudine, intentione, & diſpoſitione Epiſcopali (ut ratio permiſerit) habeant reparationem.

* Quæque exinde.

XVII. *Ut poſt mortem Epiſcopi nulli ſubjectorum liceat de eo quicquam detrahere.*

21. Quia per Divinam gratiam in ſancta Dei Eccleſia Epiſcopalis ordinatur poteſtas, dignum eſt, ut ſicut honore, & bonitate ſummus habetur in vita, ita poſt mortem detractio de eo ſit nulla. Hujus rei cauſſa hanc ſententiam protulit, & per omnia jubet eſſe firmam congregatio noſtra. Inſtituentes igitur decernimus, ut nullus ſubjectus decedentem detrahat Epiſcopum; nullus de eo deroget, nec malum quicquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præſumpſerit; ſi Presbyter fuerit, tribus menſibus ab Epiſcopo ſuo ſub pœnitentia religatus maneat; ſi Diaconus, quinque; ſi Subdiaconus, aut Clericus, vel quilibet Regioſus de majori gradu (quia conſtat ex his jam aliquos per bonam actionem eſſe venerandos) novem; ſi minimi fuerint, qui levi corde ſint, minimæque adhuc perſonæ, quinquagenis flagellis juſſione feriantur Epiſcopi; quod ſi laicus, quamvis ingenuus, in domo Eccleſiæ tamen nutritus, & ab Eccleſiæ rebus, dignitatis gradu præditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, pro tali exceſſu excommunicationis ſententia feriendus erit; ſi vero de familia Eccleſiæ fuerit quiſquis (quia & in his diſcretionis eſt gradus) ſi major fuerit, qui dignitate polleat, ſex menſibus ab Epiſcopo ſuo excommunicatus maneat, inferior tamen, aut minima perſona diſciplinam mereatur, juxta quod Epiſcopi ſui proceſſerit ſententia. Dignum eſt etenim, ut cui in vita honor fuit impenſus, poſt mortem detractionis detrahatur ſtimulus.

XVIII. *Ut parochitani Presbyteri, juxta ut poſſe habuerint, de familia Eccleſiæ ſuæ Clericos ſibi faciant, & habeant.*

22. Quicquid unanimiter digne diſponitur in ſancta Dei Eccleſia, neceſſarium eſt, ut a Parochitanis Presbyteris cuſtoditum maneat. Sunt enim nonnulli, qui Eccleſiarum ſuarum res ad plenitudinem habent, & ſolicitudo illis nulla eſt habendi Clericos, cum quibus omnipotenti Deo laudum debita perſolvant officia. Proinde inſtituit hæc ſancta Synodus, ut omnes Parochitani Presbyteri, juxta ut in rebus ſibi a Deo creditis ſentiunt habere virtutem, de Eccleſiæ ſuæ familia Clericos ſibi faciant; quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut & officium ſanctum digne peragant, & ad ſervitium ſuum aptos eos habeant. Hi etiam victum, & veſtitum diſpenſatione Preſ-

Sic Decretum Conc. Tolet. IX. Cap. 10.

Presbyteri merebuntur, & Domino, & Presbytero suo, atque utilitati Ecclesiæ fideles esse debent. Quod si inutiles apparuerint; ut culpa patuerit, correptione disciplinæ feriantur. Si quis Presbyterorum hanc sententiam minime custodierit, & non adimpleverit, ab Episcopo suo corrigatur; ut plenissime custodiat, quod digne jubetur.

XIX. *Ut Presbyter, qui plures Ecclesias habuerit commissas, pro singulis Dominicis diebus, in singulis Sacrificium Deo offerre intendat.*

23. In Parochiis multæ sunt Ecclesiæ constitutæ, quæ a Fidelibus factæ, aut paucum, aut nihil de rebus videntur habere. Sacerdotali ergo Decreto Presbytero uni plures exstant commissæ; unde cavendum est, ne occurrente paupertate, ordo ibidem non impleatur Missæ. Proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse, pro singulis diebus Dominicis Sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante Altare recitentur tempore Missæ; quod si ab hac decesserint, aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis Fidelibus recitentur suo in ordine. Si quis hanc institutionem Presbyter implere neglexerit; dum talis caussa per quemlibet ad aures sui Episcopi pervenerit, Presbyter ille excommunicationis sententia feriendus erit. *Vide Concil. Tolet. XVI. cap. 5*

XX. *Qualiter libertos Episcopi faciant, vel qualiter liberti a patrocinio Ecclesiæ nunquam discedant.*

24. In priorum Canonum ordine institutum manet, qualiter Episcopi de familia Ecclesiæ libertos debeant facere. Multi enim Sacerdotes, prout illis concessit Divina gratia, habent unde Canonicum ordinem impleant, & sic libertos faciant; & sunt multi, qui nihil habentes, ad hanc gratiam veniunt, & sic libertos facere præsumunt; tales enim libertos regula Canonica esse non jubet stabilitos. Contingere etenim solet, ut postquam manumissor eorum ab hac discesserit luce, talis occurrat successor, qui aut Ecclesiæ familiam minime quærat, aut per bonam voluntatem, vel negligentiam, hi a quo nihil Ecclesiæ offerente liberi facti sunt, longo pro tempore libertos se esse defendant; atque eas libertates ita abscondunt, ut pro hoc quærenti Episcopo laborem faciant. Talium si sit voluntas, licentia conceditur nulla, quia non potuerunt, neque a servitio Ecclesiæ unquam discesserunt; & pro his rebus in libertate permanere non potuerunt. Sanctorum Canonum non abjicienda sunt instituta; atque his, quæ implenda esse oportet, addimus nova. Placuit huic sanctæ Synodo, ut quisquis digne juxta Canonicam regulam libertus fuerit factus, in libertate maneat, & a patrocinio Ecclesiæ ipse, aut posteritas ejus nunquam discedat.

25. Quisquis vero non, ut ordo Canonicus poscit, libertus fuerit factus; quamvis prolixitas temporis in scripturæ suæ textu inveniatur; quia a servitio Ecclesiæ nunquam visus est abscessisse, & Canonica sententia rescindi jubet talem libertatem, ut ille, & posteritas ejus omnis in servitio maneant Sanctæ Ecclesiæ, cui debiti maneant per veram originem. Illos vero per omnia stabilitos in libertate esse instituimus, qui ab his Episcopis liberi sunt, vel fuerint facti, qui de suo bona plurima Sanctæ Ecclesiæ, in qua præsident, per suæ scripturæ textum cognoscuntur contulisse. Et hi quamlibet jubeantur esse stabiles, nullo modo rescindendi sunt a patrocinio Sanctæ Ecclesiæ. Quod si contigerit, eos, eorumque filios personis ingenuis esse conjunctos, & quandoque eorum posteritas patrocinium Ecclesiæ voluerit despicere, ex cuius familia per veram originem constat eos genitos esse; si ex his libertis trahunt originem, qui iuxta Canonicam sententiam iubentur esse stabiles; & dignitatis suæ nomen teneant, & Ecclesiæ patrocinium nunquam amittant.

26. Certe si ex his inventi fuerint originem trahere, quos Canonicæ regulæ non iubent libertos esse; quamlibet post longa tempora, dummodo origine firmata, reducendi tamen sunt ad Sanctæ Ecclesiæ, cui pertinent, iura. Liberti tamen ex familia Ecclesiæ facti, & posteritas, quæ ex his est procreata; si libertatem suam, vel parentum suorum inventi fuerint celasse, aut abscondere, & tempore, quo ab Episcopo fuerint admoniti, eam præsentare

tare distulerint; dum eorum origo, ut jam diximus, fuerit manifestata per legalem testem, ad servitium Ecclesiæ reducantur, & ut Episcopo fuerit placitum, ita eos habeat. Hæc forma & in Presbyteris servanda erit, qui cum voluntate Episcopi sui, iuxta Canonicam regulam de familia suæ Ecclesiæ liberos facere voluerit.

XXI. *Qualiter stabilitum maneat, quod Episcopus in amicis suis, servis, aut libertis de re Ecclesiæ suæ donare voluerit.*

27. Non putandum est contra regulam iri Canonicam, quando ea instituimus, quæ servari oportet de re Ecclesiastica. Quamvis etenim Canonicæ sententiæ ordinem habeant, quid Episcopus pro re Ecclesiæ observare debeat; opportunum tamen est, ut ubi ab Episcopo bonus impenditur profectus, a succedente institutus teneatur modus. Placuit huic sancto Concilio, ut si Episcopus, Ecclesiæ suæ, in qua præsidet, de rebus suis inventus fuerit plurima contulisse, quicquid amicis suis, servis, aut libertis, vel quibullibet personis, de Ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse; si triplum, aut multo plus patuerit esse quod conscripsit in nomine Ecclesiæ suæ, firmum maneat quod distribuit in personis, quæ prænotatæ sunt superiori ordine. Nec licebit succedenti Episcopo prioris sui irrumpere voluntatem.

28. His etiam si caussæ Ecclesiasticæ fuerint commissæ, & fideliter prosequentes in rebus Ecclesiæ profectum visi fuerint facere, laboris sui consequantur mercedem; ita ut de eo, quicquid acquisierint (quia constat, eos non sine utilitate Ecclesiæ negotia commissa peregisse) de eo, quicquid eum fide, & bona intentione ad effectum perduxerint, & ad jus Ecclesiæ per eos redactum patuerit; de mobili re decimum suum sequantur; pro immobili ab Episcopo repensationem dignam accipiant. Et tamen quæ meruerint ipsi, aut posteritas eorum, vel quibus largiri voluerint, perenniter possideant. Si quis Episcoporum contra hujus sententiæ ordinem agens, irrumpere voluerit quod prior ejus fecit; & vocem amittat, & scripturæ, quæ facta est, pœnam adimpleat; insuper & a cœtu fraterno excommunicatus maneat; ut excessus sui emendet caussam.

XXII. *Qualiter excommunicari oporteat, qui Canonis hujus non custodierit sententiam.*

29. Quia juvante nos Divina gratia, ea in hoc sancto Concilio peregimus, quæ ad rectitudinem Ecclesiastici ordinis sunt debita, in aliquibus sententiis cavendi modum imposuimus; aliqua tamen, quia singulari ordine non manent constricta, per hujus sententiæ decretum instituimus, quod quisque Episcoporum, vel Presbyterorum, atque in inferiori gradu constituti, debeant metuere. Quisquis hujus Canonicæ regulæ instituta servare distulerit, quamlibet major esse videatur, mediocris vero, aut inferiori gradu constitutum se esse perspexerit, ut caussa permiserit, a Metropolitano Episcopo, cum suis confinitimis, qui supranotatum sententiarum ordinem custodierit, is, qui servare distulerit, excommunicatum se evidentissime noverit.

XXIII. *Confirmatio hujus Concilii.*

30. Postquam Fidei nostræ exposuimus credulitatem, & quæ necessaria exstiterunt, ut potuimus, digessimus per ordinem, Creatori nostro, & Domino, quem credimus Trinum in unitate, & veneramur unum in Trinitate, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, debitas persolvimus laudes; tantæ majestatis glorificantes nomen, qui dignatus est nobis rectitudinis viam ostendere. Ac deinde Serenissimo, ac piissimo, & orthodoxo Viro, clementissimo Domino Reccesvintho Regi gratiæ impendimus opem; cujus vigilantia & sæcularia regit cum pietate summa, & Ecclesiastica plenius, Divinitus sibi sapientia concessa. Ipse enim Dominus, cujus Trinitatem veneramur, & confitemur, & Ecclesiæ suæ Fidei conferat lucra, & Sacerdotibus, Ministris, atque omni Clero, ut digne illi serviant, conferat remedia, quæ ipsi sunt placita. Clementissimo Principi Reccesvintho Regi felicem vitam, feliciora que præsenti in sæculo, & futuro post in Regno sempiterna concedat gaudia possidenda. Atque id omnibus in se credentibus præstare dignetur; ut dum sui judicii manifestare voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium ipse Dominus, & Redemptor noster, qui cum Patre, & Spiritu Sancto

cto in Trinitate Deus permanet unus, cui est honor, gloria, virtus, & imperium nunc, & in omnia sæcula sæculorum.

INTERFUERUNT HUIC SANCTO CONCILIO PONTIFICES NUMERO XII.

1. Proficius Dei miseratione Lusitaniæ Provinciæ, Sanctæ Emeritensis Ecclesiæ, Metropolitanæ Sedis Episcopus, hæc gesta Synodalia, cum confinitimis meis Episcopis instituta, manu mea subscripsi.
2. Ego Selva Egiditanæ Civitatis Ecclesiæ Episcopus, pertinens ad Metropolim Emeritensem, hæc instituta, cum Archiepiscopo meo Proficio, à nobis definita, subscripsi.
3. Adeodatus in Christi nomine Sanctæ Pacensis Ecclesiæ Episcopus similiter subscripsi.
4. Asphalius in Christi nomine Sanctæ Abelensis Ecclesiæ Episcopus similiter subscripsi.
5. Theodericus in Christi nomine Sanctæ Olyssipponensis Ecclesiæ Episcopus similiter subscripsi.
6. Theodisclus Dei misericordia Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Lamecensis similiter subscripsi.
7. Justus Dei miseratione Sanctæ Salmanticensis Ecclesiæ Episcopus similiter subscripsi.
8. Cantaber Dei gratia Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Coimbriensis similiter subscripsi.
9. Donatus in Christi nomine Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Cauriensis similiter subscripsi.
10. Exarnus Dei misericordia Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Oxonobensis similiter subscripsi.
11. Petrus Dei misericordia Elborensis Ecclesiæ Episcopus similiter subscripsi.
12. Alvarius indignus Sanctæ Caliabriensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

DE SUBSCRIPTIONIBUS.

13. Subscribunt in hoc Concilio aliquot Episcopi, qui in superioribus interfuerunt, ut Adeodatus Pacensis, qui in VIII. Toletano, & Selva Egiditanæ, qui in eodem VIII. Reliqui aliis successerunt Episcopis, ut Asphalius Abelensis, qui successit Amanungo, in VIII. Toletano. Alvarius Caliabriensis Celedonio, in VIII. Tolet. Cantaber Conimbriensis successit Sisiberto, in VIII. Donatus Cauriensis Joanni, in VIII. Exarnus Oxonobensis Saturnino, in VIII. Justus Salmanticensis Egeredo, in X. Toletano. Proficius Emeritanis Orontio, in VIII. Toletano. Petrus Elborensis Abientio, in VIII. Theodericus Olyssiponensis Cæsario, in X. Toletano. Theodisclus Lamecensis Filimiro, in VIII.

Advertendum etiam, Era DCCIV. in Provincia Lusitaniæ una cum Metropolita esse duodecim Sedes Episcopales, nimirum:

1. Emeritam.
2. Egeditam.
3. Pacem.
4. Abelam.
5. Olyssipponem.
6. Lamecum.
7. Salmanticam.
8. Conimbriam.
9. Cauriam.
10. Oxonobam.
11. Elboram.
12. Caliabriam.

LOAISA.

NOTÆ VARIORUM.

32. *Synodus, quæ gesta est &c.*) Fuit Provincialis sub uno Metropolitano Lusitaniæ Proficio Præsule Urbis Emeritensis antiquissimæ, ac præclaræ multis nominibus; præcipue vero fœcunditate insignium Sanctorum, & in iis admirandæ Eulaliæ Virginis, ac Martyris, distinctæ a Barcinonensi ejusdem nominis, quamvis meritis, & excellentiis simillimæ. Habitum fuit anno Christi 666. Recesvinthi in Hispania regnantis XVIII. Vitaliani Papæ IX. aut XI. Est quartum, & postremum eorum, quæ tempore ejusdem Regis celebrata sunt; nimirum tria priora habita fuere Toleti, idest, VIII. IX. ac X. Toletanum, ac tandem istud Emeritæ. Ejus Urbis decora, antiquitatesque, inter alios, aut præ aliis, in lucem edidit Cl. Vir D. Thomas Tamayus de Vargas, simul cum Notis ad Vitas Patrum Emeritensium, Antuerpiæ apud Joannem Meursium, anno 1638. CARD. DE AGUIRRE.

33. *Urbem Emeritensem.*) Emerita Lusita-

sitaniæ Provinciæ Urbs nobilis, a Romanis dicta Augusta-Emerita, Colonia Romanorum. In nummo Augusti sic est: CÆSAR AVGVSTVS PONT. MAX. IMP. Ex altera parte: AVGVSTA EMERITA COL. Similiter ex inscriptione lapidis, qui est Tarracone: IMP. CÆSAR VESPASIANUS AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VII. COS. III. DES. IIII. PP. VIAM A CAPARA AD EMERITAM AVG. VSQ. IMPENSA SVA RESTITVIT.

Est etiam Regis Reccesvinthi nummus cum hac inscriptione: RECCASVINTHVS REX. Ex altera parte: EMERITA PIUS. Sunt qui dicant, appellatam Pium ob hoc Concilium Emeritæ coactum. De ea Plinius, Strabo, Mela, & cæteri recentiores. Hodie ruinæ docent, fuisse nobilissimam Coloniam; nulli Episcopo subditur, sed Ordini militiæ Divi Jacobi, sub Priore Legionensi.

34. *Anno XVIII.*) Convenit cum nostra Chronologia. Nam anno 687. Reccesvinthus Regnum suscepit; deinde XVIII. Concilium hoc est coactum, qui efficiunt 705. annos. Quoniam multum hujus Concilii robur, & auctoritatem confirmat Epistola Innocentii III. ad Petrum Compostellanum Archiepiscopum, quæ invenitur in Registro Romæ excuso Lib. 2. eam hic ad verbum exscribendam curavimus. Bracarensis Episcopus dicebat, Concilium Emeritense neque constructionem, neque sensum, neque Latinitatem habere. LOAISA.

E P I S T O L A
INNOCENTII PAPÆ III.
AD PETRUM COMPOSTELLANUM ARCHIEPISCOPUM.

35. Licet unum sit Corpus Ecclesiæ, in quo Christus est Caput, & universi Fideles sunt membra; ille tamen, qui a Christo petra dictus est Petrus, & a Christo Capite vocatus est caput; ipso testante, qui ait: *Tu vocaberis Cephas*: quod secundum

Joan. 1.

unam interpretationem exponitur *caput*; quia sicut plenitudo sensuum abundat in capite; ad cætera vero membra pars aliqua plenitudinis derivatur; ita cæteri vocati sunt in partem solicitudinis, solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis; ad quem velut ad caput majores Ecclesiæ caussæ non tam constitutione canonica, quam institutione Divina merito referuntur. Inter quas illa non minima reputatur, quæ inter Compostellanam, & Bracarensem Ecclesias, super quatuor Episcopatibus, videlicet Conimbriensi, Lamecensi, Visensi, & Egitaniensi, ex delegatione Sedis Apostolicæ longo fuit tempore sub diversis judicibus ventilata; quam nos, Auctore Domino, te, Frater, Archiepiscopo Compostellano, & venerabili Fratri nostro Martino Bracarensi Archiep. pro definitione hujus caussæ præsentibus exacta diligentia curavimus terminare. Petebas siquidem a dicto Bracarensi Archiepiscopo quatuor prælatos Episcopatus; asserens, eos ad Compostellanam Ecclesiam jure Metropolitico pertinere.

36. Tuam autem intentionem fundare multipliciter nitebaris, per privilegia, per Concilia, historias, per divisiones, per famam, & per sententiam. Volens enim Apostolica Sedes Compostellanam Ecclesiam, pro reverentia Beati Jacobi Apostoli, cujus venerandum Corpus in ea conditum requiescit, speciali privilegiu decorara, dignitatem Emeritensis Metropolis, quæ peccatis exigentibus, a longis retro temporibus usque nunc barbarica tenetur feritate captiva, eidem Ecclesiæ cum integritate Lusitaniæ Provinciæ liberali concessione donavit; sic ut Privilegia felicis memoriæ Callisti Papæ prædecessoris nostri liquido protestantur; tres de suffraganeis Episcopatibus exprimens nominatim; videlicet Conimbriensem, Salmanticensem, & Abulensem, qui soli tunc in confessione Christiani nominis permanebant, cæteros autem generali donatione concludens. Hos autem Episcopatus, de quibus quæstio vertebatur, ad Emeritensem pertinuisse Metropolim, per Emeritense nitebaris Concilium demonstrare, in quo XII. Episcopi, qui convenerant, se omnes esse de Lusitaniæ Provincia profitentur, dicentes in primo Capitulo: *Convenientibus nobis omnibus Lusitaniæ Provinciæ Episcopis &c.*

Callistus II. Burgundus, electus anno Domini MCXIX.

37. Qui post universa statuta Concilii, omnes cum suo Metropolitano subscribunt, tam ex nomine Sedium, quam etiam ex nomine personarum. Inter quos Conimbriensis, Egitaniensis, Lamecensis, expresse subscribunt. In octavo quoque Capitulo ejusdem Concilii continetur, quod supplicante sanctæ memoriæ Orontio Episcopo, Rex Reccesvinthus inductus est, ut reduceret, atque restauraret Episcopos hujus Provinciæ Lusitaniæ ad suæ Provinciæ nomen, atque Concilium; & sic demum secundum Canonicas Regulas, Decreto Synodico, judicii formula, & suæ clementiæ confirmatione, ad nomen Provinciæ, suamque Metropolim sunt reducti. Quibus verbis indubitanter exprimi asserebas, quod hi quatuor Episcopatus, qui usque tunc fuerant sub nomine Provinciæ Gallæciæ, per sententiam sunt reducti Synodicam. Quorum unus, videlicet ex reductis, exprimitur fuisse Selva Egitaniensis Episcopus, qui est unus de quatuor, quos omnes eadem quæstio apprehendit. Et ad majorem expressionem, in subscriptionibus, post Metropolitanum Selva primus cum tali adjectione subscribit: *Ego Selva Egitaniensis Episcopus, pertinens ad Metropolim Emeritensem, una cum Archiepiscopo meo Proficio subscribo.* Et quisque sequentium dicit ita: *similiter subscribo*; intelligens totum cum verbo, idest, pertinens ad Emeritensem Metropolim.

Isi-

38. Isidorus autem in Chronicis de Gotthis, titulo de Suevis, testantur, quod Remismundus ad Lusitaniam transiit; Conimbriam pace deceptam diripit; Ulysibona quoque ab eo occupatur. Per quod videtur ostendi, quod tam Conimbria, quam Ulysibona consistit in Lusitania. Plinius quoque narrat in Lib. 2. *Natural. Hist.* circa finem, quod Durius e masimis Hispaniæ fluminibus justa Numantiam lapsus, dein Lusitanos a Gallæcis dissterminat. Per quod aperte monstratur, quod cum quatuor Episcopatus prædicti sint ultra Durium, non in Gallæcia, sed in Lusitania sunt Provincia constituti. Divisiones etiam multas produxisti de locis (ut asseris) non suspectis assumptas, & exhibitas sub testimoniis, & sigillis authenticis; quæ connumerant hos quatuor Episcopatus inter Emeritensis Ecclesiæ Suffraganeos, & eosdem ipsi Metropoli evidenter assignant. Per testes etiam ab adversa parte productos ostendere voluisti, quod publica fama testatur, hos Episcopatus ad Emeritam spectavisse. Felicis quoque memoriæ Cælestinus Papa prædecessor noster, cum in minori ordine constitutus, Legationis officio in Hispania fungeretur, de hac caussa cognoscens, pro Compostellana Ecclesia contra Bracarensem sententiam promulgavit, sicut per multos testes, tu ipse nisus es comprobare.

Isidorus in Chronico Gotthorũ. Plinius.

Divisiones Sedium.

Fuit Celestinus III. Romanus anno Domini 1191.

39. Verum ex adverso dictus Bracarensis Archiepiscopus rationes hujusmodi frivolas asseverans, nisus est eas multipliciter infirmare; proponens, quod Privilegia donationis per suppressionem veritatis, & falsitatis expressionem, a Callisto Papa fuere surrepta. Suppressum est enim verum in illis de duobus præcedentibus Privilegiis, quæ felicis recordationis Paschalis Papa, super redintegratione ipsorum Episcopatuum concesserat in perpetuum Ecclesiæ Bracarensi. De possessione quoque, quam eo tempore in præfatis Episcopatibus Ecclesia Bracarensis habebat, quorum alterum per privilegia; reliquum vero per testes, & instrumenta sufficienter ostendere satagebat. Expressum autem erat in illis falsum, in eo quod Conimbriensis Episcopatus dicebatur ad Emeritam pertinere; cum idem Bracarensis multis rationibus astruere niteretur, tam Conimbricam, quam tres alios Episcopatus, ad Metropolim respicere Bracarensem. In tantum enim Paschali Papæ, qui Privilegia super redintegratione prædictorum Episcopatuum Ecclesiæ Bracarensi concessit, constitisse videtur, hos Episcopatus ad eandem Ecclesiam Bracarensem pertinere, quod ipse in Literis, quas direxit Gunsalvo Conimbriensi Episcopo, manifeste testatur, quod constat, Conimbriensem Ecclesiam in Bracarensis Provinciæ Catalogo contineri. Unde quia Toletanus Archiepiscopus ad mandatum ipsius, Conimbriensem Episcopum non restituerat Ecclesiæ Bracarensi, privavit ipsum Legationis officio, ut Bracarensis Archiepiscopus liberius in Provincia sua justitiam exerceret.

Paschalis II. Thuscus anno Domini 1100.

40. Emeritense vero Concilium non esse authenticum, multipliciter asserebat; tum quia non invenitur in aliquo authentico Libro inter alia Concilia contineri; tum quia nec constructionem, nec sensum, nec latinitatem, in plerisque locis continere probatur; tum etiam, quia contra Canonicas Sanctiones, & Apostolicæ Sedis Primatum, aliquid videtur in eo esse statutum contra Episcopum, qui non venerit ad Concilium; ut videlicet a Metropolitano debeat in cella retrudi. Per undecimum quoque Toletanum Concilium, quod constat authenticum, nitebatur illud Emeritense Concilium improbare ratione temporis, quod in utroque reperitur expressum, cum simul utrumque stare non possit; objiciens contra illud nonnullas alias rationes. Historias autem inductas fane, ac veraciter intellectas, nihil ad propositum valere dicebat; sicut & per quasdam alias historias ostendere nitebatur; cum & Judex Ecclesiasticus ad Gentilium præsertim historias non debeat se convertere, quando per Constitutiones Canonicas, vel scripta Romanorum Pontificum, aut sacras auctoritates Doctorum Ecclesiasticum potest negotium terminare.

Concilium Emeritense.

Canon. 7. Concilii.

Concilium Toletanum xi. Celebratum est Æra 713. ut ex mss constat Emeritense Æra 704.

41. Divisiones etiam, quas pro se pars tua induxit, invalidas asserebat; tum quia longe plures, & evidentiores divisiones pro sua sunt parte productæ; tum etiam quod in eodem quaterno, quem contra sæpe dictum Bracarensem Archiepiscopum produxisti, Lucense Concilium est inventum, in quo Episcopatuum Gallæciæ fuit facta divisio, per quam Episcopatus, de quibus agitur, ad Gallæciam Provinciam pertinere monstrantur. Famam vero dicebat contra se nullatenus esse probatam; sed nec sententiam præfati Legati alicujus fuisse momenti; cum in scriptis non inveniatur fuisse redacta, quamvis super tanto dicatur negotio fuisse prolata, unde nec nomen habere meretur. Nec obstat, si forte dicatur, quod fuerit amissa; quia qui casum allegat, debet casum probare. Testes autem, qui de ipsa loquuntur sententia, inter se omnino discordant, & in dicto, & in tempore, & in loco.

Lucense Concilium in eo facta est divisio Sedium Gallæciæ.

42. Præterea cum talis sententia non intelligatur super proprietate fuisse prolata; quia præsumi non debet, ut Apostolicæ Sedis Legatus tam arduum negotium, & difficile, velut indiscussum subito definierit; cum etiam pars tua postea Literas Apostolicas impetrarit, quibus districte præcipiebatur Archiepiscopo Bracarensi, ut hos Episcopatus Compostellano Archiepiscopo restitueret, & facta restitutione, si super hoc agere vellet, ordine posset judiciario experiri; patet quod illa sententia super possessione, dumtaxat caussa contumaciæ fuit lata, quod ipsi testes magis dicere comprobantur. Unde cum Bracarensis Ecclesia se postea judicio præsentaverit, & caussa postmodum fuerit ab Apostolica Sede commissa, mora purgata, talis sententia exspiravit. His, aliisque rationibus intentionem tuæ partis multipliciter elidere nitebatur. Unde licet auctore non probante, is, qui convenitur, etsi nihil præstiterit, absolvatur, ad ostendendam tamen evidentius suæ partis justitiam, hos Episcopatus ad Bracarensem Metropolim pertinere, satagebat ostendere, per Privilegia videlicet, & Concilia, confessiones, & divisiones, præscriptiones, & instrumenta. Si enim Privilegia Privilegiis conferantur, sua dicebat Privilegia debere præferri; cum & plura sint numero,

10. videlicet Romanorum Pontificum; inter quæ post tria Privilegia Paschalis II. est & Privilegium Callisti Papæ, qui nominatim hos Episcopatus redintegravit, & confirmavit Ecclesiæ Bracarensi.

43. Quorum videlicet Privilegiorum septem sunt redintegrationes, & confirmationes; tria vero sequentia, videlicet Eugenii, Adriani, & Alexandri, sunt etiam concessiones perpetuæ, per quas totum videtur negotium definiri. In secundo vero Bracarensi Concilio, de quo non dubitatur, quin sit authenticum, continetur expressum, quod Episcopi Gallæciæ cum suis Metropolitanis ad illud Concilium convenerunt, & in eorum numeratione isti quatuor continentur, qui post statuta Concilii cum aliis Coepiscopis, tam ex nomine personarum quam ex nomine Sedium, expresse subscribunt. Unde liquido patere licebat, quod & Gallæciæ sunt Provinciæ, & ad Metropolim pertinent Bracarensem. Confessus es etiam tu ipse frequenter in jure, quod omnes Episcopi, qui primo Bracarensi Concilio adfuerunt, indubitanter pertinent ad Metropolim Bracarensem; sed per quoddam Capitulum secundi Concilii Bracarensis aperte probatur, quod hi quatuor interfuerunt primo Concilio Bracarensi, cum ad secundum Concilium Bracarense convenisse dicantur Episcopi, tam ex Lucensi Synodo, quam etiam Bracarensi; & inter eos, qui ex Bracarensi Synodo convenisse dicuntur, isti quatuor nominantur. Porro II. Bracarense Concilium non præcessit Bracarensis Synodus, nisi prima. Constat ergo, quod isti quatuor fuerunt in prima Synodo Bracarensi. Unde videtur colligi manifeste, quod isti quatuor, juxta præmissam confessionem tuam, indubitanter pertinent ad Ecclesiam Bracarensem.

Eugenius III. Pisanus anno Domini 1145. Adrianus IV. Anglus anno Domini 1154. Alexander III. Senensis anno Domini 1156. Concil. Bracar. 2. habitum Era 610. anno 2. Mironis Regis Suevorum. Concil. Bracar. 1. habitum Era 599.

44. Scriptura quoque Lucensis Concilii, quæ continetur in Libro a tua parte producto, indicat, hos quatuor Episcopatus, secundum divisionem, quam facis, ad Bracarensem Metropolim pertinere; quam etiam divisionem tres Romani Pontifices dicuntur in Privilegiis Bracarensi Ecclesiæ confirmasse. Pluralitatis quoque ratio, secundum quam dicitur, quia prævalet sententia plurimorum, divisiones suas, quæ longe plures sunt numero, præfert divisionibus partis tuæ. Sed & ratione temporum ei perpetuum silentium imponere nitebatur; cum a primo Bracarensi Concilio usque ad Emeritense Concilium, per spatium 107. annorum, hos quatuor Episcopatus Bracarensis Ecclesia deberet possedisse. A tempore quoque Paschalis II. qui hos Episcopatus redintegravit Ecclesiæ Bracarensi, usque ad tempora trium Judicum, quibus hæc caussa fuit primo commissa, præscriptionis tempus constat fuisse completum, per quod Ecclesia Bracarensis hos Episcopatus juxta suam assertionem inconcusse possedit. Rescripta quoque Paschalis transmissa Toletano Archiepiscopo, & Episcopo Conimbriensi, de quibus est superius prælibatum, idipsum (ut asserit) evidenter ostendunt. Porro tu respondebas, quod post latam pro te ab Apostolicæ Sedis Legato sententiam, jam non tenebaris ad has, aut alias rationes, quæ contra rei judicatæ auctoritatem inducebantur, aliquid respondere; nisi quod sine præjudicio tuo, licet ex abundanti satisfacere substinebas, asserens, possessionem Bracarensis Ecclesiæ per testes non esse probatam, cum quidam testium ad probationam inveniantur inutiles; alii vero probentur mendaces. Literæ quoque Paschalis, quibus eandem possessionem astruere satagebat, contrarium potius astruere videbantur.

Bracar. 1. conditum est Era 599. Emeritense Era 704. unde recte connumerat, excludendo ultimos annos.

45. Sed & Privilegia Paschalis ejusdem, quæ suæ concessionis Privilegium præcesserunt, in multis reprehensibilia denotabas. Primo, secundum formam, & in Bulla, & in scriptura; secundo, juxta continentiam, & in enumeratione Sedium, & in falsitate suggestionum. Persona quoque, quæ illa Privilegia, videlicet secundum, & tertium impetravit, merito suæ pravitatis reddidit illa suspecta. Mauricius scilicet, qui postea fuit hæresiarcha, in Apostolicam Sedem intrusus, qui qualis extiterit, Literæ Gelasii Papæ missæ ad Vinnensem Archiepiscopum aperte depingunt. Præterea contra rei judicatæ auctoritatem impetrata sunt illa Rescripta, sicut probatur per Emeritense Concilium; in quo per Decretum Synodicum, & judicii formulam, secundum Canonicas regulas, illi Episcopi videntur fuisse reducti.

Mauricius Gallus Bracarensis Episcopus.

46. Postremo dicti Legati sententia lata est contra ipsa, quibus, si tunc fuerunt exhibita, derogatum est per sententiam; si autem exhibita non fuerunt, occasione instrumentorum noviter repertorum auctoritas rei judicatæ non potest ulterius attentari. Tua vero Privilegia multipliciter asserebas omni suspicione carere; quorum veritas constat ex Apostolicæ Sedis Archivis; in cujus Regestis fideliter continentur, quæ adversæ partis Privilegiis comparata, certa debent ratione præferri; quia tua sunt Privilegia donationis certa, & absoluta; sua vero sunt Privilegia confirmationis, seu redintegrationis conditionalia tantum, & respectiva. Nec oportebat in tuis Privilegiis fieri mentionem suorum præcedentium; quibus nihil juris acquirebatur, quod istis posset obsistere; cum & alias nullius debeant reputari momenti. Nam inter scripturas, quæ parilitatis aliquid habere videntur; scilicet in Literis commissoriis invenitur hoc observari. Secundum vero Bracarense Concilium, quod in superficie tantum dicebas tibi posse aliquatenus obviare, fideliter intellectum asserebas, tibi nequaquam obsistere; cum illa verba, quibus Episcopi Gallæciæ dicebantur ad aliud Concilium convenisse, Notarii tantum, seu compilatoris extiterint; quæ non habent auctoritatem Conciliis cum in toto Concilio nihil inveniatur statutum, vel factum omnino, quod ad recognitionem pertineat, ut isti sint de Gallæcia, vel ad Metropolitanum Gallæciæ quoquo modo pertineant.

47. Respondebas etiam aliter, quod quia Rex Gallæciæ, ut ex veteribus constare dicebas Historiis, occupaverat de Provincia Lusitaniæ has quatuor Civitates, ad eas sui Regni nomen extenderat; ut per quandam æquivocationem totum etiam Regnum Gallæciæ diceretur; & ita non secundum limitationem Provinciæ, sed secundum occupationem Regni, dicti sunt illi Episcopi de Gallæcia. Quod inde maxime comprobari dicebas, quia postquam illa Regnorum scissura, quæ huic nominationi caussam præstiterat, est sublata, reductæ sunt hæ

Civi-

Civitates ad suæ nomen Provinciæ; ut jam non Gallæciæ, sed Lusitaniæ nominentur: sicut aperte probari dicebas ex sequenti postea Emeritensi Concilio, in quo dicuntur ad Provinciæ suæ nomen reducti. Nec ex eo probantur ad Bracarensem Metropolim pertinere, quia interfuerunt Concilio Bracarensi, vel etiam subscripserunt; cum constet, Narbonensem per multa tempora venisse ad Concilia Toletana; nec tamen Toletana Metropolis aliquid juris habuit in Ecclesia Narbonensi, sed mandato Regum illa fiebant; quod magis violentum, quam justum præsumitur exstitisse.

Narbonensis Ecclesia non subjecta Toletanæ Metropoli.

48. Prædictam vero confessionem, qua recognovisti in jure omnes Episcopos, qui interfuerunt primo Concilio Bracarensi, indubitanter ad Bracarensem Metropolim pertinere, in nullo tibi posse præjudicare dicebas; quia sive Concilium intelligantur personæ, sive statuta, stare non potest, quod ad secundum Bracarense Concilium Episcopi, tam de Lucensi, quam de Bracarensi Concilio convenissent; sed per illam enormitatem, quæ statuta fuit in suo Lucensi Concilio mandaverant Rex, propter dilationem Provinciæ, ut sex Episcopatuum sui Regni Pontifices facerent Concilium apud Lucum, & sex alii apud Bracaram, & ideo dicebantur sex ad unum Concilium, & sex ad aliud pertinere; & de utroque Concilio apud Bracaram, quasi de utraque Concilii assignatione venisse. Cujusmodi significationem nominis approbari dicebas ex Epistola, quam Martinus Bracarensis Archiepiscopus ex certa scientia dirigit ad Episcopos Lucensis Concilii; non quod tunc celebraretur ibi id Concilium, cum idem Martinus legatur illi Concilio adfuisse; sed ad Episcopos, qui tenebantur ex prædicto Regis mandato temporibus suis illuc ad Concilium convenire. Emeritense vero Concilium authenticum esse multis rationibus adstruebas; tum quia cum aliis Conciliis continetur in Libro qui *Corpus Canonum* appellatur, quem Alexander PP. per interlocutionem authenticum approbavit; tum, quia de ipso Concilio sumptum est illud Capitulum: Priscis quidem Canonibus, quod continetur in Corpore Decretorum.

49. Unde respondens ad rationes præmissas, quæ contra hoc Concilium sunt objectæ, omnes quasi frivolas ostendere nitebaris. Divisiones autem, quæ pro Bracarensi Ecclesia sunt productæ, omnes de locis sibi subjectis, & ideo suspectis, proponebas assumptas; in quorum armaria propter hanc caussam facile potuerunt corruptæ submitti. Tuæ vero divisiones omnes sunt secundum statum antiquum, vel de locis non tibi, sed sibi subjectis assumptæ. Unde amplius illis contra se credi debet, vel de remotis Provinciis, apud quas non exstitit caussa corruptionis, vel suspicionis prædictæ; quas etiam protulisti sub testimoniis, & sigillis authenticis, quibus & Canones, & veteres scripturas concordare dicebas. Præscriptiones autem, ex quibus etiam adversus verum dominum competit actio, ne dum, quod exceptio competat præsidentibus, multis rationibus annullabas; asserens, quod Bracarensis Ecclesia in prædictis Episcopatibus nullam possessionem obtinuit, & ideo nihil in eis omnino præscripsit. Deinde, si possessionem aliquam habuisset, sententia, quæ super his lata probatur, ex Emeritensi Concilio vim præcedentis præscriptionis penitus vacuasset. Sequentis vero præscriptionis effectum præfati Legati sententia penitus interrupit.

50. Ipse vero Archiepiscopus Bracarensis contra reductionem Episcoporum, quæ dicitur in Emeritensi Concilio Decreto Synodico, & judicii formula facta fuisse, multipliciter allegabat. Primo, quia Synodus illa, cujus auctoritate dicitur facta fuisse reductio, nequaquam apparet, nec scitur a quibus, vel ubi, vel quando, vel quare fuerit celebrata; utrum Generalis, an Provincialis exstiterit; & utrum auctoritate Romani Pontificis, an alicujus tantum Archiepiscopi fuerit ordinata. Deinde, si mentio fiat in aliquo documento de alio, nihil ex secundo probabitur documento, nisi & primum; de quo mentio facta fuerat, proferatur. Præterea cum secundum Concilium Bracarense præcesserit Emeritense Concilium, & celebrius habeatur; ut de quo plura sunt assumpta Capitula in Corpore Decretorum; patet profecto, quod illud debet illi præferri; nec illi per illud potest in aliquo derogari, sicut cautum habetur in Canone; quia quoties in gestis Conciliorum discors sententia invenitur, illud est præferendum, cujus antiquior, & potior exstat auctoritas.

11. Q. 2. Cap. Hoc ipsum ex Isidoro ad Massanem Episcopū.

51. Rursus non probantur ullatenus isti quatuor Episcopi fuisse reducti, sed de solo Selva Egitaniensi Episcopo dicitur, quod unus fuerit de reductis; & ipse solus in subscriptione profitetur expresse, se ad Emeritensem Metropolim pertinere; quamvis & ipse Selva Egiraniensis Episcopus non intelligatur unus de reductis ad Emeritanam Metropolim, sed potius ad Diœcesim propriam, sicut ex eodem Capitulo Emeritensis Concilii comprobari dicebat; in quo de illo dicitur, quod ad debitam Diœcesim rediit. Cum igitur Synodus illa minime proferatur, cujus judicio, & decreto in Emeritensi Concilio dicuntur reducti, patet quod illa reductio per Emeritense Concilium non probatur. Ad hæc respondebas, quod major est auctoritas approbati Concilii, quam unius solummodo documenti; & ideo dubitari non debet, quin verum sit quod asseritur ab Episcopis in Concilio congregatis, a quibus asseritur illa reductio facta fuisse Decreto Synodico, judicii formula, secundum canonicas regulas; sicut & dicitur in primo Concilio Bracarensi, quod Theoribius Notarius a Papa Leone ad Synodum Gallæciæ missus fuit; nec tamen illa Synodus invenitur. Et in primo Concilio Tolet. mentio fit de statutis Lusitanorum Episcoporum; & tamen non invenitur Synodus, in qua illa fuerint constituta. Moyses quoque in Libro *Numeri* mentionem facit de Libro *Bellorum Domini*, qui tamen nusquam apparet, & tamen creditur ita fuisse, sicut Moyses narrat in illo volumine contineri. Auctoritas autem alicujus Concilii non ex eo solo major existit, quod exstat antiquior, sed quod potior. Alioquin Bracarense Concilium Lateranensi Concilio præferretur; sed illorum duorum Conciliorum par exstat auctoritas; cum Provinciale fuerit utrumque, & ambo dicantur pariter ab Apostolica Sede recepta.

52. Cum autem inter Episcopos Emeritensis Concilii tantum hi quatuor inveniantur inter Episcopos Gallæciæ nominati, sicut dicitur in secundo Concilio Bracarensi; patet, quod de his quatuor debet intelligi, quod ad nomen Provinciæ sunt reducti; quia non possunt intelligi fuisse reducti, nisi qui fuerunt abducti. Unde tacta reductione in tertio Concilio Bracarensi, quod sequutum est Emeritense Concilium, nullum illorum quatuor legitur extitisse. Postquam igitur hæc, & alia fuerunt utrinque prudenter, ac subtiliter allegata, quorum multa propter prolixitatem superfluam in hac pagina prætermisimus annotare; partes ad amicabilem compositionem induximus diligenter; quæ tandem per Dei gratiam, nostra sollicitudine mediante, ad hanc compositionis formam libera voluntate venerunt; ut de quatuor prædictis Episcopatibus, duo assignarentur Compostellanæ Metropoli, & duo relinquerentur Metropoli Bracarensi.

3. Concilium Bracarense Æra 713.

53. Nos autem habito super hoc cum Fratribus nostris diligenti tractatu, compositionem ipsam duximus approbandam, intelligentes eam æquitati Canonicæ concordare. Cum enim Visensis Episcopus cum Episcopis Gallæciæ interfuerit secundo Concilio Bracarensi, & Emeritensi Concilio non adfuerit, in quo plenus Suffraganeorum numerus Emeritensis Metropolis legitur adfuisse. Unde nec potest unus de reductis intelligi; cum etiam inter alios Suffraganeos Bracarensis Ecclesiæ in suis Privilegiis numeretur; in Privilegiis autem Compostellanæ Ecclesiæ Visensis Episcopus nullatenus habeatur; sæpe dictum Archiepiscopum Bracarensem, nomine Bracarensis Ecclesiæ, ab impetitione tua nomine Compostellanæ Ecclesiæ super eodem Episcopatu duximus absolvendum, tibi super hoc perpetuum silentium imponentes. Lamecensis autem, & Egitaniensis Episcopatus, quos ad Emeritensem pertinuisse Metropolim, certis didicimus rationibus, & validis argumentis, de consilio Fratrum nostrorum adjudicavimus Compostellanæ Metropoli; ipsum Bracarensem Archiepiscopum super illis nomine Bracarensis Ecclesiæ condemnantes; Episcopatum autem Conimbriensem licet eisdem rationibus cognoverimus ad Emeritensem spectavisse; quia tamen Iriensis Episcopatus auctoritate Sedis Apostolicæ subtractus est Ecclesiæ Bracarensi, & Sede mutata, pro Beati Jacobi reverentia, totus concessus est Compostellanæ; in recompensationem ipsi Archiepiscopo, & Ecclesiæ Bracarensi concessimus perpetuo retinendum. In tantum autem ille forma compositionis tibi complectit, quod pro bono pacis liti cessisti, & petitioni renunciavisti omnino, super duabus Ecclesiis, videlicet Sancti Fructuosi, & Sancti Victoris, & medietate Bracaræ, cum pertinentiis suis omnibus, de quibus cum aliis fuit facta commissio; refutans quicquid juris in illis habuisti, vel potuisti habere; renuncians quoque sententiæ, quæ super eis, pro Compostellanæ Ecclesia contra Bracarensem fuerat promulgata; super qua coram nobis aliquamdiu fuerat litigatum. Nulli ergo &c. definitionis, absolutionis, & concessionis &c. Datum Laterani.

54. Ad Cap. 2. *Vespertino tempore.*) De Vespertinis Officiis, & Lucernario (hoc est enim *lumen oblatum*) vide Notam a nobis positam Concilio Toletano primo Capite 19. Offerebatur vero lumen his verbis, ut a Basilio traditur, Lib. *De Spiritu Sancto*, Cap. 29. *Laudemus Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum.* De sono, & Vespertino Officio in Breviario Isidoriano Mixt-arabum agitur. Fiebat Vespertinum Officium post lumen oblatum, ut hic dicitur; unde constet antiquitus, Vesperas post Solis occasum, ad finem diei decantari solitas. Id innuit Chrysostomus Homilia 19. ad populum Antioch. & Hom. 14. in 1. ad Timotheum: *Tertiam*, inquit, *Sextam, Nonam, & Vespertinas Orationes celebrant* (loquitur de Monachis) *& in quatuor partes diem dispartiti, dum singulæ partes implentur, & Psalmodiis, & Hymnis Deum venerantur.* Hæc Chrysostomus, quibus verbis Vespertina Oratio ultimæ diei parti tribuitur. Idem Augustinus in Psalmo 29. ad ea verba: *Ad Vesperum demorabitur fletus.* Affertque illud Marci 1. *Vespere autem facto, cum occidisset Sol, afferebant ad eum omnes male habentes.* Idem Chrysostomus, Sermone 74. & 75.

55. *Quam Sonum in diebus festis.*) Isidorus in Regula Monachorum, quem apud me habeo ms. Cap. 6. de Officio sic habet: *In Vespertinis Officiis, primo Lucernarium, deinde Psalmi duo, Responsorius unus, & Laudes, Hymnus, atque Oratio dicenda est. Post Vespertinum autem, congregatis Fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus Divinæ Lectionis quæstionibus disputare, conferendo pie, & salubriter, tantumque meditando, disputandoque immorari, quoadusque Completorii tempus possit occurrere.* Illud, quod ab Isidoro vocatur *Laudes*, est Sonus. Id clare constat ex Breviario Isidoriano, quod Mozarabum dicitur: ubi in Regula, *De Vespertino Officio*, sic dicitur: *Dies, sive sit festivalis, sive privata, semper Horæ incipiunt a Vespertinis ante diem, & principium fit per invocationem Jesu Christi, Oratione Dominica præcedente, submissa voce dicendo: Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster; & alta voce: In nomine Domini nostri Jesu Christi, lumen cum pace, hoc est lumen oblatum. Respondetur a circumstantibus: Deo gratias, Et Presbyter dicit: Dominus sit semper vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo. Et ordo Vesperorum, sive sit Festum, sive non, sequitur per hunc modum. Primo dicitur Psalmus, sive Vespertinum, quod idem est; quo finito, Presbyter dicit: Dominus sit semper vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo. Statim dicitur Sonus, si sit Festum; eo quod dies ferialis caret Sono, nisi in tempore Resurrectionis, propter solemnitatem dicitur. Hæc regula, Sonus est, Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro. ℣. Præoccupemus faciem Dei in confessione, & in Psalmis jubilemus Deo.* Forte dictus, quia sonore voce decantabatur.

56. Ad Cap. 3. *Per bonam dispositionem.*) Sic statutum est Concilio Toletano

XVI Cap. 8. ut Missæ per totam Hispaniam pro Rege, ejusque filiis quotidie celebrentur, nisi in die Passionis Domini. Orare pro Regibus antiquissimum Ecclesiæ institutum est, ex illo Paulli 1. ad Timoth. 2 *Obsecro igitur, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate.* Inde Ecclesiæ mos est, ab Apostolis acceptus, in Sacrificio Corporis, & Sanguinis Christi, pro Regibus indesinenter orare. Id tradit Clemens Lib. 8. *Constit.* Cap. 12. Hunc morem probat Chrysostomus in superiorem locum Paulli. Et in Liturgia Basilii dicitur: *Memento Domine piissimi, & fidelissimi Imperatoris.* Idem Ambrosius, Lib. 4. *De Sacramentis*, Cap. 4. & Arnobius, Lib. 4. *adversus Gentes*. Bonifacius Papa Epist. ad Honorium in Concilio Rhemensi, Cap. 4. idem.

57. Ad Cap. 4. *Placitum.*) De Placito superius diximus Concilio Toletano II. Cap. 10. ubi dicitur, quod unusquisque, qui ad Ecclesiasticos Ordines est accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam Placiti sui innodatione promittat, se in Fide Catholica sincera cordis devotione custodienda, juste semper, & pie victurum, & in nullis operibus suis, Canonicis regulis contradicturum, debitumque per omnia honorem, atque obsequii reverentiam præeminenti sibi impensurum. Vide etiam Concilium Toletanum IV. Cap. 26. & Concilium Tridentinum, Sess. 24. Cap. 12. & Sess. 25. Cap. 2.

58. Ad Cap. 5. *Per Metropolitani voluntatem.*) Metropolitani munus est, ad Concilium Episcopos vocare per Epistolas. De quibus dicitur in Concilio Tarraconensi, Cap. 6. & 13. *Epistolæ tales per Fratres a Metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum a Cathedralibus Ecclesiæ Presbyteris, verum etiam de Diœcesanis ad Concilium trahant, & aliquos de filiis Ecclesiæ sæcularibus secum adducere debeant.* Concilium Milevitanum, Cap. 9. & infra Cap. 7. & in septima Synodo, Cap. *Quoniam*. Habetur Dist. 18. & Concilio Agathensi, Cap. 35. *Si Episcopus Metropolitanus &c.* Et in Martini excerptis, Cap. 18.

59. *Aliquem teneri ab infirmitate.*) Infirmitas, aut Regia jussio excusat Episcopum, ut in Concilio Provinciali non adsit. Tridentina Synodus etiam eos excepit, quibus cum periculo imminenti transfretandum esset. Infirmitate Episcopus excusatur, Concilio Laodiceno, Capite 40 & habetur Dist. 18. Capite, *Non oportet*; & Concilio Chalcedonensi, Capite 19. Actionis 15. Concilio etiam Tarraconensi, Cap. 6. excusatur Episcopus gravi necessitate implicatus. Propter ætatem etiam excusatur ex Concilio Carthaginensi V. Cap. 10. *Placuit, ut quotiescumque congregandum est Concilium, Episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia graviori necessitate impediuntur, competenter occurrant.*

60. *Diaconum ad suam personam dirigat.*) Eo quod Concilio Nicæno, Cap. 20. apud Ruffinum, Lib. 10. *Historiæ Ecclesiasticæ*, Capite 6. scriptum est: *Ne Diaconi Presbyteris præferantur, nec sedeant in consessu Presbyterorum, aut illis præsentibus Eucharistiam dividant.* Apud Gratianum Can. *Pervenit.* Dist. 93. Concilium Arelat. II. Can. XV. *In Secretario Diacono inter Presbyteros sedere non liceat, vel Corpus Christi præsente Presbytero tradere non præsumat* De hac re Thomas 3. P. Q. 82. Art. 3. Unde hic cavetur, ne vicarii Episcoporum esse debeant; quia non possunt in Concilio inter Presbyteros a tergo Episcoporum sedere. In Conciliis tamen Toletanis Diaconi vicem Episcoporum gerentes, pro iis subscribunt; ut quinto Petrus, agens vicem Episcopi sui Antonii. In sexto Vvamba Diaconus. In VII. Clemens, Ambrosius, & Aquila Diaconi. Sicque in aliis alii.

61. Ad Cap VI. *Pro diebus festis.*) Sic constitutum est Concil. Tolet. XIII. Cap. 8. ut admonente Metropolitano, pro festivitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste, & Nativitate Domini celebrandis, sive pro causarum negotiis, seu pro Pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus Principis venire non contemnant; excepta inevitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari.

62. Ad Cap. VII. *Semel in anno fieri Concilium*,) Concil. Nicæn. Cap. 5. ex Hist. Ruffini Presbyteri, ut per singulos annos in quibuscumque Provinciis Concilia celebrentur; unum ante Quadragesimam Paschæ; secundum circa tempus autumni. Postea idem Can. XXXVIII. Apost. semel quarta septimana Pentecostes; secundo vero 12. die mensis Hyperberetæi, idest, juxta Romanos, quarto Idus Octobris. Postea id temperatum est, ut semel in anno; demum, ut unoquoque triennio Concilia Provincialia celebrentur, ex Constitutione Oecumenica Tridenti. Concilii.

63. Ad Cap. VIII *Orontio Episcopo.*) Orontius fuit Emeritensis Episcopus; interfuit VI. VII. & VIII. Conciliis Toletanis, ab Era 676. usque ad octavum Toletanum, actum sub Reccesvintho, Era 691. Ab Innocentio PP. sanctæ memoriæ Orontius dicitur.

64. Ad Cap. X. *Archipresbyterum*] De horum officio agitur Lib. 1. *Decretal.* Archipresbyter, & Primicerius Archidiacono subduntur, ut constat, *De officio Archid.* Cap. 1. *Ut Archipresbyteri*. Et *De officio Primicerii*, Cap. 1. *Ut Primicerius* Diximus de Archidiacono & Primicerio supra. Nam licet Archipresbyter ordine sit major, quam Archidiaconus, quia tamen inferior est dignitate, Archidiaconus ei præfertur. Glossa in Cap. *Deliberatione*, De officio Leg. Lib. 6. Dominicus, & Alexander in Cap. fin. 17. Dist.

65. Ad Cap. XI *Sæculares peragere caussas.*] Ne Presbyteri caussas sæculares inter laicos peragant, cavetur toto Tit. Decretalium: *Ne Clerici, vel Monachi sæcularibus negotiis se immisceant.* Sic etiam in Can. Apostolorum 80. *Dicimus, non oportere Episcopum, aut Presbyterum, se ipsum publicis administrationibus immittere; sed vacare, & commodum se exhibere usibus Ecclesiasticis. Animum igitur induito hoc non facere,*

cere, aut deponitor; nemo enim potest duobus dominis servire, juxta præceptum Domini. Et Cap. 82. infra dicitur: *Qui retinere voluerit officium Romanum, & functionem Sacerdotalem deponitur*. Idem Decreto 22. Moguntiaci Concilii sub Carolo Magno. Ubi describitur, qualis Clericorum vita, forma, actus, & studium esse debeat. Et Concilio Chalcedonensi, Cap. 3. & 7. interdicitur Clericis suscipere caussas sæcularium negotiorum.

66. Ad Cap. 14. *Diebus festis*.) Solebant Fideles in Martyrum, vel Defunctorum Missis offerre, & communicare. Concilio Bracarensi I. Cap. 9. & Toletano IV. Capite 32. De divisione autem bonorum Ecclesiasticorum diximus fuse supra. Sed adverte consuetudinem Offertorii antiquam, quæ etiam nunc durat in Ecclesia, & inde obtinuit usus offerendi in Missis, post dictum Offertorium, quod ante consecrationem fiebat. Concilio Bracarensi II. Cap. 2. De oblationibus dividendis. Archidiaconus collectam pecuniam de communione accipiebat, & Episcopo deferebat, & Clericis partes proprias idem distribuebat. Isidorus Epistola ad Laudefredum Episcopum Cordubensem. Et Canone Apost. III. Fabianus Papa, Epist. 3. ad Hilarium constituit, omnibus diebus Dominicis, ab omnibus viris, & mulieribus oblationem tam panis, quam vini fieri. Idem in Concilio Matisconensi, Canone IV. Synodo Gangrensi, Cap. 7. & 8. Carpophoriam vocat oblationem Ecclesiasticam. Glossarium vocat προσφοράν. Meminit etiam oblationum Tertullianus in Apologetico, Cap. 39. *Modicam*, inquit, *unusquisque stipem, menstrua die, vel cum velit, etiam si modo velit, & si modo possit, apponit*. Ex quo loco constat, oblationem populi esse ex sua natura voluntariam, ex D. Thoma 2. 2. Q. 86. Art. 1. Tempore Cypriani etiam oblatio erat in usu, ut constat ex Lib. *De opere, & eleemosyna*. Idem Hieronymus, Epistola ad Heliodorum, & August. Epist. 187. Apud Gratianum, Dist. 90. Cap. *Oblationes*; & 10. Q. 1. Can. *Antiquos*. In offerendo servabatur ordo, ut primum mares, deinde feminæ offerrent, ut constat ex Ordine Romano, *De officio Missæ*. Fiebat autem oblatio post dictum, vel cantatum Offertorium; unde offerenda vocabatur.

67. Ad Cap. 16. *Sufficere possunt*.) Gratianus, 10. Q. 3. *sufficere non possunt*, legit; quam lectionem probavi ante excusum Decretum Gregorianum, ductus testimonio Concilii Toletani XVI. Cap. 5. & habetur 10. Q. 3. *Tertiæ, quas antiqui Canones de Parochiis suis habendas Episcopis censuerunt; si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis dirutæ Ecclesiæ reparentur; si vero eas maluerint cedere, ab earumdem Ecclesiarum cultoribus, sub cura, & solicitudine sui Pontificis reparatio eisdem Basilicis adhibenda est. Quod si omnes Ecclesiæ, aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ exstiterint, secundum antiquorum Canonum instituta, tertias sibi debitas unusquisque Episcopus assequi, si voluerit, facultas sibi omnimodo erit*. Et Concil. Bracar. II. Cap. 16. *Placuit, ut de rebus Ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones; idest, Episcopi una, alia Clericorum, tertia in recuperatione, vel luminariis Ecclesiæ*. Et Concil. Tolet. IV. Cap. 33. & 11. Cap. 6. Unde tertia semper Ecclesiarum reparationi cessit. Episcopus vero, cui sua non sufficiebant, eam ad sui sustentationem, & honorem Episcopalis dignitatis exigebat.

68. Ad Cap. 19. *Eorum nomina*.) Quod nomina vivorum, & mortuorum recitarentur in Sacrificio Corporis, & Sanguinis Christi, multis Decretis patet. De qua re diximus Toletano Concilio II. Cap. 12. Id constat præsertim ex Innocentii I. Epistola 1. ad Decentium Episcopum. Et Augustini Epistola 137. & Gelasio Papa Epist. ad Anastasium Augustum. Et Chrysostomo, Homilia 6. in Cap. 2. Epist. 1. ad Timotheum, & aliis. Fundatoribus Ecclesiarum multa conceduntur Concilio Toletano XV. Cap. 2.

69. Ad Cap. 20. *Libertos debeant facere*.) De libertorum servitute, manumissione, & aliis, multa traduntur Concilio Toletano XV. Cap. 11. & sequentibus; & Concilio Hispalensi II. Cap. 8. de Elismo ex familia Egabrensis Ecclesiæ, & Concilio Hispalensi I. Cap. 2. Loaisa.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

En nunc Auctoris Delectus Actorum Ecclesiæ Universalis Notæ ad Concilium prædictum Emeritense. Ad Canonem IV. nota 1. Metropolitanum coram Suffraganeis, sicut ipsos coram Metropolitano, *Placitum*, seu suæ Fidei professionem emisisse; licet quippe de moribus hic mentio tantum habeatur, in Concilio tamen Toletano II. Canone 10. legimus de omnibus ad Ordines promovendis definiri, ut tam de Fide, quam de moribus, imo & de debita Præpositis obsequii reverentia sub nomine Placiti professio habeatur. Quasi Placitum illud sit aliquo modo pactum Dei cum hominibus initum coram testibus, quod utrique parti placeat. Nota 2. hanc regulam non universim in Ecclesia fuisse observatam; cum etiam infra hanc ætatem nondum præfixi essent Metropolitanarum Ecclesiarum fines. Immo aliquando Novempopulaniæ Metropolis ignota esset; ejusque ideo Episcopi cum vagi Metropolitanum non haberent, Burdegalensi Sedi subjicerentur. Sic per duo, & amplius sæcula Ecclesia Aquensis sine Episcopo Suffraganeo fuit, aut saltem nulla horum mentio fit.

Ad Canonem V. nota 1. præter quæ dicta sunt ad Aurelianense Concilium Comprovinciales Episcopos teneri adesse Concilio, ad quod eos Metropolitanus convocaverit; quod si aliquis nequiverit, excusationem in forma scriptam per Presbyterum *utilem*, seu in dignitate constitutum mittendam. Nota 2. ejusmodi Vicariorum in Concilio locum fuisse a tergo Episcoporum, & sedere licuisse; nec ideo debuisse Diaconum mitti, quod huic sedere *cum Episcopis in Concilio nulla ratione permittatur*. Quod non ubique observatum est; cum etiam visi sint Archidiaconi, qui Archipresbyteris, & eorum quan-

quandoque consessui praeessent.

Ad Canonem VI. nota 1. rationem singularem, qua Episcopi convocantur; nempe ut Nativitatis Domini, & Paschatis Festa simul in eodem loco concelebrent; nec illos excusari, nisi morbo detineantur, aut ex viarum difficultate praepediantur. Causas alias refert Concilium Toletanum XIII. nempe pro causarum negotiis, pro consecrandis Pontificibus, aut emendandis exortis contra se clamoribus, pro quibus adhuc cogi solebant. Nota 2. ad hunc Episcoporum pro celebranda solemnitate conventum, id quod supra innuimus de Presbyteris cum Pontifice ad dictos dies Sacra celebrantibus; quodque Amalarius, Lib. 1. Cap. 12. docuit his verbis: *Mos est Romanae Ecclesiae, ut in confectione immolationis Christi adsint Presbyteri, & simul cum Pontifice verbis, & manu conficiant*; eadem ratione Hispani Patres voluerunt, ut Episcopi comprovinciales quibusdam solemnioribus Festivitatibus cum Metropolitano Sacra peragerent; sicut Innocentius III. innuit Lib. 4. de Mysteriis Missae, Cap. 25. Cardinales circumstantes Romanum Pontificem, cum eo pariter celebrarent. Ad cujus ritus mentem prioribus saeculis Paulinus Nolanus morti proximus, ut legitur in ejus Vita, Symmachum, Benedictum, & Hyacinthinum Episcopos *jussit sibi ante lectum suum sacra Mysteria exhibere, scilicet ut una cum Sanctis Episcopis oblato Sacrificio animam suam Deo commendaret*; eadem scilicet Episcopis cum suo Metropolitano, ac Presbyteris cum suo Episcopo sacra agentibus. Solebantque tum de manu praecipui celebrantis, concelebrantes communionem accipere.

Ad Canonem VII. nota 1. plurimos plus mulctam quam cujusvis excommunicationis poenam reformidasse. Nota 2. per cellam Episcopi intelligi totam ejus suppellectilem, & proventuum apothecam, quae Metropolitani nomine obsignabatur, ut Episcopo redeunte ab exilii loco, intacta omnia reperiantur.

Ad Canonem IX. nota hunc Canonem optime convenire cum Bracarensi Concilio 2. quod antea definivit, quod si quis Presbytero baptizanti aliquid offerat per bonam voluntatem, *accipiat grate*; pugnare tamen cum 3. Canone Concilii Toletani VIII. & potissimum cum Canone 8. II. Toletani Concilii, ubi praecise legitur: *ne pretia qualibet, vel praemia oblata suscipiantur*. Quae conciliantur ex mss. Codicibus, subaudiendo *praemia nisi voluntarie oblata*. Sane juxta Civilis Jurisprudentiae Leges, multa etiam non oblata sinuntur exigi, ut pro sepulturae, & Sacramentorum ministerio, quae olim, ut simoniacum quid, prohibita sunt. Quoad ordinationes sacras, pro quibus saltem munera exigebantur, apud Cassiodorum ipse Athalaricus Rex pro illis quidquam dari Patriarchis vetat. Sic Gregorius Magnus pro accepto Pallio datum Pastelium proscripsit; fereque omnes Canones Episcoporum pro Ordinibus aliquid exigentium morem detestantur; quidquid Justinianus Augustus egerit, qui ab Episcopo quidem ordinante vetat quidquam exigi, non item ab ejus Ministris. Eusebius Ancyrae Episcopus in Synodo Calchedonensi de soluto aere Patriarchae Constantinopolitano quasi de gravamine conquestus est. Lanfrancus Cantuariensis Episcopus pauca, quae dono dabantur, solvi subjectionis tantum titulo asserit. Qua ratione quaevis exactio ab omni simonia immunis posthac videbitur. At post Concilii Tridentini definitionem etiam tenui reditu pollentes Episcopi ab omni ejusmodi tributo abstinant.

Ad Canonem X. nota Archipresbyteratum, Archidiaconatum, & Primiceratum fuisse primas institutas in Ecclesia dignitates; illas autem ambas sibi invicem praepositas legi, ut in Conciliis Regiaticino, & Ravennatensi, ubi Archipresbyteri Archidiaconis praeponuntur. Quod utique non ubique observatur. An Primicerius, an vero Primiclarus legi debeat, novitas parum juvat.

Ad Canonem XII. nota 1. ex Parochianis Presbyteris ruralibus quosdam in Urbem advocatos; ex quibus, cum non sufficerent ad hoc Urbici Parochi, Cathedralis Senatus numerosior coalesceret. Propterea nec aliquando ex Presbyteris tantum, sed etiam ex Monachis adscitos, qui Divina Officia in Cathedrali Ecclesia persolverent. Sic in ipsa Basilica S. Petri Monachi quatuor Monasteriorum pro quotidianis Divinis Officiis advocabantur. In Laterano dicuntur iidem Monachi diurnis, nocturnisque in Ecclesia Officiis vocavisse. Notat ad hoc Mabillonius in Commentario in Ordinem Romanum, quod in Virdunensi Ecclesia, ut ex Pauli Episcopi Actis patet, consueverunt forenses Presbyteri per certas vices ad Cathedralem Ecclesiam accedere Officia Divina persoluturi. Sic in Ecclesia Antissiodorensi Tetricus Episcopus exeunte VII. saeculo instituit, ut Abbates, Archipresbyteri, imo & Rurales Parochi per suas quique vices Divinum persolverent Officium; indeque *ex Dominica cellario ab Ecclesiae oeconomo stipendium sufficiens acciperent*. Nota 2. cum Rurales illi Parochi sedem nonnisi aegre desererent, & Canonicatuum Beneficia ad vitae necessaria vix sufficerent, decerni illos licet adventitios aequali honore habendos, ac ipsos Urbicos, & Cathedrales Parochos, qui jam diu Canonici habebantur. Nota 3. facultatem eis fuisse ex relicta Ecclesia pensionem sibi reservandi, vel in ea instituendi Presbyterum Vicarium, cui congruam portionem subministrarent; ut ex caetero habeant *quantum dignitas officii eos habere expetat*, subministrato adhuc aliis Parochiae suae Ministris necessario stipendio. Difficile hinc esse Canonem hunc conciliare cum Calchedonensi Canone X. ubi pluralitas illa Titulorum, seu Beneficiorum interdicitur. Verum cum instituendi essent Cathedrales Canonici, nec in Ecclesia proventus alii essent, quam qui singulis Parochiis collati fuerant, vix alia ratione horum institutioni prospici potuit. Inde ortum videtur jus omnium fere Cathedralium in plerasque Paroecias Civitatenses, ut loquitur Agathense Concilium, sicut & in Rurales; in quarum plerisque maxima parte proventuum gaudent, & Primitivorum Curatorum

munia

munia obenut. Nota 4. Parochos sic factos demum Canonicos sub Episcopi nutu totius Diœcesis regimini præpositos, ejus Senatum proprie confecisse. Hinc quoque factum quod a 40. ab hinc annis adhuc vidimus, ut Canonici Rusticanas Ecclesias per Vicarium, & Urbicas per se ipsos regerent; quod tandem Senatuum placitis vatitum est. Nota 5. per *bonam obedientiam* intelligi aliquem Ecclesiæ proventum. Unde Concilium Eboracense, anno 1195. Monachis, *ut eis adimatur opportunitas evagandi, prohibet, ne reditus, quod obedientias vocant, ad firmam teneant.*

Ad Canonem XIII. Nota 1. non mere Clericorum necessitati ita consultum ab Ecclesia, quin si inter eos aliqui pietate, scientia, aut industria insignes evaderent, largiori stipendio donarentur; imo hae ratione stimulandos Clericos Ecclesia alibi definiit. Nota 2. eos, quibus prædia Episcopus largitus est, ita teneri eorum augmento vacara, ut si in deterius evaserint, in ejusdam Episcopi potestate sit quod dederat revocare.

Ad Canonem XIV. nota 1. per *oblationum* vocem, non hic intelligi agros, vineas, & quæcumque Fidelium nomine pro pauperum, aut Cleri necessitatibus in latifundiis offerebantur; neque enim de oblationibus Fidelium (ut ex Bibliothecæ Thuanæ ms. citat Baluzius) *intelligendæ sunt etiam terrulæ, vel vineolæ, quæ pro loco sæpulturæ, vel pro animæ suæ requie quiscumque Ecclesiæ contulit, sive contulerit*: sed manuales oblationes, seu munuscula significari. Inter alia autem, quæ fieri consueverant in Ecelesia, tempore Paschatis persolvi solitum id, quod vocant *debita*, seu Gallice *Les detaux*. Quod pluribus in Ecclesiis viget adhuc, & inter Perochorum proventus æstimatur. Nota 2. quod Archipresbyter respectu Presbyterorum, & Archidiaconus respectu Diaconorum fuit, hoc Primiclerum fuisse raspectu inferioris Cleri, aujus curæ præficiebatur, cujusque æquitatis erat ejusmodi casuales proventus pro merito unicuique dividere. Nam oblationes illæ fiebant ex parte pro impensorum fellis illis solemnioribus laborum merceda. Nota 3. oblationem hanc Clero destinatam fuissa aliquando monetæ speciem, vulgoque denarium; ad cujus formam, hostiolæ pro communione distribuendæ cudebantur, ut Arnulphus Roffensis apud Acherium Spic. T. 2. innuit; unde ut in denario imago, & nomen Imperatoris solet imprimi, sic ajusmodi vidimus formas oblatarum perantiquas, quibus nomen Christi inscribebatur, aut ejus forma appingebatur; licet Baronius nonnullas exhibeat sine ulla figura, & nomine. Sed apud Græcos adhue moris est Græcis vocibus, *Jesus Christus vincit*, significantibus oblatam adornare. Accepta ergo hostia Fideles solabant offerre denarium; hincque aliquando solitum in ore mortuorum Christi Corpus deponi quasi naulum, ae pretium, ut diximus, quod pro animæ ad Cælos transvectione tum persolvebantur. Nota 4. ejusmodi pecuniæ oblationem prohibitam Trullani Concilii, Canone 23. ao quod a Presbyteris vi etiam hæc exigeretur.

Ad Canonem XV. nota 1. jus Ecclesiasticis, ut & sæcularibus Dominis fuisse commune, quo servos jubebant pro delicto percuti, imo & membro mutilari; quo quidem jure utendi facultas hic tollitur, ut & in Concilio Tolatano sequenti. Ne autem sub patieotiæ Ecclesiastieo eondecentis prætet tu servi insolentiores se gerarent, advocandum a Sacerdote Civitatis Judicem, qui sarvum puniat, salva tamen turpis decalvationis pœna. Eraa enim apud Hispanos Gotthos adeo ignominiosa capillorum ex sententia abscissio, ut Lucas Tudensis referat quosdam mortis reos sola decalvatione fuisse punitos. Nota 2. pro ejusmodi culpa, libuisse Episcopo delinquentem servum abjicere, quod intelligendum est de famulo conductitio, non autam, ut passim in Canonibus, de mancipio. Cum vero essent nonnulli, qui pro nimia credulitate, ingruente in Ecclesiæ servos populari aliqua ægritudine, existimarent, id alicujus servi maleficio contigisse; & ut probaretur quis esset hujus auctor ad supplicia crudeliter aliquos damnarent; hæc sævitia ut coerceretur, statuitur, ut Presbytero, cujus servi morbo laboraverint, Episcopus *bonos homines* assignet, quorum cura de facto inquiratur, ut relatione facta, Episcopi sit de eo ferre judicium, & an id es maleficio, aut naturali casu evenerit, decernere. Nota 3. in communi proferenda sententia iudicio assadisse triplicis generis homines, *Comitem*, qui præesset, *Judices*, juxta quorum suffcagia ille pronunciaret; & *bonos homines*, quos hodia diceremus, *Des Preud'hommes*; vocabantur quippe *probi homines*. Unde in Judiciorum Notiis forma vulgaris legitur: *Nos, talis, Comes cum supradictis Judicibus, & auditis bonis hominibus declaramus &c.* Nota 4 horum proborum hominum loco aliquando alios adhibitoa, quos Sagibarones vocabant, qui controversias omnes ita definiebaot, ut ab his ad Comitem appellari fas non esset. Homines autem *Legales* alii dicti sunt, quia illi de controversis rebus judicarent, indeque sententia *judicium Civium* dicebatur. Pro rebus ergo majoris momenti, & ut plurimum inter Nobiles, Sagibarones advocabantur; at pro rebus realibus consuetudinario, vulgarique jure nixis, aut ad latifundia spectantibus probi illi homines, Judices Legales litem omnem dirimebant.

Ad Canonem XVI. nota 1. aum Gratiano legendum esse, *cui sua plenissime sufficere non possunt*. Nec tollendam negationem, sine qua Canonis sensum vix assequimur. Eaque supposita declarari tertiam illam da Paroecitanis Ecclesiis partem, quæ alia arat a casualibus oblationibus, & ex ratis, constitutisqua Ecclesiæ reditibus coalescebat, Episcopis non cessisse, nisi sub duabus conditionibus; nempe si eguerint, nec habuerit unde Ecclesiæ suæ necessitatibus aliunde prospiaiant; deinde si Ecclesiæ reparationas non urgeant, ad quas raficiendas tertia illa pars ad hoc imprimis destinata impendebatur. Carpentoractense quidem Concilium jam statuerat, quod si Cathedralis Ecclasia opibus abundaret, singulis Ecclesiis relinquerentur ea omnia bona, tam pro Clero nutrien-

triendo, quam pro reparationibus conficiendis; & si Episcopus e contra aliquando indiguerit, non modo tertia, ut in Hispania, vel quarta pars, ut in Galliis; quæ divisio non eadem semper constitit, sed etiam quicquid Parochiæ, Ministrorum, aut fabricæ necessitatibus deductis supererat, Episcopo cedebat. Nota 2. sensum esse in obscurum hujus Canonis partis: *Omnes vero supradicti Presbyteri ..... reparare Ecclesias intendant*, quippe si teneantur illi Presbyteri ad reparationes, & ad sarta tecta restauranda, cur *Episcopo suo placitum faciunt?* Si contra ipse Episcopus ad hæc teneatur; cur si facere distulerint, ab Episcopo suo distringuntur? Videtur ergo, cum tertia pars, quæ Episcoporum erat, reparationibus quibusdam, præsertim in Hispania, etiam subjaceret; ut hæ fierent Presbyterorum, seu Parochorum manibus, ut in Ecclesiæ fabricam impenderetur, ex parte consignabatur. Idque significant hæ voces, *virtutem habuerint*, seu penes quos pecunia necessaria deposita fuerit. Obveniente ergo aliqua reparatione, de ea conficienda moneri debuit Episcopus; & hoc est, *Episcopo placitum facere*. At cum contigisset quandoque tertiam hanc partem rerum alio abduci ab ipsis Presbyteris; tum distringendi fuerunt hi Paroeci, ut creditam sibi pecuniam juxta factam destinationem impenderent.

Ad Canonem XVII. nota, eum, detractione, & calumnia, plures e Clero in Episcopos decedentes desævirent, fuisse hanc sub pœna prohibitam. Sic S. Chrysostomo licet innocenti vitio vertitur post obitum, quod Clericos quasi viros despicabiles nihil duxisset. Hos porro minores Clericos, aut Religiosos nondum in Sacris, qui sic in Episcopum suum os posuerint, & iniqua locuti sint, flagellis puniendos, & *disciplinam* mereri, ut sequenti Canone de Clericis pigris, *correctione disciplinæ* posthac plectendis decernitur. Hunc porro disciplinæ acceptæ, seu passivæ usum ante S. Petri Damiani ætatem cœpisse, ex aliis adhuc locis patet. In Regula quippe Aureliani legimus, quod si quis reconciliari neglexerit, *legitimam disciplinam accipiat*; quæ pœna rarior adhuc, nec dum vulgaris evaserat; licet diversa ab ea, quam hodie sibi ipsis pœnitentes infligunt; de qua legesis Petrum Damiani tam in Vita B. Romualdi, quam ubi loquitur de Dominico illo Loricato, quem constat in flagellando corpore palmam retulisse; utpote qui præcipuam vitæ partem in eo pietatis exercitio peregerit. Intermissum autem aliquandiu hunc flagellationis morem a quinto sæculo admissum, præter Aureliani Regulam, probat adhuc quod antiquiores Monachi, teste Palladio, in Nitriæ Monasteriis flagelli instrumentum, quod Rosuveidus disciplinam interpretatur, adhibuerant; ut male morati eo quandoque plecterentur. Quicquid sit de utriusque disciplinæ antiquitate, constat, nonnullis hujus usum non omnino placuisse. Ipse Gerso etiam videtur sententiæ cujusdam Petri Cerebrosi hunc disciplinæ morem maxime improbantis, subscripsisse. At forsan nil hic Doctor improbat aliud, quam quod ipse Hadrianus I. Papa in Epitome Canonum refert, cum Presbyteris vetat, ne *peccantes Fideles verberent*; ex hoc, quod cum aliqui postquam flagellationis pœnitentiam pro delictis indixissent, ipsi pœnitentem percuterent. Quod adhuc, an quondam factum ordinario fuerit, non constat; vixque credam quod de hoc flagellandi pœnitentem more legitur in Libro Mensæ Philos. quem scripsit Michael Scotus, quodque refert Theoph. Reinaud. Tractatum ea de re edidit Vir doctus, ad quem brevitati consulens lectorem mitto.

Ad Canonem XIX. nota, cum Sacerdotum esset penuria, necessarium fuisse plures uni tantum Ecclesias committere, ita ut in singulis Ecclesiis diebus Dominicis Missas ille peragerat. Nota 2. Fundatorum autem benefactorum, aut eorum, qui Ecclesiæ aliquid contulissent, nomina ad Altare debuisse recitari. Ex quo patet progressus, quo ad hodiernam Missarum, aut nun sine, aut pro pecunia celebratarum consuetudinem prolapsi sumus. Primum quippe Missæ habebantur, nulla speciatim pro conferentibus addicta, sed coacervatim pro omnibus Fidelibus facta mentione; deinde multis ad Sacrificium præcipue celebrandum, præter solitam, & communem oblationem, aliquid conferentibus, facta est eorum ad Altare singularis mentio. Aliquibus demum satis pro oblatione erogantibus, ut Ministri Sacrificio inservientes haberent unde viverent, hoc ita specialiter sibi addictum existimarunt, ut, quod hodie frequenter auditur, easdem Missas, *suas* nuncuparent; cum earum tantum aliqualis pars pro ratione eleemosynæ præ aliis eis cedat. Fundatorum ergo nomen in Dyptychis nomen celebratum, & cum honore recitabatur; ita ut quandoque locum, Principis nomini vulgo addictum, occupasse legatur; nulla etiam habita in Canone, quicquid Concilia statuissent, de Principis omine mentione. Ex Francfordiensi Concilio anni 794. Cap. 49. mentio benefactorum nominis fieri debuit; & antea Innocentius Papa ad Decentium vult, non tantum mente, aut oratione generali, & communi mentio hæc fiat; sed ut benefactorum, & offerentium nomina expresse nominentur, ut *cujus hostiam vel dum Deo offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil*. Quod institutum non fuit ad mentem D. Augustini, qui Sermone 273. monet, cunctorum Fidelium sigillatim re ipsa Deum recordari, dum omnium generatim orando mentionem habuit. Sic primis Ecclesiæ sæculis Sanctorum orationes ut plurimum via aliter quam simul, & pro universa Ecclesia fiebant, nulla superaddita singulorum mentione. Cum esset autem longior benefactorum nominatim commendandorum recensendus catalogus, eorum nomina, ut monuimus, in Charta scripta super Altare ponebantur, quibus generali mentione Sacerdos, nullo speciatim nominato, prosperitatem, & salutem apprecabatur; hæcque Charta *Rotulus* vocabatur. Pamelius Liturgiarum Tomo 2. hujus Chartæ nomina continentis mentionem refert. Mos est Cathedralis Ecclesiæ Parisiensis; ut e pueris Chori unus ad celebrantem acce-

accedat, interdumque his verbis affetur: *Memento animæ Cardinalis de Gondy*. Vide Edmundum Martennum, Libro, *De antiquis Ecclesiæ Ritibus*.

Ad Canonem xx. nota, aliquando contigisse, ut ex servitute liberti facti, temporum lapsu, nec renovata identidem indultæ libertatis Charta, negent, se antea servos fuisse, sicque debitæ libertatis obsequia recusent persolvere; ex quo declaratur, eos inde in Ecclesiæ servitutem recidere; temporis diuturnitatem non valere, nec ea præscribi contra jus Ecclesiæ, si eo fuisse positum semel constiterit; neque ullos libertatem rite consecutos, nisi patuerit, Episcopos damnum inde emergens quoquo modo de suo bono resarcivisse; denique servos eosdem quantacumque libertate donatos ab Ecclesiæ patronæ obsequio nunquam potuisse subtrahi. Contra Episcopos pro manumissionibus potestate sua abutentes extat Decretum ad calcem Concilii Toletani X. in quo universus Dumiensis Ecclesiæ Clerus conqueritur de Recimiro suo quondam Episcopo, quem hujus abusus arguit, & insimulat.

Ad Canonem xxi. nota 1. ut Episcoporum liberalitati, aut in pauperes inordinatæ charitati frenum adhiberetur, statui, donationem factam ab Episcopo firmam non esse, & stabilem, nisi triplum Ecclesiæ donasse patuerit. Nota 2. eos, qui Ecclesiasticas res quoquo modo, sive in judiciali foro, sive sua quavis industria ita promoverint, ut Ecclesiæ proventus inde notabiliter accreverit, debere laboris sui consequi mercedem, ita ut eis decima rei mobilis acquisitæ, aut adaucti boni pars obveniat; si autem res immobilis fuerit, pro Episcopi æquitate compenserur; quod autem sic adepti, & quasi lucrati fuerint, eis ut proprium cedat, cum illud, cuicumque voluerint, largiendi facultate.

PAULLI DIACONI EMERITENSIS

DE VITA PATRUM EMERITENSIUM,

Opusculum incipit in nomine Domini.

Ex mss. Gotthicis, & Latinis editum a D. Thoma Tamajo de Vargas.

PRÆFATIO.

1. *Virorum orthodoxorum, maximeque Catholicorum, prorsus vera nullus esse ambigat miracula, quæ sanctissimus egregiusque Vates Romanæ Præsul Urbis Gregorius, inflammatus Paracliti charismate Spiritus, Dialogorum in Libris veridico edidit prænotationis stylo; quæ olim scilicet omnipotens Deus servulis pro suis bene sibi placitis, propter honorem nominis sui patrare dignatus est; ne qualibet ob hoc dubitanti quispiam æstuet animo, quod priscis jam temporibus gesta esse videantur, & fortassis fidem plenam minime accommodet, & præfatum sacratissimum Virum, vas electionis, sacrarium Spiritus Sancti, aliqua vanis, & nebulosis verbis fuscasse opinetur; dum luce clarius Evangelicæ auctoritatis voce cunctis manifestetur, Dominum semper operasse, & hactenus operari. Quamobrem, ut omnium legentium, vel audientium Fides majori credulitatis robore firmetur, ea modernis temporibus in Emeritensi Urbe fuisse narramus, quæ non relatu aliorum agnovimus, neque fictis fabulis didicimus; sed quæ ipsi eo referente auribus nostris audivimus, quem e corpore mirabiliter egressum, & ad ætherea Regna pervenisse, non dubitamur.*

CAPUT I.

Augustus puer, minister Ecclesiæ Sanctæ Eulaliæ Emeritensis, moriturus ducitur ad tribunal gloriæ.

2. PUerulus quidam non grandi adhuc ætate, &, ut plenius dicam, ephebus, nomine Augustus, insons, simplex, literarumque inscius, dum cæteris coævis, ac sodalibus suis puerulis fideli mente in domo egregiæ Virginis Eulaliæ sui servitii ministerium, quod ei a Præposito cellæ, Venerabili Viro, fuerat delegatum, perageret; repente hunc contigit ægrotasse; cumque ad eum visitandum, ut moris est, multi ambularent, crebriusque ipse pergerem; en accidit nocte quadam explicitis vigiliarum solenniis (nam in eadem sancta Ecclesia mos est, ut hyemis tempore seorsum Matutinum Officium, facto intervallo modico admittente Domino celebretur) Quo igitur temporis intervallo, cum ad videndum eum perrexissem; ingressusque cellam, in qua ipse recubabat, cunctos, qui aderant, ita reperi sopore depressos, ut nullus eorum ad miracula fuisset expergefactus. Introivi. Lumen vero, quod ibi accensum erat, extinctum inveni; qui protinus omnes ante eum jacentes consurgere monui, & lumen, quod extinctum fuerat, denuo accendere imperavi; adhibitoque mox lumine, præfatum Augustum, quemadmodum se haberet, sciscitatus sum. At ille inquit: Equidem quantum ad præsentis pertinet vitæ spem, fateor ita jam omnes corporis mei artus resolutos, ut nihil virium omnino remanserit; quantum vero pertinet ad spem vitæ æternæ, non solum spem habere me gaudeo, verum etiam ipsum vitæ æternæ Auctorem Dominum Jesum Christum, cum Angelorum catervis, atque omnium Sanctorum innumerabiles multitudines, me vidisse confiteor.

3. Dumque hæc, quæ vidisset, audissem, statim in stuporem versus vehementer contremui, atque, ut mihi cuncta, quæ viderat, sigillatim narraret, deprecavi. Ad hæc inquit ille:

ille: Testor Dominum Cæli & Terræ, me tibi phantasticam visionem nullam referre; sed ut magis credas, fateor etiam tibi, me hac nocte minime dormiisse. Et dum hæc dixisset, ita exorsus est: Fui in loco amœno, ubi erant multi odoriferi flores, herbæ viridissimæ, rosæ, & lilia, & coronæ ex gemmis, & auro multæ, vela holoserica innumerabilia, & aer tenuis flabrari frigore flatu suo cuncta refrigerans; ibi etiam vidi sedes innumerabiles positas ad dexteram lævamque, in medio vero multum sublimior posita præeminebat; ibi namque astabant pueri innumerabiles, omnes ornati, & pulchri præparantes mensas, & convivium eximium, non de qualibet pecuda, sed tantum de altilibus omnis parabatur ferculorum copia, & omnia, quæ parabantur, erant candida instar nivis, & præstolabantur adventum sui Regis. Tum deinde ego indignus (operæ pretium mihi arbitratus fore, tantæ rei miraculum, si plenius referente illo audirem) ajo ad eum: Dic mihi, obsecro, dum istud, quod narras, parabatur; tu quid faciebas? Ille vero respondit: Omnium pedes osculabar, & illi dicebant: Benedictus Deus, qui te bene adduxit.

4. Dum hæc vero dicerent, & omne ministerium præpararent; subito advenit ingens multitudo candidatorum, omnes auro, & & lapidibus pretiosis ornati, & coronis rutilantibus redimiti; & una acie ipsius multitudinis ad dexteram, alia vero ad lævam partem gradiebatur; in medio autem eorum veniebat Vir splendidissimus, nimiumque pulcherrimus, forma decorus, aspectu gloriosus, statura procerior cunctis, lucidior sole, candidior nive; cumque pervenissent ad præparatas sedes, sedit pulchrior ille Vir in eminentiori loco; cæteri procedentes, adorantesque eum, resedarunt in sedibus suis. Statim denique benedixit omnes; at illi adoraverunt semel, & iterum, ac tertio; deinde ferculorum præparatio apposita est illi. Dum cœpissent epulari, dixit ille speciosus Vir, qui sedebat excelsior, ad eos qui circum astabant: Aliquis hic rusticus est? Illi vero responderunt. Adest, Domine. Tum demum ille; Præsentetur conspectui meo. Ego autem stabam a longe, & intuebar, & conspiciebam; dumque præsentatus fuissem ejus obtutibus, cœpi vehementer contremere. Ille vero dixit mihi: Noli timere, fili, transi post scapulam meam, & hic sta; & adjecit: Noli timere, scito, quia protector tuus ero, nunquam tibi aliquid deerit; ego te semper pascam, ego te semper vestiam, ego te omni tempore protegam, & nunquam derelinquam. Illico namque de eodem convivio escam, poculumque, quale nunquam videram, mihi tribuere jussit; quod suscipiens omni cum jucunditate percepi; & vere fateor, manere ita ab illius gratia refectum, ut deinceps aliud nihil præter illum desiderem cibum.

5. Igitur explicito convivio, ait mihi: Ambulet ista multitudo aliam viam, tu mecum profecturus eris, ut tibi ostendam viridiolum meum, quem habeo. Rursumque convivio jam consummato processere omnes, & adoraverunt eum; idem benedicens eos Rex permisit abire. Illis vero abeuntibus trahebant ad tribunal ejus nescio quos homines vociferantes, magnis qui ululatibus ajulabant; quorum dum voces audisset, ait: Trahite foras malos servos, non sunt digni videre faciem meam. Quod cum dixisset, tam celeriter nimirum abstracti sunt, ut eos plenius non potuissem videre, neque cognoscere. Rursus etiam sciscitans dixi: Quæso, fili, ut mihi dicas, si aliquem agnovisti ibidem de his, qui mihi in hoc sæculo cogniti fuere, & jam de hac luce migravere? Ad hæc ille ait: Homines, quos ibi vidi, longe erant ab his omnibus, quos videmus modo, nam alia forma, & alio habitu decorati sunt omnes. Deinde subjungit: Postquam vero traxere illos homines foras, surrexit ille cæteris pulchrior Dominus de sua sede, apprehendensque manum meam, eduxit me in hortum amœnissimum, ubi erat rivus, in quo erat aqua vitrei coloris, & secus rivum ipsum sylva aromatum, & flores multi fragrantes, redolentesque diversis suavitatis odoribus; & sic juxta rivum ipsum venientes pervenimus usque ad locum, quem nunc in strato jacens video.

6. Hæc mihi memoratus puer multis coram positus retulit. Quamobrem ego indignus, & omnium peccatorum primus, Levita Christi, quemadmodum narravit, scribere malui verbis licet aliis, sensibus tamen ipsis. Post hæc vero cuncta, quæ audieram, sanctissimo Viro domino, & Abbati meo nunciare procuravi; quibus ille agnitis (ut ei semper moris est visceribus pietate repletis) quantocyus ad eundem Augustum properavit, atque inhianter, quæ dudum narraverat, ejus ex ore cupiens audire, quidnam vidisset, sciscitatus est. Atque idem Augustus quæ prius dixerat nihilominus repetens, ejus sanctis auribus intimavit.

7. Deinum aimo, ac beatissimo Viro cuidam Levitæ, universisque Fratribus percontantibus, quæ paulo ante dixerat, repetebat; nam mox cœpit animus ejus flagrare desiderio percipiendæ pœnitentiæ; qua confestim accepta, dum ego abiissem, atque ad Basilicam S. Mariæ semper Virginis (quæ quinque millibus ab Urbe Emeritensi distat) gratia orationis properassem, quam etiam Basilicam vulgus S. Quintilinam hactenus vocitat; inde regressus jam vesperascente die, eum defunctum reperi; & quoniam jam vespere erat, minime ea die sepultus est. Sequenti vero nocte, dum ipsum corpusculum inhumatum in cellula, qua defunctus fuerat, jaceret; intempesta nocte idem Augustus alium puerulum æquævum suum, nomine Quintiliarem, a foris præmagna voce vocavit. Cujus voce audita, & cognita, quidam puer simplex, & verax nomine Veranianus illico surrexit, egressusque foras, ipsum Augustum in albastantem videre meruit; sed pavore perterritus, propius ad illum accedere non præsumpsit; cujus faciem niveo candore se vidisse, cum juramento testatus est: alio vero die corpusculum ejus ex more in Basilica Sanctissimæ Virginis dominæ meæ Eulaliæ sepulturæ est mancipatum.

C A P V T II.

Monachus Caulianensis apud Emeritam Monasterii morti proximus ex ebria , & fure ad Dominum conversus .

8 FUerunt pleriqua idonei viri ante non satis plurimos annos clementia divina in Provincia Lusitaniæ , qui clementer ferunt gestum Salvatoris nostri miraculum ; dum in Monasterio , cui Cauliana vocabulum est, quod Emerita Urbe haud procul situm ferme millibus octo distat, Reverendissimus Vir piæ memoriæ Renovatus Abbas præesset, post quæ etiam Emeritensi Urbi Pontifax exstitit mirificus , atqua sagaci solicitudine , utpota Vir perspicax , & nimium acris ingenii , multumque in omni disciplina, ac timore Domini strenuissimus, cunctos illic commorantes Monachos sedulo per bonam conversationem , & sancti operis exampla ad supernam patriam provocaret , cunctusque grea Pastorem præeuntem arctia semitis , callibusque prosequerentur cælicis ; lupus voraa unam ei toto adnisu conatus est ore mordaci laniare oviculam; ita dumtaxat ut omni cœtu sanctæ Congregationis in Domini laudibus persistente , atque regulari tramite in timore Domini degenta ; quidam Monachua ab eorum discrepans sanctissimis moribus , gastrimargiæ , & ebrietati inæstimabiliter incumbens , semetipsum contra dedit ; deinde ad majorem declinans intentum , furari quæque potuisset reperire , cœpit ; quem dum prædictus Vir sæpiua blande moneret , nec facile coercere valeret, iterum iterumque verborum objurgare increpationibus studuit; sed aum nec sic ab illecebrosa edacitatis delectatione, atque furti, rapacitatisque intentione cassavit; hunc flagris verberare , parsimoniis afficere , argastulisque tradi præcapit ; sad ille nihilominus pristinis perdurans piaculis, non solum quid a flagitiis minime cessabat ; sed diebua quotidianis semetipsum polliicens antris averni tartareis mancipare , magia magisque festinabat .

9. Cumqua aum videret tantopere pessimæ intantionis pergere viam , ut nac tot viribus increpatus , nec toties verbaratus emendari voluisset ; tactus dolore cordis intrinsecus , dimisit eum abire secundum desideria cordis ejus ; ac præcepit his , qui præerant promptuariis Monasterii , ut quacumque hora vellet ingradi , quæcumque in cellariis optima , quæcumque dulcia reperiret , eum usque ad vomitum nullus edere aut bibere prohiberet , etiamsi aliquid asportare , & abscindere ea more vellet , liberam potestatem haberet , ut plenius dignesceretur , postquam gulæ aut ventri satisfecisset, quidnam postmodum esset acturus. Ille vero juxta præceptum claustra reserata aperiens , opulentissimi (ut fertur) Monasterii cellaria clam opima penetravit , custodibus tamen eminus circumquaque obsitus , callida dissimulationa cernantibus , ignorante illo , ac præstolantibus quidnam ageret ; quæque dulcia , & suavia esu , potuque reperisset , eo usque passim vorabat, bibebatque , quousque mente perdita vix ambulare valebat . Post hæc fercula diversa furtim surripiens , etiam vascula vinaria , quæ usitato nomine Guillones , aut Flascones appellant , auferebat, & in horto contiguo Monasterii inter arbusta frondosa , aut arundineta condensa in loco abditissimo occultabat .

10. Tum deinda cibo jam nimio crapulatua, temulentiaque poculorum satiatus , sibimet ad cubitum sternebat , & apponens quæ furaverat , quamvis jam non delectaretur , & nimium onusto ventre ructaret , tamen adhuc edera , & bibera cupiebat ; sed dum gravato perquam alvo languerat potius quam manducarat , illico occurrente somnio obdormiebat ; tum deinde venientes canes quæque portaverat comedebant ; custodes itaque e regione intuentes vascula quæ detulerat, dormiante illo, ad cellaria revocabant ; dumqua hæc multa per temporum spatia peragerentur , & nullus eum aliquando jam emendari crederet ; hoc exemplo Pastor , & Salvator bonus da ore leonis eum abstraxit .

11. Accidit namque , ut die quadam , more solito, primo diluculo de cellario temulentus exiret ; quem ut viderunt ebrium pueri parvuli (qui sub pædagogorum disciplina in Scholis literis studebant) hac protinus voce exclamaverunt : Considera judicium terribile Domini , considera tremendi examinis metuendam sententiam , considera formidandam , atque horrendam ejus judicii ultricam severitatem, considera etiam annos ætatis tuæ, & sic tandem mores commuta in melius , & vel uno die ante mortem tuam corrige vitam tuam , quia nobis infantibus quæ tu agis non licet agere , quanto magis tibi , qui jam ætate plenus esse cerneris . Cumque hoc audiret, pudore nimio coopertus erubuit , statimqua compunctus est , & ejulatu magno flens cum lacrymis, elevans oculos suos ad Cælum , dixit : Domine Jesu Christe Salvator animarum , qui non vis mortem peccatoris , sed ut revertatur ab iniquitate , & vivat ; te precor, ut corrigas me , & auferas istud ignominiosum opprobrium de facie mea , aut certe si tibi placet , jam tolle me de hac miserabili vita , ut amplius improperium faciei meæ non audiam . quem statim divina pietas exaudire non distulit ; sed de præsenti in eodem loco dolore percutiens , vi febrium æstuare fecit . Nimirum dexteræ Excelsi immutatio in tantum eum commutavit in melius, ut abhorrens omnes carnales delicias , flagranti animo pœnitentiæ remedium mox appeteret, Corporis videlicet, Cruorisque Dominici Sacramentum desideraret ; sed dum antefatus almus Pater putarat, eum phrenetica , aut improba menta id flagitare , pœnitentiam plenariam dare distulit, sed tantundem ei viaticam gratiam impertivit , ac tribus diebus , totidemque noctibus , lacrymis , & confessione mirifica satisfecit .

12. Tertio post hæc dia demigraturua e corpore , & valefaciens cunctis Fratribus , sic ait : Cognoscite , quod omnia delicta mihi dimissa sunt , & ecce præ foribus Sanctissimi Apostoli Petrus & Paullus , necnon & Beatissimus Laurentius Archidiaconus , & Martyr , cum innumerabili turba candidatorum me exspectant , cum quibus ad Dominum pergere debeam , & hæc dicens migravit e cor-

corpore. Post quindecim vero, aut eo amplius annos, memorabilis amnis Anas nimium excrescens, ripasque alvei sui supergrediens, fluenta liquoris late aspersit, & ruinas ædium per villulas vicinas litori suo multas fecit, similiter & Caulinianensis Monasterii cellas evertit; quas dum Monachi restaurare voluissent, contigit, ut dum fundamenta construunt in cellula, qua supradictus jacebat, ipsum sepulchrum aperirent; sed mox inde nectareus odor erupit, ipse vero integer & incorruptus repertus est, ac si hora eadem fuisset humatus, ut nec vestimenta ejus, nec capilli ex aliqua parte cernerentur fuisse corrupti.

CAPUT III.

Nunctus Abbas Africanus Emeritam veniens a sceleratis est occisus; qui post a dæmone sunt correpti.

13. DUm novella narrare studemus, prisca majorum gesta omiseramus. Narrant itaque plurimi ante multa jam curricula annorum temporibus Leovigildi Vvisi-gotthorum Regis ab Africanis regionibus in Provinciam Lusitaniam Nunctum nostrum advenisse Abbatem, qui cum aliquandiu ibidem degisset, devotionis gratia ad Basilicam sanctissimæ Virginis Eulaliæ (in qua ejus sanctissimum Corpusculum requiescit) desideranter accessit; sed, ut fertur, per omnia aspectum mulierum, velut vipereum vitabat morsum, non quia aspernabatur sexum, sed ex contemplata speciæ tentationis metuebat incurrere vitium; ita etenim ut quocumque loco pergebat, unum Monachum ante se, & alterem post se eminus gradi præcipiebat, ne eum per quam cumque occasionem mulier videret; qui, ut supradiximus, cum ad Basilicam lanctæ Eulaliæ Virginis, & Martyris venisset, Reverendissimum Virum Redemptum Diaconum, qui ibi præerat, multis precibus exoravit, ut quando ad orationem nocturno tempore in Ecclesiam de cella procederet, ita custodia poneret, ut eum nulla penitus femina videret; sed dum aliquot dies in eadem sancta Ecclesia moras fecisset, quædam nobilissima, & sanctissima vidua, nomine Eusebia, omni desiderio eum videre cupiebat; sed ille nullatenus se ab ea videri patiebatur; dum vero sæpius eum diversi rogarent, ut eam videre dignaretur, & ille nullo modo consentiret; at illa coassumpto consilio supradictum Redemptum Diaconum deprecabatur, ut explicitis matutinis Laudibus, dum ille de Ecclesia ad cellulam reverteretur, illa stante in abditissimo loco circa eundem sanctissimum Virum, lumen cereorum clarissimum fieri præciperet, ut saltem a longe eum videre mereretur; quod factum; at ubi ignorante illo femineus contigit aspectus, ita cum gemitu magno sese in terram prostravit, ac si magni lapidis ictu graviter fuisset percussus, mox ipsi Redempto Diacono dicere cœpit: Indulgeat tibi Dominus, Frater; quid est quod fecisti?

14. Post hæc denique statim egressus inde, ad eremi loca paucis cum Fratribus pervenit, ibique sibi vilissimum construxit habitaculum; sed cum crebris illic virtutibus corusćaret, recurrente opinione, ad auditum Leovigildi Principis pervenit; qui quamlibet esset Arianus, tamen ut se ejus precibus Domino commendaret, eidem Viro auctoritate conscripta, de quodam præcipuo luco fisci direxit, ut alimenta, aut indumenta exinde cum suis Fratribus haberet, quod Vir Dei omnino accipere recusavit; sed dum ille renueret, & is, qui a Rege directus ad eum venerat, diceret: Oblationem filii tui despicere non debes; tandem, ipso compellente, suscepit.

15. Post aliquot vero dies homines habitantes in eodem loco cœperunt ad invicem dicere: Eamus, & videamus, qualis iste est Dominus noster, cui dati sumus; eumque fuissent, & vidissent eum veste sordidum, habituque deformem, contemnentes eum, dixerunt mutuo: Melius est nobis mori, quam tali Domino servire. Ac deinde post aliquot dies, cum Vir Dei Sanctus in sylvas paucis ovibus depascendis pervenisset, reperientes eum solum, fractis cervicibus crudeliter necaverunt; post non vero longum temporis intervallum ipsi homicidæ comprehensi, & Leovigildo Regi sunt præsentati cum vinculis, cui dictum est, ipsos esse, qui Servum Dei interemissent; ille autem quamvis non rectæ Fidei esset, recte tamen promulgavit sententiam, dicens: Absolvite eos a vinculis, & sinite abire; & si vere Servum Dei occiderunt, sine nostra ultione ulciscatur Dominus mortem Servi sui; at ubi dictum est illud, & illi absoluti sunt, statim eos dæmones corripuerunt, & per plures dies afflixerunt, quousque crudeli morte animas e corporibus excusserunt.

CAPUT IV.

Paullus Medicus natione Græcus fit Episcopus Emeritensis; mulierem ex partu laborantem sanat.

16. OMittentes phaleratas verborum pompas, & prætermittêtes garrulas facundiæ spumas, nunc etiam ea, quæ omnibus modis vera sunt, simpliciter, veraciterque narramus. Nam si ea, quæ luce clariora esse noscuntur, obscuris sermonibus involvere voluerimus, audientium animos non instruimus, sed fatigamus; quia, cum multorum imperitorum minus intelligit sensus, fatigatur auditus; & ideo, sicut superius polliciti sumus, simpliciter Sanctorum Patrum olim gesta miracula, sicuti relatu multorum ad nos perlata sunt, intimamus. Referunt multi, Sanctum Virum nomine Paullum, natione Græcum, arte Medicum, de Orientis partibus in Emeritensem Urbem advenisse; qui cum ibi multo tempore degeret, sanctitate, & virtutibus multis polleret, & humilitate, atque benignitate, eunctos superaret, a Domino collatum est, ut prædictæ Civitatis mereretur Pontificatum. At ubi eligente Domino ordinatus est Episcopus, omnes statim Deus conturbationum procellas, quæ eandem Ecclesiam tempore

pore prædecessoris ejus conturbaverant, abstulit, & nimiam tranquillitatem ejus precibus condonavit.

17. Qui dum pacifice, ac benigne, favente Deo, cunctis civibus suis præesset, & cunctorum effectibus dulcifluum sacri pectoris sui cahiberet affactum, contigit cujusdam Primarii Civitatis ex genere Senatorum nobilissimi Viri ægrotasse matronam, quæ & ipsa illustri stemmate progenita nobilem trahebat prosapiam, quæ cum nuper nupta in utero accepisset, ipse infantulus in ventre collisus est; cui cum multi medici diversa adhiberent, & nullum remedium medelæ sentiret, sed in gravi discrimine posita quotidie morti propinquaret; supradictus illustris ejus Vir, eo quod illi nihil charius esset conjuge, quam noviter conjugii gratia sortitus fuerat, contemptis universis medicis, spe racuperandæ salutis ad eundem sanctissimum Virum cucurrit, & provolutus pedibus ejus cum lacrymis exoravit, ut quia Dei Servus erat, orationibus suis Dominum pro cius matronæ salutem precaretur; aut certe, quia madicus esset, non duceret indignum manu sua ægroto gratiam præbere medendi. Sed Vir Dei protinus respondit, dicens: Mihi quod hortaris facere non licet, qui etsi Sacardos indignus Domini sum, & Sacrificium manibus meis offero Domino, & ideo quod dicis, non possum implere; postmodum pollutas sacris Altaribus manus inferam, & Divinæ potestatis mox furorem incurram. Et adjecit: Ibimus, inquit, in nomine Domini, visitabimus eam, & dabimus Medicos Ecclesiæ, qui illi adhibeant medicinam, & in quantum scimus, ostendemus, qualiter cura faciat; nos tamen facere manu propria minime possumus; ille vero sciens, quia nullius alterius medici cura valeret, & quia jam uxor sua pene mortua esset; cœpit cum fletu magno eniae flagitare, ut nullum illuc dirigeret, sed ipse per se iret, & quod sciebat, manu propria impenderet; sed dum ille non adnueret, neque penitus consentiret, universi Fratres coram positi, & ipsi eum lacrymis rogaverunt, ut iret; at ille ait: Novi, quod multæ miserationis sit Dominus, & credo, dum fuero, quod infirma pristinam recuperaret salutem, & mihi statim concedet veniam propter meam præsumptionem; sed homines malos hanc mihi caussam objicere in postmodum omnino non dubito. Cui cum omnes Fratres sui responderent: Nullus e nobis propterea aliquid dicturus est. Sed perge, Domine, & omni celeritate age illud, quod mercedi tuæ proficiet.

18. Tandem eorum precibus compulsus proficisci pollicitus est, ita dumtaxat, ut prius Domini exquireret voluntatem, ne temere incedens facile ageret, pro quo difficile, multatus Dei judicio, ad veniam rediret; illico namque Basilicam sanctissimæ Virginis Eulaliæ petiit, ibique prostratus pavimento per totum diem incubuit, atque in oratione indefessus perseverans, sequentem continuavit & noctem, qui mox inibi oraculo Divino commonitus est, statimque consurgens ad mulieris ægræ domum incunctanter perrexit, & festinus properavit, orationem fudit, manus in nomine Domini super infirmam imposuit; in spe Dei mira subtilitate incisionem subtilissimam subtili eum ferramento fecit, atque ipsum infantulum jam putridum membratim, compendiatim abstraxit, mulierem pene mortuam, ac semivivam, adnitente Deo, viro suo confestim incolumem reddidit, cui & præcepit, ut ultra virum non cognosceret; quocumque enim tempore coitum virilem agnovisset, mox ei deteriora adfutura essent discrimina. Sed illi nihilominus pedibus ejus provoluti gratias retulerunt, & omnia, quæ Vir Dei præceperat, in omnibus se esse servaturos promisarunt, imprecantes Dominum, ut si non custodirent, pejora illis postmodum advenirent. Facta namque est eo modo illa inæstimabilis lætitia, immensumque gaudium, atque universi in Dei laudibus acclamantes, orantes, tripudiantesque dicebant: Quod vere misisset Dominus Angelum suum, qui illis misertus fuisset.

19. Tum deinde fecerunt de rebus suis talem conscriptionem, ut de præsenti sanctus Vir medietatem ex omnibus, quæ habebant, acciperet; alia vero medietas post eorum obitum integra, & intemerata ad ejus pertineret ditionem. Tanta namqua illis inerat copia rerum, ut nullus Senatorum in Provincia Lusitaniæ illis reperiratur locupletior; quod ille prorsus recusavit, ac renuit, noluitque accipere; sed illis obsecrantibus, nimiumque importune offerentibus, & sic tandem coactus est suscipere; quod accipiens non tam propriis usibus, quantum egentium præcepit deservire necessitatibus. Illi autem, a quibus ei oblatum est, perseverantes cum timore Dei in castitate, post non multo temporis intervallo ad supernam patriam vocationa divina adsciti sunt; quibus defunctis omne eorum patrimonium Sanctissimus Paullus Episcopus promeruit, & qui peregrinus nihil habens advenerat, factus est cunctis potentibus potentior, in tantum, ut omnis facultas Ecclesiæ ad comparationem bonorum illius pro nihilo putaretur.

CAPUT V.

Fidelis natione Græcus, filius sororis Paulli Episcopi Emeritensis, vivente avunculo, subrogatur in Episcopatu.

20. DEniqua cum plurimos per annos felici tempore sua cum plebe frueretur, & jucunde Deo vivens, plenus semper virtutibus floreret; accidit die quadam, de regione qua ipse oriundus extiterat, negotiatores Græcos in navibus de Orientibus advenisse, atqua Hispaniæ litora contigisse; cumque in Emiritensem Civitatem pervenissent, ex more Episcopo præbuerunt occursum; qui cum ab eo benigne fuissent recepti, ac de atrio ejus egredientes in domo, in qua hospitabantur, fuissent; regressi sequenti die ad eum munusculum miserunt pro gratiarum actione, defarente puero nomine Fideli, qui cum eis caussa mercedis recipiendæ de regione eorum conductus advenerat, cumque ejus fuisset præsentatus aspectibus, & quæ grato animo directa detulerat, Vir sanctus gratanter suscepisset, cum cœpit sigillatim

tim sciscitari, quo vocaretur nomine, de qua Provincia, vel de qua Civitate esset; cum ergo illi nomen suum, & Civitatem suam nominaret, videns adolescentem bonæ indolis, cuncta eum per ordinem interrogavit, & nomina parentum requisivit; at ille consequenter secundum interrogationem, Patriam, Civitatem, vicum, nomina parentum simpliciter manifestavit; hæc eo dicente cognovit nomen sororis suæ, qui statim exsiliens de sede sua, in conspectu omnium, amplexibus ejus incubuit, commota quippe fuerant super illum viscera ejus, atque irruens super collum ejus, & diutissime exosculans, præ gaudio ubertim flevit, statim supra nominatos negotiatores accersiri præcepit, quibus ait: Puerum mihi istum concedite, & quicquid vultis a me postulate. At illi responderunt: Hoc facere nequaquam possumus, quia ingenuus homo est, & a parentibus pro nostro solatio conductum accepimus, sine illo ad parentes suos nullatenus remeare possumus, nec faciem eorum ultra videndi habebimus licentiam, si hunc in tam longinquam Provinciam dimiserimus. E contra ille ait: Compertum vobis sit, quia si istum mihi non dimittitis, vos in Patriam vestram minime revertetis; sed accipite a me pecuniam copiosam, & abite secure pergentes cum pace.

21. Hæc illi audientes, nec amplius tantæ potestati obsistere valentes, ajunt ad eum: Dic nobis Domine, quid caussæ est, ut hominem tibi incognitum tanto amore diligere digneris? Ille vero, proximum suum esse, sibique affinitate valde vicinum, & addit: Abite in nomine Domini absque aliqua hæsitatione, renunciantes sorori meæ, quia filium ejus ob consolationem captivitatis meæ penes me retinui; qui diversa per eos mittens munera sorori, ipsisque nautis multa largitus est dona, ac sic ditati ejus muneribus, ingressi sunt in Patriam suam cum gaudio magno. Quibus redeuntibus, statim præfatum adolescentem tondere præcepit, ac Deo omnipotenti servitutum obtulit, & veluti alterum Samuelem in Templo Domini, diebus, ac noctibus strenue erudivit, ita ut infra paucorum curricula annorum omne Officium Ecclesiasticum, omnemque Bibliothecam Scripturarum Divinarum perfectissime docuerit; de inde vero per singulos gradus eum perducens, Diaconum ordinavit; qui mox effectus habitaculum Spiritus Sancti, omnibus virtutibus ita est irradiatus, ut sanctitate, charitate, patientia, & humilitate universum transcenderet Clerum; sic nimirum Deo, & hominibus securum, affabilemque præbuit, ut unum illum putarent homines ex numero Angelorum.

22. Interea dum plurimis annis Deo irreprehensibiliter deserviret, & supra nominato nutritori suo dulci obsequio in omnibus obediret, ac senectutem ejus absque aliqua offensione suaviter oblectaret; idem supra nominatus Beatissimus Pater, exactis jam multis curriculis annorum, atque ætate decrepita in senium vergens, hunc sibi successorem elegit, moxque etiam in loco suo, se vivente, ordinavit, & omnium bonorum suorum heredem instituit; ita etiam testamentaria sanctione decernens; & si eum Clerus Emeritensis habere vellet Pontificem, omnes res, quas illi contulerat, post obitum suum supradictæ Ecclesiæ derelinqueret; sin alias, haberet liberum arbitrium, quicquid voluerit de præfatis rebus discernere, vel judicare. Hoc sane decretum Vir sanctus, revelante sibi Spiritu Sancto, promulgavit, prophetiæ gratia præscius, non defuturas eidem Viro multorum obsistere invidias hominum improborum, qui eum canino more circumquaque in postmodum oblatrarent, atque invidiæ faucibus successum mordaciter laniarent.

23. Interim dum, auspice Domino, constituisset eum Antistitem, ita ei adjuvare, & deservire cupiebat, sicut Diaconatus tempore ministrare consueverat, ita ut exuens sibi Casulam, more ministri, coram eo assistens, servitium omne persolveret; quem ille id agere prohibuit; & ut jam deinceps auctoritatem Pontificatus sui constanter tenere admonuit, atque ut Fratrum suorum potius curam ageret, imperavit; ipse vero sanctissimus senex mox derelinquens atrium, & omnia privilegia honoris sui, sese ad Basilicam sanctæ Eulaliæ in cellulam vilissimam contulit. Qui dum aliquando ibidem positus, a sæculi hujus procellis absolutus, & in multa quiete constitutus, in cilicio, & cinere cubans, pro totius mundi piaculis Dominum precaretur, migravit e corpore.

CAPUT VI.

Fidelis Episcopus possessiones suas relinquit Ecclesiæ Sanctæ Eulaliæ; Clericos a ruinæ periculo liberat.

24. Post eujus discessum quidam pestiferi homines, juxta id, quod Vir Dei prædixerat, contra Beatissimum Fidelem Episcopum verbis malignis mussitare cœperunt, ut eum de loco, quo constitutus fuerat, per quamcumque occasionem pellerent; quod cum ille perpendisset, etsi una cum rebus & suis ab eorum infestatione separari voluisset; comperto ab illis, quod si ille, sublatis de jure Ecclesiæ prædiis suis, se ab eis separaret, illis omnino nihil remaneret; plus inviti, quam sponte pedibus suis se prostraverunt, quibus ille non usquequaque repugnans, præbuit adsensum, ut & curam regiminis gereret, & in postmodum omne patrimonium suum Ecclesiæ derelinqueret. Quod ita factum est, ut eo tempore tantum Ecclesia locupletata est ipsa, ut illa in Hispaniæ finibus nulla esset opulentior; ac ita, Domino cooperante, confirmata est in eum cunctorum pura, & sincera dilectio, in tantum, ut omnes unu eodemque animo, ardore immensæ charitatis flagrantes, erga eum immenso amore sancti ignis æstuarent, ut unum cor, & labium cum eo effecti, nullo penitus modo ab alterna dilectione dissidio incurrente discreparent. Quoniam tanti Vatis memoravimus nomen, operæ pretium nobis videretur esse perspicuum de ejus multis, quibus crebro effulsit, virtutibus, quamdam exiguam particulam memoriæ tradere.

Quo-

25. Quoniam igitur Dominico die, dum in atrium cum multis filiis Ecclesiæ tenderet, ut mos est, Archidiaconus cum Clero in albis ab Ecclesia venientes coram eo astiterunt; moxque ille consurgens, Diaconibus ex more thuribula gerentibus, atque ante eum præcedentibus, cum universis, qui aderant, ad Ecclesiam perrexit, qualiter, Deo adjuvante, Missarum solennia celebrarent; at ubi universi cum eo de atrio paullulum fere decem graduum processerunt, illico ab imis fundamentis omnis repente amplissimi atrii fabrica ruit, & neminem ibi oppressit, Deo jubente; ex qua re pensandum est, cujus meriti iste Vir fuerit, qui ita apud Deum suis precibus obtinuerit, ut prius non daretur antiquo hosti potestas tantæ fabricæ perpetrare ruinam, quam ipse cunctos foris eductos integro numero, Deo miserante, salvaret; sed ut in tanto periculo nullus periret, hoc maxime meritis Sanctissimæ Virginis Eulaliæ fuisse præstitum nullus ambigat. Cum vero solicite requirens invenisset, quia nemo periret, in nullo penitus animum suum conturbavit; sed magis gratias Deo egit, eique Sacrificium lætus obtulit, diemque ipsum jucunde in Domino cum omnibus suis potitus est.

26. Post vero multum temporis intervallum Sedis dirutæ fabricam restauravit, ac pulchrius, Deo opitulante, patravit; ita nimirum ipsius ædificii spatia longe, lateque altioribus columinibus erigens, prætiosaque atrii columnarum ornatibus suspendens, ac pavimentum omne, vel parietes cunctos nitidis marmoribus vestiens, miranda desuper tecta contexuit; tum deinde in mirum dispositionis modum Basilicam Beatissimæ Virginis Eulaliæ instaurans in melius, in ipso sacratissimo Templo celsa turrium fastigia sublimi produxit in arce. Hic namque Vir beatus in hoc corpore positus, crebro cum Sanctorum catervis in Choro Ecclesiæ stans, & psallens visus fuisse perhibetur, & alia multa narrantur, quæ scribere propter prolixitatem sui, ne fastidium legentibus præbeant, deseruimus.

CAPUT VII.

Fidelis Episcopus visus interesse Sacrorum Choris.

27. Die quodam puerum familiarem suum ad locum, cui Capsiana vocabulum est, quod ab Emerita Urbe millibus sexdecim distat, direxit, ac præcepit ei sub omni festinatione reverti. Qui cum fuisset, & eodem die reverti non occurrisset, ibidem mansit; cui in ipso noctis initio jam dormienti visum fuit, gallos cantasse, statimque expergefactus, caballum suum ascendit, atque festinus properans, ante medium noctis ad portam ipsius Civitatis, quæ appellatur porta pontis, pervenit; qui cum ibidem diutissime residens cerneret, quia ante horam opportunam consurrexisset, & quia quamvis clamasset vociferanter, nullus ei portam aperiret, visum est ei, ut caballo suo paullulum herbam daret, quousque aliquis forsitan portam reseraret. Et ecce subito intempestæ noctis hora elevans oculos suos vidit eminus globum igneum ab Ecclesia Sancti Faulli, quæ ab Urbe fere milliario distat, procedentem, atque ad Basilicam S. Leocritiæ pervenientem. Qui dum tacitus contemplaretur, quidnam esset; nec mora, & ecce multitudo Sanctorum, quibus illud lumen præibat, venientes per pontem ad portam usque pervenerunt, cum quibus etiam gradiebatur Sanctissimus Fidelis Episcopus. At ubi ventum est ad portam, videns supradictus puer aucta candidatorum agmina, ipsum etiam S. Fidelem chlamyde nivea indutum, in medio eorum propeřantem cernens obstupuit, & exterritus, atque tremebundus præ timore factus est velut mortuus; ille vero claustra portarum Divinitus reseravit, moxque ingressi sunt Civitatem; quibus ingressis, ille consurgens, atque volens post eos ingredi, sed nullatenus potuit, quia portam ita clausam, sicut antea, invenit; qui cum primo diluculo aperta pervenisset ad atrium, protinus eum Vir sanctus interrogavit, quali hora de prædicto loco egressus fuisset? qui illi, & horam, in qua surrexerat, & moram, quam ad portam fecerat, enarravit; quem cum Vir Dei interrogavit, si aliquid vidisset? ille vidisse fatetur; hunc admonuit, & quousque ipse sanctus Vir in corpore esset, nulli referret, ne ei ad immane periculum pertineret.

28. Alia quoque vice similiter eum quidam Religiosus cum multitudine Sanctorum quadam nocte de Ecclesia Sanctæ Eulaliæ egredientem, & per Basilicam Martyrum euntem vidit, sed incaute agens, mulis statim indicavit; postremo ad Dei Virum veniens, & ei quod viderat retulit; cui ille ait: Hoc ut vidisti, jam alicubi dixisti, aut non? qui statim respondens, simpliciter professus est se dixisse. Ad hæc ille inquit: Indulgeat tibi Dominus, Frater, non recte fecisti. Scio igitur, quia tibi in futuro judicio non reputabitur ad culpam; interim vade, communica, & da nobis osculum; vale fac omnibus, quia iturus es tamen, & domui tuæ sub omni festinatione dispone, & si desideras remedium pœnitentiæ, percipe. Qui mox, accepta pœnitentia, dispositaque domo sua, valefaciens cunctis, sequenti nocte migravit e corpore.

CAPUT VIII.

Fidelis Episcopus visione admonitus, bonis in pauperes distributis, migrat ad Dominum.

29. Cuidam Viro religioso iterum intendere ad Officium Ecclesiasticum recurrenti quadam nocte, dum in lectulo suo intempestæ noctis silentio sopore depressus jaceret, visum est, quod signum ad Matutinum dedisset; qui statim consurgens omni festinatione ad Ecclesiam, ne ei tempus Sacrificii præteriret, occurrit, cursuque rapidissimo properans, anhelabundus illuc pervenit; at ubi ingressus est Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ Sancta Hierusalem nunc usque vocatur, audivit voces miræ mmodulationis canentium, inspicien-

ciensque Chorum, vidit ſtantem multitudinem Sanctorum; qui nimio pavore concuſſus, atque in tremorem verſus, ſeſe in angulum Baſilicæ ſilenter contulit, atque tacite contemplans, ſolicite auſcultans audivit conſueto ordine omne ab eis ejus officium eſſe completum; quo expleto, paullo adhuc ante gallorum cantum cum laudibus pervenerunt ad Eccleſiam S. Mariæ ad Baſilicam Sancti Joannis, in qua Baptiſterium eſt, quæ nimium contigua anteſatæ Baſilicæ, pariete tantum interpoſito, utraque uno tecti tegmine conteguntur, explicitiſque laudibus, cœperunt ad invicem dicere: Ecce continuo hora eſt, ut ſignum dari debeat; ob hoc prius neceſſe eſt, ut id, pro quo deſtinati ſumus, ordinemus; cumque hoc diſiſſent, apparuerunt in conſpectu eorum Æthiopes tetri, nimiumque terribiles, quorum ſtatura videbatur eſſe gigantea, nigredo perquam teterrima, ita ut eo ipſo eorum toto intuitu, nimiumque atro vultu, palam cernentî daretur intelligi, ipſos procul dubio tartareos eſſe miniſtros; quique etiam romphæas acutiſſimas ſuis geſtabant in manibus. Quibus mox Sancti dixerunt: Sub omni celeritate pergentes ad atrium, ingredimini cellam, in qua Sanctus Fidelis Epiſcopus jacet, & percutite eum vulnere gravi in corpore, ut anima ejus quantocyus egrediens a corporali catena nobiſcum ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ad præparatam ſibi poſſit pervenire coronam.

30. Qui illico juſſui obtemperantes, ambulaverunt; ſed eum minime percutientes reverſi ſunt, dicentes: In cellam ejus minime ingredi poſſumus, quia non dormit, ſed in terra proſtratus jacet, & orat; inſuper tanto thymiamatis ſuaviſſimo odore cella ipſa redolet, ut nitor tantæ fragrantiæ incensi, qui ab eo oblatus eſt Domino, nos illuc penitus intrare non ſinat. Quibus denuo præceperunt, dicentes: Ite, & percutite eum, quia juſſio Domini eſt adimplenda. Qui cum fuiſſent, nec intrare potuiſſent, reverteutes iterum dixerunt: Vacat oratio, quando venit vocatio; ſed ite, & implete præceptum Domini, quod ſemel datum eſt, nequaquam tranſcendi poteſt. At ubi tertio fuerunt, permittente Deo, ingreſſi ſunt, tam forti ſcilicet manu crudeli eum percuſſerunt, ut vocem, quam emiſit cum dolore gravi, ſimulque & gemitu is, qui in Eccleſia ſtabat religioſus, clare audivit. Facto vero diluculo, ad Sanctum Epiſcopum acceſſit, & cuncta, quæ viderat, quæque etiam audierat, ei intimavit. Cui ille ait: Scio, Fili mi, ſcio, & me nullo modo latet. Cumque hoc diſiſſet, & imminanti ægritudine artubus jam fatiſcentibus ſe totam diſſolvi repente ſenſiſſet, ad Baſilicam ſanctiſſimæ Virginis Eulaliæ ſe deferri præcepit, ſua ibidem imprimis multis lachrymarum ſatiſfactionibus deflevit delicta, deinde multis captivis, & agenis multam largitus eſt ſtipem; ad ultimum tedditit Chirographis multorum debita relaxavit.

31. Sed dum omnibus reddidiſſet, cautio cujuſdam viduæ remanſerat, quæ necdum fuerat reddita, quam ille exſpectaret, ut ei redderet; ſed quemadmodum muliercula præ turbæ denſitate, qua circumſeptus erat, ut accederet, non habebat; quæ cum per ſingulos dies veniret, & locum minime reperiret, & nimium mœſtificata mente anxiaretur, nihil agens, mœrore afflicta ad ſuum hoſpitium remearet; ei quadam nocte Sanctiſſimus Cyprianus, & Laurentius in viſu aſtiterunt, dicentes: Nolli, quare locum non inveniis? At illa reſpondit: Neſcio. Et dic inquiunt: Quare per reliquas Baſilicas Fratrum noſtrorum cæterorum Martyrum frequenter concurris, ad nos vero venire contemnis? Quæ ſtatim ſurgens ad eorum Baſilicam concurrit, orationem cum lacrymis fudit, pro negligentia retroacti temporis veniam imploravit, atque inde ad Baſilicam S. Eulaliæ rediit, mira celeritate, locum reperit, Chirographum ſuum abſque difficultate recepit, Deo, & Sancto ejus miras gratias retulit, pro quo non ſolum locum paratum invanire meruit ingrediendi, verum etiam ita Sanctis Dei diſponentibus, geſtum eſt, ut quando ingreſſa eſt, Sanctus Epiſcopus cautionem ipſam manu propria tenens, præſtolaretur, cui reformare deberet; atque ita factum eſt, ut illo benigne reddente, atque illa cum gaudio, quæ diu deſideraverat, recipiente, paullo poſt Vir Sanctus, præcedentibus Sanctorum cœtibus, exſpectantibuſque Angelicis Choris, ad æthærea Regna tripudiando migraret, cæleſtibuſque phalangis conſertus, eum exultatione perpetua perpetim conglobari in ſidereis manſionibus, Jeſu Domino percipiente, meruerit; Corpuſculum vero ejus juſtà Corpus ſanctiſſimi prædeceſſoris ſui uno eodemque ſarcophago traditum, velut in uno lectulo, honorifice eſt tumulatum.

CAPUT IX.

Maſſona natione Gotthus, nutritus in Eccleſia S. Eulaliæ, ſuccedit Fideli in Epiſcopatu. Xenodochium, & Monaſteria ædificat.

32. Huic præfato almo Viro ad ſupernam Patriam tranſmigranti providentia Divinæ pietatis ſubrogatur non impar omnium virtutum gloria Vir orthodoxus, cui nomen erat Maſſona, ſcilicet Beatus Beato, & Sanctus Sancto, pius pio, bonus benigno, atque cunctis chariſmatibus refulgens. Rutilanti immenſis virtutibus Sacerdotalis ordine Maſſona ſucceſſit Fideli, prædeceſſore ſuo nimirum altrigeris elvibus conſerto in cælis, ſucceſſoris manſit dulcedo, ejuſque inſigne meritum cunctorum civium mœrorem lenivit in terris, ut omnibus pro obitu Sancti Pontificis mœror non ſolum diſcuteretur, verum etiam inſtar priſcorum Patrum, Eliæ quondam, & Eliſæi duplicata Paracleti Spiritus gratia, palam cunctis cernentibus, S. Fidelis Antiſtitis in Maſſonam Sanctum Epiſcopum requieviſſe videretur, & plebs ſublevato Paſtore, non uſquequaque tædaret afflicta languore, ſed geminato gaudio congauderet, Divina tribuente miſeratione, dum, & illum pro ſui ſalute præmiſit ad cælos, & illum exſimiæ virtutis Virum ſuſcepit gratulanter in terris.

33. Denique Sanctus Masona Antistes nobili ortus in hoc sæculo origine, sed vitæ meritis extitit multo nobilior; genere quidem Gothus, sed mente promptissima, erga Dominum perquam devotus; atque viriliter Altissimi virtute præcinctus, moribus sanctis ornatus, habituque magni decoris pulchrificatus, charitatis, humilitatisque ab ineunte ætate refulgenti stola circumamictus, baltheo Fidei firmiter circumamictus, prudentia scilicet, & justitia insigniter circumseptus, dilectione summi Dei, & proximi mirifice decoratus (dilectus namque Deo, & hominibus erat) & gloria mirabilis, amator Fratrum, multum orans pro populo, cujus nomen multis coruscando miraculis, per omnem terram pertransivit.

34. Hujus itaque temporibus morborum pestem, inediæque inopiam ab Urbe Emeritensi, & omni Lusitania ejus precibus Dominus procul abegit, meritisque sacrosanctæ Eulaliæ Virginis longius pepulit, tantamque salutem, & omnium copiam deliciarum cuncto populo impertiri dignatus est, ut nullus unquam, quamvis inops, aliquid habere videretur, aut qualibet necessitate fatigaretur; sed quemadmodum opulenti, ita & inopes, omnibus bonis abundarent, & quodammodo instar Cœlestis gaudii in terris tanti Pontificis merito congauderet; omnibus inerat gaudium, cunctisque aderat pax, nulli aberat felicitas, in omnium corde florebat perfecta charitas, in omnium sensu pollebat jucunda tranquillitas, ita nimirum, ut devicto antiquissimo hoste, ac superato veternoso dracone, nemo mœrore consternatus, nemo angustia afflictus, nemo quolibet terrore perculsus, vel quolibet zelo, aut invidia tactus, callidi anguis virulentis stimulis quateretur; sed perfecta charitate repleti cuncti, Deo admittente, pii Patris gratia jucundantes, imperterriti, sine metu, vel formidine omnium in Dei laudibus persistebant constanter, non solum autem in omnium Fidelium arcanis ejus flagrabat immensa charitas, sed etiam omnium Judæorum, vel Gentilium mentes miro dulcedinis suæ affectu ad Christi gratiam pertrahebat.

35. Quantus igitur, qualisque fuerit, inertia linguæ nostræ ad singula explicare non valet; sed quamvis maxima taceamus, extrema saltem e maximis memoremus. Denique supradictus Vir priusquam ordinaretur Episcopus, in Basilica Sanctissimæ Virginis Eulaliæ fertur cum summa diligentia advixisse, & ibidem multis annis Deo irreprehensibiliter deservisse. Postquam vero, inspirante Deo, in hominum ore, oculis, & animo residens, sublatus inde, constitutus est Episcopus, statim in exordio Episcopatus sui Monasteria multa fundavit, prædiis magnis locupletavit, Basilicas plures miro opere construxit, & multas ibidem Deo animas consecravit; deinde Xenodochium fabricavit, magnisque patrimoniis ditavit, constitutisque ministris, vel medicis, peregrinorum, & ægrotantium usibus deservire præcepit, taleque præceptum dedit, ut cunctæ Urbis ambitum medici indesinenter percurrentes, quemcumque servum, seu liberum, Christianum, seu Judæum, reperissent ægrotum, ulnis suis gestantes, ad Xenodochium deferrent, straminibus quoque lectulis itidem præparatis eundem infirmum ibidem superponentes, cibos delicatos, & nitidos eousque præparantes, quousque cum Deo ægroto ipsi salutem pristinam reformarent; & quamlibet a prædiis Xenodochium collatis multis deliciarum copia pararetur, adhuc Viro sancto parum esse videbatur; sed his omnibus beneficiis adjiciens majora, præcepit medicis, ut sagaci solicitudine gererent curam, ut de omnibus eximiis, ab universis Sanctuariis ex omni patrimonio Ecclesiæ in atrium illatis medietatem acciperent, & iisdem infirmis deferrent; si quis enim de Civibus Urbis, aut rusticis de ruralibus ad atrium ob necessitatem accessisset, liquorem olei, vini, vel mellis a dispensantibus poposcisset, & vas parvulum, in quo levaret, exhibuisset, & cum Vir sanctus, ut erat semper obtutu gravis jucundi vultus, mox ipsum vasculum confringi, & ut majus deferret, præcipiebat.

36. In eleemosynis vero pauperum quantum largus extiterit, soli Deo reservatum est nosse, tamen & de hoc ipso quandam particulam enarremus. Tanta illi cura erat pro omnium ærumnis miserorum, ut ad Basilicam sanctissimæ Virginis Eulaliæ, Diacono, Viro Venerabili, Redempto nomine, qui præerat, duo millia solidos dederit, e quibus, mox ut aliquis urgente necessitate advenerit, facta cautione, quantos vellet absque aliqua mora, vel difficultate, acciperet, suisque angustiis consuleret. Nec hoc silendum reor, quam largifluus in muneribus extiterit, quippe qui alienæ rei abstinentior, suæ largior, nec accipiendi, sed dandi magnanimitate, præpollebat; avidior dandæ rei, quam appetendæ, potiorem dandi, quam accipiendi didicerat fortunam, multa largiebatur, nihilque auferebat, sed ultro cunctis concedebat, donabat multa, largiebatur plurima, ditabat universos beneficiis, & munificentia magnus habebatur, omnes ab illo augebantur, donis ac divitiis locupletabantur, & non tantum Fratribus, & amicis, quantum & servis ipsis Ecclesiæ se muneribus largum, ultra quam credi potest, præbebat; ita nimirum temporibus ejus ditati sunt, ut in die sanctissimo Paschæ cum ad Ecclesiam procederet, plurimi pueri chlamydes holosericas induentes coram eo, quasi coram Rege incederent, & quod his temporibus nullus poterat, nullusque præsumebat, hujusmodi indumentis amicti, ante eum debitum deferentes obsequium, pergerent.

37. Sed merito ei ab Omnipotenti Domino fuit tanti meriti donum collatum, cujus cor in tanta opulentia, & gloria transitoriæ prosperitatis gaudio nunquam fuit turgidum nec inflammatum; nimirum humilis animus ejus supra solidam petram fundatus, immaculabilis conscientiæ cogitatione sincera, calliditatisque ignara, in prosperis humilis, in adversis existebat fortissimus, nec prosperitate erigebatur, nec adversitate frangebatur, nullo detrimento, aut augmento constantia ejus mutabatur, constans erat in cunctis; & adversus omnia promptissime paratus, patiens nimium, & robore firmissimus, in cunctis

ctis adversis constans, in omnibus angustiis imperterritus perseverabat, vultum nec gaudio, nec mœrore commutabat; unus vultus semper ejus, una hilaritate decuratus cunctis occurrebat; semper idem, cujus vultus nec umquam rerum varietate mutabatur; non illum cunctis inimica elatio virtutibus extulit, sed in omnibus humilitatem sinceram sincere consecravit sacratissimo cordis affectu; cumque talibus Divino favore virtutibus polleret, fama bonorum opinione concrescente affulsit; & opera luminis a vero lumine condonata, multis in regionibus coruscavit.

CAPUT X.

Leovigildus Rex Wisigottorum Arianus studet avertere Massonam Episcopum Emeritensem a Fide Catholica.

38. Unde accidit, ut hæc opinio sævissimi, atque crudelissimi Wisigotthorum Leovigildi Regis penetraret auditum, & suæ invidiæ draco immanissimus, bonis operibus semper æmulus, stimulis acrioribus irritatum, ejusdem Principis animum virus vipereum satiaret, & poculum venenatum ejus in visceribus transfunderet; cujus poculi lethalis haustu, protinus consilio armatus, diabolica stimulante invidia, supradicto sanctissimo Viro Legatis intercurrentibus iterum iterumque mandavit, ut, relicta Fide Catholica, ad Arianam hæresim eorum universitate plebis commissæ diverteret; cumque Vir Deo dicatus constantissime responderet, & bis terque regredientibus Nunciis Regi mandaret, nunquam se veram Fidem relinquere, quam semel agnovit; ipsi nuper Ariano Regi exprobravit, ut debuit, ejusque ad se perfidiam digins increpationibus repulit.

39. Ad se itaque reversis Nunciis, cœpit supradictus Rex diversis suasionibus, & præmiorum promissionibus ejus animum illicere, si forte per quamcumque occasionem posset ad suæ superstitionis voluntatem incurvare; ille vero suasiones ejus callidas contempsit; dona, & præmia, velut purgamenta repulit; Fidem Catholicam viriliter prorsus vindicavit; nec tamen contra perfidiam tacere maluit, ne tacendo forsitan consentire videretur; sed totis nisibus ejus vesaniæ repugnans, clangore veritatis personavit; cumque se ille cerneret casso labore dificere, raptus in furorem, cœpit eum multis pulsare terroribus, opinans minis posse concutere, quem blandimentis superare nequivisset. Sed Vir sanctus nec terroribus frangitur, nec blandimentis suadetur; sed forti congressione adversus atrocissimum tyrannum dimicans, pro defensione justitiæ persistebat invictus.

CAPUT XI.

Sunna pseudo-episcopus Emeritensis Arianus disputatione publica victus a Massona.

40. Comperto dehinc crudelissimus tyrannus, quod nec minis, nec muneribus Viri Dei animum a recta Fide ad sui perfidiam apostatare posset; ut erat totus vas iræ, fomesque vitiorum, ac frutex damnationis, cujus obsidebat pectus truculentior hæresis, & captivum in sua ditione tenebat callidissimus serpens, amara pro dulcibus, pro lenibus aspera obtulit civibus, pro salute medicamenta mortifera; quendam scilicet virum, pestiferum Arianæ hæreseos pravitatem per omnia vindicantem, cui nomen erat Sunna, pro seditiosis simultatibus excitandis, & pro conturbatione sancti Viri, vel totius populi, in eadem Civitate Episcopum Arianæ partis instituit; virum denique pravi dogmatis fautorem, hominem funestum, vultu teterrimum, cujus erat frons torva, truces oculi, aspectus odibilis, motus horrendus, eratque mente sinister, moribus pravus, lingua mordax, verbis obscœnus, forinsecus turgidus, intrinsecus vacuus, extrorsus elatus, introrsus inanis, foris inflatus, interius cunctis virtutibus evacuatus; utrobique deformis, de bonis indignus, de pessimis opulentus, delictis obnoxius, perpetuæ morti nimis ultroneus.

41. Hic jam supradictus perfidiæ auctor dum in Urbem Emeritensem adveniens quasdam Basilicas cum omnibus earum privilegiis præcipiente Rege sublatas ausu temerario de potestate proprii Pontificis sibimet aggrediens usurparet, addictus prædonis funesti arcioribus vinculis, satiatusque de ejus lethalibus poculis, cœpit contra Dei famulum rabidos allatrare sermones, & verbis strepentibus comminantes spurcissimas evomere voces. Sed Servum Dei probatissimum, nec comminatio furciferi fregit, nec turbulenta ira pestifari mollivit, nec tempestas insanientis perditi deflexit; sed instar fortissimi muri immobilis contra omnes procellas pro sanctæ Fidei defensione permansit; cumque toto adnisu Dei famulum, vel omnes Fideles jam dictus infidelis exquisitis martyriis exturbare vellet, nec posset; fretus favore regio, Basilicam sanctissimæ Virginis Eulaliæ passim aggredi nitebatur, ut ea sublata de proprii Episcopi potestate, Arianæ hæresi dedicaret; cui cum Sanctus Massona Episcopus, vel universus cum eo populus acriter obsisteret, ac vehementer oppugnaret, supradictus pseudo-Episcopus Sunna antefato Principi multa in accusatione sancti Viri scripsit, eique suggessit, ut ipsa sacra Basilica, quam adire inhiaverat, a Catholicorum potestate sublata, ditioni suæ regio Imperio traderetur; ad hæc illum talem fertur promunciasse sententiam; ut residentibus in atrio Ecclesiæ judicibus utriusque Episcopi ab eisdem assumpti adessent, ipsisque coram positis, utriusque partis defensione conflictu disputationis altercarentur, alternisque adversum se congressionibus dimicantes, de sacrarum Scripturarum voluminibus, quæque ab eis essent dicta, prolatis testimoniis astruerent, vel roborarent; & cujus pars triumphum bravii obtinerent, ipse nihilominus Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ sibimet vindicaret.

42. At ubi hujusmodi decretum increscente rumore in auribus almi Viri Massonæ personuit, illico Basilicam Sanctæ Eulaliæ Virginis properus petiit, triduique diebus,

totidem que noctibus in parsimoniis , & fletibus perseverans , ante Altare , sub quo venerabile Corpusculum sacræ Martyris situm est, pavimento prostratus incubuit ; tertio demum die ad atrium , quod est fundatum intra mœnia ipsius Urbis , repedavit , tantaque cum alacritate , & mentis constantia ingressus , est , ut nulli Fidelium ambiguum videretur , illum in ejus pergere adjutorium , qui dixit: *Nolite præcogitare quid loquamini , dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini ; non enim vos estis loquentes , sed Spiritus Sanctus* . Cumque pervenisset in Urbem , ingressusque atrium consedisset, vultus sui jucunditate, cunctorum Fidelium mœstitiam abstulit, ac ne in aliquo de ejus victoria hæsitarent , admonuit ; ipsumque nefandum Arianum Episcopum , simulque judices diutissimum est præstolatus ; tandem Arianus Episcopus una cum judicibus , septus catervis populi, turgidusque fastu superbiæ ingressus est .

43. Tum deinde residentibus Episcopis , resederunt , & judices ; illi maxime , qui erant fautores Arianæ partis , & impiissimi Regis ; cumque resedissent , Sanctus Massona Episcopus, ut erat summæ gravitatis, summæque prudentiæ , diu multumque oculos cælo intentos silentio tenuit ; cumque sileret , hæreticorum Sunna Episcopus prius loqui exorsus est , cœpitque nefandi oris strepentia , aspera , scabra , & obscœna summo cum fragore producere verba; cui cum Vir Dei patienter , leniter , suaviterque responderet ; atque ille contra procacioribus verbis , ut pote per os draconis insibilaret; cœperunt utrique inter se verborum ingens habere certamen ; sed nulla ratione potuit moles carnea sapientiæ Dei , Sanctoque Spiritui, qui per os servi sui Massonæ Episcopi loquebatur , resistere ..

Quid multa ? omni ratione convictus, superatusque conticuit, ac pudore nimio coopertus erubuit , & non tantum ille , quantum mediatores perversi, qui ejus partibus importune nitebantur ferre adminiculum ; & non solum confusi erubuerunt , verum etiam audientes inæstimabilis doctrinæ loquelam mellifluo sermone de ejus ore procedentem, mente consternati, atque in stupore nimio conversi , cum multa admiratione , quem expugnare ante venerant , collaudabant; nam tantam gratiam io fuit lablis eo die Dominus conferre dignatus est , ut nunquam aut quisquam viderit prius tam claro eloquio facundum; & licet semper docuerit ore facundo , tunc tamen præ cæteris diebus eloquentior exstitit ; tunc enim viderunt recti , & lætati sunt , & omnis iniquitas obturavit os suum, quoniam obstruxit Dominus os loquentium iniqua .

44. Cuncti ergo Fideles vehementer admirati sunt, quia quamvis Virum hunc antea novissent eloquentissimum, nusquam tamen tam scholastico sermone , tam nitido , tamque dulcifluo eloquio reminiscebantur fuisse loquutum . Tunc protinus omnes orthodoxi , omnesque Catholici prostratis , superatisque hostibus,in laudibus acclamaverunt,dicentes: *Quis similis tui in diis Domine ? quis similis tibi ? & non est secundum opera tua* . Deinde ad Basilicam Gloriosæ Virginis Eulaliæ , una cum victore Antistite Massona unanimiter perrexerunt ; in Dei nimirum laudibus exultantes venerunt, immensisque fragoribus jubilantes sacratissimum ejus Templum introierunt , infinitas gratias Deo omnipotenti retulere , qui Sanctæ suæ Virginis precibus in sublime erexerat famulos , & ad nihilum suos redegerat inimicos .

CAPUT XII.

Massona Toletum a Rege vocatur , recusans dare Tunicam S. Eulaliæ , in exsilium missus equum ferocem domat .

45. Igitur supradictus hæreticus Sunna , quamlibet omni ratione , & veritate fuerit convictus , pertinaciter in fidem pristinam perduravit , nec poterat liberis gressibus ad portum properare salutis, cujus cor lapideum instar Pharaonis , antiquus , permittente Deo , induraverat hostis. Post hæc superatum se in omnibus videns , cœpit magis magisque mente effera adversus famulum Dei criminationes , & objecta commercia callidis machinari dispositionibus , atque contra militem Christi omni genere septus telorum , sesesum potius expugnaturus advehi , ipsumque Beatissimum Virum Massonam Episcopum in auribus principis Leovigildi Ariani clam multis criminibus accusare; nihil sane calliditas adversantis prævaluit , nihil Viro Dei calamitosa nequitia nocuit , quem gratia Redemptoris spiritualibus armis armavit .

46. Tandem spiritus nequam compulit sæpe nominatum Arianum Regem, ut Sanctum Virum a propria Sede moveret, suisque obtutibus præsentare juberet ; ocyusque ministri compares criminis ejus , præceptionis dictum implentes,atque ad Emeritensem Urbem venientes , Virum beatum sub omni celeritate ad Urbem Toletanam , in qua Rex erat , properare compellunt ; hinc cum subito sanctissimus Vir Massona Episcopus , e gremio raptus Ecclesiæ tolleretur , & indemnis quasi reus ad exsilium duceretur ; omnium civium Emeritensium vox ejulatu magno cum intolerabilibus lacrymis perstrepebat , tanti Patroni abrogari sibi remedia , immensis gemitibus, immensisque ululatibus proclamabant , his nimirum vocibus clamitantes : Cur ovile tuum tuum pie deseris Pater ? cur gregem periturum relinquis?neque luporum nos in faucibus mittas , ne oves tuæ hactenus nectareis floribus refectæ , mortalibus dentibus a mordacibus laniantur lupis . Nimis procurante Pontifice , tunc ille motus tot fletibus , ut semper in Domino pietatis visceribus influebat , lacrymasse perhibetur ; deinde plurimis eos alloquens verbis , mira subtilitate consolari dignatus est ; post hæc , valefaciens cunctis , comitante sibi suffragio divino , profectus est est tranquilla mente , constanti animo , hilari vultu , ut semper solitus erat .

47. Cumque pervenisset ad Civitatem Toletanam , & atrocissimi tyranni conspectibus astitisset , plurimis eum Rex lacessens conviciis, multisque terroribus pulsans, ad hæresin Arianam omni adnisu pravæ intentionis pertrahere cupiebat . Sed cum Vir Dei omnes sibi

bi illatas contumelias libenter toleraret, cœpit tamen adversus ea, quæ rabidus canis oblatrabat, cum omni mansuetudine incunctanter respondere, & omissis propriis contumeliis, pro injuriis Catholicæ Fidei condolens, ipsi tyranno audaciter resistere; cujus constantia magis magisque permotus insanissimus Rex, multo magis cœpit rabido ore rabidioribus adversus Dei famulum infremere latratibus; deinde, ut Tunicam sanctissimæ Virginis Eulaliæ præsentaret, quam in Basilicam Arianæ pravitatis ibidem in Toleto habere deberet, cœpit minis terroribusque impellere.

48. Ad hæc Vir Dei respondit: Compertum tibi est, quia cor meum sordibus Arianæ superstitionis nunquam maculabo; tam perverso dogmate mentem meam nunquam inquinabo, Tunicam dominæ meæ Eulaliæ sacrilegis hæreticorum manibus polluendam, vel etiam summis digitis contrectandam, nunquam tradam, nec a te reperta, quocumque tempore possideri potest. Hæc profanus tyrannus audiens, in furorem insaniæ versus festinanter, celeriter ad Emeritensem Urbem misit, qui ubique ipsam sanctam Tunicam solicite requirerent, & tam in thesauro S. Eulaliæ, quam in thesauro Ecclesiæ senioris, quæ vocatur sancta Hierusalem, sagaciter scrutantes, eo usque perquirerent, quousque eam repertam ad eum deferrent; quo eum venissent, & ubique strenue requisissent, minime repererunt, ac sic vacui ad Regem suum redierunt. Quod cum ei nunciarent, acrius infrendere cum dentium stridore contra Virum Dei diabolus cœpit; cumque ejus obtutibus sisteretur, ait ad eum: Dic ubi est quod requiro? aut si non dixeris, cognosce, te gravius afficiendum esse injuriis, & post in regionem longinquam in exsilium proficisci, ubi multis ærumnis affectus, omnibusque necessitatibus intolerabiliter cruciatus, crudeli morte deficias.

49. Ad hæc Vir Dei tale fertur dedisse responsum: Exsilium mihi minaris; compertum tibi sit, quia minas tuas non pertimesco, exsilium nullatenus paveſco; & ideo obsecro te, ut si nosti regionem aliquam, ubi Deus non est, ibi me exsilio tradi jubeas. Cui ille ait; Et in quo loco Deus non est * biotenate? & Vir Dei respondit: Si nosti quod in omni loco Deus est, cur mihi exsilium minaris? nam ubicumque me duxeris, nobis pietas Dei me derelinquet; sed & hoc certum habeo, quia quantum tu in me crudelius fueris debacchatus, tanto magis me misericordia ejus subsequetur, & consolabitur clementia ejus. Ob cujus constantiam majori supplicio pessimæ mentis suæ insanissimus tyrannus interius afflictus, felle, & amaritudine nimia permotus ad eum ait: Aut præsenta mihi ipsam Tunicam, quam fraudulenter subripuisti, aut si non præsentaveris, diversis suppliciis faciam divaricari membra tua.

50. Cui miles Dei ita imperterritus respondit: Jam dixi tibi semel, & iterum, quia minas tuas non formidabo, sed siquid vis et mens tua perversa, amplius adversus me excogitet; ego tamen nec te pertimesco, nec metu territus, id quod requiris, præsentabo; sed hoc scito, quia Tunicam ipsam igne combussi, pulverisque ex ea feci, & in liquorem aquæ permixtos bibi; & tactu manus tuæ (contrectans stomachum dicebat) evidenter cognosce, quia in pulveres redactam illam bibi, & ecce hic intus in ventre meo est, nunquam tibi illam reddidero. Hoc autem ideo dicebat, quia nullo sciente sibi eam in stomacho plicatam infra sua indumenta linteis involutam præcinxerat, & ita Deo solo conscio gestabat; nam sic excæcavit Deus oculos ipsius Regis, & omnium assistentium, ut nullus intelligeret, quemadmodum Vir Dei illa prosequeretur.

51. Dum hæc, & his similia loquerentur, & esset multa cæli serenitas, Majestas divina cælitus fragore magno repente intonuit, ita ut tremebundus de throno suo Leovigildus Rex in terram cum pavore magno procideret. Tunc Vir Dei cum exultatione magna ait: Si Rex es, ecce Regem, quem timeri oportet; nam non talis, qualis tu, est. Tunc deinde spiritus nequam extemplo noxialibus verbis os sacrilegum tyranni conviciis semper armatum reseravit; & istam protinus impietatis suæ sententiam oblatravit: Massonam moribus nostris semper contra nos infestum, & Fidei nostræ inimicum, religionique contrarium, ocyus a conspectibus nostris subtractum exsilio relegari jubemus.

52. Cumque hujuscemodi inimicus impiissimus Rex malam sane sententiam contra insontem dedisset, totius ministri compares criminis eum a conspectibus ejus abstraxerunt, equumque ferocem ei ad sedendum, præcipiente Rege, paraverunt, qui eum ita præcipitaret, ut cadens fractis cervicibus crudeliter interiret; tantæ scilicet ferocitatis equus erat, quod nullus sessor (pro eo quod jam multos per præceps corruere fecerat) ascendere præsumebat; cumque Viro Dei, ut in eo ascenderet, pararetur; Rex crudelissimus per fenestram eminus palatii respiciens, exspectabat, ut ei Vir sanctus de equo casurus ingens spectaculum præberet; statimque in nomine Domini edito vexillo Cucis sanctissimus Sacerdos ascendit equum ferocem, quem ei Dominus velut agnum mansuetissimum reddidit; cœpit namque cum omni mansuetudine, & cautela itineris sui pergere viam, qui paullo ante immenso flatu, & fremitu incessanti, totius corporis motu, quasi despiciendo alium ferre recusabat. Cumque hoc miraculum omnes cernerent, obstupescentes, valde admirati sunt, nam & ipse Rex magna concussus est admiratione; sed quid cæco prodesse poterat jubar splendidissimum solis, cujus arcana omni opere offuscaverat sævissimus hostis?

CAPUT XIII.

Nepopis pseudo episcopus Arianus Emeritæ substitutus, Massona vero in Monasterio per triennium exsul miraculis claret.

53. IGitur Sanctus Vir Dei Antistes Massona, tribus tantum de suis comitantibus pueris, ad locum destinatum pervenit, cum quibus eum mox homines puniturі, qui a Rege missi fuerant, exsilio in Monasterio relegaverunt, cujus relegatio fuit sum-

summa sublimitas, contumelia perspicua sanctitas; peregrinatio immensa felicitas. Post hæc subrogatur ei pseudo-sacerdos Nepopis nomine, ac in locum Viri Dei in Emeritensem Urbem substituitur; homo namque profanus, servus sane diaboli, Angelus satanæ, prænuncius Antichristi; & hic alienæ Civitatis erat Episcopus; sed quoniam Vir Dei crescebat virtutibus copiosis, e contra ille fœdabatur actibus nefandis.

54. Cum jam per annos tres, & eo amplius, beatam vitam beatus degeret Vir Massona, multisque ibi præpolleret virtutibus, omnia quæ ibidem suis usibus, suorumque famulorum, habere poterat necessaria pauperibus erogavit; cumque pene nihil remansisset, quod largiri deberet, quædam vidua paupercula, quæ multis oblita ærumnis ad eum stipem flagitans advenit; cum vero Vir Dei, qui jam omnia in opus simile consumpserat, magnopere inquireret, quid ei impertiret, quia minime reperiret; cœpit pueros, qui cum eo erant, deposcere, ut si aliquis eorum aliquid haberet, ei fideliter præsentaret, quod jam dictæ muliercula tribueret; e quibus unus nomine Sagatus, qui præerat cæteris, respondit dicens: Habeo quidem unum solidum, sed si dedero, nihil omnino, unde nobis, vel bestiunculæ nostræ in postmodum emamus, habebimus. Quem Vir Domini sine aliqua hæsitatione, ut integrum daret, nihilque sibi ex eo reservaret, præcepit; non ambigens, sibi Dominum affuturum, qui illi omnia bona protinus subministraret; quod cum jussioni ejus obtemperans mulieri ipsum solidum dedisset; post pusillum prædictus Sagatus ad eandem mulierem cucurrit, eamque deprecatus est, ut quia non erat unde sibi victum emeret, & de ipso quod fœnerabatur, saltem vel unum tremissem redderet, unde suæ necessitati consuleret; quem statim unum absque mœstitia reddidit, duos vero secum jucunda mente portavit; nec mora, & ecce subito ante fores Monasterii reperti sunt ducenti asini onusti stantes, qui missi cum alimoniis diversis ad eundem Virum a diversis Viris Catholicis fuerant.

55. Quod cum Viro Dei fuisset nunciatum, & ab his, qui venerant, esset oblatum; omnipotenti Deo immensas referens gratias, illico præcepit, accersiri Sagatum; qui cum venisset, ait ad eum Vir Dei: Quantam dedisti mulieri elemosynam poscenti? at ille respondit: Secundum imperium tuum, solidum, quem habui integrum dedi; sed quia urgebat necessitas, unum ab ea tremissem postea accepi. Et Vir Domini dixit: Indulgeat tibi Dominus, Frater, quia ambiguus extitisti, & de miseratione Domini desperasti; insuper & in multos pauperes peccasti; duos tremisses dedisti, ecce duo millia solidos, & ducentos asinos oneratos multis alimentis accepisti; nam & si tertium tremissem non abstulisses, proculdubio trecentos asinos onustos accepisses. Qui deinde gratias agens, atque gratiam benedictionis suæ pro gratiarum actione reddens, cunctos qui ei requisierant, sacris Elogiis simul, & Epistolis similiter refecit; ille vero confestim pene cuncta, quæ illi directa fuerant, pauperibus erogavit.

CAPUT XIV.

Leovigildus Rex percussus a S. Eulalia Massonam restituit Ecclesiæ Emeritensi.

56. POst aliquot vero dies cum in Basilicam ipsius Monasterii gratia orationis intrasset, subito super Altare ejusdem sanctæ Basilicæ sacratissima Virgo Eulalia in columbæ specie nivei candoris apparuit, eumque blande alloquens (utpote piissima Domina) fidelissimum dignata est consolari Servum, deinde ait ad eum: Ecce jam tempus est, ut ad tuam regrediens Civitatem, pristinum mihi debeas exhibere servitium; & hæc dicens alacri volatu ab oculis suis evanuit. Vir itaque Dei, licet tantæ visionis, tantæque consolationis gratia exsultaret, flere nimium cœpit, quod quietem paupertatis, & peregrinationis suæ amittens, ad turbines, & procellas mundiales reverteretur; non illi quippe ambiguum erat, id quod audierat confestim esse adimplendum; tunc deinde nulla intercurrente mora, præfata gloriosa Virgo injurias Servi sui severissima vindicavit ultione.

57. Denique nocte quadam recubanti in strato suo impio Leovigildo tyranno adstitit, eique flagris diu, multumque utraque latera verberavit, dicens: Redde mihi Servum meum, nam si moram feceris, scito, te acrioribus suppliciis cruciandum; ita nimirum flagellatus est miser, ut expergefactus cum fletu magno cunctis sibi assistentibus tot illatos ostendit livores, & iccirco clamitans se fuisse flagellatum, quod Sanctissimo Episcopo injurias irrogasset; nam quis ei verbera intulerit, nomen, habitum, vultusque venustatem sigillatim pandit; & omnia magnis cum ejulatibus manifestissime propalavit; illico namque veritus, ne graviori supplicio mulctaretur, ut erat in omnibus rebus simulator pessimus, ac dissimulator facillimus, pietate simulata præcepit, ut Vir Dei, qui frustra fuerat a Civitate sua remotus, rursus ad suam accederet regendam Ecclesiam.

58. Qui dum ea, quæ insanus Rex postulabat, minus annueret sanctissimus Vir Massona, seseque permansurum ubi relegatus fuerat, assereret; iterumque oblatis precibus poposcit, ut ad suam dignaretur redire Civitatem; pietas quippe summi Dei statim sinceratum pectus emollivit, ac benevolentia copiosa viam suo Famulo aperuit, ut regrederetur. Cum vero Deo jam opitulante regrederetur, precibus, muneribusque eum propitium crudelissimus Rex nitebatur efficere, quem dudum fraudis relegaverat damnatione; ille autem munera respuit, dona abnuit, facinus perpetratum animo clementi laxavit, & juxta sententiam Domini, culpas debentium non retinuit, sed dimisit.

CAPUT XV.

Fugienti Nepopi pseudo episcopo Massona ret Ecclesiæ recuperat.

59. DEhinc cum maximo comitatu de loco, quo relegatus fuerat, ad Emeritensem Urbem reversus est;

est; cujus dum regressum Nepopis, qui eidem fuerat subrogatus, audivisset, terrore, Divino subito exterritus, ad propriam Urbem, in qua antea fuerat Episcopus, fugere nitebatur; prius tamen, quam abiret, argentum copiosum, & ornamenta insignia, & quæque meliora vidit in Emeritensi Ecclesia, plaustris plurimis oneratis per homines Emeritensis Ecclesiæ clam nocturno tempore ad suam Civitatem fraudulenter immisit; ipse videlicet Nepopis infeliciter ab omni Clero, vel populo pulsus ab Emerita ad Civitatem suam festinus perresit, ac ne eum Vir Dei Massona in sua Ecclesia inveniret, & eum omni ignominia pelleret, quantocyus egredi festinavit. Cumque prior ipse cum paucis socils fugeret, post ipsum cuncti ad eum pertinentes Urbe ignominiose egressi, dispersi, conturbatique, ac per diversa pallantes, ad propriam tendebant Civitatem.

60. Cumque hæc agerentur, nutu Dei, meritisque Sanctæ Eulaliæ contigit, eodem die subito Sanctum Masonam cum infinita multitudine per viam egredi ad Emeritam Civitatem, per quam plaustra rebus ejus onusta properabant; cui dum in ipso itinere haud procul ab Urbe obviassent, Vir Sanctus sciscitari præcepit: Cujus essent homines, vel plaustra? at illi cognoscentes proprium dominum, gaudio magno repleti responderunt: Servi tui sumus, Domine. Quos ille denuo, quid in plaustris ferrent, interrogavit. Illi autem dixerunt: Res sanctæ Ecclesiæ, & tuas, quas hostilis prædo Nepopis prædavit, portavit, & ipsi infelices in captivitatem pergimus separati a rebus, & filiis, nostrisque uxoribus, a patria, in qua nati sumus, expulsi.

61. Quod cum Vir Domini audivisset, magno gaudio repletus ait: Gratias tibi, Domine Jesu bone, refero, quia magna est multitudo dulcedinis tuæ, qui tantam in omnibus pro tuis, licet indignis, servis curam gerere dignatus es; & ut nos ab omnibus malis ereptos prospere reduceres, & res tuas ditioni inimicorum minime traderes. Et hæc dicens, cunctos ad Civitatem suam revocare præcepit, ac sic cum immenso gaudio, gaudentibus cunctis, ad Urbem pervenit; & sicut quispiam sitiens in ardore caumatis fluenta fontium concupiscit, sic ille ad Basilicam Sanctæ Eulaliæ animo ferventi, frequentique spiritu, adnitente Deo, pervenire meruit; cumque ibidem toto mentis affectu desiderii sui accumulasset effectum, exultans in Domino, exultantibus universis, Urbem ingressus est. Ita nimirum Ecclesia Emeritensis exultans cum summa jucunditate suum Gubernatorem recepit; gaudebas enim, quod reperisset ægrosus medelam, solatium quod invenisset oppressus, alimentum quod non deesset egeno. Quid multa? reddita sunt a Domino Emeritensi Ecclesiæ copiosa suffragia; nam calamitatum penurias, & crebras pestilentiæ clades, insolentesque totius Urbis procellas sancti Viri præsentia, Domino miserante, suspendit, quos indubie remoto Pastore, caussa ejus absentiæ oppressit.

CAPUT XVI.

Leovigildo Regi in hæresi mortuo Reccaredus filius Catholicus successit.

62 Igitur cum non præesset, sed obesset, magis perderet, quam regeret Leovildus Hispaniam, nec quippiam de flagitiis, vel facinoribus remaneret, quod non proprium sibi defenderet, deserens usquequaque Deum, immo derelictus ipse a Deo, Regnum simul cum vita infeliciter perdidit, gravissimoque morbo Dei judicio correptus, vitam fœdissimam amisit, & mortem sibi perpetuam acquisivit, crudeliterque e corpore ejus anima resoluta, perpetuis pœnis detenta perenniter erebi mancipata tartaris, non immerito relegata tenetur, picibus arsura semper bullientibus undis.

63. Post cujus crudelissimam mortem Venerabilis Vir Reccaredus Princeps filius ejus, jure administrationem Regni adeptus est, meritoque ad culmen sibi debitum principatus evectus est, præcipuis meritis legitime solenniterque regale culmen, tribuente Deo, promeruit. Vir denique orthodoxus, & per omnia Catholicus, qui non patrem perfidum, sed Christum Dominum sequens, ab Arianæ hæreseos pravitate conversus est, totamque Vvisi gotthorum Gentem mira prædicatione ad veram Fidem perduxit; erat enim Religionis Divinæ assertor, rectæ gloriæ prædicator, & defensor, omimodis Catholicam Fidem, sanctamque Trinitatem coæternam, & uniua virtutis, & substantiæ prædicans, atque in personarum proprietate distinguens, in natura unum Deum affirmans, Patrem ingenitum dicens, Filium ex Patre genitum adstruens, Spiritum vero Sanctum ex utroque procedere credens; his videlicet virtutibus ornatus cœpit omnes, quos charos Deo sentiebat, diligere, hurrere omnino, & execrari omnes, quos Deo cognoscebat odibiles, atque hæreticorum nefandæ impietatis condemnare errorem. Quod dum instanter fieret, & multa Catholicæ Ecclesiæ favente Deo tranquillitas redderetur, & Arianæ calamitatis error ab omnibus pene mentibus discuteretur, & cunctis simultatibus pulsis, Urbs Emerita una cum Sancto Massona Episcopo pro tantæ tranquillitatis gratia congauderet; & Domino indesinenter gratias referret, rursus antiquus hostis invidia assueta incitatus, rediviva Dei Famulo per suos ministros intulit prælia.

CAPUT XVII.

Sunnæ pseudo-episcopi fraude cum a Vvitterico Comite Massona gladio peteretur, miraculo liberatur.

46. Sunne namque Gotthicus Episcopus, cujus supra memoriam fecimus, irritatus a diabolo, quosdam Gotthos nobiles genere, opibusque ditissimos, e quibus etiam nonnulli in quibusdam Civitatibus Comites a Rege fuerant constituti, consilio diabolico persuasit, eosque de Catholicorum agmine, ac gremio Catholicæ Ecclesiæ cum innumerabili multitudine populi separavit, & con-

& contra Famulnm Dei Massonam Episcopum fraudulenta consilia, qualiter eum interficerent, commentavit.

65. Tunc deinde ad eum pueros suos misit, & quasi ea affectu charitatis ad domum suam pro eisdem venire rogavit, ut ibidem Virum Dei crudelissima morte perimeret. Qui cum venissent, eique suggessissent, moa Vir Dei Spiritu Dei repletus, consilium eorum intellexit, & statim ait: Ego illic abire modo minime possum, quia est quod pro utilitatibus Catholicæ Ecclesim disponere debeam; at si me desiderat videre, huc in atrium Ecclesiæ vaniat, & quemadmodum vult, ita me videbit; ii vero qui missi fuerant, redauntes, ea quæ audierant, renunclaverunt. Cumque hæc audivisset, supradictos Comites, cum quibus sanctum Virum interficere dispunebant, ad domum suam protinus ascivit, eisque, ut ad atrium una cum eo pergerent, dixit; ita tamen cum eis prius definivit, nt dum atrium introirent, unum ea illit, cui Vvittericus nomen erat, qui etiam post Rex Gotthorum fuit, exempto gladio in beatissimum Virum uno ictu transverberaret, ut secundo opus non esset; eum autem hujusmodi consilio jam dictum Vvittericum informasset, ad atrium Sancti Episcopi uno animo, eademque sententia omnes simul perrexerunt; qui cum venissent, & illico ingredi voluissent, prohibiti sunt, & ut paullisper pro foribus easpectarent, admonitl sunt, quoadusque sanctus Massona ad Claudium virum clarissimum, ducem Emerhensis Civitatis, mitteret, ut eo præsente se mutuis, alternisque cernerent aspectibus; idem vero Claudius nobili genere ortus.

.66. Romanis fuit parentlbus progenitus, existebat prorsus Fide Catholicus, & Religionis vinculis fortiter adstrictus, in præliis strenuus, In timore Dei valde promptissimus, in bellica studia eruditus, in caussis bellicis nihilominus exercitatus. Cumque eidem nunciatum fuisset, quia domus ejus valde contigua erat atrio, mox cum ingenti multitudine perspicaciter properans adfuit. Idemque cum vir illustris Claudius atrium introisset, protinus & illi, qui supra memorati sunt, cum ingentibus catenis pupuli introierunt, ac deinde salutato viro ea more resederunt; cumque diu multumque residentes ad invicem loquerentur, idem jam dictus Vvittericus juvenis fortissimus stans post scapulam egregii viri Claudii Ducis, utpote junior adhuc ætate reddens obsequium seniori, immo nutritori suo, gladium, quo accinctus erat, toto nisu e vagina sua educere maluit, ut sanctum Massonam, simulque & Claudium (secundum quod definitum fuerat (trucidaret; sed nutu Dei ita gladius in vagina astrictus est, ut putaretur clavis ferreis cum ea fuisse confixum; cumque diu multumque ensem educere voluisset, & omnino non valuisset, cœperunt auctores hujus pravi consilii tacita admirari, cur Vvittericus quod fuerat pollicitus minime adimpleret, eumque subtiliter oculis intuentes magis magisque hortabantur, ut tantum nefas, & tam immane piaculum incunctanter patrare deberet, & prædictos viros gladio animadverti nullatenus formidaret; ad quorum itaque crudelissimam exhortationem iterum atque iterum spatham suam e vagina totis viribus educere voloit, sed nunquam potuit; cumque hoc supradictus juvenis cerneret; sensit divino munere gladium fuisse adstrictum, ut quem semper suis usibus aptum habebat, tunc minime educere potuisset, & hic in stuporem nimium conversus expalluit; auctores vero hujus nefandi sceleris, ut viderunt concinnationes sui nequissimi consilii divino judicio fuisse frustratas, illico surrexerunt, ac valefacientes, ad domos suas cum amaritudine redierunt.

CAPUT XVIII.

Iterum Massona liberatus ab insidiis Sunna ope Cladii Ducis Emeritensis. Sunna pertinax, & exsul moritur in Mauritania. Vacrila socius criminis fit mancipium Ecclesiæ.

67. ILlisque reversis, Vvittericus cum eis minime abiit, sed statim tremebundus ad pedes Viri sanctissimi Massonæ Episcopi corruit, omneque consilium prodidit, & quemadmodum eum percutere voluerat, nec gladium educere valuerat, sinceriter enarravit; post hæc eum lacrymis ait: Confiteor peccatum meum, quia tota intentione hoc malum perpetrare volui, sed non me permisit Deus. Et adjecit: Nam & aliud adversus te disposuerunt consilium, ot quia dum in atrium modo non prævalerunt, saltem in diem sacratissimum Paschæ prævaleant; hanc vero dispositionem habent; ut cum er more Paschæ Missam celebraveritis In Ecclesia seniore post Missam (juxta quod mos est) ad Basilicam Sanctæ Eulaliæ psallendo cum omni populo Catholico processeritis, homines eorum ad portam Civitatis cum multis plaustris onustis gladils, & vectibus, dissimulata calliditate, quasi frumenta deferant, statuti sunt; cumque vos inermes simpliciter processeritis, omnis eorum repleta super vos irruat multitudo, arreptisque gladiis, vel fustibus, omnes pariter viros, ac mulieres, senes, & parvulos, crudeli morte interimant. Ego vero infelia, qui me in tantum facinus miscui, a te piissimo domino indulgentiam peto, & ut mihi tuis precibus veniam Dominus tribuat, precor; omnia eorum, quæ novi, fideliter suggero, & purissime manifesto, & ecce in manibus vestris sum; facite in me quod bonum est, & rectum videtur in oculis vestris; ac ne forsitan me tua sanctitas fallacem, aut illusorem existimet, non me permittas egredi, sed in custodia, qua jubeas, trade, donec omnia strenue perquiras, aut certissime cognoscas, &, si me mentientem aliter repereris, nolo vivere.

68. Cum hæc Vir Domini Massona, qui semper virtuta pietatis enituit, audisset, eum ut nihil omnino metueret, blande admonuit; gratias omnipotenti Deo egit, qui servos suos de tantis periculis liberavit, ac deinde ad Claudium Ducem misit, eique omnia intimavit; quod cum ille audivisset, præcepit, ut caussa paullulum silentio tegeretur, si forsitan cognoscentes proditam fuisse eorum consilium, fugam arriperent; sed dum

ia-

sagaciter investigavit, manifestissime reperit, fuisse verum, quod fuerat nunciatum; cumque ea, quæ exposuerant, Comites supradicti Ariani præbuissent, ex more in occursum disposita circumquaque multitudo in insidiis, repente super eos Dux irruit Claudius, & alii ex eis capti sunt, alii vero, qui gladiis operari voluerunt, gladio illatim perierunt; tunc deinde ad domum Sunnanis Ariani Episcopi cum ingenti multitudine Dux Claudius pertraxit, ipsumque hæreticum similiter Episcopum nihil horum opinantem comprehendit, eumque arcte custodiendum S. Massonæ Episcopo delegavit, similique modo universos collegas ejus custodiæ mancipavit. Vvitteri-cum vero, qui nefandorum consilium manifestavit, liberum abire præcepit. Omnia igitur, quæ fuerant gesta, orthodoxo Principi Reccaredo Claudius Dux intimavit, atque ut porrecta confestim decreti sententia ei præciperet, quid de hostibus Domini Jesu Christi fieri deberet, suggessit.

69. Rex vero hujusmodi suggestionem accipiens, talem dedit sententiam: Ut cuncti omnibus patrimoniis, vel honoribus privati, exsilio multis vinculis ferreis constricti legarentur; Sunnam vero pseudo-episcopum exhortarentur converti ad Fidem Catholicam; & si converteretur, tunc demum ei præciperet, ut pœnitentiam ageret, & satisfactione lacrymarum sua delicta defleret, ut acta pœnitudine, cum eum jam agnoscerent perfectum esse Catholicum, eum postmodum in quacumque alia Civitate ordinarent Episcopum. Cumque ei crebro dicerent, ut pœnitentiam tantis pro piaculis ageret, & furorem Domini, quem delinquendo excitaverat, deflendo mitigaret. Quod agere noluit; sed pristinam non omittens tyrannidem, hæc respondit: Ego quid sit pœnitentia ignoro, ob hoc compertum sit vobis, quia pœnitentiam nescio, & Catholicus nunquam ero; sed eo ritu quo vixi, vivam, aut pro religione, in qua nunc ab ineunte ætate mea permansi, libentissime moriar.

70. Cujus dum mentem obstinatam pertinacemque in malis cernerent, hunc protinus de finibus Hispaniæ, ne alios pestifero morbo macularet, cum summo dedecore infeliciter pepulerunt; atque eum modicam supra naviculam ignominiose imposuerunt, eique comminantes præceperunt, ut in quemcumque locum, vel regionem transmeare vellet, liberum haberet arbitrium; quocumque vero tempore in Hispania fuisset repertus, graviori se cognosceret mulctandum sententia. Tunc deinde navigans, Mauritaniæ regionis contigit litus, atque in eadem Provincia aliquamdiu commoratus, multos perfidia impii dogmatis maculavit, deinde protinus Averno mulctatus judicio, crudeli exitu vitam finivit.

71. Basilicas vero, quibus S. Massona dudum injuste caruerat, juste cum omnibus privilegiis recipere meruit, & omne patrimonium supradicti hæretici, concedente clementissimo Principe Reccaredo, adeptus est; cæteros vero scelestos (quos supra memoravimus) juxta præceptum Regis exsilio relegarunt; e quibus unus vocitabatur Vacrila, de eorum manibus evadens, ad Basilicam S. Eulaliæ ob remedium percipiendum confugit; quod dum Principi Reccaredo supradictus Claudius intimasset, hoc dixisse fertur: Inimicus summi Dei miror cum qua facie atria ejus sancta ingredi præsumpserit, ut quem hactenus insaniendo frustra persecutus est, nunc ad eum causa percipiendi remedii confugium facit; sed quia multæ miserationis novimus esse Deum, & nullum despicere, quamvis delinquentem ad se convertentem ambigimus; ob hoc itaque decernimus, ut ipse Vacrila cum uxore, filiis, & omni patrimonio suo perpetim sanctissimæ Virgini Eulaliæ deserviat; nam & hoc præsenti decreto sancimus, & sicut ultimi pueri ante equum dominorum suorum absque aliquo vehiculi juvamine ambulare soliti sunt; ita ante caballum domini, qui præest cellæ sanctæ Eulaliæ, ambulare debeat, & omne servitium, quod infimum consueverat peragere mancipium, coram eo, deposito cothurno, vel fastu, cum omni humilitate exhibeat.

72. Accepta igitur sanctus Massona auctoritate, eum illico de Basilica egredi, ad suum conspectum venire præcipit, ut semper visceribus pietatis affluebat, cum blande; ne aliquid jam deinceps formidaret, admonuit; sed, ut jussioni Principis obtemperaret, causa obedientiæ de Ecclesia Sanctæ Eulaliæ usque ad atrium, quod est fundatum infra muros Civitatis, ante caballum Diaconi Redempti pergeret, ordinavit; arreptoque baculo supradicti Diaconi, manibus gestans ad atrium pervenisset, statim eum liberum abire permisit cum uxore, & filiis, & omnibus prædiis suis; hoc solum illi præcipiens, ut omnibus modis Catholicam Fidem integram, immaculatamque custodiret cunctis diebus vitæ suæ.

CAPUT XIX.

Narbonensis tumultus Arianorum ab Episcopo Athaloco excitatur, compressus est opera Reccaredi Regis.

73. EA igitur tempestate apud Galliarum eximiam Urbem Narbonam hujuscemodi contra Fidem Catholicam diabolus excitavit seditionem, cujus causæ seriem enarrare perquam longum est, nam si hoc per ordinem persequi voluerimus, tragœdiam magis, quam historiam texere videbimur; sed breviter, summatimque exiguam particulam enarremus. Duo denique Comites, incluti licet opibus, & nobiles genere, profani tamen mentibus, & ignobiles moribus, Granista videlicet, & Vvildigernus, cum Ariano Episcopo nomine Athaloco, vel alii plures compares errorum suorum, graviorem in eandem regionem fecerunt turbationem; nam resultantes adversus Fidem Catholicam, infinitam multitudinem Francorum in Galliis introduxerunt, quatenus vi pravitatem Arianæ partis vindicarent; & si fieri potuisset, Regnum Viro Catholico Reccaredo præriperent; interim per idem tempus innumerabilem Clericorum, Religiosorum, & omnium Catholicorum interficientes multitudinem, immensam fecerunt stragem, quorum scilicet Salvator noster Jesus Chri-

Christus animas obrizo puriores, omnique lapide pretioso pretioliores, velut holocaustomata suscipiens, catervis Martyrum in caelesti sacrario collocavit.

74. Post hæc igitur, nulla mora interveniente, sublimis, atque omnipotens Deus hostibus suis superno brachio repugnans, precibus excellentissimi Reccaredi Principis sanguinem innocuum ulciscens, romphæali judicio protinus de inimicis mirificam fecit ultionem; denique prostratis, conlternatisque universis Fidei Catholicæ inimicis, sanctus Massona Episcopus cum omni plebe sua psalmodiæ canticum exorsus, mysticas laudes Domino cecinit, ad Aulam almæ Virginis Eulaliæ omni cum plebe laudantes, hymnizantesque venerunt; ac deinde Paschalem solemnitatem omnes cum eo cives jucundissime celebrantes, more priscorum per plateas fragore magno jubilantes, in gloriam Domini clamaverunt, dicentes: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est.* Et iterum: *Dextera tua Domine glorificata est, in virtute dextera manus tua confregit inimicos; & pra multitudine majestatis tua contrivisti adversarios.* Post hæc remotis ab omni parte tempestatibus, copiosam Dominus populo Catholico largiri dignatus est pacem.

CAPUT XX.

Massona valde senex factus eleemosynis moritur, Eleutherio Archidiacono ex prædictione Viri sancti præmortuo.

75 SAnctus itaque Massona, dum multis curriculis annorum, adminiculante divino suffragio, Emeritensem regeret Ecclesiam; fessusque jam nimia senectute, in febrim correptus est, cœpitque viribus totius corporis repente destitui; tunc deinde convocans Archidiaconum suum nomine Eleutherium, ait illi: Cognosce, fili, quod tempus meæ resolutionis instat, & ideo obsecro te, atque admoneo, ut jam modo ita curam Sanctæ Ecclesiæ, totiusque Sanctæ Congregationis solicite geras, ut me in omnibus securum reddas, & mihi liceat in loco secreto mœroris animi mea, priusquam abeam, defleam delicta. His auditis, jam dictus Archidiaconus, ejus non infirmitati, & senectuti compassus est, non se desolari tanti Patris solatio doluit; sed potius per ejus obitum gaudio magno gavisus est, cor suum lætitia transitoriæ potestatis inflavit; ita nimirum ut cum magno comitatu puerorum superbus equo vehente huc illucque properaret.

76. Post aliquantis autem diebus accidit, ut Sanctus Massona Episcopus puerulis, qui ei fidele exhibebant servitium, libertatis chartulas conscriberet, & per confirmandas eorum libertates aliquam particulam peculiolæ tribueret, aut certe exiguas possessiunculas conferret. At ubi Archidiacono jam dicto nunciatum est, illico atrium petiit, quemadmodum sanctus Episcopus haberet, sciscitavit; cui cum dictum est, quia, invalescente languore, morti jam jamque propinquaret, statim supradictos puerulos accersivit, & quid illis fuisset veraciter a sancto Episcopo illatum, requisivit; cui cum illi veraciter dixissent, excitatus in furia cœpit eis minans turbulenter prætendere terrores, & dicere: Videte, quod accepistis, bene conservate, nam si omnia mihi intemerata, cum requisiero, non præsentaveritis, scitote, vos gravissimis suppliciis fore excruciandos; & his dictis, cum furore ad domum suam reversus est.

77. Tunc deinde supradicti pueri cellam, in qua sanctissimus Vir Massona Episcopus æger in lectulo recubabat, ingressi, amarissime coram eo flare cœperunt, dicentes: Misericordiam in nos indignos pro tua pietate fecisti, quod utique melius nobis convenerat, si non fecisses, ecce adhuc tu vivis, & tantas nobis minas prætendunt, te defuncto quis e nobis de eorum manibus queat liberare? Hæc & his similia multa coram eo lacrymabiliter affati sunt. At ille his auditis non facile credidit; sed prius, ut suæ gravitati condecebat, utrum verum, an falsum esset, quod dicebatur, sagaciter exquisivit; cum autem comperisset, verum esse, quod audierat, lacrymatus est, statimque in cellulam levari, & ad Basilicam S. Eulaliæ Virginis (cui semper devota mente serviebat) deferri præcepit; eumque ibidem sanctissimus senex pervenisset, coram Altari sacro manus expandens, simulque venerabiles oculos cum lacrymis ad Cœlum sustollens, cum magno gemitu sese in terram prostravit, & preces suas diu multumque in conspectum Domini fudit; completa vero oratione clara voce eunctis audientibus ait: Gratias tibi refero, Domine, quoniam exaudisti me, benedictus in sæcula sæculorum, quia non amovisti deprecationem meam, & misericordiam tuam a me.

78. Et his dictis, ad Episcopum redit, ita nimirum redditus pristino robori, ut putares hunc non ægrum, non senem, sed tedivivum sumpsisse vigorem, juvenemque esse robustissimum; qui cum ex more ad Vespertinum Officium vellet procedere, mirum in modum gaudentibus eunctis, Archidiaconus hæc audiens reatu suo oppressus obstupuit, quod audiebat ad Vesperam processurum, quem putabat eodem die moriturum, confusione, & pudore faciei opertus, secundum consuetudinem cum omni Clero venit, coram Episcopo astitit, eique more incensum obtulit; cui Vir Domini ait: Præcedes me. Illi vero ignorantes caussam responderunt: Non pro alio tibi dictum est, nisi quia cum præcedes ad Ecclesiam; cumque Vespertinum cœpisset implere Officium, statim supradictus Archidiaconus gravissimo dolore ibidem in Choro psallentium perculsus est, ad domumque suam cum gravi ægritudine remeavit, quod dum genetrix ejus sanctissima femina agnovisset, illico ad Venerabilem Virum rapidissimo cursu properavit, eumque deprecari cum lacrymis, & fletu magno cœpit, ut pro filio ejus oraret ad Dominum. At hæc ille tantum respondit: Quod oravi, oravi; exhinc die tertia Archidiaconus obiit. Sanctus vero Massona Episcopus plurimis, quibus superstes fuit, diebus, multam eleemosynam egenis impertivit, ac fidelibus famulis majora suæ gratiæ beneficia conferens, largiora stipendia munerum tribuere est dignatus;
de-

deinde fenea nimium ætate decrepitus, dierumque multorum, ultimum inter verba orationis cum pace efflavit spiritum.

CAPUT XXI.

Post Messonam Innocentius Diaconus fit Episcopus Emeritensis, & post illum Renovatus; uterque clarus miraculis.

79. POst discessum namque supradicti Sanctissimi, ac Venerabilis Massonæ Episcopi, subrogatur Vir summæ humilitatis, ac simplicitatis Innocentius nomine, cujus meritum nominis indicavit vocabulum, innocens utique, & simplex, neminem judicans, neminem condemnans, nemini nocens, innocuus semper, & pius cunctæ suæ vitæ temporibus extitit; qui & eodem tempore, quo ordinatus est, ut fertur, in ordine Diaconorum ultimus habebatur. Tantæ denique sanctitatis, tantæ compunctionis fuisse perhibetur, ut quoties pluvia deerat, & æstu nimio terra longa siccitate exarebat, collecti in unum cives loci illius cum eodem per Basilicas Sanctorum precibus Dominum exorantes pergebant; repente vero, quoties cum eo procedebant, pluvia cælitus largiflua tribuebatur, quæ plenissime terram satiare potuisset; unde non dubium erat, quod ejus lacrymæ ex tam humili, simplicique mente editæ apud Omnipotentem Dominum, non solum hæc, verum etiam potiora iis obtinere potuissent.

80. Quo etiam defuncto, Renovatus Sacerdotii culmen cunctis virtutibus decoratus non immerito promeruit; Vir denique natione Gotthus, generoso stemmate procreatus, familiæ splendore consp cuus; erat enim proceerus corpore, forma perspicuus, statura decorus, obtutu gratus, venusto vultu, decora facie, nimiumque admirabilis aspectu; sed quamvis extrorsus habitus sui gloria esset decoratus, introrsus pulchrior habebatur, lumine Sancti Spiritus illustratus, multis nimirum artium disciplinis extitebat eruditus, multisque virtutum variis generibus; erat enim egregius in omnibus operibus suis, æquissimus, justissimus, nimiumque acris ingenii, & in omnibus disciplinis Ecclesiasticis vehementer instructus, atque in Divinis voluminibus perquam exercitatus. Hic dum multis virtutibus coruscaret, sacra doctrina nonnullos discipulos erudiens, sanctissimoque exemplo vitæ suæ instituens, prudentia videlicet, sanctitate, patientia, mansuetudine, misericordia, plurimos tales, qualis extitit, limina justitiæ, sequendique Dogmatis prædicatione effecit; cujus doctrina hactenus rutilat, ac refulget Ecclesia in sole, & luna. Dein, cum per plurimos annos irreprehensibiliter rexisset Ecclesiam, Angelicis cœtibus copulaturus, omnibusque cælestibus partium supernarum legionibus conjuncturus, mirabiliter artubus resolutis e corpore egrediens, superni Regni Aulam cum Christo semper mansurus, & sine fine regnaturus introire meruit.

81. Horum igitur supradictorum Sanctorum Corpora in una eademque cellula haud procul ab Altari sanctissimæ Virginis Eulaliæ honorifice tumulata quiescunt; ad quorum denique veneranda sepulcra tantam Christus quotidie confert copiosæ charitatis gratiam, utquacumque fuerit quispiam ægritudine convexatus, quocumque fuerit etiam languore afflictus, statim ut Divinum Numen illico toto corde depoposcerit, omnes a se morbo discussos, omnesque maculas pulsas Divinitus sentiens, hilaris, sanusque ad cupitam per Dei gratiam pervenit sanitatem. Quantitatem scilicet miraculorum, obituumque simul, impeditus, ut potuit, sermo, Christi militum enarravit, qui quamlibet ex colore nimio peritis imperite displiceat, omissa pompa verborum humiliter sentientes credentesque nobilitat, & quoddam emolumentum bonæ mercedis legentibus audientibusque accumulat. Ego autem humillimus omnium a fastidiosis lectoribus precor, ut legant prius hujus Codicis Opuscula, & postea despiciant; ne videantur non ex judicio, sed ex odio præsumere, & ignorata damnare; illud tamen manifestissime cognoscant, me amore Christi, & dilectione sanctissimæ Eulaliæ impulsum, ut scriberem, manifesta retulisse, vera procul dubio veraciter exposuisse. Uni in Trinitate Domino semper manenti, regnantique perenniter gloria, honor, fortitudo, gratiarum actio, virtus, potestas, & benedictio, nunc & semper, & in sæcula sæculorum Amen.

CARDINALIS DE AGUIRRE LECTORI.

1. *QUo tempore habitum fuit Concilium Emeritense, anno nimirum Christi 666. florebat insigni sanctitatis fama S. Ildephonsus Præsul Toletanus, præsertim post celeberrimam descensionem Deiparæ ad ipsum, & apparitionem S. Leocadiæ, ubique notam. Videtur enim utraque contigisse anno ipso, qui fuit penultimus Vitæ ejusdem, aut proxime præcedenti; quo sanctissimus ille Præsul iis favoribus adeo miris, & insolitis exaltatus a Deo, jam non veluti mortalis homo censebatur, sed tanquam unus ex præcipuis Cælitibus. Quamvis vero supra post Concilium Toletanum VIII. exhibuerimus Vitam ipsius, prout edita fuit a Michaele Carranza anno Christi MDLVI. eamque scripserit inclinante sæcule octavo Cixilla Archiepiscopus Toletanus, qualis extat apud Bollandum in Actis Sanctorum die 23. Januarii; visum hoc loco recudere insigne aliud testimonium Scriptoris antiquioris, qui videtur adhuc vicinior fuisse tempori S. Ildephonsi, quam Cixilla prædictus. Is est Julianus Pomerius, longe posterior illo alio ejusdem agnominis, qui floruit Arelate in Gallia circa annum Christi CDXCVI. dictus speciatim Diaconus. Non est idem cum S. Juliano Præsule Toletano, qui mortuo Ildephonso, & tredecim annis post illius obitum decedente Quirico Archiepiscopo Toletano, in hujus lo-*

cum suffectus fuit, quomvis & hic Pomerius appellatus fuisse dicatur. Sive autem idem cum illo fuerit, ut videtur censere Labbens in Dissertatione, De Scriptoribus, *sive alius ab eo, ut satis indicat Cardinalis Bellarminus, qui tres Julianos Pomerios annumerat; id certum apparet, Julianum Diaconum Toletanum, sequentis monumenti Auctorem, fuisse valde vicinum tempori S. Ildephonsi, & forte illum de facie novisse, aut saltem alios nonnulles, qui cum eo versati sunt, veluti Euantium, & Urbanum. Visum itaque hoc loco testimonium Juliani Pomerii Diaconi, sive ejusdem cum S. Juliano Præsule Toletano, sive diversi ab eo, repræsentare hoc loco, prout illud primus a mss. edidit Franciscus Fevardentius insignis Theologus Parisiensis, & nuper Anissonii in Bibliotheca Maxima VV. Patrum Tomo XII. pag. 548.*

P R Æ F A T I O

JULIANI POMERII TOLETANÆ SEDIS DIACONI

In Librum Ildephonsi ejusdem Sedis Archiepiscopi, De laude intemeratæ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ ei visibiliter die Assumptionis suæ apparuit, vestimentumque ei dedit.

*Hic Julianus Pomerius Diaconus Toletanus, longe diversus fuit a S. Juliano Episcopo Toletano, Auctore Librorum contra Judæos, & Prognostici, nam iste Julianus Diaconus meminit in hac Præfatione Sisiberti Episcopi Toletani, qui, jam defuncto Juliano ejusdem Sedis Antistite, illi Ecclesiæ præfuit.
Vide* Annales Ecclesiast. *To. VIII. anno 686. Cap. 15.*

83. ECce dapes mellifluæ illius Domini Ildephonsi, quas de Paradiso Dei rapiens, & per totam Hesperiam dispergens, inediam nostram ingenti satiavit eloquio, non impar meritis Sanctissimi illius Domini Isidori, de cujus fonte adhuc rhentulus purissimos latices bibit. Nam directus a sancto, ac venerabili Papa Eugenio Toletanæ Sedis Metropolitano Episcopo ad supradictum Doctorem Hispalensem Metropolitanum Episcopum, cum sibi jam sciolus videbatur, adeo ab eo tentus elimatus est, & ut ferunt, tempore aliquo ferro constrictus, ut si quid scientiæ deerat, plenius instructus, ad Pædagogum suum Dominum Eugenium remeans; non post multos dies adhuc Diaconi officium paragens in Ecclesia SS. Cosmæ & Damiani, quæ sita est in Suburbio Toletano, Abbas præficeretur. Ubi statim in officio clarens, duas Missas in laudem ipsorum Divorum, quas in festivitate ipsorum psallerent, miro modulationis modo perfecit; quas Missas notatas habemus.

84. Deinde post multum tempus, decedente Domino Eugenio, in Sede sua Episcopus præficitur. Cujus statim virtus enucleata lucens in Sede Romulea effulsit; & veluti facula ardens, omnem suam Hispaniam perlustravit; cujus doctrina usque hodie fulget, ut Sol, & Luna, cujus memoria in benedictionibus odoris, & compositione incensi habetur. Qui ab ipsis cunabulis, & in abeunti ætate eunuchus permanens, magnum in se habitaculum Domino præparavit; qui non manubrio materiali manus, sed Divino secatus est gladio; nec ingenio ferramentorum resecavit libidinem, sed munere Cælesti promeruit sanctitatem.

85. Qui subito dono superno afflatus, tantis talibusque Prædecessoribus suis æqualiter clarens, quod illis clausum fuerat, isti reseratum est. Sic enim habitator suus Spiritus Sanctus egit, ut quod iste celabat intus, ille patefaceret foris; & utrobique adoperatus adjutor fortissimus occurreret, ut illi ordinaret quod in laudes Virginum panderet; illis revelaret quod aliquid mirum in athletam ostenderet, unum Fidei ejus meritum coram hominibus declararet, & laborantem in agone spirituali donariis suis non evacuaset. Sic enim agit, ut quod per tot annos populis desiderantibus necdum fuerat ostensum, illis iste patefaceret primum; & Reliquias Sanctæ, ac Deo dicatæ Virginis Leocadiæ, adveniente Rege in Sede Regia Sepulchrum ejus genibus provolutus, tumulum, in quo ejus sanctissimum Corpusculum usque hodie humatum est, ut exiliret, & operculum, quod via triginta juvenes movere possunt, non humanis manibus, sed Angelicis elevatum; velum, quod Sanctæ Martyris membra tegebat, consurrexit, tanquam illud ipsa vivens foras submitteret, & veluti manibus hominum extensum elevaretur, atque conspectui ejus Virgo pulcherrima obsequens adventaret, clamantibus Episcopis, Principibus, Presbyteris, Diaconibus Cleri, atque omni populo: Deo gratias in Cælo, Deo gratias in terra, nemine tacente.

86. Ipsa vero manibus statim complexans, ut astringens, talia fertur depromere vota, vociferans cum omni populo, & clamans: Deo gratias, vivit Domina mea, per * Ildephonsi. Et ipsum repetens Clerus vehementer psallebat *Alleluja*, & Canticum, quod ipse Dominus Ildephonsus graviter fecerat: *Speciosa facta es, alleluja*; & alia, quæ in ipsa Missa, quæ subter est annotata, in laude ejus depromserat. Clamabat inter voces populi velut mugiens, ut aliquod inciso-

ciforium deferrent, unde quod manibus tenebat præcideret; & nemo illi accurrebat, & populus vallis vocibus, rictibusque frendebat. Nam & Sancta Virgo quod voluntate submiserat, violenter retrahebat.

87. Sed & Princeps quondam Reccesvinthus, qui eo tempore erat, gloria, & felicitate terrena deposita, qui eum ob iniquitates suas increpitus superbo oculo intuebatur, cultrum modicum, quem in theca tenebat, cum lacrymis offerebat; & collo submisso supplices manus a Throno suo extendens, ut aurum illi deferrent, instanter deprecabatur, postulans, ut indignum non judicaret sua cum lacrymis offerentem. Quem ille apprehendens, quod manu læva jam modicum tenebat, dextra præcidit; & cultrum ipsum una cum eisdem Reliquiis tectis argenteis collocavit, indignum judicans, ut qui sancta præciderat, polluta ultra tangeret. Requirentis manus quantum valebat vicario jure præcipit impendi.

88. His peractis, quia longum est ista omnia enucleare, cuncta quæ usui pertinebant sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, in Dei laudibus usquequaque completa sunt. His excussis alia adhuc miracula Spiritus Sanctus per eum in ipso Dominico adventu, non post multos dies peregit. Sed quia omnia longa sunt recensere, quæ ejus temporibus in Toletana Urbe Dominus Urbanus, & Dominus Euantius par eum facta narrabant, vel ex multis pauca aggrediamur; quia qui hoc mecum audierunt, cum hoc legerint, dolebunt, prætermisisse me tam multa, & magna quæcumque mecum sciunt. Superveniente vero die Assumptionis sanctæ, & semper Virginis Mariæ, ante tres dies tribus diebus Litanias peregit, & Missam, quæ in illius laudem decantaretur, perfecit, quæ est septima.

89. At ubi ventum est ad ejus solennitatem, supradictus Rex minus de timore Dei solicitus, & de suis iniquitatibus male conscius, ad audienda solennia regali de more accessit. Nam rebus Dei Ildephonsus majori adhuc munere fretus, dum Dominæ suæ solennia, cui Deo Præsule serviebat, ovans susciperet, & in laude Genitricis Dei, hoc quod supra prænotavimus, summo cordis affectu harmonica modulatione composita carmina appararet, & Libellum Virginitatis, more synonymiæ, testimoniis Veteris, ac Novi Testamenti plenum compte ederet, & digna facundia, ac magnificentia jam præfatæ Dominæ suæ exornaret, dum ante horas matutinas solito more ad obsequia Deo peragenda consurgeret, ut vigilias suas Domino consecraret; Diacono, vel Subdiacono, atque Clero ante eum cum vasculis præcedentibus, subito ostia aperientes, & Ecclesiam intuentes, atque splendori cœlesti aciem defigentes, lumen, quod ferre non valuerunt, cum tremore effugientes; lampadas, quas manibus tenebant, reliquerunt, & sua vestigia, per quæ venerant, adeuntes, prope mortui reversi sunt ad sodales.

90. Solicite omnis Congregatio requirens quid de Dei Servo ageretur, cum Angelicis Choris viderunt, quod tam subito expaverunt custodes, ut & terga ab ostio Ecclesiæ dantes, revertebantur ad proprias sedes. At ille bene sibi conscius, ante Altare Sanctæ Virginis procidens, reperit Cathedra ipsam Dominam sedentem, ubi solitus erat Episcopus residere, & populum salutare (quam Cathedram nullus Episcopus adire tentavit postea, nisi Dominus Sisibertus, qui statim ipsam perdens exsilio relegatus est), & elevatis oculis aspexit in circuitu ejus, & vidit omnem absidem Ecclesiæ repletam Virginum turmis, de Canticis David modulata suavitate aliquid decantantibus. Aspiciensque in eam, ut ipse sibi conscius bene charissimi referebat, sic eum allocuta est voce.

91. Propera in occursum Serve Dei charissime, accipe munusculum de manu mea, quod de thesauro Filii mei attuli. Sic enim tibi opus est, ut benedictione tegminis, quæ tibi data est, in meo tantum servitio utaris. Et quia oculos Fidei fixos in meo semper servitio tenens permansisti; & laudem meam diffusa in labiis tuis gratia, dulciter in cordibus Fidelium depinxisti; & vestimentis Ecclesiæ jam in hac vita ornatus eris, & in futuro in promptuariis meis cum aliis Servis Filii mei lætaberis. Et hæc dicens, ab oculis ejus, una cum Virginibus, & luce, qua venerat, remeavit. Remansit Dei Servus in tantum securus de adipiscenda gloria, in quantum præscius de sibi donata palmæ victoria; præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit, & cuncta regit per infinita semper sæcula sæculorum. Amen.

92. Hucusque Julianus ille, de quo, & S. Juliano Præsule Toletano, plura legere est apud laudatos Bellarminum & Labbeum in Opere, *De Scriptoribus*, sub verbis, *Julianus Pomerius*, & *Julianus Toletanus*. Porro Auctorem Opusculi præjacti non fuisse S. Julianum Toletanum, ut jam præmisimus, videtur præterea demonstrari; quoniam sub finem illius fit mentio Sisberti successoris ejusdem S. Juliani in Ecclesia Toletana, & depositionis, atque exsilii, quo multatus fuit ob crimen læsæ majestatis. Cujus infelicitatis occasionem Auctor tribuit superbiæ ejusdem Sisberti, quod in Cathedra illa, ubi Deipara consederat, & nemo Præsulum Toletanorum deinceps ausus fuerat, ipse solus residere præsumpsisset. Alii id referunt in superbiam ejusdem Sisberti, ausi celebrare cum Veste illa cœlesti, quam Deipara soli Ildephonso dedit; ut propterea justo Dei judicio permissus fuerit labi in crimen proditionis regiæ, & subinde depositionis, atque exsilii perpetui. Cum ergo hoc contigerit anno Christi DCXCI. quo jam mortuus fuerat Julianus Præsul Toletanus, non potuit ipse scribere, aut narrare, quæ postea contigerunt successori suo.

CON-

> *Innocens ius Papa in Epist. ad cetrum co-postella num vo cat undecimũ Toletanũ Concil. authenticum.*
> * Bambæ.

CONCILIUM TOLETANUM XI.

XIX. EPISCOPORUM,

In quo Sedium Episcopalium divisio facta est, anno IV. * Vvambani Regis, VII. idus Novembris, anno Redemptoris nostri DCLXXV. tempore Adeo-dati Papæ.

EST PROVINCIALE.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ne tumultu Concilium agitetur.*

II. *In Episcopis valde necessarium esse studium sacrarum literarum ad erudiendum subditos; nec debere Metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.*

III. *Ut in una Provincia diversitas Officiorum non teneatur.*

IV. *De discordia Sacerdotum.*

V. *De compescendis excessibus Sacerdotum.*

VI. *Non debere Sacerdotes qualibet in Ecclesiæ familiis truncationes membrorum facere, nec aliquid, quod morte plectendum est, judicare.*

VII. *Quæ debeat discretio Ecclesiarum Rectoribus esse; ne per inconditam disciplinam subeant homicidii notam.*

VIII. *Ne quicquam præmii pro Divinis Sacramentis accipiatur.*

IX. *Quid custodiri debeat, ne per præmium * Episcopus fiat; vel qua sententia feriatur is, qui post honorem acceptum, per * præmium ordinatus fuisse detegitur.*

> * *Quis Episcopus.*
> * *Lenociniũ.*

X. *Ut omnes Pontifices, Rectoresque Ecclesiarum, tempore, quo ordinandi sunt, sub cautione promittant, quam justissime vivere debeant.*

XI. *De elucidatione antiqui Canonis, quo præcipitur, ut si quis acceptam a Sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.*

XII. *Ne in confinio mortis pœnitens a reconciliatione diutine suspendatur; & ut oblatio ejus, qui pœnitens, nec tamen reconciliatus, de hac vita exierit, ab Ecclesia recipiatur.*

XIII. *De Sacerdotibus, qui vexati cadere videntur.*

XIV. *Ut hi, qui Domino canunt, atque sacrificant, post se semper habeant adjutoria constituta.*

XV. *De institutione certi temporis, quo Concilium agitetur.*

XVI. *De relatione gratiarum pro consummatione Concilii.*

PRÆFATIO.

> *Era 713. habet Chronicon generale Era 717. Vasæus & Morales anno Domini 675.*
> * Cernimus.
> *Jerem. 2.*
> *Apoc. 17.*
> * Dissolutis.
> * Incitamenta.
> * Exosus.
> * Renovata.
> *Undecimum Toletanum celebratum est Era 674. cui summæ adde 18. efficies 692. & unum annum ultra, (nam inquis post decem & octo) efficies 693.*
> *Lucæ 13.*
> * Mereri possimus Spiritali gratia sanctitatem.

1. IN nomine Sanctæ Trinitatis, collectis in unum Cartbaginis Provinciæ Sacerdotibus in Toletana Urbe, in Beatæ Matris Domini Mariæ Virginis Sede, anno quarto excellentissimi, & religiosi Vvambani Principis, sub die septimo Idus Novembris, res votiva gaudii, & dies nimium optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum est conspicere pariter, & deflere, quid lacrymarum de præteritis Domino deberemus. Eramus enim huc usque pro labentis sæculi colluvione instabiles, quia annosa series temporum, subtracta luce Conciliorum, non tam vitia auxerat, quam matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus ingerebat.

2. * Cernebamus enim, quomodo Babylonicæ confusionis olla succensa, nunc tempora Conciliorum averteret, nunc Sacerdotes Domini * de resolutis moribus irretiret. Purpuratæ enim meretricis sequebantur * invitamenta, quia Ecclesiastici Conventus non aderat disciplina; nec erat qui errantium corrigeret partes, cum sermo Divinus haberetur * exorris. Et quia non erat adunandorum Pontificum ulla præceptio, crescebat in majus vita deterior.

3. Cum tandem divina nos clementia ex alto respiciens, & tempori ætatis nostræ se occursuram præbuit, & saluti; præparans nostris sæculis religiosi Pricipis mentem, devotam pariter, & instructam, cujus fervidæ solicitudinis voto, & lux Cnneillorum * revocata resplenduit, & alterna charitas se mutuo in corrigendis, vel inllruendis moribus excitavit; dum & aggregandi nobis, hortatu Principis religiosi, facultas est data, & opportuna corrigendis præparata est disciplina; ut qui decursis longe ante temporibus, post decem & octo scilicet labentium annorum excursum, in unum meruimus aggregari Conventum, mederi possemus spiritali gratia sanitatum. Nec enim numerus iste alienus est a salute; sic quippe mulier illa in Evangelio ter senis annorum excursibus curva, quæ figuram totius generis humani gestabat, sub sacramento hujus numeri saluti pristinæ a Salvatore donatur.

4. Nos igitur per tot annos curvi nostri Ordinis persistente statu, in eo quod nulla nos Conciliorum definitio jungeret, nullus etiam Conventus Ecclesiastici Ordinis adunaret, tandem Divinæ voluntatis imperio, & religiosi Principis jussu evocati, in Toletanam Urbem convenimus. Qui cum in Ecclesia Beatæ Virginis Mariæ debitis in Sedibus locaremur, inter cætera, quæ subterius discreto Capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cœpi-

pimus habere sermonem, quam de sancta Fidei puritate; ut quia initiandis ad beatam vitam hominibus hæc prima est via salutis, prævia quoque nostris hæreret, & institutis pariter, & præceptis.

5. Unde sacro hujus instructionis arcano Sanctorum Patrum, Nicæni scilicet, Constantinopolitani, Ephesini, atque Chalcedonensis Conciliorum monita amplectentes, per quæ & radicitus hæreticorum falsa * concinnabula destruuntur, & Fidei Catholicæ * limpor evidens declaratur, hoc communi, alternoque animorum judicio definimus, ut hanc ipsam nostræ Fidei regulam verbis simplicibus niteremur alternatim nobis, singulariterque referre; itaut quicquid per triduum de hujusmodi quæstionibus unicuique nostrum lectionis memoria ministraffet, prout animis, vel memoriæ occurrisset, * omnis sub brevitatis compendio simplici notaretur stylo; relatio tamen ipsius sacramenti pura, & evidens a Capite primum inciperet, & sic ad membra reliqua perveniret; nullas obscuritatis lineas in se habans, nullas etiam inusitatæ locutionis regulas continens; sed puritas sola esset clara sermonum, quæ posset * evidentem exprimere sensum; quo exercitatiores nos ad intelligendum redderet verborum simplex collatio, quam relata condensæ lectionis instructio.

Vide infra num. 5. in Notis.
* Conciliabula
* Norma.
* Omnis sobrietatis comp.
* Evidentiam exprimere suam.

6. Quia & ea vera tantæ * Fidei mysterium ita Sacerdotes Dei convenit nosse, ut non superficie verborum efferantur incogniti, sed sensibus sanæ intelligentiæ reperiantur instructi; ut in * disserendo præcipue hujus Sanctæ Trinitatis arcano plus evidentia, quam eloquentia eos efficiat saporatos; sic enim & Divini muneris dono est actum, ut juxta votum definitionis alternæ, promissio monstraretur in opere. Unde quod primo die præsidentis Metropolitani lingua profudit, die tertia omnium nostrorum vox singulatim collative repetiit. Iste ergo est tenor Fidei nostræ, qui & a Capite copiose profluxit, & a membris * prolatus gloriose emicuit.

* Rei.
* Differendo.
* Probatus.

7. Confitemur, & credimus Sanctam, atque ineffabilem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum Deum naturaliter esse unius substantiæ, unius naturæ, unius quoque majestatis, atque virtutis. Et Patrem quidem, non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur; ipse enim a nullo originem ducit, ex quo & Filius nativitatem, & Spiritus Sanctus processionem accepit; fons ergo ipse, & origo est totius Divinitatis. Ipse quoque * Pater est essentiæ suæ, qui de ineffabili substantia Filium ineffabiliter genuit; Deus Deum, lux lucem; ab ipso est ergo omnis Paternitas in Cælo, & in terra. Filium quoque de substantia Patris sine initio ante sæcula natum, nec tamen factum esse fatemur; quia nec Pater sine Filio, nec Filius aliquando exstitit sine Patre; & tamen non sicut Filius de Patre, ita Pater de Filio; quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationem accepit. Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, sed non de Filio; Pater quidem Filii, non Deus de Filio; ille autem Filius Patris, & Deus de Patre; * æqualis tamen per omnia Filius Deo Patri; quia nec nasci cœpit aliquando, nec desiit.

* Pater essentia quidem ineffabilis substantiæ suæ Filium.
Ephes. 3
* Æqualis Deus per omnia Deo Patri.

8. Hic etiam unius cum Patre substantiæ creditur, propter quod & homousios Patri dicitur, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ creditur: ὁμὸς enim Græce *unum*, οὐσία vero *substantia* dicitur; quod utrumque conjunctum sonat, una substantia. Nec enim de nihilo, neque de aliqua alia substantia, sed de Patris utero, idest, de substantia ejus, idem Filius genitus, vel natus esse credendus est. * Sempiternus ergo Pater, sempiternus & Filius. Quod si semper Pater fuit, semper habuit Filium, cui Pater esset; & ob hoc Filium de Patre natum sine initio confitemur. Nec enim eundem Filium Dei, pro eo quod de Patre sit genitus, defectæ naturæ portiunculam nominamus; sed perfectum Patrem, perfectum Filium sine diminutione, sine defectione genuisse asserimus; quia solius Divinitatis est inæqualem Filium non habere. Hic etiam Filius Dei, natura est Filius, non adoptione; quem Deus Pater nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est; quia nec ulla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam prævenit.

* Sempiternus quoque est, & Filius, quoniam & Pater.

9. Spiritum quoque Sanctum, qui est tertia in Trinitate Persona, unum, atque æqualem cum Deo Patre, & Filio credimus esse Deum, unius substantiæ, unius quoque esse naturæ; non tamen genitum, vel creatum, sed ab utrisque procedentem, amborum esse Spiritum. Hic etiam Spiritus Sanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur; ne aut si ingenitum dixerimus, duos Patres dicamus; aut si genitum, duos Filios prædicare monstremur; qui tamen nec Patris tantum, sed simul Patris, & Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam; sed simul ab utrisque processisse monstratur; * quia charitas, sive sanctitas amborum cognoscitur. Hic igitur Spiritus Sanctus missus ab * utrisque creditur; sed minor a Patre, & Filio non habetur; sicut Filius propter assumptam carnem, minorem se Patre, & Spiritu Sancto esse testatur.

Quod definitum est adversus Elipandum in Conc. Francofurd. Vide infra in Notis num. 13. & tribus seqq.
* Qui.
* Utrisque sicut Filius creditur.

10. Hæc est Sanctæ Trinitatis relata narratio; quæ non triplex, sed Trinitas, & dici, & credi debet. Nec recte dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas.

11. In relativis vero Personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Sanctus Spiritus ad utrosque refertur; quæ cum relative tres Personæ dicantur, una tamen natura, per substantiam creditur. Nec sicut tres Personas, ita tres substantias prædicamus; sed unam substantiam, tres autem Personas. Quod enim Pater est, non ad se, sed ad Filium est; & quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem est; similiter & Spiritus sanctus non ad se, sed ad Patrem, & Filium relative refertur; in eo quod Spiritus Patris, & Filii prædicatur.

12. Item cum dicimus, Deus, non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus sanctus ad Patrem, & Filium; sed ad se specialiter dicitur Deus. Nam, & si de singulis Personis interrogemur, Deum necesse est fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus singulariter dicitur; nec tamen tres Dii, sed unus est Deus.

Locus videtur ex Aug. super Psal. 68. serm. 1.

Item

Item & Pater omnipotens, & Filius omnipotens, & Spiritus Sanctus omnipotens singulariter dicitur; nec tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens; sicut & unum lumen, unumque principium prædicatur.

13. Singulariter ergo, ut unaquæque Persona plenus Deus, & totæ tres Personæ, unus Deus confitetur, & creditur; una illis vel indivisa, atque æqualis Deitas, majestas, sive potestas, nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus; quia nec minus aliquid habet, cum unaquæque Persona Deus singulariter dicitur; nec amplius, cum totæ tres Personæ unus Deus * enunciatur.

* Enunciantur.

14 Hæc ergo Sancta Trinitas, quæ unus, & verus est Deus, nec recedit a numero, nec capitur numero. In relatione enim Personarum numerus cernitur; in Divinitatis vero substantia quid numeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solum numerum insinuant, quod ad invicem sunt; & in hoc numero carent, quod ad se sunt. Nam ita huic Sanctæ Trinitati unum naturale convenit nomen, ut in tribus Personis non possit esse plurale. Ob hoc ergo eredimus illud in sacris Literis dictum: *Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ ejus non est numerus.*

Psalm. 146.

15. Nec quia tres has Personas esse diximus unum Deum, eundem esse Patrem, quem Filium, vel eum esse Filium, qui est Pater, aut eum, qui Spiritus Sanctus est, vel Patrem, vel Filium dicere poterimus. Non enim ipse est Pater, qui Filius; nec ipse * Filius, qui Pater; nec Spiritus Sanctus ipse, qui est, vel Pater, vel Filius; eum tamen ipsum sit Pater quod Filius; ipsum Filius quod Pater; ipsum Pater & Filius quod Spiritus Sanctus; idest, natura unus Deus. Cum euim dicimus, non ipsum esse Patrem, quod Filium; ipsum Filium, quod Patrem; ipsum Spiritum Sanctum, quod Patrem & Filium; ad naturam, qua Deus est, vel substantiam pertinere monstratur, quia substantia unum sunt; Personas enim distinguimus, non Deitatem separamus. Trinitatem igitur in Personarum distinctione agnoscimus; unitatem propter naturam, vel substantiam profitemur.

* Filius, qui Spiritus Sanctus, nec Spiritus Sanctus qui Pater.

16. Tria ergo ista unum sunt, natura scilicet, non Persona; nec tamen tres istæ Personæ separabiles æstimandæ sunt; cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia, vel extitisse, vel quippiam operasse aliquando credatur; inseparabiles enim inveniuntur, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt; quia inter generantem Patrem, & generatum Filium, vel procedentem Spiritum Sanctum, nullum fuisse eredimus temporis intervallum, quo aut Genitor, Genitum aliquando præcederat, aut Genitus Genitori deesset, aut procedans Spiritus Patre, vel Filio posterior appereret. Ob hoc ergo inseparabilis, & inconfusa hæc Trinitas a nobis, & prædicatur, & creditur.

Exc. Aug. lib. De cognitione *veræ vitæ. cap. 20.. tit. 9, cap. 7.*

17. Tres igitur Personæ istæ dicuntur, juxta quod majores definierunt, ut agnoscantur, non ut separentur. Nam si attendamus illud, quod Scriptura sancta dicit da Sapientia: *Splendor est lucis æternæ*; sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhærere, sic confitemur Filium a Patre separari non posse. Tres ergo illas unius, ac insaparabilis naturæ Personas, sicut non confundimus, ita inseparabiles nullatenus prædicamus. Ita nobis hoc dignata ast ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut etiam * in his nominibus, quibus voluit singillatim Personas agnosci, unam sine altera non permittat intelligi; nec enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis Personas separari vetat; * quas etiam, dum non simul nominat, simul insinuat. Nemo autem audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur & altarum. Cum enim igitur hæc tria sint unum, & unum tria, est tamen unicuique Personæ manens suæ proprietas. Pater enim æternitatem habet sine nativitate, Filius æternitatem cum nativitate, Spiritus vero Sanctus processionem sine nativitate.

* In omnibus quibus.

* Quas etiam non simul nominat, simul insinuat.

18. De his tribus Personis solam Filii Personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato de Sancta, & Immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse; de qua novo ordine, novaque nativitate est genitus; novo ordine, quia invisibilis Divinitate, visibilis monstratur in carne; nova autem nativitate ast genitus, quia intacta virginitas, & virilem coitum nescivit, & fœcundata per Spiritum Sanctum carnis materiam ministravit. Qui partus Virginis, nec ratione colligitur, nec exemplo monstratur; quod si rationa colligitur, * non putast essa mirabila; si exemplo, non erit singulare.

Phrasis ex S. Leone desumpta.

* Non est mirabile.

19. Nec tamen Spiritus Sanctus Pater esse credendus est Filii, pro eo quod Maria eodem Sancto Spiritu obumbrante concepit; ne duos Patres Filii videamur assarere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, ædificante sibi sapientia domum, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Nec tamen Verbum ipsum ita in carne conversum, atque mutatum est, ut desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset; sed ita *Verbum caro factum est*, ut non tantum ibi sit Verbum Dei, & hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima; atque hoc totum, & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credimus esse naturas, unam Divinitatis, alteram humanitatis; quas ita se una Christi Persona inivit, ut nea Divinitas ab humanitate, nec humanitas a Diviniate possit aliquando sejungi. Unde perfectus Deus, perfectus & homo, in unitate personæ unius est Christus. Nec tamen quia duas diximus in Filio esse naturas, duas * causabimus in eo essa Personas; ne Trinitati, quod absit, * accedere videatur quaternitas. Deus anim Verbum non accepit Personam hominis, sed naturam, & in * æternam Personam Divinitatis, temporalem accepit substantiam carnis. Ita cum unius substantiæ eredamus essa Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria Virgo genuerit; sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate Personæ suæ assumpsit.

Joann. 1. Contra Eutychianos, & Nestorianos.

* Causabimus,
* Accedere.

* Æternum persona.

20. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operassa eredenda ast, quia inse-
pa-

parsbilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate Personæ, non in unitate Divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati; quæ forma illi ad unitatem Personæ coaptata est; idest, ut Filius Dei, & Filius hominis unus sit Christus. Item idem Christus in duabus naturis, tribus extat substantiis; Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est; corporis & animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet igitur in se geminam substantiam Divinitatis suæ, & humanitatis nostræ.

21. Hic tamen pro eo, quod de Deo Patre sine initio prodiit, natus tantum (nam neque factus, neque prædestinatus accipitur) per hoc tamen quod de Maria Virgine natus est, & natus, & factus, & prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles; quia & de Patre sine Matre ante sæcula est genitus, & in fine sæculorum de Matre sine Patre est generatus; qui tamen secundum quod Deus est, creavit Mariam; secundum quod homo, creatus est a Maria; ipse & Pater Matris, & Filius. Item & per hoc quod Deus, est æqualis Patri; per hoc quod homo, minor est Patre. Item & major & minor se ipso esse credendus est; in forma enim Dei etiam ipse Filius se ipso major est, propter humanitatem assumptam, * qua Divinitas major est; in forma autem servi se ipso minor est, idest, humanitate, quæ minor Divinitate accipitur. Nam sicut per assumptam carnem non tantum a Patre, sed a se ipso minor accipitur; ita secundum Divinitatem * coæqualis est Patri; & ipse, & Pater major est homine, quem sola Filii Persona assumpsit.

* Quia.

* Quæ est æqualis.

22. Item in eo quod quæritur, utrum posset Filius sic æqualis, & minor esse Spiritu Sancto, sicut Patri nunc æqualis, nunc minor Patre creditur esse; respondemus; secundum formam Dei æqualis est Patri, & Spiritui Sancto; secundum formam servi, minor est, & Patre & Spiritu Sancto; quia nec Spiritus Sanctus, nec Deus Pater, sed sola Filii Persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis Personis duabus.

23. Item hic Filius a Deo Patre, & Spiritu Sancto inseparabiliter discretus creditur esse Persona; ab homine autem * assumpta natura. Item cum homine unus extat Persona; cum Patre vero, & Spiritu Sancto, natura Divinitatis, sive substantia. Missus tamen Filius non solum a Patre, sed ab Spiritu Sancto missus credendus est; in eo quod ipse per Prophetam dicit: *Et nunc Dominus misit me, & Spiritus * Sanctus*. A se ipso quoque missus accipitur, pro eo quod inseparabilis non solum voluntas, sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hinc enim qui ante sæcula Unigenitus est vocatus, temporaliter Primogenitus factus est; Unigenitus propter Deitatis substantiam, Primogenitus propter assumptæ carnis naturam, in qua * suscepti hominis forma; juxta Evangelicam veritatem, sine peccato * conceptus, sine peccato mortuus creditur, qui solus pro nobis peccatum est factus, idest, sacrificium pro peccatis nostris. Et tamen passionem ipsam, salva Divinitate sua, pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus, & Cruci, veram carnis mortem excepit; tertio quoque die virtute propria sua suscitatus, e sepulchro surrexit.

* Assumpto.

Isai. 48.
* Ejus.

* Suscepta.
* Natus.

2. *Corinth.* 5.

24. Hoc ergo exemplo Capitis nostri confitemur * veram fieri resurrectionem carnis omnium mortuorum. Nec in aerea, vel qualibet alia carne (ut quidam delirant) surrecturos nos credimus, sed in ista qua vivimus, consistimus, & movemur. Peracto hujus sanctæ resurrectionis exemplo, idem Dominus noster, atque Salvator Paternam ascendendo Sedem repetiit, de qua nunquam per Divinitatem discessit. Illic ad dexteram Patris sedens, exspectatur in finem sæculorum judex omnium vivorum, & mortuorum. Inde cum Sanctis omnibus veniet ad faciendum judicium reddere unicuique mercedis propriæ debitum; prout quisque gesserit in corpore positus, sive bonum sive malum.

* Vera fide resurr.

Hæresis fuit Eutychii Constantinop. Episcopi. Vide B. Gregorium Magnum in cap. 18, Job.

25. Ecclesiam sane Catholicam pretio sui Sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Intra cujus gremium constituti unum Baptisma credimus, & confitemur in remissione omnium peccatorum. Sub qua Fide, & resurrectionem mortuorum & credimus, & futuri sæculi gaudia exspectamus. Hoc tantum orandum nobis est, & petendum, ut cum peracto finitoque judicio, tradiderit Filius Regnum Deo Patri, participes nos efficiat Regni sui; ut per hanc Fidem, qua illi inhæsimus, cum illo sine fine regnemus. Hæc est confessionis nostræ Fides exposita, per quam omnium hæreticorum dogma perimitur, Fidelium corda mundantur, per quam etiam ad Deum gloriose acceditur, cuius * sacrosanctum saporem, sub triduano dierum jejunio, continua relationum collatione * ructantes, ad ea, quæ subnexa sunt, sequenti die discernenda transivimus.

*Sancto sapore
* Rotantes.

C A P I T U L A.

I.

3. q. 4. *In loco Ivo p. 4. cap. 245. Anjem in principio.*

26. IN loco benedictionis considentes Domini Sacerdotes, * nullis debeant aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus * perturbari; * nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, &, quod est deterius, obstinatis * concertationibus tumultuosas voces effundere: *Si quis enim*, ut Apostolus ait, *putat, se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio*. Cultum enim sua justitia perdit, quando silentia judicii obstrepentium turba confundit, dicente Propheta: *Erit cultus justitiæ silentium*. Debet ergo quicquid, aut * contendentium collationibus agitur, aut accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus * audientiam turbent, nec * judi-

* Nullus debeat.
* Perturbare.
* Nullus.
* Disceptationibus.
Jacob. 1.
Isai. 32.
* Confidentiũ consultationibus.
* Sensus audientium turbent.
* Judicii.

cantium vigorem de tumultu enervent. Quicumque ergo in conventu Concilii hæc, quæ præmissa sunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis, vel risibus Concilium perturbaverit juxta Divinæ Legis edictum, quo præcipitur: *Ejice derisorem, & exibit cum eo jurgium*; & cum omni * confusionis dedecore abstractus a communi cœtu se cedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat.

Proverb. 22.
* Dedecore de confessione.

II.

27. Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tanto necesse est, præcedat cæteros gratia meritorum; ut in eo, quod præsidet singulis, singulariter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper in ore gladium veritatis, & in opere efficientiam luminis; ut, juxta Paullum, *potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere*. Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus; ut qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorundam mentes Pontificum ita * corporis otio a lectionis gratia secluduntur; ut quid doctrinæ subditis exhibeat gregibus, non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regiminis sui cura tuentur, fame Verbi Dei perire non sinant. Sic Metropolitanis in confinitimos, cæterosque Ecclesiasticis ordinibus deditos; sic confinitimis in commisso sibi Religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium Divinæ Legis traditionibus imbuatur; ita ut indesinenti solicitudine Prælatus quisque subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogantia instruat. Placuit ergo de talibus, juxta instituta Toletani Concilii, hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti.

Tit. 1.
* Torporis.
Octavi Cap. 8.

III.

28. De his, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic Sancto Concilio, ut Metropolitanæ Sedis auctoritate coacti uniuscujusque Provinciæ Pontifices, Rectoresque Ecclesiarum unum eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana Sede cognoverint institutum; nec aliqua diversitate cujusque ordinis, vel officii a Metropolitana se patiantur Sede disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem accepit; ut, juxta majorum Decreta, Sedes, quæ unicuique sacerdotalis mater est dignitatis, sit & Ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane indultis officiis, quæ juxta voluntatem sui Episcopi regulariter illis implenda sunt, cætera officia publica, idest, * Vesperam, Matutinum, sive Missam, aliter quam in principali Ecclesia celebrare non liceat. Quisquis autem horum Decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus, apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus; qualiter apud illum, & præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula disciplinæ non solum Metropolitanus totius suæ Provinciæ Pontifices, vel Sacerdotes astringat, sed etiam cæteri Episcopi subjectos sibi Ecclesiarum Rectores his obtemperare institutionibus cogant.

Ephes. 4.
Distin. 12. De his qui. De hac etiam re est in Concil. Tolet. IV. cap. 2. dictum ejus.
* Vesperas.

IV.

29. Sicut omnis qui diligit fratrem suum * ex Deo, ita omnis qui odit proximum, ex diabolo est; dilectione enim sola discernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Joanne: *In hoc manifesti sunt Filii Dei, & filii diaboli; omnis qui non facit justitiam, non est de Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum*. Et post paullulum: *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est; & scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem*. Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate dividitur; nam etsi manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen * quia immitis est ad ignoscendum, jam a Deo homicida tenetur. Vivit ille, & iste jam interfector esse convincitur. Cum igitur his præceptis Beatus Apostolus consona prædicatione concordet dicens: *Non occidat sol super iracundiam vestram, & nolite locum dare diabolo*; relatæ sunt nobis quorundam Sacerdotum personæ in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed nec annosa quidem transactio temporum ad bonum charitatis reclinet; quippe in quorum cordibus ita sol justitiæ Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint.

* Ex Deo natus est.
1. Joann. 3.
Ibid.
* Quia nititur ad docendum.

Ho-

30. Horum igitur, & similium discordantium Fratrum oblationes, juxta antiqui Canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censemus. De personis tamen * discordantium id speciali definitione præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad Altare Domini audeat, vel gratiam communionis Sanctæ percipiat; sed, geminato tempore, per pœnitentiam compensabunt quod discordiæ servierunt. Quod si unus eorum, alio contemnente, ad satisfactionem charitatis cucurrerit; ex eo tempore, ut pacificus intra Ecclesiam receptetur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur; sententia tamen superiori servata, ut tempus, quod quisque in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persolvat.

Conc. Carthag. IV. cap. 93.
** Discordantibus.*
** Ut eos ante reconciliatio mera innectat; quam ullus.*

V.

31. Nullis Vita Præsulum perturbari debet excessibus motionum; quia valde indignum est, ut qui Throni Dei vocantur, levi motione turbentur; & qui debent esse area justitiæ, ipsi efficiantur seminarium litis, atque rapinæ. * *Quando ergo hujusmodi* (juxta Apostolum) *irreprehensibiles erunt*, qui non solum reprehensibilia faciunt, sed mortifera potius, & exsecranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex Sacerdotibus, quod omni gravitate Sacerdotalis Ordinis prætermissa, audientiam judicii furore præveniant, & excessu solius inhonestæ * motionis audire, pro quibus eos oportuerat æquitatis judicia sustinere. Dum enim de honoris sui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiunt; & qui inconcusse debuerant veritatis conservare statum, subito Religionis mutant propositum, & præcipiti furore judicium antecedunt; sicque in quo decuerat eos judicii sustinere conventum, * prævasione agunt, unde de præsumptionibus confundantur.

1. Timoth.
** Quomodo.*
** Motionis judicia audire refugiant, al. adire.*
** Pervasione.*

32. Qui tamen, aut damno pariter, & excommunicatinne plectendi sunt, aut omissis compositionibus rerum, sola satisfactione pœnitentiæ curabuntur. Illi enim, qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut qui rem suam jam antea in nomine Ecclesiæ, cui præsunt, * transtulisse noscuntur, * aut per se, aut per subditos, seu per quemlibet aliena diripiunt, vel præsumptionis, seu cædis quippiam agunt, tam in rebus fiscalibus, quam etiam in quorumlibet dominio constitutis, & * prævasa, vel præsumpta de rebus propriis, juxta Leges excellentissimi Principis, sarciant, & pro excessu Religioni contrario, * quo inhonesti ante judicium * paruerunt, duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt.

** Transfudisse.*
** Si aut.*
** Pervasa.*
** Quod inhoneste.*
** Perpetrarunt*

33. Illi autem, qui hujusmodi excessibus inserviunt, & nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt; quo nec ausus illicitos Ecclesiarum facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres a pœna persistant. Neque enim justum est, ut pro pravis actibus Sacerdotum Ecclesiæ, quibus præeminent, sustineant damnum; ut pro excessibus talium satisfactio ab Ecclesiis exigatur; cum Ecclesia * Rectores suos non ad litem, sed ad honestatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocumque pervasores exstiterint, aut quibuslibet personis cædes, vel quodcumque præsumptionis intulerint, nulla eos incurvatione status sui, servituti hominum debere addici; sed juxta quod præsumptuosus quisquis ille exstiterit, ita & pœnitentiæ legibus subjacebit; idest, ut si in decem solidorum summam præsumptor esse convincitur, virginti dierum pœnitentiæ satisfactione purgetur; ita ut sive majoris summæ excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione pœnitentiæ recompenset. Servos tamen Ecclesiarum, qui hujusmodi excessus * operasse noscuntur, ad Leges sæculares audiendos remittimus. Et hæc quidem de generali excessu dicta sufficiant.

** Cultores.*
** Operati esse.*

34. Cæterum specialitatis ordinem * persequentes, si quis Episcoporum magnatis cujusque uxorem, filiam, neptem, seu quolibet illi gradu altero pertinentem, quacumque fraude, vel subtilitate adulterina pollutione fœdaverit; & honoris proprii gradum amittat, & sub exsilii relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat; qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus est. Hanc sane & illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut Primatibus Palatii, generosisque personis, seu nobilioribus quibusque mulieribus, vel puellis, aliquid, aut per cædem, aut per quamcumque irrogatam injuriam, visi fuerint intulisse, unde eos juxta Legum sæcularium instituta, aut talionem recipere; aut traditionem de his fieri, vel proscriptionem oporteat.

** Persequentes, decernimus.*

VI.

Raban. Pœnitent. cap. 30. 23 q. 8. His a quibus. Ivo Part. 5. cap. 315. Burch. lib. 2. cap. 30.
* Tractantur.
* Excessus prohibendus est.
* Famulis.
Ezech. 18.

35. His, a quibus Domini Sacramenta * tractanda sunt, judicium sanguinis agitare non licet, & ideo magnopere talium * excessibus prohibendum est, ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria judicare præsumant, aut truncationes quaslibet membrorum quibuslibet personis, aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, aut Ecclesiæ suæ * familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, & concessi ordinis honore privatus, & loco suo, perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo; cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est, propter Domini misericordiam, *qui non vult peccatoris mortem*, *sed ut convertatur*, *& vivat*.

VII.

Leo Epist. 84.
* Illicitis.

36. Cum juxta antiquæ institutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat benevolentia, quam severitas, plus cohortatio, quam commotio, plus charitas quam potestas; relatum est nobis, quod quidam ex Fratribus plus livore odii, quam correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spiritualem eis adhibere correctionem, indiscretam subito afferunt mortem, cum inauditos a se projiciunt, & * occultis eos judiciis sub pœnitentia puniunt. Non ergo de cætero perversis voluntatibus sit liberum simulare quod fingunt; sed quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet a Sacerdote disciplina curari; aut, si aliter Rectoribus placet, duorum, vel trium Fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoscatur, & modus pœnitentiæ irrogetur; ita tamen, ut si exsilio, vel retrusione dignum eum esse * qui deliquit, judicium peculiare decreverit; modus pœnitentiæ * quam coram tribus Fratribus Sacerdos transgressori indixerit, speciali debeat ejus, qui sententiam protulit, manus propriæ subscriptione notari; sicque fiet, ut nec transgressores sine testimonio excidia vitæ suæ incurrant, nec Rectores accusatos se de quorumlibet interemptionibus erubescant.

* Aut quid eliud deliquit.
* Quem.
1. q. 1. Quicquid invisibilis
Ivo part. 5. cap 116. & part. 1 cap. 71.

VIII.

Matth. 10.
* *Gratianus & gl. legunt pro* collatione, consolatione. *Verum in notis Gregorianis potior lectio probatur.*
* Præmie nisi voluntarie.
* Aquisivit.
* Quatuor.
* Trium.
* Pro competenti pœna & debita.

37. Quicquid invisibilis gratiæ * collatione tribuitur, nummorum quæstu, vel quibuslibet præmiis venundari penitus non debet, dicente Domino: *Quod gratis accepistis*, *gratis date*. Et ideo quicumque deinceps in Ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque Fidelibus, aut pro collatione Chrismatis, vel promotionibus graduum, pretia qualibet, vel * præmia voluntarie oblata pro hujusmodi ambitione susceperit; equidem, si sciente loci Episcopi tale quicquam a subditis perpetratum, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subjaceat; pro eo quia, & sciens mala contexit, & correctionem necessariam non * adhibuit. Sin autem suorum quispiam, eodem nesciente, quodcumque pro supradictis Capitulis accipiendum esse sibi crediderit; si Presbyter est, * trium mensium excommunicatione plectatur; si Diaconus, * quatuor; Subdiaconus vero, vel Clericus his cupiditatibus serviens, * & competenti verbere, & debita excommunicatione plectendus est.

IX.

Ivo part. 5. cap 117.
* Suæ.
* promisit.
* Apparentibus.
* Exactione astringantur.
* Al. quando dedisse.
* Aut publiceto hoc scelere, manifeste denudatus coram Ecclesiæ, & ad *Al.* aut per illicitum usum implicatus &c.
* Prælationem

38. Multæ super hoc Capitulo Patrum sententiæ manaverunt, scilicet ne inappretiabilem Sancti Spiritus gratiam donis, vel muneribus quis existimet comparandam. Sed (quod non sine gravi dolore dicendum est) quanto hæc res frequenti decretorum est præceptione prohibita, tanto nobis fraudibus cognoscitur iterata; dum hi, qui tali pretio mercari nituntur gratiam Spiritus Sancti, aut ordinationis, * seu tempora præveniunt munere, aut post acceptum honorem * promissam suis conferunt * apparitoribus turpis lucri mercedem. Et ideo, ut horum, & similium argumentorum deinceps amputetur occasio, hoc Sancta Synodus definivit, ut cum quisque Pontificale culmen ante Domini Altare percepturus accesserit, sacramenti * se taxatione astringat, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cujuslibet, præmii collationem, vel * jam dedisse, vel aliquando ad futurum dare procuret; sicque, aut mundus ab hoc contagio, prælationis consecrationem accipiat, * aut implicitus huic sceleri, manifeste denotatus coram Ecclesia, ad honorem, quem mercari voluit, non accedat. Illos autem, quos deinceps post * relationem per præmium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis pœnitentiæ legibus, ut vere simoniacos, ab Ecclesia separandos esse censemus; idest, ut duorum annorum spatio exsilio relegati, & digna satisfactionis, vel excommunicationis sententia coërciti, honoris gradum, quem

præ

præmiis emerant, lacrymis conquirere, & reparare intendant. Unde si digna eos satisfactio pœnitentiæ commendaverit, peracto pœnitentiæ indictæ tempore, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus separati fuerunt, restaurandi sunt.

X.

39. Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus Ecclesiastica * provehit disciplina; solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali * innexione concluditur. Et ideo placuit huic Sancto Concilio, ut unusquisque, qui ad Ecclesiasticos gradus est * accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam * placiti sui innodatione promittat, ut Fidem Catholicam sincera cordis devotione custodiens, juste, & pie vivere debeat, & ut in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat; atque ut debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam præeminenti sibi unusquisque dependat, juxta illud Beati Papæ Leonis edictum: *Qui scit se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat, aliquem sibi esse prælatum; sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat*. Pœna tamen juxta Ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium * inferenda, & ab his, qui transgressores fuerint, persolvenda est.

Dist. 23. cap. Quamquam omnes. *Ansel. lib. 7. c. 81.* * Probat. * Sponsione. * Accensurus. * Placita sibi annotatione. *Epist. 84.* * inferenda.

XI.

40. Cum nihil in Divino Canone debeat esse confusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum; in collatione nostri cœtus * relatus est Canon Toletani Concilii primi, in quo præceptum est, ut si quis acceptam a Sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur; nec adjecta est ibi discretio voluntatum; cum & infidelis hæc & talia infideliter agat; & fidelis * fidenter accipiat, quod naturalis illum necessitas deglutire non sinat. Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægravata, tanto siccitatis pondere deprimi, ut nullis eiborum illationibus refici, sed vix tantumdem illati delectetur poculi gratia sustentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis expetentes Viaticum, collatam sibi a Sacerdote Eucharistiam rejecerunt; non quod infidelitate hoc agerent, sed quod præter Dominici Calicis haustum, traditam sibi non possent Eucharistiam deglutire. Non ergo hujusmodi a Corpore Ecclesiæ separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt; præsertim hi, de quibus nihil Fidei sinistræ sentitur. Placuit ergo definire, quod nec fideli officiat, nec infideli inultum existat. Quicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus, Eucharistiam perceptam rejecerit, in nullo Ecclesiasticæ damnationi subjaceat. Similiter nec illos cujusquam punitionis censura redarguet, qui talia tempore infantiæ faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, quid fecerint, ignorare videntur. Jam vero quicumque, aut de Fidelium, aut infidelium numero, Corpus Domini absque inevitabili (ut dictum est) infirmitate projecerit; si Fidelis est, perpetua communione privetur, si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quod si horum quilibet hujusmodi excessus digna pœnitentiæ satisfactione defleverit, post quinquennium licitum erit illum communioni pristinæ reformari.

Cap. 14. Delectus. * Fideliter.

XII.

41. Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutine a reconciliationis gratia * referendus est; sed si * præceptum mortis urget periculum, pœnitentia per manus impositionem accepta, statim ei reconciliatio adhibenda est; ne prius ab humanis rebus æger abscedat, quam donum reconciliationis percipiat, sicque supe rstitibus quodammodo doloris videatur esse perpetui, si præcisum ab Ecclesiæ membris eum, qui utique reconciliari non meruit, raptim a præsenti vita mors maturata subduxerit, juxta Papæ Leonis edictum: *His qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia, præsidium pœnitentiæ, * & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda; quia misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire*. De his autem, qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita recesserint; quamquam diversitas præceptorum de hoc Capitulo habeatur, illorum tamen nos sententias placuit sequi, qui multiplices numero de hujusmodi humanius decreverunt; ut & memoria talium in Ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata spiritibus accipiatur.

* Differendus. * Præcincta mortis urgeatur periculo. *26. quæst. 6.* His qui. *Leo Epist. 91.* * Ex more.

Bene

Conc. Eliberit. cap 29. & Pius Papa I. d. 33.
Communiter.
* Indiscussi.
In.

XIII.

42. Bene quidem majorum regulis definitum est, ut dæmoniis, aliisque similibus passionibus irretitis, ministeria sacra tractare non liceat; cui præcepto consensu rationis adhibito, id communiter definivimus, ut nulli de his, qui aut in terram arrepti a dæmonibus illuduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare Altaribus, vel * indiscussos se Divinis ingerant Sacramentis, exceptis illis, qui variis corporum incommoditatibus dediti, * sine hujusmodi passionibus in terram approbantur elisi. Qui tamen & ipsi tamdiu erunt officii sui ordine, & loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem Episcopi inveniantur ab incursu dæmonum alieni.

7. Quæst. 1. Illud divini oraculi.
Ivo p. 4. c. 126. Burc. l. 3. c. 13. & De consf. d. 1
* Vt illud.
Eccles. 3.
* *Invalitudo.*
* Præcaventes.
Hanc additionem nota Gregoriana non probat.

XIV.

43. * Et illud Divini oraculi momentis singulis præcaventes, quo scribitur: *Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem*; summopere curandum nobis est, & cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Domino psallitur, vel sacrificatur, unicuique Divinis singulariter officiis insistenti perniciosa passio, vel corporis qualibet * valetudo occurrat, quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo casibus * præcavendis, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, vel loci, sive Cleri copia suffragatur, habeat semper quisquis ille canens Deo, atque sacrificans, post se vicini solaminis adjutorem; ut si aliquando casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, e tergo semper habeat, qui ejus vicem exsequatur intrepidus. *In Decreto Gratiani aliis characteribus additur.* Sed si hoc sacrificanti frequenter acciderit, tunc omnino ab oblatione prohibeatur.

De hac rediximus Conc. Tol. 4. cap. 1.
* Conferamus.
* Præparato.
* Provinciæ pontificibus.
* Potestate, vel infirmitate, aut inevitabili causa.
* Libitu.

XV.

44. Peractis omnibus, quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc Concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes, omni anno ad peragendam celebritatem Concilii in Metropolitana Sede, tempore, quo Principis, vel Metropolitani electio definierit, devotis semper animorum studiis * confluamus; nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur, sed * in præfato die, quo indictum fuerit, adunatis in Metropolitana Sede omnibus * Pontificibus, Concilium Deo Præsule celebretur. Quisquis autem Episcoporum, excepta inevitabili caussa, vel necessitate, de peragendo se Concilio absentaverit, unius anni excommunicatione plectendus est. Quod si deinceps absque celebratione Concilii anni unius meta transierit, omnes in commune Pontifices Carthaginensis Provinciæ superioris censuræ sententia obnoxios retinebit, idest, si nulla sibi impediente Principis * potestate, solius propriæ voluntatis * libido, se ad celebrandum Concilium non collegerint.

* Vvambani.
Ezech. 1.

XVI.

45. His igitur constitutionibus nostris, quæ necessario decernenda credimus, finalem manus nostræ subscriptionem adjicimus; immortali Deo nostro & Domino gloriam, & honorem reddentes, qui nos de conventu alternæ visionis lætos effecit; qui os nostrum in confessione laudis suæ aperuit; qui etiam Decreta hujus nostri Concilii honesto fine complevit. Post hæc Religioso Domino, & amabili Principi nostro * Vvambano Regi gratiarum actiones persolvimus, cujus ordinatione collecti, cujus etiam studio aggregati sumus; qui Ecclesiasticæ disciplinæ his nostris sæculis novus reparator occurrens, omissos Conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit; ut ad alternam morum correctionem annuo tempore alacriter concurrentes, juxta Prophetæ vaticinium, quod in nobis desfractum est alligetur, & quod abjectum est reducatur. Det ergo eidem Principi Dominus pro hujus sacræ solicitudinis voto, & cursum præsentis vitæ in pace transigere, & post diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus pervenire, qualiter, & hic felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione perveniat; ut quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri Regni capiat; ex hoc in regione vivorum regnans cum Christo in sæcula sæculorum. Amen.

Subscriptiones Episcoporum.

Ego Quiricus Urbis regiæ Metropolitanus Episcopus, hæc gesta Synodalia a nobis definita subscripsi.

Athanasius Setabitanæ Ecclesiæ Episcopus, hæc gesta Synodica a nobis definita subscripsi.

Ego

Ego Argemundus Oretanæ Ecclesiæ Episcopus, similiter subscripsi.
Ego Joannes * Bigastrensis Ecclesiæ Episcopus, similiter subscripsi. * Bigerrensis.
Ego Godiscalcus Oxomensis Ecclesiæ Episcopus, similiter subscripsi.
Ego Leander Ecclesiæ Illicitanæ, qui & Elotanæ, Episcopus, similiter subscripsi.
Ego Felix Ecclesiæ Dianiensis Episcopus, hæc gesta Synodica a nobis definita subscripsi.
Svinterius Ecclesiæ Valentinæ Episcopus, hæc gesta Synodica a nobis definita subscripsi.
Palmatius Ecclesiæ Urcitanæ Episcopus, similiter subscripsi.
Rieilla Ecclesiæ Accitanæ Episcopus, similiter subscripsi.
Rogatus Ecclesiæ * Beatiensis Episcopus subscripsi. * Vatiensis.
Etherius Ecclesiæ * Bastitanæ Episcopus subscripsi. * Basitana.
Concordius Ecclesiæ Palentinæ Episcopus subscripsi.
Acisclus Ecclesiæ Complutensis Episcopus subscripsi.
Memorius Ecclesiæ * Segobriensis Episcopus subscripsi. * Segobricensis
Egica Ecclesiæ Seguntiensis Episcopus subscripsi.
Gaudentius Ecclesiæ Valeriensis Episcopus subscripsi.

Vicarii Episcoporum.

Libertus Diaconus, agens vicem Domini mei Sinduiti, Ecclesiæ Segobiensis Episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.
Egila Diaconus, agens vicem Domini mei Mumuli, Ecclesiæ Arcavicensis Episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Abbates.

Julianus Ecclesiæ Monasterii S. Michaelis Abbas, hæc gesta Synodica a nobis definita subscripsi.
Valderedus Ecclesiæ Monasterii S. Leocadiæ Abbas, hæc gesta Synodica a nobis edita consentiens subscripsi.
Gratindus Ecclesiæ Monasterii SS. Cosmæ & Damiani Abbas, hæc gesta Synodica a nobis edita consentiens subscripsi.
Absalio Ecclesiæ Monasterii Sanctæ Crucis Abbas, hæc gesta Synodica a nobis definita consentiens subscripsi.
Florentinus Ecclesiæ Monasterii S. Eulaliæ Abbas, hæc gesta Synodica a nobis definita consentiens subscripsi.
Avila Ecclesiæ Monasterii S. Juliani Agaliensis Abbas, hæc gesta Synodica a nobis definita consentiens subscripsi.
Gudila Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Regiæ Sedis Archidiaconus, hæc gesta Synodica a nobis definita subscripsi.

N O T Æ   V A R I O R U M.

46. IN *nomine Sanctæ Trinitatis &c.*] Toletanum Concilium undecimum, habitum anno IV. Vvambani Regis, septimo Idus Novembris, est Provinciale, coactum sub Agathone Pontifice Maximo, in quo factam esse legitimam Sedium Episcopalium divisionem, omnes Hispani Historici tradunt, Rodericus, Chron. generale, Tudensis, Vasæus, & alii. LOAISA.

47. Baronius anno 675. num. 4. & 5. fretus auctoritate Tudensis asserit, divisionem Sedium Episcopalium in Hispania factam esse, non in hoc Concilio, cui XVIII. tantum Episcopi interfuerunt; sed in alio quodam Toletano Generali Concilio, cui omnes Episcopi Hispaniæ sub Rege Vvamba interfuerunt. In re gravissima judicium meum suspendo. BINIUS.

48. Sed enim sub Vvambane Rege nullum aliud præcedens Concilium in Hispania fuisse, in quo divisio Sedium fieret, videtur palam constare ex Prologo hujus Synodi sub initium, in quo testantur, & dolent Patres, octodecim annos fuisse tranlactos sine Concilio ullo, indeque ortam fuisse tantam disciplinæ, ac morum relaxationem in Clero, & populo &c. Cum igitur annus hujus Concilii fuerit quartus Vvambanis (alias Vvambæ) Regis; plane evincitur, nec totis iis quatuor annis, nec aliis quatuordecim præcedentibus, fuisse aliud Concilium Generale in Hispania, immo nec Provinciale, in quo ea Sedium divisio fieret. Nota insuper ex eodem Prologo, quot mala afferant Regnis defectus Conciliorum frequentium; de quo sæpe alias doluimus decursu hujus Operis. CARD. DE AGUIRRE.

49. *Cum tandem nos.*] Joverius in *Collectio-*

lectione Conciliorum, amplius habet: *Cum tandem Divina clementia operis manuum suarum perditioni condolens, prava in directum reducens, suum Sanctum Sabaoth novit propaginibus, ac plantis avellis fæcundare volens, negligentiæ subrogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam immittens, pro socordia solertiam, pro schismate unitatem inducens, pro zizania veræ pacis vinculum largiens, pro caducis cælestium desideria infundens, pro turpibus honesta sectari stimulans, a terrenis, & infimis ad sublimia erigens nos, in hac lacrymarum valle potius morientes, quam viventes; in hoc vasto periculorum mari vagantes sine remige, sine clavo, huc illucque tempestatum fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie, ubi nos circumstant mille discrimina, ubi versutissimus insidiatur hostis, mille nocendi artibus instructus, ex alto cæli domicilio respiciens &c.* Loaisa.

50. *Conciliorum monita amplectentes.*] Solenne fuit in Synodis Hispaniæ præmittere formulam professionis Fidei Catholicæ ad præscriptum primorum quatuor Conciliorum Generalium, post medium quinti sæculi, uti hoc loco apparet, & antea suis locis vidimus. Quinti autem non fit expressa mentio; quoniam in eo potius de tribus Capitulis, & quibusdam aliis rebus Ecclesiasticis, quam de dogmatibus Fidei tractatum fuit, acri animorum dissidio, & contentione. Non enim tractabatur quæstio juris Divini, sive dogmatis; sed solius facti non revelati circa scripta quædam Theodoreti, Theodori Mopsuesteni, & Ibæ; an damnanda essent cum Auctoribus suis, integro antea sæculo defunctis, & nondum eousque damnatis ab Ecclesia. Hæc vero, juxta Cardinales Baronium, & Bellarminum, omnesque Theologos alicujus nominis, nullatenus definit judicio irreformabili, & infallibili ejusmodi controversias, etiam intra Concilium Generale; ut sæpe ostendunt iidem Scriptores pluribus exemplis, præsertim Honorii Papæ, & Epistolarum quarundam ipsius, de quibus infra in Notis ad Epistolam Benedicti II. Papæ, quæ habetur in fine Concilii Toletani XIV. Eadem vero ratio est in quæstione illa de tribus Capitulis, quorum discussioni præcipue deputata fuit. Quinta illa Synodus sub Vigilio Papa, & Justiniano Imperatore. Hanc igitur caussam credo, cur in Concilio isto Toletano, aliisque multis, professio Fidei fiat nominatim juxta quatuor prima Concilia Generalia, nulla facta mentione Quintæ Synodi, licet valde venerabilis, etiam in iis, quæ non spectant ad dogmata Fidei. Card. de Aguirre.

51. *Confitemur.*] Fidei confessio in Conciliis præponitur, statimque initio fieri solenne fuit, veluti totius Christianæ structuræ basis, & fundamentum, a quo omnis ædificatio crescit in Templum Dei. Loaisa.

52. *Hic etiam Filius Dei, natura est Filius, non adoptione.*] Ex hisce verbis, ac toto contextu dignoscitur clarius luce meridiana, Præsules Toletanos intervenientes huic Concilio longissime fuisse ab errore Adoptivorum, centum annis circiter postea disseminato a Felice Urgellensi, & Elipando Toletano Præsule, quibus potissimum tribuitur hæresis illa ajentium, Christum fuisse Filium Dei adoptivum. Constat enim ex præjactis verbis, Patres Toletani hujus Concilii oppositum palam, atque ex diametro tradidisse. Porro ii fuerunt contemporanei Sanctorum Archipræsulum Toletanorum Ildephonsi & Juliani, quorum ille Quirici, Præsidis hujus Concilii, decessor; iste successor *immediatus* fuit, uterque insignis sanctitate, & doctrina. Quapropter certissime credendum est, neutrum illorum incidisse in stupidum illum errorem Adoptivorum, aut ipsum tradidisse; sed palam professos fuisse veritatem Catholicam de Christo Filio Dei naturali, & nullatenus adoptivo, quam Quiricus Præsul, utrique amborum interjectus, & Præses hujus Concilii, cum cæteris Episcopis, tam aperte profitetur.

53. Verum ad vindicandum S. Ildephonsum ab ea labe, quam centum annis plus minus postea ipsi affricarunt nonnulli Adoptivorum in patrocinium suæ sectæ, nullo alio defensore opus est, quam Ildephonso ipso plurimis locis, præsertim Libro celeberrimo, *De perpetua Virginitate S. Mariæ*, columna 3. juxta partitionem doctissimi Fevardentii in Bibliotheca Magna Patrum Anissoniana, Sæculo VIII. Tomo XII. pag. 566. ubi Sanctissimus Præsul ita loquitur de Christo nascente ex Virgine: *Non illum, ut cæteros adoptio filios, Dei fecit Filium, sed Divinitatis natura illum in proprium Dei Filium exaltavit; donavit & illi nomen, quod est super omne nomen, ut esset totus Dei Filius, homo & Verbum; quia nunquam non fuit Dei Filius, qui sempiternus permanet unici Genitoris Unigenitus. Nunquam igitur ipse purus homo conceptus, nec natus, sicuti cæteri nascuntur infantes, ut ei ex adoptionis gratia, aut ex molimento virtutum prærogativa Filii præstaretur; sed Dei Verbum, quia caro factum est, assumpsit hominem in se sine persona hominis.* Quid clarius? Mitto plura alia ipsius testimonia, præsertim in eodem Libro, clariora sole, in id comprobandum.

54. Ex hisce obiter confutantur Felix & Elipandus, aliique ipsorum sequaces, qui ut errorem de filietate Christi adoptiva tuerentur, ausi fuerunt pro illo allegare plures Præsules Hispanos, & in iis nominatim S. Ildephonsum, ut patet ex Concilio celeberrimo Francofordiensi, habito anno 794. sub Adriano I. Papa, & Carolo Magno Francorum Rege, ubi in Epistola Synodica ad Episcopos Hispaniæ (a nobis edita Tomo III. hujus Operis) ipsi ita lacessuntur a Patribus Francofordiensibus: *Sequitur in eodem Libello vestro: Item prædecessores nostri Eugenius, Ildephonsus, Julianus, Toletanæ Sedis Antistites, in suis dogmatibus ita dixerunt in Missa de Cæna Domini*: Qui per adoptivi hominis Passionem, dum suo non indulsit Corpori. *Et in Missa de Ascensione Domini*: Hodie Salvator noster post adoptionem carnis sedem repetivit Deitatis; *& cætera, quæ ex parentum vestrorum dictis posuistis; ut manifestum sit, quales habeatis*

pa-

parentes, & *ut notum sit omnibus*, *unde vos traditi sitis in manus infidelium*. *Quia hominem Christum verum Dei Patris Filium esse negastis, vobis defensor esse noluit; sed tradidit vos in manus inimicorum suorum*, *ut dominentur vestri*, *qui eum recipere noluerunt*. Deinde supposito, quod verba illa fuerint ab Ildephonso profecta, ut ajebant errones illi, invehuntur Patres Francofordienses contra ipsum, ejusque auctoritati anteponunt aliam S. Gregorii Papæ tradentis aperte contrariam doctrinam.

55. Sed enim judicium id Patrum Francofordiensium solum est conditionale, ex hypothesi, quod Ildephonsus, Eugenius III. & Julianus ita loquuti fuissent in iis Missæ officiis. At enim apertissima errorum illorum calumnia, & impostura videtur fuisse, repugnantibus testimoniis Ildephonsi; sicut & Quirici Præsidis in hoc Concilio Toletano xI. Idemque absdubio censendum de Eugenio III & Juliano, Viris sanctissimis, quorum facta, & scripta nec levis antea ejus erroris rumor aspersit. Sed de hac forsan opportunius in Prolegomenis vide supra hujus Tomi. Missa facio plura illustria testimonia eorundem Toletanorum Præsulum apertissime contraria hæresi Nestorianæ, ex qua ille Adoptivorum error effluxit. Adi Baronium ad annum Christi 794. CARD. DE AGUIRRE.

56. *Et prædestinatus esse credendus est.*] In eo sensu, quo dicitur a D. Paullo: *Qui prædestinatus est Filius Dei, in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri*.

57. Ad Cap. I. *In loco benedictionis.*] De forma servanda in Conciliis celebrandis, statuunt Concilium Toletanum IV. Cap. 3. & Agathense Cap. 40: Chalcedonense etiam, ut habetur Dist. 18. Cap. *Pervenit ad nostras*. Ordinemque celebrandi Concilia principio hujus Collectionis posui.

58. Ad Cap. II. *Quantum quis*.] De scientia, quam debet habere Episcopus, vide Innocentium in Cap. *Cum in cunctis*, in princip. *De electione*; & Joannem Andream, & Host. & Abbat. Verum Card. Turre-cremata Hispanus, & Præpositus, & Alexander, parcius loquuntur de scientia, & peritia Episcop. in Cap. *Omnes psallentes*. 38. Dist. Episcopi munus esse primum, ac præcipuum prædicare sanctum Jesu Christi Evangelium, habere in ore gladium veritatis, & Divinæ Scripturæ intelligentia eminere. Multis exemplis pariter, ac doctrinis ostendit Dominus noster Jesus Christus, supremum Ecclesiæ Caput, Summusque Sacerdos, cujus sacrata membra Episcopi sunt, qui typum supremi in veteri Lege Episcopi Aaronis referunt. Nam sicut ille os fuit Moysi, ita Episcopus per verbi ministerium os est Christi.

59. Atque hoc est, quod Apostolis promisit: *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere adversarii vestri*. Et ipse primum docuit facere, & postea docere. Immo duodecimum nondum annum compleverat, & in medio Doctorum in Templo disputare inventus, sollicitæ, mœstæque Matri respondit: *Nonne in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Et alibi: *Oportet me operari opera ejus, qui misit me*. Et illud: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, Patris*. Quænam esset Patris voluntas, docuit, cum Samaritanam prædicatione ad Fidem traxit; cum parabolis, & cælestibus doctrinis populum instruxit. *Circuibat enim Jesus omnes Civitates, & Castella, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium Regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Et cum in Synagogam Nazareth, ubi erat nutritus, intrasset, traditus est illi Liber Isaiæ Prophetæ; & ut revolvit, invenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum*.

60. Misit etiam Discipulos binos prædicare, & dixit illis: *Messis quidem multa, operarii autem pauci*. Et, *Dicite: Pax huic domui*. Et, *Appropinquavit in vos Regnum Dei*. Et post mortem corporis, gloria immortalitatis coopertus, dixit Apostolis: *Ite, prædicate Evangelium omni creaturæ*. Et rursus. *Posui vos, ut eatis, & fructum afferatis*. Et alibi: *Eritis mihi testes in Jerusalem, & universa Judæa, & Samaria, usque ad ultimum terræ*. Idem etiam Apostolorum comprobatur doctrina; qui aliis ita de se ipsis dixerunt: *Non est æquum ministrare mensis, & relinquere verbum Dei*. Et Paullus *Væ mihi*, inquit, *si non evangelizavero!* De quo dictum est: *Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum*. Unde ipse de se dicebat: *Misit me Dominus non baptizare, sed evangelizare*. Et Episcopo Timotheo regulam Episcopalis muneris ita præscribit: *Oportet*, inquit, *Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, nec turpis lucri cupidum; sed hospitalem, benignum, sobrium; justum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere*. Et alio loco: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem*. Et paullo post: *Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ*.

61. Hæc igitur norma est, veraque imago Episcopalis curæ, quam Paullus designat, & certis coloribus depingit, quam etiam omnes Sancti Patres sunt secuti. Zosimi Pontificis Maximi fragmentum apponam: *Qui Ecclesiasticis*, inquit, *disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione divinis stipendiis non est eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ Sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores ejus careant eo ordine, quem contra præcepta Patrum crediderunt præsumendum*: Inde est quod sacrarum literarum necessario oportet Episcopum habere peritiam. Et in sua ordinatione, quum formatur, interroga-

gatus, an utrumque sciat Testamentum, publice fatetur se scire. Idque in Veteri Testamento præfiguratum erat. Nam inter cætera ornamenta Pontifex Rationale judicii ferebat in pectore, in quo scriptum erat; *Doctrina, & veritas*; quia in pectore Pontificis manifesta, & cognita omnibus debet esse sapientia veritatis. Hinc etiam vectes, quibus Arca a Levitis in via portabatur, jugiter annulis erant insertæ; ut cum illa esset portanda, nulla fieret mora intromittendis vectibus, Quia Episcopi, per quos verbum Dei in Ecclesia publice in orbem circumfertur, sacrarum literarum lectioni perpetuo debent sedulam navare operam; nec tunc quærant discere, cum ea officio alios teneantur docere.

62. David Rex, cui munus regendi populos datum est, prius ex gratia Spiritus Sancti donum scientiæ percepit, quam administrationem Regni sequeretur. Salomon quoque cum primum Regnum inchoasset, non divitias, non longum vitæ tempus, sed divinam sapientiam a Deo postulat, & impetrat, sine qua nihil esse præstans ad regimen aptum Regni intelligebat. Et prius Dominus posuit verba in ore Prophetæ, quam constitueret eum super Gentes, & Regna; dicens ad Jeremiam: *Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te super Gentes, & Regna*. Hinc etiam Malachias: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & Legem exquirunt de ore ejus; quia Angelus Domini exercituum est*. Qui a sancti, & optimi viri est, prius discere, postea vero prædicationis officio fungi.

63. Salomon ante tacendi tempus expressit, loquendi postea; quia veritas taciturnitate, & silentio, meditationeque animi discitur, & comparatur; jam vero concepta, partaque, verbo populis datur, & annunciatur, ut Domini sermo ait: *Qui audit, dicat, veni*. Id enim in Apostolis formandis observavit, erudiens eos doctrinæ cælestis intelligentia, parabolarum apertione, miraculorum operatione, vitæ consuetudine & familiaritate; ut ita edocti, prædicationis officio fungi possent; postea misit in universum Orbem. Unde post Corporis sui admirabilem resurrectionem, illis Divinæ Scripturæ abditum, reconditumque sensum aperuit; postea vero dixit: *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ*. Petrus vero Apostolorum Princeps, Christique Vicarius, cui ovilis Dominici cura demandata est, cum Rectoribus, & Præpositis Ecclesiæ scriberet, ait: *Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem de ea fide, & spe, quæ in vobis est*. Quibus testimoniis aperte monstratur, non satis esse, si insit Presbytero bona morum puritas, & vitæ honestas, ut muneri Episcopali præficiatur, nisi scientia doctrinæ cælestis polleat,

64 Expendamus post Zosimum Origenis verba Hom. 6. ad Cap. 8. Levitici: *Si quis vult Pontifex tam vocabulo esse, quam merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quia non discedunt de Tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesinenter in Tabernaculo Domini. Quod autem opus ejus erat? ut aut a Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, ut aut a Deo discat, legendo Scripturas Divinas, & sæpius meditando; aut populum doceat; sed illa doceat, quæ ipse a Deo didicerit; non ex proprio corde, vel ex humano sensu, sed quæ Spiritus Sanctus docet*. Hæc Origenes.

65. Concilio etiam Toletano xvi. in Decreto 12. judicii, & electione Felicis Episcopi in Toletanam Sedem, & Faustini in Hispalensem, & alterius Felicis in Bracarensem, sic Episcopale officium designatur: *Quatenus uterque easdem, quas suscipiant Ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beata vitæ exemplis ædificent*. At dicet quis, Concilio Tridentino statutum esse, posse Episcopos per alios, si legitime impediti fuerint, verbum Dei annunciare. Id autem quis negabit? quis inficiabitur? Verum ignorantiæ, & inscientiæ, & imperitiæ impedimentum, nullus sanus, neque in sacris literis versatus, ut per alios populum erudiat, dicet esse legitimum, atque sufficiens. Quod nec Paullus admittit, quum ait: *Ut potens sit exhortari in doctrina, & eos, qui contradicunt, arguere. Potens sit*, inquit, *in doctrina*; idest, in Sacrorum Librorum intelligentia, in Divinorum Mysteriorum peritia, in quæstionum sacrarum enodatione, in Conciliorum, & Decretorum Ecclesiæ doctrina, & sapientia, in hæreticorum calliditatibus, & versutiis arguendis, ac subvertendis. Et Epist. 2. ad Timoth. eum in Episcopali cura instruens, sic ait: *Tu vero permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi; sciens a quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis enim Scriptura Divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus instructus*. Neque prætermittendum est, Timotheum ab ab infantia Sacras Literas didicisse, ut in curam Episcopalem incumberet. Sacra Tridentina Synodus Sess. 6. Cap. 1. in Episcopis requirit, ut eorum prior vita, ac omnis ætas, a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos, per disciplinæ stipendia laudabiliter acta testimonium præbeat. Hæc de Episcoporum munere, & doctrina diximus, fusius forte quam oportuit. LOAISA.

66. Ad Cap. iv. *Sirat omnis &c.*) Non satis apparet, quonam fundamento Surius, Joverius, & alii Collectores tribuerint Bonifacio verba hujus Capitis, quod in exemplaribus mss. a D. Loaisa visis nemini adscribitur. Certe doctrina in eo tradita est lectu dignissima, & ut habeantur præ oculis verba illa: *Relatæ sunt nobis &c.* Etenim discordiæ intestinæ, & exitiales Sacerdotum ad invicem sæpe contingunt in Ecclesiis, etiam Cathedralibus, ac Metropolitanis, tum inter Canonicos, seu Præbendatos, tum etiam inter ipsos, & eorum Præsules. Quot turbulentiæ, quot lites, quot sumptus, quot inquietudines, odia mutua, & sacrilegia accedentium ad Altare in eo deplorando statu, contingant, etiam per integros annos, sine reconciliatio-

ne

ne ulla vera, & cum scandalo populorum, satis constat frequenti experimento. Utinam pœna indicta hoc loco a PP. Toletanis mandaretur exsecutioni. CARD. DE AGUIRRA.

67. *Juxta antiqui Canonis.*) IV. Concil. Carthagin. Cap. 9. *Oblationes*, inquit, *dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur*. LOAISA.

68. Ad Cap. VI. *Si quis Episcoporum &c.*) Vides hoc loco pœnam depositionis, & excommunicationis perpetuæ impositam cuilibet Episcopo carnaliter lapso cum feminis ibidem indicatis, sola communione ipsi permissa in fine vitæ. Quod jam antea sæpissime statutum fuisse ab Ecclesia cum pluribus aliis adversus Clericos incontinentes, late ostendimus tota Dissertatione in Concilium Toletanum I. Vide ibi. CARD. DE AGUIRRA.

69. Ad Cap. VIII. *Voluntarie oblata.*) Sic in Concilio Tridentino Sess. 21. Cap. I. *De reformatione. Nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam Clericalis Tonsuræ, nec pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, aut alia quacumque de caussa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii Ordinum collatores, aut eorum ministri, quovis prætextu accipiant.* Habes idipsum Concilio Tolet. VIII. Cap. 3. Concilio tamen Bracar. II. permittitur, ut siquid ab iis, qui infantes ad Baptismum offerunt, sponte oblatum sit, accipi possit; sic enim habetur: *Placuit, ut unusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi, qui infantes suos ad Baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis.* In excusis ex Gratiano legitur: *Nonnisi voluntarie oblata.* Concilio Emeritensi. Cap. 9. *Quod si quis aliquid offerat per bonam voluntatem, accipitur grate.*

70. *Consignandis.*) Consignatio est Confirmatio; munus solius Episcopi. Act. 8. *Miserunt ad eos Petrum, & Joannem &c.* Apostoli initiatis Baptismo manus imponebant, non Presbyteri; Episcopi vero Apostolis successerunt, non Presbyteri, ut ait August. ad Psalm. 44. S. Clemens Lib. 3. *Const. Apost.* Cap. 16. *Postea Episcopus*, ait, *ungat baptizatos Chrismate.* Idem Clemens Epist. IV. Et Urbanus Papa I. Epistola ad omnes Christianos, Can. *Omnes fideles, De Consecr.* Dist. 5. Melchiades Papa Epistola ad Episcopos Hispaniæ quærit, utrum majus esset Sacramentum, manus impositio Episcoporum, aut Baptismus. Idem Damasus Papa Epist. IV. ad Chorepiscopos, Leo Magnus Epist. LXXXVIII. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, Eusebius Martyr Epist. III. ad Episcopos Thusciæ. Innocentius I. Epist. ad Decentium, Cap. 3. *De consignandis vero infantibus manifestum est*, inquit, *non ab alio, quam Episcopo fieri licere.* Tolet. I. Cap. 20. Idem in Concil. Hispal. Cap. 7. S. Thomas 3. P. Quæst. 72. Art. II.

71. Ad Cap. IX. *Patrum sententia.*] Neminem pretio ordinandum decrevit Gelasius Papa Epist. ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam, Cap. 26. & Conc. Chalced. Cap. 2. habeturque I. Q. I. *Si quis Episcopus.* Idem Hormisda Papa Epistola ad Episcopos per Hispan. Cap. 2. Symmachus Epistola ad Cæsarium Cap. 2. & 5.

72. *Apparitoribus.*) Erant apparitores magistratuum ministri, qui & *viatores* dicebantur; homines, qui reos in jus sistebant; ut de & *Statorum* nomen illis inditum. Hic accipi videntur pro iis, qui Ordinibus initiandos Episcopis sistebant, & ea re lucrum captabant.

73. Ad Cap. X. *Placiti sui innodatione.*) Placitum, professio, conventio, & pactum. Sic in *Legib. Wisi-goth.* Lib. & Tit. 4. Leg. 10. & Lib. 12. *De Judæorum placito.* Et apud Cassianum Collat. 9. Cap. I. Et apud Jurisconsultos, ibi sæpe, tum præsertim Lib. 40. Tit. 14. *De pactis.*

74. Ad Cap. XI. *Tempore infantiæ faciunt.*) Infantibus post Baptismum Eucharistiæ Sacramentum dari solitum, testatur Ambrosius Lib. *De his, qui Mysteriis initiantur.* Cap. 7. & 8. & Lib. 3. *De Sacramentis*, Cap. I. Et Concil. Laodicen. Cap. 28. ita habetur, *Oportet baptizatos post Baptismum sacratissimum Chrisma percipere, & cælestis Regni participes fieri.* Idem Tertull. Lib. *Adversus Marcionem*, & Hieronymus *Adversus Luciferianos*, August. Epist. XXIII. & Lib. 5. *Hypognost.* In parvulis etiam eadem servabatur institutio, ut constat ex Ordine Romano, & Alcuino Lib. *De Divinis Officiis*, Cap. *De Sabbatho Sancto.* Verum hæc consuetudo in Ecclesia Latina antiquata est, quamvis in Græca sint, qui dicant, adhuc permanere. LOAISA.

75. Citat hoc loco Illustriss. Loaisa Librum quintum Hypognosticon, veluti scriptum ab Augustino. Sed enim ipsi abjudicant id Opus alii. Cujuscumque tamen sit, per omnia fere videtur consonus indubitatis scriptis S. Doctoris, ut alibi observavimus; & fatetur Jansenius Libro singulari, *De gratia primi hominis*, Cap. 7. cum tamen ipsi valde contrarius sit in quodam dogmate capitali, præsertim Lib. 3. Cap. 10. CARDINALIS DE AGUIRRA.

76. Ad Cap. XII. *Reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus æger abscedat, quam donum reconciliationis percipiat.*) Tria sunt hoc loco consideranda; pœnitentia, manus impositio, & reconciliatio. Accipere pœnitentiam nihil aliud erat, quam pœnitentium subdi legibus, per animi contritionem, & oris confessionem. Manus impositio erat absolutio Sacerdotis post peractam peccatorum confessionem. Reconciliatio vero erat Eucharistiæ sumptio, ad quam perceptionem in mortis extremo periculo maxime festinandum est. Id constat ex Concilio Carthag. IV. Cap. 76. quod de infirmis in phrenesin versis sic decernit: *Accipiat pœnitentiam; & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia.* Idipsum explicatur Concil. Arausic. I. Can. III. *Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari;* quod morientis sufficit reconciliationi, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter Viaticum nominarunt. In fine vitæ pabulo Corporis, & Sanguinis Christi Domini nostri digne refici,

ei, æternæ vitæ argumentum est, donumque cæleste profecturis ad Regnum æternum concessum; unde Viaticum a Latinis, a Græcis vero *ἐφόδιον* nominatum. Nicæna Synodus Canone XIII. Habetur 26. Quæst. 6. Cap. *De his vero*.

77. Merito in hoc uno Sacramento positum est Viaticum; est enim cibus itinerarius animæ, & corporis, sicuti manna fuit corporis in deserto iter agentibus. Ejus usu, & sumptione virtutes, officiaque pietatis Christianæ augentur, appetitionesque humanæ terrestres debilitantur, & dissipantur; præsertim cum & vinculis corporis, tanquam e carcere animus eductus, viam pertimescendam alterius sæculi calcat. Quo tempore, præcipue iste cibus studiose, & pie adhibendus est; idque Viri sancti maximo studio curarunt. Chrysostomus Lib. 7. *De Sacramentis*, commemorat, se audivisse a sancto Viro, qui Divino beneficio ipse viderat, quod qui ex hac vita migraturi sunt, si pure, & sancte hujus Sacramenti participes fuerint, ab Angelis, eorum animas satellitum more stipantibus, propter hujusmodi Sacramentum sumptum, hinc recta in Cælum abducuntur; quam sententiam libentissime posui propter consolationem Fidelium in hac lacrymarum valle degentium. Paulinus etiam in *Vita Ambrosii*, narrat, Honoratum Sacerdotem Vercellensis Ecclesiæ retro fuisse Divina voce vocatum sic: *Surge & festina, quia modo est recessurus*; qui veniens obtulit Ambrosio Dominicum Corpus, quo accepto, emisit spiritum. Nicephorus etiam Lib. 13. Cap. 37. de morte Chrysostomi tradit, eum fuisse a Petro & Joanne Apostolis cælesti esca refectum. Vide quid dicat Greg. Hom. 40. & Lib. 4. *Dialog* Cap. 15 de Sancta Romula, & Eusebius Lib. 6 *Histor. Ecclesiast* Cap. 36. de Serapione. Et hoc est apud Cyprianum lapsis pacem dari, hoc est, ad communionem Sanguinis & Corporis Domini admitti. LOAISA.

78. Non facile apparet undenam D. Loaisa in Notis præjactis ad hunc Canonem, sive Cap XII. eruerit, quod manus impositio esset absolutio Sacerdotis, reconciliatio autem, Eucharistiæ sumptio. Etenim ex dictis, & observatis in hoc Opere constat, post concessam peccatoribus actionem pœnitentiæ, qua adscribebantur gradatim variis pœnitentium classibus, secutam fuisse crebram manuum Sacerdotalium remissionem, qua non absolvebantur, sed solum præparabantur lento, ac successivo gradu, ut post impletum tempus satisfactionis absolverentur, & non antea, nisi forte urgens periculum mortis accideret. Tunc enim reconciliabantur Deo per formam absolutionis. Et hoc ipsum docet S. Leo Papa verbis citatis in præsenti Capite, quæ habentur Epist. ipsius 91. alias in editione Quesnelii 83. ad Theodorum Forojuliensem Episcopum. Data autem semel reconciliatione, sive absolutione per Sacerdotem, sequebatur communio Eucharistica, quæ in articulo mortis dicitur Viaticum, juxta Concilia, & Patres. Lege eandem Epistolam S. Leonis integram cum Notis ejusdem Quesnelii, & Joannis Morini, sparsis in Opere doctissimo, *De pœnitentia*; ubi invenies erudite comprobata pluribus monumentis Conciliorum, ac Patrum, quæ modo diximus, & omnium Doctorum animis alte infixa videntur, quotquot in veteri disciplina Ecclesiastica studium solerter collocarunt. CARD. DE AGUIRRE.

79. *De his autem, qui*.] Vide de hac re Magistrum Sententiarum Lib. 4. Dist. 20. de his, qui in fine pœnitent.

80. Ad Cap. XII. *Nos sententiae sequi placuit*.) Sic in Concil. Epaun. & ex eo apud Gratian. 26. Quæst. 6. Cap. *Si aliquis*. *Si quis fuerit mortuus, qui jam sit confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad Sacerdotem, sed præoccupavit eum mors in domo, vel in via. faciant parentes ejus pro eo oblationem ad Altare, & dent redemptionem pro captivis. Idem per totam Quæstionem hujus Caussæ.*

81. *Memoria talium in Ecclesiis commendetur*,) Veteris Ecclesiæ mos fuit, pro quibus offerebatur, nomina in Missæ Sacrificio recitari, tam vivorum, quam defunctorum. Id constat ex Concilio Emeritensi Can 19. *Prius de salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse pro singulis diebus Dominicis Sacrificium Deo prævius et offerre; & eorum nomina, a quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his Sanctis Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse; si viventes in corpore sunt, ante Altare recitatur tempore Missæ; quod si ab hac discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in ordine.* Erant enim tabulæ duæ, quarum uni vivorum, alteri defunctorum nomina inscribebantur; ut patet ex Innocentio in Epistola I ad Decentium, & ex Dionysio Areopag. Cap. 3. *Ecclesiast. Hierarch.* In Concilio Eliberitano Cap 29 *De energumenis*, dicitur: *Ut nomen eorum non recitetur ad Altare.*

82. Defunctorum in Missa memoria ab Apostolis est instituta, ut tradit Isidorus Lib. I. *De Offic* Cap. 18 *Sacrificium*, inquit, *pro defunctorum fidelium requie offerre, vel orare pro eis, quia per totum hunc Orbem custoditur, credimus, quod ab ipsis Apostolis traditum sit. Hoc enim ubique Catholica tenet Ecclesia, quæ nisi crederet, fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum spiritibus, vel eleemosynam faceret, vel Sacrificium Deo offerret.* Hæc Isidorus. Cyprianus pro mortuis semper offerebat Sacrificium, ut in Epistola ad Clerum dicit de Celerino Confessore. Et Gregorius Lib. 7. *Regist.* Epistola quæ incipit: *Utilis semper*. Ultimo apponam fragmentum August. Lib 6. *Confess.* Cap. 13. Sic enim ait de morte Monicæ matris suæ: *Namque illa, imminente die resolutionis suæ, non cogitavit corpus suum sumptuose, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit sepulcrum patrum; non illa mandavit nobis. sed tantum memoriam sui ad Altare tuum fieri desideravit, cui nullius diei prætermissione servierat. Unde sciret dispensari Victimam sanctam, qua deletum est chirographum,*

phum, quod erat contrarium nobis; quo triumphatus est hostis computans delicta nostra. Et infra: *Inspira, Domine Deus meus, inspira servis tuis fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus voce, & corde, & literis servio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad Altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Patritio quondam ejus conjuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu primum parentum meorum, in hoc luce transitoria, & fratrum meorum sub te Patre, in Matre Catholica, & civium meorum in æterna Jerusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui, ab exitu usque ad reditum; ut quod a me illa poposcit extremum, uberius ei præstetur in multorum orationibus, tam per confessiones, quam per orationes meas.* Hæc Augustinus de matre sua.

83. Ad Cap. III. *Majorum regulis.*) Concilium Eliberitanum Cap. 29. & I. Arausicanum Canone XVI. & Pius Papa I. Dist. 33. Cap. *Communiter*.

84. *Arrepti a dæmonibus.*) Hi Græco nomine dicuntur energumeni, ἀπὸ τῶν ἐνεργημῶν, idest, ab operationibus dæmonum, quas in ipsis præcipue videmus. Concil. Ancyr. Can. XVI. *Energumenus est, qui tempestate jactatur, seu spiritu immundo divexatur*, ἐνέργημα enim pro vi, seu efficacia, & vexatione dæmonum accipitur apud Tertull. Libro, *De præscript. adversus hæreticos.* Sanctus Ambrosius Serm. 25. dicit, a diabolo energumenum nonnisi jejuniis posse purgari. Arreptorum nomen etiam apud Cassianum est Collat. 7. Cap. 12. Dicti ita videntur ἀπὸ τῶν ἐνεργημῶν, idest, ab operationibus dæmonum, quas in eos exercent.

85. Ad Cap. XIV. *Qui ejus vicem.*) Idem est in Concilio VII. Tolet. Can. II. *Quod nullus solus Missam dicat*, decretum est a Sotere Papa, habeturque, *De consecrat.* Dist. I. Cap. *Hoc quoque*, & Concil. Moguntino Cap. 43.

86. Ad Cap. XV. *Metropolitani electio.*] Sic cavetur Concil. Chalcedon. Cap. 29. ut celebretur Synodus bis in anno, eo in loco, quem Episcopus Metropolitanus designaverit. Supra de hac re diximus.

87. *Subscriptiones.*] In his omnibus subscriptionibus solus Athanasius Setabitanæ Ecclesiæ Episcopus subscribit, qui aliis interfuit Conciliis; is enim in VIII. Era occxc. & II. & a. subscribit; unde hic ut antiquior omnibus, post Metropolitam Quiricum secundo loco confirmat, cæteri omnes Episcopis aliis suffecti huic Synodo interfuerunt; ut Argemundus Ecclesiæ Oretanæ, qui successit Mauricio in x. Acisclus Complutensis Davilæ in c. Concordius Palentinæ Ascario in VIII. Etherius Bastitanæ Servo-dei in VIII. Egica Seguntiensis Vviderico in x. Felix Dianiensis Marcello in VIII. Gaudentius Valeriensis Stephano in a. Godisehalcus Oxomensis Egilano in a. Joannes Bigastrensis Giberio in a. Leander Illicitanæ Vvinibali in a. Memorius Segobriensis Eusicio in a. Mumulus Arcavicensis, per Procuratorem Balduigio in a. Palmatius Urcitanæ Marcello in x. Quiricus Urbis-Regiæ Eugenio in x. Ricilla Accitanæ Magnario in a. Svinterius Valentinæ qui Felici in VIII. Sinduitus per Procuratorem Segobiensis Anserico. Subscribit etiam Rogatus Beatiensis. Hujus Episcopatus mentio in aliis subscriptionibus non habetur. Omnes fere Episcopi sunt ex Metropoli Toletana; nam in s. Concilio Toletano omnes subscribunt, præterquam Palentinæ, Bastitanæ, Valentinæ, Segobriensis, qui etiam ad Carthaginensem Provinciam pertinent. LOAISA.

88. Primus omnium huic Concilio subscribentium ponitur Quiricus, *Urbis Regiæ Metropolitanus Episcopus*, qui Sancto Ildephonso successit, & Sanctum Julianum præcessit. Fortassis ex celeberrimo descensu Deiparæ Virginis ad honorandum Ildephonsum sibi devotissimum, & sessione supra Cathedram Episcopalem illius, quæ contigerat octo circiter annis ante hoc Concilium, fuit ortum, ut initio ejus dicatur celebratum *in Beatæ Matris Domini Mariæ Virginis Sede*. Cum enim esset recentissima memoria ejus miraculosæ descensionis, verosimile est, ut ab eo tempore Ecclesia ipsa Metropolitana appellaretur eo titulo, desumpto ex sessione Deiparæ supra Cathedram. Sed hoc intra limites solius conjecturæ dictum esto.

89. Alioqui gloriosissimam ipsam descensionem enarratam habemus, non modo ex testimonio Cixillæ Præsulis Toletani, sed etiam Juliani Diaconi ejusdem Ecclesiæ, in Præfatione sua ad Librum S. Ildephonsi, *De Virginitate perpetua Deiparæ*, quam ex ms. fideliter edidit insignis Academiæ Parisiensis Doctor Fevardentius, & nuper recudendam curarunt Anissonii Tomo XII. Biblioth. Maximæ Veterum PP. pagina 548. Nos vero edidimus supra. CARDINALIS DE AGUIRRE.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO

Ad Canonem V. nota in Præsulum excessus Ecclesiam identidem animadvertisse, & Leges statuisse, quibus quorundam Sacerdotum fraus, aut violentia, aut auctoritas, qua etiam in laicos ad suum quæstum, aut libidinem abutebantur, coercerentur. Inde quoque laici impunitate illecti, cum nihil non molirentur, ut in Clericorum mores mendacio sæpius admoto insurgerent, non lingua modo, sed etiam verberibus, & plagis in eos tandem exarserunt; quare Capitularium Libro 6. Cap. 98. & sequentibus, eorum securitati utcumque consulitur. Epistola S. Gregorii ad Felicem Episcopum Messanensem multa circa hæc statuit, & præsentem Canonem citat; sed cum supposititia inde vulgo a doctis existimetur, nullius hic debet esse ponderis.

Ad Canonem VII. nota, quod in Emeritensi Concilio diximus, hic adhuc Episcopis animi moderationem commendari: *Plus enim*, ut habet S. Leo, *erga corrigendos agere debet benevolentia, quam severitas.* Cum autem hac uterentur paullo durius; quosdam etiam *inauditos*, aut exilio, aut in carcerem retrusione, aut aliqua pœna mulctabant; ex quibus nonnulli in desperationem lapsi, mortem sibi consciverant; cui ne occasionem dedisse fingantur, & ne immode-

derantiæ, Judices agendo, damnentur, omnia scripto curent reo, aut pœnitenti significari. Ejusmodi pœnitentiæ in exilio, aut in carcere agendæ exempla suppeditant Concilium Narbonense, & Decreta Gregorii III. & in Capitulario, Lib. 5. legitur, Presbyterum in carnis crimen lapsum, flagellatum prius, & scorticatum, ad duos annos, & amplius, si Episcopo visum fuerit, detrudendum postea in carcerem. Vide etiam Concilium Germanicum.

Ad Canonem VIII. nota quæ in Baptismo voluntarie, & sponte fuissent oblata hic vetitum a Ministro percipi sub excommunicationis pœna. Nempe quod gratis omnino conferendum esset necessarium ad salutem Baptisma, quod jam ad Eliberitanum Concilium supra monuimus, ubi nummos in concham mitti prohibuit. Mirum est, Canone sequenti mitius actum in simoniacos; quorum crimen decernitur pœnitentia purge ejui, & postea *totius ordinis officiis restaurari*.

Ad Canonem X. nota, quod eo sensu Concilium Parisiense anni 1212. Parte 4. Capite 8. non tantum vult, ut professionem hanc edant; sed addit, *ut Episcopi formam professionis, quam in sua professione fecerint saltem bis in anno, scilicet semel in Synodo, & semel in Capitulo publice legant*. Notes obiter, inter Capita, quæ Episcopi observare pollicebantur, si essent ea ordinatione Sedis Apostolicæ, illud recenseri, quo spondebant, se Divina officia Romano more persoluturos; ut habet Liber Diurnus, Cap. 3. Tit 7. in Mabillonii Musæo Italico.

Ad Canonem XI. nota I. ex Judæis quosdam vi, nec sponte factos Christianos, ut ab intentatis pœnarum minis liberarentur, ut Concilium Tolet. 4. monet, etiam ad communionem accessisse; ex quo cum accidisset, ut ex illis plures, aut acceptam communionem ausu sacrilego conspuerent, aut nollent eam etiam interposita pœna glutire, vel oblatam sumere; & occurreret quandoque cum ejusmodi pseudocatholicis fidelis, qui revera ex infirmitate porrectam hostiam non posset sorbere, hoc Canone statui, hunc Ecclesiasticæ pœnæ minime subjacere. Si autem hoc sacrilegium non ex infirmitate commiserit, eundem perpetua, aut saltem ad quinquennium communione privandum. Si vero fuerit Infidelis, verberibus antea exceptum, perpetuo tandem exilio mulctandum. Eadem porro cura, qua sub Vvamba Hispano Rege Judæorum conversioni consulitur, sub aliis Principibus alibi prospectum est. Sic quoad Saxones Trithemius loquens de Carolo Magno, Lib. 6. Polygraphiæ ait: *Veritus autem, ne denuo, sicut pluries fecerant, apostatarent a Fide, secretos quosdam instituit exploratores, quibus Judiciariam contulit potestatem, qui totam Saxoniam peragrantes de Fide, ac moribus Gentis secrete inquirerent diligenter*. Nota 2. hoc idem, quoad ementitam, sacrilegamque communionem, facinus a quibusdam pseudoneocatholicis nuper perpetratum, & flammis expiatum; in quod ne incurrerent, ex iis nonnulli, ex conductiorum Sacerdotum manu communes, nec consecratas hostias postea excepe-

runt; quod adstantium idololatriæ occasionem præbuit, quam nisi sunt quidam excusare ex facto Hugonis Victorini, cui, ob stomachi nauseam, porrectam fuisse Hostiam non consecratam ferunt; hanc namque fraudem cum Divinitus ille detexisset, hujus Auctores durioribus verbis increpavit. Habetur ea Responso Innoc. 3. Cap. *De homine*, De celebrat. Missæ, quantum crimen sit Deo sic illudere. Interrogatus quippe de Sacerdote, qui in peccato mortali Sacrum celebraturus finxerat se consecrare, nec consecraverat; respondet, quod quoad Sacrificium, *is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccat graviter, si se ingerat irreverenter ad illud, gravius tamen dum videtur offendere, qui sic fraudulenter illud simulare præsumpserit*. Nota 3. amentes lucidis nimirum intervallis potuisse communione donari, sicut & ipsos energumenos; imo & infantes, qui tum adhuc post Baptismum Eucharistiæ Sacramento donabantur. Cujus moris defensorem Augustinum Cardinalis Henricus de Noris contra eum allatrantes vindicavit. Augustino quippe cum aliis adstipulatur Ambrosius in Lib. de Myst. Cap. 8. ubi de Eucharistia Baptismum mox consequente ait: *Depositis inveterati erroris exuviis renovata, ut aquilæ, juventute, cæleste illud festinat adire convivium*. Hæcque communio ad Baptismi quasi validitatem tanti æstimabatur, ut Gelasius Papa Epist. 7. de infantium sine Eucharistia decedentium salute dubitaverit; & mos ille etiam sæculum decimum excesserit. Corporis Christi loco ultimis sæculis vinum purum pueris recens baptizatis porrigebatur; & ex abusu alicubi hæc adhuc verba a ministrante dicebantur: *Corpus & Sanguis &c.* Hugo Victorinus, Lib. 1. *De Sacram.* vult, pueris Eucharistiam in specie Sanguinis fuisse ministratam, intincta scilicet in eum Sacerdotis digiti extremitate, quam illi sugebant. Passim in Oriente Eucharistia iisdem pueris cum Baptismo confertur, sub eadem specie Sanguinis, qui sugendus ex cochleari infantium ori admovebatur. Qua ætate porro valeant hodie adhuc infantes communione donari? Certe si innocentes essent moribus, decennes olim ad Eucharistiam accedebant; imo nec ad ætatem usquam respiciebatur, si ægroti in vitæ discrimen venissent, *ne sine communione moriantur*, ut loquuntur Capitularia Libro 1. num. 161. verum non temere, ut loquitur Concilium Turonense II. *indiscrete tribuatur*.

Ad Canonem 14. nota, fuisse tum frequentes quasi in girum agitationes, quam infirmitatem hodie *vapores*, seu *vertigines* placuit nuncupare. Cum autem inde subiti lapsus Sacra etiam agenti Sacerdoti acciderent; huic malo præcavendum Patres duxerunt, adscito sacrificanti socio, qui eo casu Sacrificium cœptum ab alio perficeret. Docetque Concilium Toletanum VII. hunc debere esse jejunum. Lege etiam ad hoc Concilium Moguntinum. Inde forsan ortus mos videtur, quo in solemni Missa celebranti Sacerdos alius adest quasi coadjutor, initio ad necessitatem, hodie ad honorem.

IN

IN NOMINE DOMINI

INCIPIT CONCILIUM BRACARENSE * III.

Quod factum est sub anno IV. gloriosi Domini nostri Vuambani Regis, Era 713. idest, anno Christi 675.

**Quartum erat in uno ms. ut patet ex aliis, & ex Ivone p. 5.c.85. & hæc*

TITULI CAPITULORUM.

I. *De Fide.*
II. *Ut repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum, & vinum aqua permistum in Sacrificio offeratur.*
III. *Ne vasa Domini sacrata humanis usibus serviant.*
IV. *Ne Sacerdos sine Orario Missam audeat celebrare.*
V. *Ne Sacerdotes, sive quicumque ex Clero, sine testimonio cum quibuslibet feminis habitent.*
VI. *De damnata præsumptione quorumdam Episcoporum, qui in Festivitatibus Martyrum ad Ecclesiam procedentes, appensis collo reliquiis, ab albatis Diaconibus in sellulis vectantur.*
VII. [a] *De honesta honoratorum disciplina.*
VIII. *Ne repromissione munerum honoris gratia venundetur.*
IX. *Ne* [b] *Rectores Ecclesiæ plus propria, quam Ecclesiastica jura laborare intendant.*

a *De honestate honoratorum, & disciplina.* Exc.
b *Actores.* Exc.

I. *De Fide.*

1. DEcenter satis per Divinum Spiritum in Bracarensi Urbe collecti, de his, quæ intra Dei Ecclesiam perversa actione geruntur, tractaturi convenimus; ut adjuvante nos illo, qui dicit: *Ubicumque fuerint duo, vel tres in Nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*; pari animo, parique devotionis studio exsurgentes, male habitos exstirpemus errores. Etenim dum nos in unum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati, primum de Sanctæ Fidei sacramento cœpimus habere sermonem; scilicet, ne aut vanitate disputantium, aut nescientia simplicium, erroris quippiam in hoc sacrosancto * sacramento Fidei teneretur. Unde cum omnes nos in vera Fide, ut speculum perlustraremus illæsos; in eo, quia nullum nostrum schismatici erroris [c] fœdaverat turbo; sed vera nos, & simplex in hoc sacramento Apostolica ostendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregimus Deo. Quam tamen nostræ Fidei regulam ipsis verbis, atque sententiis commemorando retexímus, quibus eam declaratam esse scimus in conventu Nicæni Concilii. Et ideo,

* *Desid.* Exc.
c Fatigaverat. *Exc. al.* fuscaverat.

2. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium conditorem; in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum; ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo; lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri (hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ) per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra; qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto, [d] & ex Maria Virgine homo factus; passus sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit; ascendit in cælos; & sedet ad dexteram [e] Patris; inde [f] venturus judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum Sanctum, Dominum & vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum; qui locutus est per Prophetas; [g] in unam Catholicam atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma, in remissionem [h] peccatorum; carnis resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

d Natus ex Maria Virg. *Exc.*
e Dei Patris. Iterum vent. *Exc.*
f Vent. in gloria jud. *C. A.*
g Et unam sanctam Catholicam. *Exc.*
h Pecc. exspectamus resurrectione mort. *Exc.*

3. Post hujus sanctæ Fidei sacramentum, relatus est in [i] concione nostrorum omnium error manifestus pariter, & diversus, qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quanta & perversitate comprobatur [k] admitti. Quidam enim in Sacrificiis Domini relati sunt lac pro vino; pro vino botrum offerre; Eucharistiam quoque vino madidam, pro complemento communionis credunt populis porrigendam; &, quod pejus his omnibus est, quidam Sacerdotum in vasis Domini epulas sibi apponunt, & manducare in eis præsumunt. Quidam etiam ex Sacerdotibus relati sunt, quod Ecclesiasticæ consuetudinis ordine prætermisso, Missam sine Orariis audeant dicere, & quod in solennitatibus Martyrum Reliquias suo collo imponant, & in sellulis non abaliis se portandos,

i Cognitione. *Exc.*
k Inundi. *Exc.*

dos, nisi ab albatis Diaconibus, credant. Illud quoque quod plerique Sacerdotum absque testimonio cum feminis commorentur; & quod quidam illorum honoratos fratres suos verberibus indiscretis subjiciant; nec non & illud, quod quidam [a] simoniæ cupiditate arrepti, quos ordinaturi sunt, sub cautione dimittant; qualiter postquam ordinati fuerint, pecuniam ab ipsis promissam accipiant. Illud quoque, quod familiam Ecclesiæ in propriis laboribus quassant; damnum rebus dominicis facientes. Quæ omnia ne confuse viderentur esse prolata, discretis Titulorum ordinibus credimus subnectenda.

a Simonis. *C. A.*

II. Ut repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum, & vinum aqua [b] permistum in Sacrificio [c] offeratur.

b Permixta. *C. A.*
c Offerantur. *Exc.*
De consecr. d. 7. Cum omne crimen. *Id prohibitum est can. Apostol. iij. ne mel aut lac offeratur præter ordinationem Domini.*
d Expressum vinum. *Exc. & tit.* De consecr. *dist.* 2. Non recte.
e Cognosc. commendata. *Exc. tit.* De consecr. cognoscimus dedisse. *Matt.* 26.
f Sacrificio. *Exc.*

4. Cum omne crimen, atque peccatum oblatis Deo Sacrificiis deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa oblatione Sacrificii erratur? Audivimus enim, quosdam schismatica ambitione detentos, contra Divinos ordines, & Apostolicas institutiones, lac pro vino in Divinis Sacrificiis dicare; alios quoque intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere; quosdam etiam [d] non expressum vinum in Sacramento Dominici Calicis offerre, sed oblatis uvis populos communicare. Quod quam sit Euangelicæ, atque Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso Fonte veritatis probabitur; a quo ordinata ipsa Sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim Magister veritatis verum salutis nostræ Sacrificium suis commendaret Discipulis, non illis lac, sed panem tantum, & Calicem sub hoc Sacramento benedixisse [e] cognoscimus. Ait enim Euangelica Veritas: *Accepit Jesus panem, & Calicem, & benedicens, dedit Discipulis suis.* Cesset ergo lac in [f] sacrificando offerri, quia manifestum, & evidens exemplum Euangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem, & vinum, aliud offerri non sinit.

Joann. 13.
g Demonstraret. *Exc.* *Julius Papa ad Episcopos per Ægyptum tit.* De consect. *d.* 2. *c.* Non debet *Omnia hæc ex Epist. Julii Papa ad episcop. Ægypti.*

5. Illud vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam, populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium recipit, ubi Apostolis Corpus suum, & Sanguinem commendavit; seorsum enim panis, & seorsum Calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem illis Christum præbuisse non legimus, excepto illi tantum discipulo, quem intincta buccella Magistri proditorem ostenderet; non quæ Sacramenti hujus institutionem [g] signaret. Nam quod de inexpresso botro, idest de uvæ granis, populus communicatur, valde est omnino confusum. Calix enim Dominicus, juxta quod quidam Doctor edisserit, vino, & aqua permistus debet offerri; quia videmus, in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi Sanguinem Christi. Ergo quando in Calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur; credentium plebs ei, in quem eredit, copulatur, & jungitur; quæ copulatio, & junctio aquæ, & vini sic miscetur in Calice Domini, ut commistio illa non possit separari; nam si vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrum solum offertur, in quo vini tantum efficientia demonstratur, salutis nostræ sacramentum negligitur, quod per aquam significatur; non enim potest Calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur.

h Statum. *Exc.*
i Quod. *Exc.*

6. Et ideo, quia jam ex hoc plurima, & multiplex majorum emanavit sententia, quorum pietas in Deum religiosa, horum Sacramentorum, & efficientias copiose disseruit, & institutiones verissime declaravit, omnis talis error, atque persumptio cessare jam de cætero debet; ne perversorum ordinata compago [h] senatum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps licitum erit, aliud in Sacrificiis Divinis offerre, nisi juxta antiquorum sententias Conciliorum, panem tantum, & calicem vino, & aqua permistum; de cætero aliter quam præceptum est faciens, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus, ad gradus sui officium redeat, [i] quem amisit.

III. Ne vasa Deo sacrata humanis usibus serviant.

7. Omni cura, omnique studio providendum est, ne hi qui locum videntur regiminis obtinere, contumeliam videantur inferre cælestibus sacramentis.

tis. Etenim, quod, & auditui [a] horribile, & visui exsecrabile judicatur, relatum est nobis, quod quidam Sacerdotum sacrilega temeritate præcipites, vasa Domini in proprios usus adsumant, epulasque ubi in eis [b] comesuras apponunt. Quod malum, & obstupentes deflemus, & deflentes obstupescimus; ut illic humana temeritas sibi epulum præparet, ubi Sanctum Spiritum cognoscitur advocasse; & ibi esum carnium crapulatus assumat, ubi Divina visus est celebrasse Mysteria; & in quibus [c] tantæ rei Sacramentum pro expiatione delictorum [d] percepit, in his expleat voluntatem ludibrii sui.

8. Et ideo hujus de cætero præsumptionis persona, quæ sciendo Divina vasa, vel ministeria, aut in usum suos transtulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumendum elegerit; gradus sui, vel officii periculum sustinebit; ita tamen, ut si de sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur; si vero Religiosus, ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis sententia & illi obnoxii tenebuntur, qui Ecclesiastica ornamenta, vela, vel qualibet alia indumenta, atque etiam utensilia, sciendo in usus suos transtulerint, vel aliis vendenda, vel donanda crediderint.

a Terribile. *Exc.*
b Comedendas *Exc.*
c Tantum sibi offerri sacramenta pro *Exc*
d Præcept. *Exc.* 23. *dist.* cap. Ecclesiast. instit. *De orario nobis supra dictum est.* Conc *Tolet. iv. cap.* 28.

IV. *Ne sacerdos sine Orario Missam audeat celebrare.*

9. Cum antiqua Ecclesiastica noverimus institutione præfixum, ut omnis Sacerdos, cum ordinatur, Orario utroque humero ambiatur; scilicet, ut qui imperturbatus præcipitur consistere, inter prospera, & adversa, virtutum semper ornamento [e] utrobique circumseptus [f] appareat; qua ratione tempore Sacrificii non assumat, quod se in Sacramento accepisse [g] non dubitatur? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in [h] consecratione, hoc & retineat in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, ut cum Sacerdos ad solennia Missarum accedit, aut pro se Deo Sacrificium oblaturus, aut Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam Orario utroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus; ita ut de uno eodemque Orario crevicem pariter, & utrumque humerum premens, signum in suo pectore [k] præferat Crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ [l] subjacebit.

e Utroque. *Exc.*
f App. humero. quā *Grat.*
g Non dubitat *C. A. & Grat.*
h Cons. honoris hoc retineat, & in obl. *Exc. & Grat.*
i Per se. *Exc.*
k Præparet *Exc*
l Subjaceat. *Exc.*

V. *Ne Sacerdotes, sive quicumque ex Clero, sive testimonio cum quibuslibet feminis habitent.*

10. Quanquam antiqua Canonum institutio de hujusmodi præsumptione absolutas, multiplices disciplinas, atque institutiones ediderit; nos tamen brevitatis caussa, omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, ut nullus Sacerdotum, sive quisquis ille de Clero, absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secrete se præsumat adjungere, non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis, ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisquis ille solutus, familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis transgressor, sex mensibus se noverit pœnitentiæ legibus subjacere.

VI. *De damnata præsumptione quorundam Episcoporum, qui in festivitatibus Martyrum ad Ecclesiam procedentes, appensis collo Reliquiis, ab albatis Diaconibus in sellulis vectantur.*

11. Bona quidem res est, Divina Sacerdotibus contractare mysteria; sed cavendum valde est, ne hoc quisque ad usum pravitatis suæ intorqueat, unde soli Deo de bono conscientiæ placere debuerat. Scriptum est enim: *Væ his, qui faciunt opus Domini fraudulenter, & desidiose!* Ut enim quorundam Episcoporum detestanda præsumptio nostro se cœtui intulit dirimenda, agnovimus quosdam de Episcopis, quod in solennitatibus Martyrum ad Ecclesiam progressuri, Reliquias collo suo imponant; & ut majoris fastus apud homines gloria intumescat (quasi ipsi sint Reliquiarum Arca) Levitæ albis induti in sellulis eos deportant. *Hierem.* 48.

12. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet; ne sub sanctitatis specie, simulata vanitas sola prævaleat, si modum suum uniuscujusque ordinis reverentia non agnoscat. Et ideo antiqua in hac parte, & solennis consuetudo servabitur, ut in Festis quibusque Arcam Dei cum Reliquiis, non

 Epi-

Episcopi, sed Levitæ gestent in humeris, quibus, & in veteri Lege onus id & impositum novimus, & præceptum. Quod si etiam Episcopus Reliquias per se deportare elegerit; non ipse a Diaconibus in sellulis vectabitur; sed potius pedisequa eo, una cum populis progressione procedente, ad conventicula sanctarum Ecclesiarum Sanctæ Dei Reliquiæ per eundem Episcopum portabuntur. Jam vero, qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quamdiu in hoc vitio fuerit, a sacrificando cessabit.

VII. *De honesta honoratorum* a *disciplina.*

a *Doctrina. C. A. Dist. 25.* Cum B. Apost. *1. Timoth. 4.* b Præc. extra hanc doctrinâ novimus. *Grat* * *Deest. Exc. & Grat.*

13. Cum B. Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia b præcipiat, & doctrina; novimus, quosdam e Fratribus tantis cædibus in honoratos * subditos * effervescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qui gradus jam Ecclesiasticos meruerunt, idest, Presbyteri, Abbates, sive Levitæ, excepto gravioribus, & mortalibus culpis, nullis debeat verberibus subjacere, Non est dignum, ut passim unusquisque Prælatus honorabilia membra sua, prout voluerit, & complacuerit, verberibus subjiciat, & dolori; ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat; juxta illud, quod quidam Sapiens dicit: Leviter castigatus, reverentiam exhibet castiganti; c asperitatis nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec salutem. Et ideo si quis aliter quam dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia tantum crediderit verberandos, juxta modum verberum, quem intulerit, excommunicationis pariter, & exsilii sententiam sustinebit.

D. ad Leg. Aquiliam Præceptoris. c Asperitas autem nimiæ increpationis. *C. A.*

VIII. *Ne* d *repromissione munerum honoris* e *gratia venundentur.*

d Promissione. *C. A.* e Gratia venum detur. *C. A Vide 1. Bracar cap. 3. ubi de hac re scripsimus.*

14. Quia non expedit, ut donum Sancti Spiritus pecuniis comparetur, quamquam ex hoc antiquorum Canonum disciplinæ, & multiplices maneant, & diversæ; tamen, quia necesse est, ut frequentius retundatur quod sine intermissione præsumitur; ideo novellæ hujus institutionis formam instituentes decernimus, ut quicumque pro conferendo cuiquam Sacerdotii gradu, aut munus quodcumque, aut promissionem muneris, antequam ordinetur, acceperit; vel etiam postquam ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumpserit munerari; sive ille qui dederit, sive qui acceperit, juxta sententiam Chalcedonensis Concilii, gradus sui periculum sustinebit.

Ivo p. 5. c. 85. *Can. 11.*

IX. *Ne Rectores Ecclesiæ plus propria, quam Ecclesiastica jura laborare intendant.*

15. Non decet Rectores Ecclesiæ in suis strenuos, & in Ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam Sacerdotum familias Ecclesiæ in suis propriis laboribus quassent, rei propriæ profectum augentes; Dominicis vero dispendium nutrientes. Unde quicumque sub hoc neglectu res Divinas laborare distulerit, speciali placito distringendus est; qualiter si de rebus, seu augmentis Ecclesiæ quæstum f vel labores rei propriæ auxit; ut ex hoc Ecclesiasticis rebus, aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quicquid in rebus Ecclesia g minorationis exhibuit, tantum de rebus propriis Ecclesiæ illi restituat, ex cujus rebus, atque suffragiis suos convictus fuerit ampliasse labores.

12. *q.* 4. Quicumque sub hoc. f Laboribus suis proprie auxit, & ex hoc. *Exc. & Grat.* g Minuit, illi restituat, ex cujus reb. *Grat*

16. Quod si aliquid pro utilitatibus Ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendii, vel perditionis quippiam pertulerit; si hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus ejusdem Ecclesiæ reformabitur, pro cujus utilitatibus id expendisse comprobatur. Gratias itaque peragimus omnipotenti Deo. Post hæc sit pax, salus, & diuturnitas piissimo, & amatori Christi Domino nostro Wambano Regi, cujus devotio nos ad hoc Decretum salutiferum convocavit; Divinam postulantes clementiam, ut gloria Christi Regnum ejus corroboret, usque ad ultimam senectutem; præstante ipso, qui cum Patre, & Spiritu Sancto unus vivit, & gloriatur in Trinitate Deus, in sæcula sæculorum, Amen.

Subscriptiones.

1. Leodecisus in Christi nomine Episcopus, cognomento Julianus, has Constitutiones secundum quod nobis cum Sanctis Coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, Deo inspirante, complacuit, & relegi, & subscripsi.

Ge-

2. Genetivus in Christi nomine Ecclesiæ Tudensis Episcopus, similiter.
3. Froaricus Deo jubente Portucalensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
4. Bela in Christi nomine Britaniensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
5. Isidorus Asturicensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
6. a Alarius Deo jubente Aurisinæ Ecclesiæ Episcopus, similiter.
7. Rectogenis in Christi nomine Lucensis Ecclesiæ Episcopus, similiter. a Hilarius. C. A.
8. Ildulfus, qui cognominor Felix, Iriensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.

N O T Æ   V A R I O R U M,

17. Bracarensa II. actum fuit Era DCX. anno II. Mironis Regis. Tertium vero post elapsos centum, & tres annos, Era DCCXIII. Verum ex eadem Provincia in aliis Conciliis interfuerunt Episcopi; ut Alarius, sive Hilarius, Aurefinæ Ecclesiæ, qui successit Sonæ, qui in VIII. Tolet. subscribit. Bela Britanensis, vel Britoniensis, ut est in Bracar. II. qui successit Servo-dei in VIII. Fruaricus Portucalensis, qui Flavio in a. Tolet. Genitivus Tudensis, qui Beato in VIII. Isidorus Asturicensis, qui Elpidio in a. Toletano. Ildulfus Felix Iriensis, qui Vincibili in VIII. Tolet. Leodecisus Julianus Bracarensis, qui Fructuoso, in a. Tolet. Rectogenis Lucensis, qui Hermentredo, in a. Tolet.

EPISCOPATUS METROPOLIS BRACARENSIS.

In III. Bracar.	*In Bracar. II.*	*In Concil. apud Lucum.*
1. Bracara.	1. Bracara.	1. Lueo.
2. Aurefina.	2. Egitania.	2. Astorica.
3. Tude.	3. Conimbrica.	3. Auria.
4. Astorica.	4. Viseo.	4. Britonia.
5. Iria.	5. Lameco.	5. Tude.
6. Portucale.	6. Magneto.	6. Iria.
7. Britania.		
8. Lueo.		

In Codicibus mss. sunt subscriptiones, ut posuimus; unde corrupte in aliis ponitur Julianus Hispalensis. Bela Britaniensis est in mss. Est Bela nomen Gothicum, nunc generosæ familiæ Ayalæ gentile.

18. Ad Cap. I. *Concilium Bracarense.*) Bracara, hodie Braga, in Provincia Lusitaniæ, caput totius Regni in spiritualibus. Dicitur Augusta-Bracarum Plinio; Βράκαρ Ptolemæo. In veteri nummo sic scriptum est:

RECCESVINTHVS REX.
BRACARA PIVS.

Vocatur Bracar-augusta; inde Bracar-augustani, ut docet vetus inscriptio marmori insculpta, quam exscripsit Lipsius in Libro *Inscriptionum antiquarum*,

ISIDI AVG. SACRVM.
LVCRETIA FIDA. SACERDOS PERP.
ROM. ET AVG.
CONVENTVS BRACARAVG. V. D.

19. Ad Cap. II. *Vino, & aqua.*) *De consecrat.* Di I.2. *Cum omne.* Et S. Cyprianus Epist. III. Lib. 2 exponens illud: *Bibite vinum, quod miscui vobis*; in tota hac Epistola id intendit, ut probet, nec calicem cum aqua sine vino recte offerri, neque vinum absque aqua, juxta Christi traditionem, consecrari. Hujus Epistolæ meminit D. Augustinus Lib. 4. *De Doct. Christiana*, Cap. 21. & Concil. Chartag. III. Cap. 24. cui Divus Augustinus interfuit; sic enim habet: *Ut in Sacramentis Corporis, & Sanguinis nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis, & vinum aqua mistum.* Et habetur *De consecr.* Dist. 2. Cap. *In Sacramento.* Et Innocentius III. errorem eorum correxit, qui dicebant, aquam converti in phlegma; habeturque Lib. 3. Decretal. Tit. *De celebrat. Missa*, Cap. *In quadam nostra.* Idem Alexander PP. & Martyr. V. a B. Petro, in Epistola ad omnes orthodoxos: *Non debet* (inquit) *in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permistum, quia utrumque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur.*

20. Qua de causa S. Irenæus calicem vocat temperamentum Lib. 4 Cap. 47. & calicem mistum. Et Julius Papa in Epist. ad Episcopos Ægypti. Ambrosius Lib. 5. *De sacramen.* Cap. 1. S. Hieronymus in Marcum Cap. 14. Damascen. Lib. 4 *De orthodoxa Fide*, Cap. 14. Duas hæreses evertit Concilium Trullanum Can. XXXII. alteram Hydroparastatarum, qui aqua sola in sancti calicis Sacrificio utebantur. Epiphanius hæresi 30. & 42. *De Aquariis*, & August. hæresi 44. ad Quodvultdeum; & *De Ecclesiasticis dogmatibus*, Capite 75. *Non debet*, inquit, *pura aqua inferri, ut quidam sobrii ætatis falluntur imagine; sed vinum cum aqua mistum.* Alteram Armeniorum, qui nonnisi vinum purum offerunt. Cujus erroris meminit Theophylactus ad Cap. 19. Joannis. Nicephorus Lib. 18. Cap. 53. Demum Synodus magna Tridentina Sess. XX. Can. IX. *Si quis dixerit, aquam non miscendam esse vino in Calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem, anathema sit.* Trullana Synodus, quæ sub nomine VI. Synodi circumfertur, Can. LVII. vetat ad Altare mel & lac offerre. Et Can. Apostol. 3. *Si quis Episcopus.*

21. Ad Cap. V. *Antiqua Canonum.*) Ut patet Lib. 3. Decret. Tit. *De cohabitatione Clericorum, & mulierum.* Concil. Constantinup. VI. Cap. 5. & 27. Q. I. *Si quis.* Bene ait Augustinus Psal. 5. & Lib. 4. Homil. 21. *Mulier longe, libido prope.*

22. *Etiam fratribus.*] Concilio I. Niceno Cap. 3. contrarium cavetur, videlicet,

ut liceat Episcopo, & Presbytero matrem, sororem, amitam, & eas etiam personas habere, quæ suspicionem omnem effugiant. Concilium Carthaginense III. Cap. 17. hanc ulterius indulgentiam extendit; videlicet, *ut cum Clericis solæ matres, aviæ, materteræ, amitæ, sorores, & filiæ fratrum, aut fororum, & quæcumque ex familia, domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant. vel si filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperint, aut servis non habentibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.* Atque huic Concilio D. Augustinus ipse subscripsit; sed quod aliis concessit, sibi ipsi interdixit. Nam feminarum, & in eis sororis, & fratris filiæ contubernium, & familiaritatem vitavit; quippe qui sibi dicere solebat: Etsi propinquæ mulieres suspectæ non essent, tamen quæ ad eas venirent, posse suspicionem efficere.

23. De pœna, quam incurrunt eæ mulieres, quæ contra interdictum, Clericis cohabitant, habes Concil. Hispal I. Cap. 3. Concilio Matiscon. Can. 11. cavetur, ut nulla mulier in cubiculo Episcopi, absque duobus Presbyteris, aut certe Diaconis, ingredi permittatur. Et Concil. Carthag. 1. Cap. 3. ex sententia Grati Episcopi decernitur, ut in una domo nullus Clericus cum extranea femina commoretur; & Cap. 4. neque cum viduis. nisi fuerint germanitate conjuncti. Idem Concil. Carthag. IV. Can. CII. Idem Lucius PP. XXI. a Petro, in Epist. ad Episcopos Galliæ, & Hispaniæ: *Clericus solus*, inquit, *ad feminæ tabernaculum non accedat, neque frequenter properet, sine majori natu Sacerdotis jussione; & ne solus Presbyter cum sola femina fabulas misceat; & si quid agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa a liminibus Ecclesiæ arceatur.* Et ut nullus Clericus cum extranea habitet femina, nisi soror, aut proxima fuerit, habetur D. 81. Cap. *Clericus solus* Gregorius Magnus Januario Episcopo Calaritano, Ep. XXVI. & per totam Dist. 81. Idem multis Sanctorum Patrum testimoniis decernitur. LOAISA.

24. *Sex mensibus se noverit pœnitentiæ subjacere.*] Pœnitentiam publicam accipere, legibus pœnitentiæ subjacere, infinite, & absolute enunciata, non mihi videntur aliter intelligi debere, quam de pœnitentia ordinaria, cui Clerici sese submittebant. Deinde pœnitentia publica secretæ & in secessu factæ opponitur. Idem præterea clarissime demonstrat pœnitentiæ spontaneæ ab ipsis Episcopis, nedum ab inferioribus Clericis, assumptæ consuetudo, in Hispania præsertim usitata, qua pœnitens publicæ manuum impositioni cum lugubri veste supponitur. MORINUS, *De Pœnit.* Lib. 4. Cap. 14. num. 14.

25. Ad Cap. VI. *Reliquias colla suo.*] Reliquias Sanctorum debito honore esse venerandas, decretum est Concil. Nicæno II. Act. 1. in Concess. Catholica, Actione 3. *Servator*, inquit, *noster Christus fontes salutares, Sanctorum Reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fungentes, unguentum redolentis suavitatis scaturientes, &, ut inquit magnus Doctor, cui ab immortalitate nomen est, Martyrum ossa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis visum impartiunt, lepras mundant, tentationes, & mœrores solvunt; atque id per Christum, qui in ipsis habitat.* Hæc Nicæna Synodus adversus Iconoclastas. Conc. Trident. Sess. 25. sic dicitur: *Sanctorum quoque Martyrum, & aliorum cum Christo viventium sancta Corpora, quæ viva membra fuerunt Christi, & templum Spiritus Sancti, ob ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificanda, a Fidelibus veneranda esse, per quæ multa beneficia a Deo hominibus præstantur.* Et alia multa de hac re scripta sunt a Viris piis, & doctis, adversus impiam hæreticorum audaciam, Sanctorum Corpora, quæ fuerunt Spiritus Sancti organa, & viva membra, odio, & armis oppugnantium.

26. Præsertim probat Reliquiarum antiquissimum cultum S. Clemens, Lib. 6. *Const. Apost.* Cap. 29. ex contactu cadaveris Elisæi Prophetæ, mortuum suscitantis, 4. Reg. 13. Idem Cyrillus Hierosolym. Catech. 18. Et Josephi ossa jam vita functi prophetantia Eccles. Cap. 49. Augustinus, Sermone 29. *De Sanctis*, sic inquit: *Si opem ferre poterat umbra Corporis Petri, quanto magis nunc plenitudo virtutis? si tunc supplicantibus proderat aura quædam pertranseuntis, quanta magis nunc gratia permanentis? Merito per omnes Christi Ecclesias auro pretiosius habetur ferrum illud pœnalium vinculorum. Si tam medicabilis obumbratio visitantis, quanto magis catena vincentis?* Hæc S. Augustinus.

27. Idem probat Basilius Homil. 40. ad Martyres, Ruffinus Lib. 1. Cap. 35. Sozomenus, Lib. 3. Cap. 18. Theod. Lib. 3. Cap. 10. Verum D. Ambrosius, *De cultu Reliquiarum*, sic inquit Serm. 92. *Honoremus Beatos Martyres, principes Fidei, intercessores Mundi, præcones Regni, cohæredes Dei. Quod si dicas mihi: Quid honoras in carne jam resoluta, atque consummata, de qua jam Deo nulla cura est? Et ubi est illud, charissimi, quod ipsa Veritas loquitur per Prophetam. Pretiosa* (inquit) *est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.* Et paulo post: *Honoro ergo in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices; honoro viventis memoriam, perennitatem virtutis; honoro per confessionem Domini sacros cineres.* Rursus: *Cur autem non honorent Corpus illud Fideles, quod reverentur dæmones, quod afflixerunt in supplicia, sed glorificant in sepulchro? Honoro itaque Corpus, quod Christus honoravit in gladio, quod cum Christo regnavit in Cœlo.*

28. Ultimo apponam S. Hieronymi fragmentum ex Libello adversus Vigilantium Barcinonensem Presbyterum, vel potius adversus dormientes hujus temporis hæreticos scriptum: *Ergo sacrilegi sumus* (invehitur in Vigilantium) *quando Apostolorum Basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas Reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii se sentire præsentiam confitentur? sacrilegus dicendus est nunc Augustus Arcadius, qui ossa B. Samue-*

muelis, longo post tempore de Judæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui judicandi, qui rem vilissimam, & cineres dissolutos, in serico, & vase aureo portaverunt? Stulti omnes Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis Reliquiis, & tanta lætitia, præsentem, viventemque Prophetam cernui, susceperunt, ut de Palæstina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Christi laudem uno voce resonarent? videlicet adorabant Samuelem, & non Christum, cujus Samuel, & Levita, & Prophetes fuit.

29. Possumus nos quod ille de Arcadio sui temporis Imperatore dixit, de Philippo Hispaniæ Rege Catholico, & piissimo dicere, adversus hæreticos hujus sæculi. Sacrilegus & nunc dicendus est Philippus, qui Reliquias B. Eugenii, & Leocadiæ humeris impositas pie, & religiose in Ecclesiam Toletanam, Philippo filio, & aliis Principibus sociatus, immisit? & in Cœnobio D. Laurentii, ab ipso mira structura exædificato, conquisitas ex omni Christiano Orbe, magno studio, Sanctorum beatas Reliquias, vasis auro, & gemmis clarissimis, & fulgentibus, & cælatis, distinctis, magno cultu, & religione colit, & veneratur? Ita ut Philippus Princeps natu maximus, adolescens summæ spei, soleat detecto capite, genibus flexis, eisque innixus, pulverem vasorum abstergere.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Operæ nunc pretium duco referre hoc loco Notas eruditi Auctoris Delectus Actorum Ecclesiæ universalis. Itaque ad Canonem III. nota 1. Sacerdotes quosdam sacra vasa etiam in proprios usus adhibuisse, & *epulas* in eis comedendas apposuisse. Quippe iam non ut initio, *terra rubens crater, pocula fagus erat*; sed vasa Ecclesiæ erant ea auro, & argento conflata, quæ in epulis pro splendore assumebant Sacerdotes. Ex quo discimus, Patenas, quibus instar lancis, aut calicillorum utebantur, & in quibus Corpus Christi solebat confici, fuisse solito hodierno more grandiores, & eas a communi ejusmodi supellectile vix fuisse forma distinctas; cum alioquin vel eas tangere reformidassent, si qualiscemque in convivis fuisset Fides, & Religio. Idem autem jam vetuerat Apostolorum Canon II. quo cavetur, *ne quis vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum in usum suum amplius convertat*. Instructa quidem jam sacra supellectile Templa etiam primis sæculis Lucianus innuit in Philopat. dum locum, quo Christiani conveniebant χρυσόροφον οἶκον, seu domum aurato fastigio insignem vocat; & apud Prudentium mentio fit auri, in quo libabant Antistites, & scyphorum argenteorum, qui pro Sacrificiis adhibebantur. Horum porro pravum usum Canon prohibet; quod nefas sit vasa ad Dei cultum destinata in profanos usus impendere. Nota 2. videri in Hispaniarum Regionibus Christianos in Religionis negotio adhuc rudes; quod circa Festorum observationes, circa Sacramenti Eucharistiæ materiam, circa vestes, & vasa sacra, & denique circa vigentes tum adhuc infinitas prope superstitiones passim annotavimus; quibus equidem varia Hispana Concilia mederi satagerunt.

Ad Canonem V. nota, sorores hic a Clericorum contubernio prohibitas, ob vulgarem, quam Augustinus adhibuit rationem. Sic Theodulphus Aurelianensis, & Concilium Nannetense definitionibus suis huic Canoni suffragantur. Nulla quidem inter fratrem & sororem potest esse mali suspicio, cum hujus horrorem natura ipsa inspiret. Verum mulier, quæque sit, Clerico, quisquis ille sit, exitiosa esse potest. Hinc Basilius in Epistola ad Gregorium scribens de muliere, quam hic etiam septuagenarius, ut alibi monuimus, pro cura domestica domi detinebat, donec eam dimitteret, sic loquitur: *Si sexcentas Epistolas ad me scribas, nihil te juvabunt; sed suspensus vitam finies*. S. Chrysostomus eadem mente, & asperioribus adhuc verbis in ejusmodi mulierum cum Clericis contubernium, ut & in συνεισάκτους παρθένους, invehitur in duabus Orationibus, quas ea de re habuit. Esto ergo cum sorore nullum videatur periculum, erit semper cur diffidant aliis feminis Presbyteri ædes sororis causa frequentantibus.

Ad Canonem VI. nota 1. abusum, quem Episcopi induxerant; quo nempe Reliquiis ad collum appensis in sellulis vecti a Diaconis Albis indutis deportabantur. Nota 2. per *Reliquias*, ut vulgo solet, male intelligi ossa Martyrum, sed ipsum esse Christi Corpus; hujus quippe quod, peracto Sacrificio, reliquum erat, in locum ad hoc destinatum transferebatur, & pro ægrotantium necessitate, aut pro sequenti Sacrificio asservabatur. Eo porro sensu sumendam Reliquiarum hic vocem probant ipsa præsentis Canonis verba, quæ subsequuntur: *Bono quidem rei est, Divina Sacerdotibus contrectare mysteria*; Sanctorum enim Reliquiæ Divina mysteria dici nequeunt. Græcorum Euchologium Christi Corpus ἅγια λείψανα; seu sacras Reliquias vocat; ut & Concilium Matisconense. Nec alio sensu præsens Canon potest explicari; hæcque vox, *Arca Dei*, Ciborium est Christi Corpus includens. Ut autem Canon hic intelligatur, observandum, quod alibi notavimus, duplicem fuisse particulam in Calicem immissam, cum in Missa dicitur, *hæc commixtio &c.* alteram nempe, quæ ex præcedenti Sacrificio conservata fuerat, quamque Pontifex ad Altare procedens in capsa gerebat, cum asservata fuisset in Capella, aut intra Templi septa, aut etiam aliquando intra Episcopalis Palatii muros, ad hoc ædificata; alteram, quæ ex præsenti Sacrificio sumebatur, quæque una cum illa præcedentis Sacrificii particula mittebatur in Calicem; ut quasi ex concatenatis per hanc reservatam particulam Sacrificiis unum, & juge Sacrificium intelligeretur. Quod sane convenit cum his, quæ supra diximus ad Innocentii Epistolam, ubi vidimus, fermentum esse particulam Eucharistiæ reservatam, quæ ad alias vicinas Ecclesias mittebatur, ut cum Sacrificio, quod in his celebrabant, commisceretur. Hanc ergo reservatam particulam cum ad Ecclesiam, & Altare prodeuntes Pontifices defer-

ferrent, aliqui ſive honoris erga eam, ſive alia de cauſa voluerunt etiam a Diaconis geſtari, quod poſthac vetitum eſt. Nota 3. cum has Chriſti Corporis Reliquias, aut ex viciniori Eccleſia, aut etiam ex Epiſcoporum Capellis, Duminicis, aut Feſtis diebus ad majorem Eccleſiam Epiſcopus aſportaret, hoc ipſum eſſe, quod forte invexit ritum ſolemnis Proceſsionis, in qua Sanctiſsimum Sacramentum circumfertur. Nota 4. cum prohibetur Diaconorum ſuccollantium humeris Epiſcopum geſtari una cum Reliquiis, hoc tamen hodie ex parte Romæ obſervari, ubi Summus Pontifex etiam S. Chriſti Corpus præ manibus habens laicorum humeris geſtatur.

Ad Canonem VII. nota, ex hoc, & præcedentibus Conciliis quanta Prælatorum in Eccleſiæ ſuæ Clerum auctoritas fuerit; cum illis impune liceret pœnis ſeverioribus, verberibus, & plagis in eum ſævire; hicque exceſſus hoc Canone coercetur, & citatur locus ex Legibus, quo diſcimus, quod *aſperitatis nimia increpatio nec increpationem recipit, nec ſalutem*. Nota 2. Abbates ordine quidem Diaconis inferiores, at dignitate ſua ſuperiores eis præponi, non modo in hoc, ſed etiam in Cabilon. & Emeritano Conciliis. Imo & in Tolet. Conc. XI. etiam ante Epiſcoporum Vicarios, licet ii eſſent Presbyteri, ſubſcripſerunt. Ex quo Abbatialis dignitatis progreſſu collata ſunt Abbatibus Monachis Pontificalia inſignia, in quæ Bernardus ſatis inſurgit, dum ait: *Verum aperte indicant quidam horum quid cogitent, dum multo labore, ac pretio Apoſtolicis adeptis privilegiis, per ipſa ſibi vindicant inſignia Pontificalia, utentes ipſi more Pontificum, Mitra, Annulo, atque Sandaliis .... Profecto eſſe deſiderant, quod videri geſtiunt .... quanto putas auro redimerent, ut appellarentur Pontifices?* Quem morem a pluribus uſurpatum intra ſtrictiores limites pietate, & doctrina ſpectabilis Archiepiſcopus Viennenſis etiam Senatus-conſulto nuper coercuit.

Ad Canonem IX. nota, Prælatos quoſdam, ipſos Eccleſiæ ſervos in ſui patrimonii agris tantum excolendis, ſic occupaſſe, ut neglecta inde Eccleſiæ prædia deſerta prope evaderent, & Dominicis agris diſpendium inferretur; proindeque declarari hujus facti noxios damnum illatum Eccleſiæ teneri de ſuo reſarcire. Nota 2. ſi contigerit beneficiarium, cum rem Eccleſiæ promovere niteretur, de ſuo aliquid impendiſſe, reſtituendum illi quodcumque pro rebus Eccleſiæ tuendis damni ſuſtinuerit.

CONCILIUM TOLETANUM XII.

XXXV. EPISCOPORUM,

AD REGEM CONFIRMANDUM

Circa tempora Agathonis Papæ habitum, anno primo orthodoxi, atque sereniſſimi Domini Ervigii Regis, v. Idus Januarii, anno Redemptoris noſtri DCLXXXI. Era DCCXIX.

TITULI CAPITULORUM.

** Sunt, juxta earumdem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eodem Canone numerantur.*
** Indictione, aut indicto.*
* Hervigii.

ANno primo orthodoxi, atque sereniſſimi Domini noſtri * Ervigii Regis, cum ex glorioſo prædicti Principis juſſu in unum fuiſſemus aggregati conventum, & in Baſilica Sanctorum Apoſtolorum debitis in Sedibus locaremur, adſuit coram nobis idem clementiſſimus Princeps, humilitatis gratia plenus, & claro pietatis cultu conſpicuus; qui noſtro ſe cœtui reclinem exhibens, ac devotum, inprimis omnium Sacerdotum ſe commiſit precibus adjuvandum; deinde grates multiplices omnipotenti Domino egit de conventu totius Concilii, * quia & glorioſæ juſſionis ſuæ, ut in unum adeſſent, impleverit votum, & alternæ viſionis innovatione ſe refecerint gaudiorum. Deinde adjiciens, ſic eſt omne Concilium

* Et ſuæ glorioſæ juſſionis.

cilium allocutus: Non dubium est, Sanctissimi Patres, quod optima Conciliorum adjutoria ruenti mundo subveniunt, si officiosis, quæ corrigenda sunt, studiis peragantur.

2. Et ideo quibus malis terra prematur, quibusque plagis, proventu dierum succedentium * feriatur, Paternitati vestræ non reor esse incognitum. * Ob id, quia certum apud nos gerimus, quod pro contemptu Divinorum præceptorum terra perniciem sustineat pressurarum, dicente Domino per Prophetam: *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea*; ideo oportet, ut quia ore Salvatoris nostri Domini sal terræ esse probamini, per vos salvationis obtineat lucrum, per quos regenerationis percipit Sacramentum; ut diligentia * definitionis vestræ ab omni emendata contagio, & ab infirmitatis peste sit liberata, & bonorum omnium sit proventibus * gratiosa jam nunc; quia quicquid me ad hæc dicere opportuna ratio sinit, quicquid etiam narrandum vestris auribus convenit, aut memoriæ curarum intercapedo subducit, aut fastidium prolixæ orationis intercipit, ecce in brevi complexa, vel exarata devotionis meæ negotia in hujus * Tomi complicatione, agnoscenda perlegite, perlecta discutite, discussa eliminatis, ac decretis Titulorum sententiis definite; ut pura, & placens Deo vestrarum definitionum valitura discretio Regni nostri primordia decoret, exundatione justitiæ, & errores plebium digna cohibeat severitate censuræ. Scriptum est enim: *Justitia elevat gentem, miseros facit populos peccatum*. Tunc suscepto a gloriosissimo Principe Tomo, pro tam salubri invitamento copiosas gratias retulimus Domino Jesu Christo, & etiam benediximus Principi glorioso. Post egressum igitur ejusdem serenissimi Principis, hæc jam dicto Tomo scripta comperimus probitatis.

* Pereamus. * Obinde. *Osee* 4. *Matth.* 5.
* Dignationis. * Gloriosa.
* *Isidorus Libro etymolog.* 5. *cap.* 6. *tomi quos nos libros vel volumina nuncupamus.* *Prov.* 14.

In nomine Domini Ervigius Sanctissimis Patribus in Synodo residentibus.

3 EN, Reverendissimi Patres, & honorabiles ministeriorum cœlestium Sacerdotes, soliditatem Sanctæ Fidei veraciter tenens, & sincera cordis devotione amplectens, testimonium Paternitatis vestræ fortissimum in salutis nostræ advoco adjumentum; ut quia Regnum fautore Deo ad salvationem terræ, & sublevationem plebium suscepisse nos credimus, sanctitudinis vestræ consiliis adjuvemur. Unde licet sublimationis nostræ primordia Paternitati vestræ opinabili relatione non lateant, quibus clara divinorum judiciorum dispositione præventus, & regnandi conscenderim Sedem, & sacrosanctam Regni perceperim unctionem; nunc tamen melius id poteritis, & scriptorum relatione cognoscere, & promulgationis vestræ sententiis publicare. Ut sicut eadem Regni nostri primordia conventus vestræ sanctitudinis compererit Divinitus ordinata, ita his, & orationum solamen impendat, & salubrium consiliorum nutrimenta impertiat; quo susceptum Regnum, sicut jam vestris assensionibus teneo gratum, ita vestrarum benedictionum perfruatur definitionibus consecrandum, ut innovatio quodammodo nostri videatur Imperii, hæc numerositas vestri ordinis aggregati.

4. Et ideo quia Dominus in Euangelio præcepit dicens: *Amen dico vobis, si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est.* Ob hoc venerabilem Paternitatis vestræ cœtum cum lacrymarum effusione convenio, ut zelo vestri regiminis purgetur terra a contagio pravitatis. Exsurgite, quæso, exsurgite, culpatorum solvite nodos, transgressorum mores corrigite inhonestos, & exerite zeli disciplinam, ponderibus subvenite, &, quod plus his omnibus est, Judæorum pestem, quæ in novam semper recrudescit insaniam, radicitus extirpate; Legesque, quæ in quorundam Judæorum perfidiam a nostra gloria noviter promulgatæ sunt, omni examinationis probitate percurrite; & tam eisdem tenorem inconvulsum adjicite, quam pro eorundem perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgate. Etenim valde nobis cavendum, ne tot antiquorum Canonum regulæ, quæ pro eorum erroribus sunt etiam cum anathemate promulgatæ, nos illorum * culpæ obnoxios reddant, si nostri Regni temporibus eorundem Canonum constrictio dissoluta pertranseat; præsertim si Legis illius, quod absit, serenitatis nostræ in * tempore illa clare, Fidei institutio cesset, ubi divæ memoriæ Domnus, atque præcessor noster Sisebutus Rex, omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicumque Regum mancipium Christianum Judæo servire, vel famulari permiterit.

Matth. 18.
* Culpis.
* Temporibus.

5. Post hæc illud vestris Deo placitis infero sensibus corrigendum, quod decessoris nostri præceptio promulgata Lege sancivit, ut omnis, aut in expeditione exercitus non progrediens, aut de exercitu fugiens, testimonio dignitatis suæ sit irrevocabiliter carens. Cujus severitatis institutio, dum per totos Hispaniæ fines ordinata decurrit, dimidiam fere partem populi ignobilitati perpetuæ subjugavit. Ita ut quia in quibusdam villulis, vel territoriis, sive vicis, peste hujus infamationis habitatores ipsorum locorum sunt degeneres redditi, quia testificandi nullam habeant licentiam, veritatis ex toto videatur interiisse censura; sicque gemino malo terra atteritur, dum, & infami plebium notatur elogio, & reperiendæ veritatis destituitur adjumento. Unde licet eandem Legem nostræ gloriæ mansuetudo temperare disponat, vestræ tamen Paternitatis sententia hos, qui per illam titulum dignitatis amiserant, revestiri iterum claro pristinæ generositatis testimonio devotissime optat; qualiter nec nostra gloria ministerium crudelitati adhibeat, nec tam sæva præceptio terram sub diutino infamationis * jugulo premat. Nam & hoc generaliter obsecro, ut quicquid in nostræ * Ecclesiæ Legibus absurdum, quicquid justitiæ videtur esse contrarium, unanimitatis vestræ judicio corrigatur.

* *For.* jugo. * Gloriæ.

6. De cæteris autem caussis, atque negotiis, quæ novella competunt institutione * formari, evidentium sententiarum titulis * exaranda conscribite; ut quia præsto sunt religiosi Provinciarum Rectores; & clarissimorum ordinum totius Hispaniæ Duces, promulgationis vestræ sententias coram positi prænoscentes, eo illas in * commissas sibi terrarum * latitudines inoffensibili exerant judiciorum instantia; quo præsentialiter assistentes perspicua oris vestri conceperunt instituta.

* Firmari. * Exsecranda.
* Commissa. * Latitudine.

Omnes

7. Omnes tamen in commune convenio, & vos Patres Sanctissimos, & vos illustres Aulæ Regiæ Viros, quos interesse huic sancto Concilio delegit nostra sublimitas, per Divini Nominis attestationem, & terribilem cunctis futuri judicii diem; quia sine personarum aliqua acceptione, vel favore, sine aliquo quoque, aut malignæ contentionis scrupulo, aut subvertendæ veritatis studio, quæque se vestris sensibus audienda ingesserint, sana verborum examinatione discutite, saniori quoque judicio comprobate, ut collatarum habita prius deliberatione caussarum, discreta vestri ordinis condatur probitas Titulorum; qualiter cum vos amor æquitatis in negotiorum acceleratione reddiderit fervidos, efficientia quoque justorum operum connectat Deo perenniter sociandos; ut bonorum vestrorum actibus lætabundus, & præsentis vitæ capiam lucrum, & æternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum. Datum sub die v. Idus Januarias, anno feliciter primo Regni * serenitatis nostræ, in Dei Nomine tranquillitatis nostræ Sedis Toleto.

* Serenitatis nostræ & tranquillitatis nostræ in Dei nomine Toleto.

Item subscriptio prædicti Principis manu sua exarata.

C A P I T U L A.

I.

8. IN nomine gloriosi Domini nostri Ervigii Regis, * primi diei Synodali exordio considentibus Episcopis, atque senioribus Palatii universis, habita primum est de Sancta Trinitate collatio; non quæ novello * exarationis stylo definita patesceret, sed quæ * nobis simplicioribus sese pigris sensibus patefacta monstraret; ubi præmissa semper lectio præcederet, quod sequens expositio aperiret; credentes pariter, & docentes de eadem Sanctæ Fidei puritate, quicquid Euangelica, & Apostolica traditio sancit, quicquid Synodus Nicæna constituit, quicquid Constantinopolitana Patrum aggregata collectio promulgavit, quicquid Ephesini coetus * definitio docuit, quicquid etiam Chalcedonensis Concilii promulgatio definivit, sicut multorum aliorum Patrum documentis id sacramentum expositum traditumque nobis accepimus, sicut etiam in Missarum solenniis patulis confessionum vocibus proclamamus.

* Primo die Synodalis exordii.
* Exactione.
* Verbis.
* Definitio dici docuit.

9. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, * visibilium, & invisibilium conditorem; & in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra; qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine homo factus; passus sub Pontio Pilato, & sepultus tertia die resurrexit; ascendit in cælos; sedet ad dextram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos, & mortuos, cujus Regni non erit finis. Credimus & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem, cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum; qui locutus est per Prophetas; in unam Catholicam atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum; exspectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

* Visibilium omnium.

10. Post pacifica igitur hujus sanctæ Fidei collationum studia, illa se primum nostris sensibus salutaris cognitio agnoscendam invexit, quæ tanto corda omnium ardore charitatis astringit, quanto * se per eandem ipsa cognitio in conventu Generalis Concilii prænoscendam exhibuit. Etenim sub qua * parte, vel ordine serenissimus Ervigius Princeps Regni conscenderit culmen, regnandique per sacrosanctam unctionem susceperit potestatem, ostensa nos scripturarum evidentia edocet; in quibus, & præcedentis * Vvambæ Principis pœnitentiæ susceptio noscitur, & translatus Regni honor in hujus nostri Principis nomine derivatur. Idem enim Vvamba dum inevitabilis necessitudinis tenetur eventu, suscepto Religionis debito cultu, & venerabili tonsuræ sacræ signaculo, mox per scripturam definitionis suæ hunc inclytum Dominum nostrum Ervigium post se prælegit regnaturum, & Sacerdotali benedictione ungendum. Vidimus, intuitu prælucente perspeximus, hujus præmissi ordinis scripturas, idest, notitiam manu Seniorum Palatii roboratam, coram quibus antecedens Princeps, & Religionis cultum, & tonsuræ sacræ adeptus est venerabile signum; scripturam quoque definitionis ab eodem editam, ubi gloriosum Dominum nostrum Ervigium post se fieri Regem exoptat; aliam quoque informationem jam dicti viri, in nomine honorabilis, & sanctissimi Fratris Juliani Toletanæ Sedis Episcopi; ubi eum separavit pariter, & instruxit; ut sub omni diligentiæ ordine jam dictum Dominum nostrum Ervigium in

* Se eadem ipsa
* Pace.
* Bambæ.
* Vidimus enim, & pariter paru lo alternævisionis intuitu prælucente perspeximus.

in Regno ungere deberet, & sub omni diligentia unctionis ipsius celebritas fieret. * In qua scriptura, & subscriptio nobis ejusdem Vvambæ Principis claruit, & omnis evidentia confirmationis earundem scripturarum sese manifeste monstravit.

* In quibus scripturis.

11. Quibus omnibus approbatis, atque perlectis, dignum satis nostro cœtui visum est, ut prædictis definitionibus scripturarum nostrorum omnium confirmatio apponatur, ut * quia ante tempora in * occultis Dei judiciis præscitus est regnaturus, nunc manifesto in tempore generaliter omnium Sacerdotum habeatur definitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi ab omni vinculo juramenti, quæ prædicto Viro Vvambæ, dum Regnum adhuc teneret, alligata * permansit, hunc solum serenissimum Ervigium Principem * obsequenda grato servitii famulatu sequatur, & * libera, quem, & Divinum judicium in Regno prælegit, & decessor Princeps successorem sibi instituit, & quod superest, quem totius populi amabilitas exquisivit. Unde his præcognitis, atque præscitis, serviendum est sub Deo cæli prædicto Principi nostro Ervigio Regi cum pia devotione; obsequendum etiam promptissima voluntate, agendum, & enitendum quicquid ejus saluti proficiat, quicquid genti, vel utilitatibus patriæ suæ consuluerit. Unde non erit jam deinceps, aut ab anathematis sententia alienus, aut a Divinæ animadversionis ultione securus, quisquis superbe contra salutem deinceps, aut erexerit vocem, aut commoverit cædem, aut quamcumque exquisierit lædendi * occasionem.

* Qui.
* Occultis judiciis.
* Est, hunc solum, qui permansit serenissimum.
* Obsecutura.
* Libero.
* Ultionem.

II.

12. Plerumque hi, quibus miseratio Domini etiam nolentibus subvenit, beneficiis Dei videntur esse ingrati, & abuti gratia largitoris, qua bene usi poterant consequi abolitionem facinoris; impugnant sæpe quod honorare debuerant, & profanis quæstibus indultæ gratiæ munus a se rejiciunt, cum summis votis amplecti debuerant. Etenim multos sæpe conspeximus, & in salute positos, ultimum desiderantes pœnitentiæ fructum, & rursus nimietate ægritudinis, ita loquendi, & sentiendi perdidisse naturale officium, ut nulla illis cura suæ videretur inesse, nullo etiam pristinæ devotionis noscerentur desiderium anhelare; quorum tamen casibus fraternitas condolens, ita talium necessitates in Fide sua susceperit, ut ultimum illis tribuatur viaticum; quod scilicet sine fructu pœnitentiæ non videantur transire e sæculo, si forsitan respiciente Deo saluti pristinæ reformentur, agunt cautionibus vanis, & oppositionibus exsecrandis, qualiter a se tonsuræ venerabile signum expellant, atque habitum Religionis abjiciant; impudentissime asserentes, ideo se nullis regulis Ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœnitentiam nec ipsi petierint, nec scientes acceperint.

Ita decretum Conc. Tol. xi. cap. 12. ubi de hac ipsa re non nihil annotavimus.

13. Quorum impudentia procax, & obstinata procacitas nequaquam talia diceret, qualiter ad vitam per sacrosancti lavacri gratiam venerit, meminisset. Etenim parvulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ * nulli per ætatem discernendi, vel expetendi sensui aptior judicatur, nisi sponsione fidelium Baptismi accipient Sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. Unde sicut Baptismum, quod nescientibus parvulis, sine ulla contentione in Fide tantum proximorum accipitur; ita, & pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur, absque ulla * repugnantia inviolabiliter hi, qui illud exceperint, observabunt. Si autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc Synodale violaverit institutum; ut vere transgressor, paternis regulis ferietur. Neque enim ista instituentes Sacerdotes quosque, ut passim, & licenter donum pœnitentiæ non * petentibus audeant prorogare, absolvimus; sed hos, qui qualibet forte pœnitentiam susceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant, religamus. Sacerdos tamen, qui non sentienti, neque * petenti, ausu temerario pœnitentiam dederit, neque se exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentibus significationibus invitatum fuisse probaverit; unius anni excommunicationis sententiæ subjacebit.

Hæc eadem fere sunt in Conc. Tol. viij. c. 7.
* Nullo.
* Impugnantia violationis.
* Pœnitentibus.
* Pœnitenti.

III.

14. Vidimus quosdam, & flevimus ex numero culpatorum receptos in gratiam Principum, extorres exstitisse a collegio Sacerdotum. Quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis in quo se * solvi licentius curat, ibi alios alligat, & quos in suam communionem videtur suscipere, a communione, & pace Ecclesiæ eligit separare; ut qui cum illo convescunt,

* Volvi.

sola Sacerdotum communione priventur. Et ideo quia remissio talium, qui contra Regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones Canonum antiquorum, in potestate solum Regia ponitur, cui, & peccasse noscuntur, * adeo nulla se deinceps a talibus abstinebit Sacerdotum communio. Sed quos Regia potestas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam Sacerdotum, & populorum conventus suscipere in Ecclesiasticam communionem debebit; ut quod jam principalis pietas habet acceptum, neque a Sacerdotibus Dei habeatur extraneum.

* Ab eis nulla.

IV.

Ivo p. 5. cap. 144. Burch. l. 5. cap. 12.

15. Majorum institutionibus contraire, & SS. Patrum Decreta convellere, quid aliud est, quam vinculum societatis Christi abrumpere, & usurpatæ * præsumptionis licentia statum totius Ecclesiæ dissipare? Prosequente igitur venerabili, & sanctissimo Viro Fratre nostro Stephano Emeritensis Sedis Episcopo, res nobis novellæ præsumptionis usurpatione sese intulit * pertractanda, tanto communionis nostræ judicio evellenda, quanto & pravitatis noscitur ausibus perpetrata. Dixit enim violentia principali se impulsum fuisse, ut in Monasterio villulæ Aquis, in qua venerabile Corpus Sanctissimi * Pimenii Confessoris debito quiescit honore, novam Episcopalis honoris ordinationem efficeret. Et ideo quia indiscreto, & facillimo assensu, * injustis Wambæ Principis jussionibus parens, novam, & injustam illic Pontificalis Sedis * prælectionem induxerit, ubi canonica institutio id fieri omnimoda ratione refellit, prædictus idem Vir prostratus humo, * medicamine nostri præcepti, & sibi dari veniam petiit, & quid potissimum oporteat fieri de persona ejus, qui illic ordinatus fuerat, nostri oris sententia decernendum poposcit.

* Præceptionis
* Convellenda
* Punenii. *Al.* Pigmenii. *Al.* Pinenii. *Erat Pimenius Dumiensis Monasterii Abbas & Episcopus, qui subscribit in io. Toletano* * Illustris.
* Prælationem
* Prædicamine

16. Sed quia veraciter, immo communiter noveramus, prædictum Principem consilio levitatis agentem, non solum præcepisse, ut in prædicto loco * Aquis Episcopus fieret, sed etiam ita * eum consuetis obstinationibus desiniisse, ut hic in Suburbio Toletano in Ecclesia Prætoriensi SS. Petri, & Paulli Episcopum ordinaret; necnon & in aliis vicis, vel villulis similiter faceret; ideo pro tam insolenti hujusmodi * disturbationis licentia, quid de hac re haberent Canonum instituta perlecta sunt; in primis ex Epistola Paulli, ubi Tito Discipulo, ut Episcopos per Civitates constituere debeat, præcepit; item ex Concilio Nicæno Titulo * octavo, ubi inter cætera præcipitur, ut in Civitate non videantur duo Episcopi esse; item ex Concilio Laodiceno, Titulo quinquagesimo septimo, ubi dicit: Ut Diœcesis, quæ Episcopum nunquam habuit, non habeat.

* Aliquis.
* Cum.
* Exstirpationis.
* *16. Si Concilii Sardicensis capitula illi addantur, ut in quibusdam exemplaribus fit: habetur nunc cap. 6. dist. 80. Non oportere, & Concilio Carthaginensi c.5.*

17. Felix Episcopus Silensitanus dixit etiam: Si hoc placet Sanctitati vestræ, insinuo, ut Diœceses, quæ nunquam Episcopos habuerunt, non habeant; vel illa Diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc prosecutionem Sanctitatis vestræ est æstimare, quid fieri debeat. * Genedius Episcopus dixit: Si placet insinuatio Fratris, & Coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab universis Episcopis dictum est: Placet. Item ex Concilio Africæ * tertio, Titulo quadragesimo secundo, ubi dicitur, ut non accipiat alium Episcopum plebs, quæ in Diœcesi semper subjacuit. Epigonius enim Episcopus inter cætera sic dixit: Hoc dico, non debere Rectorem accipere eam plebem, quæ in Diœcesi semper subjacuit, nec unquam proprium Episcopum habuit. Quapropter si universo sanctissimo cœtui placet, hoc quod * prosecutus sum, confirmetur.

* Geneeletus, *al.* Genethlius
* Quarto.
* Præfatus.

18. Aurelius Episcopus dixit: Fratris, & consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me, & fecisse, & facturum esse profiteor. Item ex Concilio Sardicensi *, ubi inter cætera præcipitur: Licentia danda passim non est. Si enim subito, aut vicus aliquis, aut modica Civitas, cui satis est unus Presbyter, voluerit sibi Episcopum ordinari, ad hoc ut vilescat nomen Episcopi, & auctoritas, non debent illi ex alia Provincia invitati facere * Episcopum. Item de sententia eorum, qui hujusmodi ordinationes faciunt, vel de his contra hæc instituta Canonum ordinantur, ex Concilio Tauritano, Titulo secundo, ubi dixit: Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam, quod circa Octavium, Ursionem, Remigium, * Attresoerium Episcopos Synodus sancta decrevit; qui in * usurpationem quandam de ordinatione Sacerdotum ad invidiam vocabantur. Quod eatenus his videtur indultum, ut de cætero hac auctoritate commoniti, nihil usurpare conen-

* Capitulo 6. ubi.
* Episcopum quibus antea non fuit.
* Tryfetium.
* Usurpatione quadam. *al.* qui in usurpationis quadam de ordinatione.

nentur; * siquidem ea se ab hac caussa excusatione defenderint, qua dicerent, prius se non esse conventos.

* Siquidem se ab hac caussa tali excusatione.

19. Proinde judicavit Synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra instituta majorum, sciat is qui ordinatus fuerit, Sacerdotii se honore privandum; & ille qui ordinaverit, auctoritatem se in ordinationibus, vel in Conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratos Episcopos hæc sententia prævalebit, sed etiam circa omnes, qui simili errore decepti, hujusmodi ordinationes perpetrarunt. His igitur fortissimis regulis effectum pii operis apponentes, * id communi definitione elegimus, ut in * locum villulæ supradictæ Aquis deinceps Sedes Episcopalis non maneat, neque Episcopus illic ultra constituendus existat. Hic tamen * Cuniuldus, qui contra Majorum decreta illic videtur institutus fuisse Episcopus, nullis Canonum erit ad condemnationem sui sententiis * ulciscendus, quia non ambitione, sed Principis impulsione illic constitit ordinatus.

* In.
* Loco.
* Convildus al. Conjuldus.
* Ulciscendum

20. Et ideo hoc illi remedium humanitatis concedimus, ut in * Sede alia decedentis cujuslibet Episcopi transducatur, & prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus, non Episcopali ultra privilegio fretus, sed sub Abbatis regimine, sicut hucusque fuit, erit modis omnibus mancipandus. Jam vero de cætero generale * ponentes edictum, si quis contra hæc Apostolica jussa, siquis contra hæc Canonum interdicta venire conaverit, ut in locis illis Episcopum eligat fieri, ubi Episcopus nunquam * fuit, sit in conspectu omnipotentis Dei anathema, & insuper tam ordinans, quam ordinatus, gradum sui * ordinis perdat; quia non solum antiquorum Patrum decreta, sed & Apostolica ausus est convellere instituta.

* Sedem aliam
* Ponamus.
* Fuit, anathema in conspectu omnipotentis Dei incurrat.
* Honoris.

V.

21. Relatum nobis est, quosdam de Sacerdotibus, non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot Sacrificia in uno die * videantur Deo offerre; sed in uno die, si plurima per se Deo offerant Sacrificia, in omnibus se oblationibus * a communicando suspendunt, & in sola tantum extremi Sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumunt; quasi non sit totiens reus * illius veri, & singularis Sacrificii, quotiens participator Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi esse destiterit. Nam ecce Apostolus dicit: *Nonne qui edunt hostias, participes sunt Altaris?* Si ergo qui edunt hostias, participes sunt Altaris, certum est, quod hi, qui sacrificantes non edunt, rei sunt * Dominici Sacramenti.

De consecr. Dist. 2. Relatum est nobis. Ivo p. 2. cap. 114.
* Videntur offerre. Ivo & Exc.
* A communione suspendant.
* Illi vero & singulari sacrificio participandum, quoties corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi immolatio facta constiterit. Exc. Ivo, & Grat.

22. Quicumque ergo Sacerdotum deinceps Divino Altario Sacrificium oblaturus accesserit, & se a communione suspenderit; ab ipsa, qua se indecenter * privabit gratia communionis, anno uno repulsum se noverit. Nam quale erit illud Sacrificium, cui nec ipse sacrificans * participasse cognoscitur? Ergo hoc modis omnibus est tenendum, ut quotiescumque sacrificans Corpus, & Sanguinem Jesu Christi Domini nostri in Altario immolat, toties * perceptioni Corporis, & Sanguinis Christi se participem præbeat.

Cerinth. 10.
* Desunt. Ivo.
* Dominicis sacramentis. Exc & C. A.
* Privavit. Ivo & Grat.
* Particeps esse Grat. & Ivo.
* Perceptionis. Exc. Grat.

VI.

23. Illud quoque * collationi mutuæ decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam Civitatibus decedentibus Episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur, & officiorum Divinorum offensio, & Ecclesiasticarum rerum * noscitur perditio. Nam dum longe lateque diffuso tractu terrarum, * commeantium impeditur celeritas nunciorum, quo aut non queat Regis auditibus decedentis Præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis Episcopi libera Principis electio præstolari, nascitur semper, & nostro ordini de relatione talium difficultas. & Regiæ potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus sustinet, injuriosa necessitas.

* Collatione mutua. Exc.
* Desunt Exc. Dist. 63. Cum longe lateque.
* Nascitur.
* Commeatus. Exc.

24. Unde placuit omnibus Pontificibus * Hispaniæ, ut salvo privilegio uniuscujusque Provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscumque Regalis potestas elegerit, & jam dicti Toletani Episcopi judicio dignos esse probaverit, in quibuslibet Provinciis, in præcedentium Sedibus præficere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere successores. Ita tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, infra trium mensium spatium, proprii Metropolitani præsentiam visurus accedat; qua liter ejus auctoritate, vel disciplina instructus, condigne susceptæ Sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam * aut neglectum, quilibet constituti temporis metas excesserit, quibus Metropolitani sui nequeat obtutibus præsentari, excommuni-

* Hisp. atque Galliciæ. Exc. C. A. & Grat.
* Neglectu quolibet.

catum se per omnia noverit; excepto si Regia jussione impeditum se esse probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, sicut de Episcopis, ita & de cæteris Ecclesiarum Rectoribus placuit observandam.

VII.

25. Omnis disciplina sic subjectos debet arguere, ut spem veniæ non videatur auferre, nec funditus curvationis inducere jugum, sed temperantiæ semper adhibere consultum. Et ideo quia Legem illam a Domino Wambane Principe editam, quæ de * progressione est exercitus annotata, hujus Principis nostri, & Domini Ervigii mansuetudo temperare disposuit; ideo annuente nobis glorioso, & Religiosissimo Principe nostro Ervigio, necessarium hoc sanctum Concilium definivit, ut, hi, qui a super prædictam Legem, testificandi dignitatem perdiderant, recepto testimonio pristinæ dignitatis, caussas exsequi possint debitæ actionis; qualiter nobilitatis solitæ titulum reportantes, & quæque de præteritis legitime testificari voluerint, licentiæ obtineant votum, & a Judicibus nullis prohibitionibus arceantur; hoc videlicet adjicientes, ut si quid in præteritis testificare voluerunt, si pro sola rei infamatione rejecti sunt, testimonio suo nuper conquirant, quod in præteritis conquirere poterant; tantum si illo tempore, quo in præteritis ad testimonium dicendum vocati sunt, & supradictæ Legis institutionibus reprobati, aut aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, aut b tricennium tum effluxisse, cum ad testimonium fuerant prolati, hi qui eos reprobaverant manifeste convicerint.

VIII.

26. Præceptum Domini est, ut excepta caussa fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque citra culpam criminis prædicti, uxorem suam quacumque occasione c reliquerit; quia d quos Deus e jungit, ille separare disposuit, tamdiu ab Ecclesiastica f communicatione privatus, & a cœtu omnium Christianorum maneat alienus, g quamdiu, & ad societatem relictæ conjugis redeat, & partem sui corporis honesta lege conjugii sinceriter amplectatur, & foveat. Hi tamen, qui jam admoniti a Sacerdote semel, & bis, terque, ut corrigantur, h ad tori sui conjugii noluerunt redire consortium, ipsi se suis meritis, & a palatinæ dignitatis officio separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium, quamdiu in culpa fuerint, amissuri sunt; quia carnem suam discidii jugulo tradiderunt.

IX.

27. De Judæorum autem exsecranda perfidia, discretis Titulorum sententiis, editas noviter a glorioso Principe Leges vigilanti sensuum intentione perlegimus; i discreto etiam gravitatis pondere earum instituta probavimus; & quia debitæ rationis judicio editæ Synodali k indagatione probatæ sunt, irrevocabili deinceps judiciorum ordine, pro eorum excessibus tenebuntur; idest l Leges de commemoratione priscarum Legum, quæ in Judæorum transgressionibus promulgatæ sunt, atque de novella confirmatione m earum. Item ne Judæi, aut se, aut suos filios, vel famulos, a n Baptismo subtrahant. Item ne Judæi more suo celebrent Pascha, vel carnis circumcisiones exerceant, ac ne Christianum quemquam Fide Christi o dimoveant.

28. Item ne Judæi Sabbatha, cæterasque festivitates ritus sui celebrare præsumant. Item ut omnis Judæus diebus Dominicis, & in prænotatis diebus ab opere cesset. Item ne Judæi more suo dijudicent escas. Item ne Judæi ex propinquitate sui sanguinis connubia ducant. Item ne Judæi Religioni nostræ insultantes, sectam suam defendere audeant; ac ne a Fide refugientes alibi se transducant; & ne quilibet p refugientes alibi suscipiat. Item ne Christianus a Judæo quodcumque munus contra Fidem Christi accipiat. Item ne Judæi Libros illos legere audeant, quos Christiana Fides repudiat. Item ne Judæis mancipia deserviant, vel adhæreant Christiana. Item si Judæus Christianum esse testatur, & ob hoc non velit a se rejicere mancipium Christianum. Item professio Judæorum, q quando unusquisque ad Fidem veniens, indiculum professionis suæ conscribere r debet.

29. Item conditiones Judæorum, * ad quas jurare debeant hi, qui ex eis ad Fidem venientes, professiones suas dederint. Item de Christianis mancipiis Judæorum, quæ se non prodiderunt Christiana, sive de s publicatoribus eorum. Item ne Judæi, a quolibet potestate accepta, extra Regiam ordinationem, Christianum quemquam t imperare, plectere, vel distringere audeant. Item u ut Judæorum servi, necdum adhuc conversi ad Christi gra-

tiam

Lib. 9. Legum Vvisegothoru. Tit. 2. Leg. 8.
* Proditione. Exc.
* Deest Exc.
a Per si præd. leg. Exc.
b Triennium. Exc.
Matth. 5. & 19. 32. 9. 5. Ivo p. 8. cap. 329.
c Dimiserit. Exc.
d Quod. Exc.
e Junxit. Exc.
f Communione priv. Exc. Grat & C. A.
g Quamdiu societatem relictæ conjug. amplectatur sinceriter & foveat. Itaque qui jam &c. Exc. & Grat.
h Ad carum suæ conjugis sol. C. A. sic fere Grat. & Exc. nisi quod pro carum habeant torum.
i Districto. Exc.
K Dignatione. Exc.
l Leg. quæ de commemor. priscar. cæremoniarum, & Judæor. transgress. Exc. Habentur omnes hæ Leges Leges Lib. Legum Vvisigot. tit. 12. 3.
m Fac. Item de blasphematoribus Sanctæ Trinitatis. Item. Exc.
n Baptismi gratia. Exc. C. A.
o Dimoveant. est Lib. 4.
p Fugientes. C. A.
q Quomodo. Exc.
r Debeat. Exc.
* Deest. Exc.
s Publicatibus C. A.
t Impetere. Exc.
u Ut si. Exc.

tiam convolaverint, libertati donentur. Item ne Judæi administratorio usu [a] sub ordine villicorum, atque Actorum Christianam familiam [b] regere audeant; & de damnis eorum, qui iis talia ordinanda injunxerint. Item ut Judæus ex aliis Provinciis, vel territoriis ad Regni nostri ditionem pertinentibus veniens Episcopo loci, vel Sacerdoti se præsentare non differat; vel quid huic [c] in toto observari conveniat. Item qualiter concursus Judæorum diebus institutis ab Episcopo fieri debeant. Item, ut quicumque Judæum secum [d] obsequentem habuerit, expetente Sacerdote, eum apud se retinere non audeat. Item ut cura omnis distinguendi Judæos solis Sacerdotibus debeatur.

30. Item de damnis Sacerdotum, vel Judicum, qui in [e] Judæis instituta Legum adimplere distulerint. Item ne Judices quicquam de Judæorum excessibus extra Sacerdotum conniventiam judicare præsumant. Item ut [f] Episcopi immunes habeantur a damnis; cum eorum Presbyteri, ea, quæ ipsi non correxerint, ad eos non remiserunt corrigenda. Item de reservata Principibus miserendi potestate, in his, qui conversi ad Fidem Christi veraciter fuerint. Item ut Episcopi omnes Judæis ad se pertinentibus Libellum de suis editum erroribus tradant; & ut professiones eorum, vel conditiones in scriniis Ecclesiæ condant. Quarum omnium Legum promulgatio gravida, sicuti Synodali judicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione in eorum erit deinceps excessibus [g] excernenda.

X.

31. Pro his, qui quolibet metu, vel terrore Ecclesiam appetunt, consentiente pariter, & jubente gloriosissimo Domino nostro Ervigio Rege, hoc sanctum Concilium definivit, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes, inde abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spolii residentibus in loco sancto inferre; sed esse potius his ipsis, qui Ecclesiam petunt, per omnia licitum in triginta [h] passibus ab Ecclesiæ januis progredi; in quibus triginta passibus uniuscujusque Ecclesiæ, [i] in toto circuitu reverentia defendetur, sic tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longe separatis ab Ecclesia domibus nullo modo; obcellentur. Sed in hoc triginta passuum numero, absque domorum extranearum receptaculis, [k] progrediendi aditum obtinebunt; [l] qualiter & requisitæ naturæ usum debitis expleant locis, & nullo teneantur eventu necessitudinis, qui Dominicis se defendendos commiserint claustris.

32. Si quis autem hoc decretum violare tentaverit, & Ecclesiasticæ excommunicationi subjaceat, & severitatis Regiæ feriatur sententia. Ipsos tamen, qui ad Ecclesiam [m] refugium fecerint, [n] juxta priscorum Canonum instituta, [o] hi qui eos [p] competunt Sacramenta reddiderint, & Sacerdos Ecclesiæ ipsius ab Ecclesiæ foribus non abstraxerit, aut fugi talium, si [q] venerit, Sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia, secundum electionem Principis, hujusmodi Sacerdotibus irroganda.

XI.

33. Præcepta Domini sunt dicentis: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cælo desuper, & quæ in terra deorsum, [r] nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra; non adorabis ea, neque coles.* [s] Item: *Qui immolat Diis, occidetur, præterquam Domino soli.* Item: *Vir, aut mulier, qui [t] faciant malum [u] in conspectu Domini Dei [x] sui, [y] & transgrediantur pactum illius, ut vadant, & serviant Diis alienis, & adorent [z] eos, solem, & lunam, & omnem militiam Cæli, quæ non [a] præcipi; & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse [b] repereris, & abominatio facta est in Israel, educes virum, ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas Civitatis * tuæ, & lapidibus obruentur.*

34. Præcepta hæc Domini non in ultione, sed in terrore delinquentium apponentes, non mortis [c] per * hanc sententiam promulgamus, sed cultores Idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum, & excolentes [d] sacra fontium, vel arborum, admonemus, ut agnoscant, quod ipsi se spontaneæ morti subjiciunt, qui diabolo sacrificare videntur; mortis enim nomine diabolus appellatur, sicut de eo scriptum est: *Et erat illi nomen mors.*

35. Ac proinde omne sacrilegium idololatriæ, vel quicquid illud est, contra sanctam Fidem, in quo insipientes homines captivati diabolicis culturis inserviunt, Sacerdotis, vel Judicis instantia [e] inventa hæc sacrilegia cra-

[a] *In* ordinem. Exc.
[b] Red gere. Exc.
[c] *In* Toleto. *C. A.*
[d] Assequentem *Exc.*
[e] Judiciis. Exc.
[f] Ep. tunc immun. Exc. C. A.
[g] Exercenda. Exc.
[h] Passus. *Grat.*
[i] Abscedant. *Grat. & Ivo* obcelentur. C. A.
[k] Progredientes. *Grat.*
[l] Vt ad inquisita naturæ usū debitis excant locis. *Grat.*
[m] Confugium *Grat.*
[n] Si juxt. *Exc.*
[o] H.s qui C. A.
[p] Repetunt. *Grat. Ivo, &* Exc.
[q] Evenerit. Exc.
Exod. 20.
[r] Neque horū C. A.
Exod. 22.
[s] *Itemque* immolant Diis. C. A.
Deuter. 17.
[t] Facit. C. A.
[u] Ante conspectum Domini. Exc.
[x] Tui. C. A.
[y] Trāsgrediantur. Exc.
[z] Eos, vel sol. Exc.
[a] Præcepi C. A.
[b] Receperis. Exc.
* *Deest* Exc.
[c] Per absentiā. C. A.
* *Deest* Exc.
[d] Excultores font. admon. *ut mi.*
Conc. Tol. xvi *cap.* 2.
Apoc. 6.
[e] Inventum, u[...] sacrileg. Lx

eradantur, & exterminata truncentur. Eos vero, qui ad talem b errorem a concurrunt, & verberibus coerceant, & onustos ferro suis dominis tradant. Si tamen domini eorum per jusjurandi attestationem promittant, se eos tam solicite custodire, ut ultra illis non liceat tale nefas committere. Quod si domini eorum nolunt hujusmodi reos in Fide sua suscipere, tunc ab eis, a quibus coerciti sunt, Regis conspectibus præsententur; ut principalis auctoritas liberam se talibus dunandi potestatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nunciatos sibi talium servorum errores ulcisci c distulerint, excommunicationis sententiam perferant, & jura servi illius, quem coercere nolunt, se amisisse cognoscant. Quod si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ; & perpetua excommunicationis sententia d ferientur, & arctiori exilio e ulciscentur. XII.

a Horrorem incurrunt. C. A.
b Accurrunt. Exc.
c Noluerint. Exc.
d Feriantur. Exc.
e Ulciscantur. Exc.

36. Placuit hoc f venerando Concilio, ut juxta g priorum Canonum instituta, Episcopi singularum Provinciarum annis singulis in unaquaque Provincia Kalendis Novembribus Concilium celebraturi conveniant. Quisquis autem in prædictis Kalendis Novembribus pro celebratione Synodi venire distulerit, excommunicationi debitæ subjacebit.

f Sancto. Exc.
g Priorum Episcoporum singularum Provinciarum instituta, annis. Exc.

XIII.

37. Præmissis his omnibus Synodalibus gestis, quæ honesto decretorum fine complevimus, perpetuum his robur per manuum nostrarum subscriptionem adnectimus; dantes h in his gloriam, & honorem immortali Deo, & Domino nostro, quo inspirante, & determinationis nostræ sententia viguit, & probitas caussarum honesto fine complevit. i Cujus Sanctæ Trinitatis poscimus inenarrabile k Nomen, & gloriosam ineffabilis potentiæ majestatem, ut det amatori Christi serenissimo Domino nostro, atque amantissimo Ervigio Principi, cujus jussu ad hunc meruimus advocari conventum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de justitia præmium, de pietate trophæum; quo & hic invictus victor hostium semper appareat, & post diuturna hujus l ævi curricula ad Regnum m æternæ vitæ cum suis omnibus coronandus perveniat, Te præstante Deo, & Salvatore Jesu Christo Domino, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto unus in Trinitate n vivis, & glorificaris Deus in sæcula sæculorum. Amen.

h Pro. Exc.
i Vnde. Exc.
k Numen. Exc.
l Sæculi. Exc.
m Aeternum cum. Exc.
n Vivit & regnas. Exc. Vivit & glor.

Consummatum est hoc sanctum Concilium die VIII. Kalendar. Februariarum anno feliciter primo serenissimi, atque clementissimi Domini nostri Ervigii Regis, Era DCCXIX.

Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices numero triginta quinque.

1. Ego Julianus indignus Urbis Regiæ Toletanæ Sedis Episcopus, hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.
2. Ego Julianus Dei gratia Spalensis Ecclesiæ Sedis Episcopus, hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.
3. Ego Liuba Bracarensis Sedis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
4. Ego Stephanus Emeritensis Sedis Episcopus &c.
5. Ego Asfalius Abelensis Ecclesiæ Episcopus &c.
6. Ego Leander Ecclesiæ Illicitanæ Episcopus &c.
7. Ego Palmatius Ecclesiæ Urcitanæ Episcopus &c.
8. Ego Concordius Palentinæ Sedis Episcopus &c.
9. Ego o Recilla indignus Accitanæ Ecclesiæ Episcopus &c.
10. Ego Simpronius indignus Segobriensis Ecclesiæ Episcopus &c.
11. Ego Spera-in-deo Italicensis Sedis Episcopus &c.
12. Ego Geta Eliplensis Ecclesiæ Episcopus &c.
13. Ego Memorius Arcavicensis Episcopus, subscripsi.
14. Ego Tructemundus Elborensis Sedis Episcopus &c.
15. Ego Isidorus Setabitanæ Ecclesiæ Episcopus &c.
16. Ego Gaudentius Valeriensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
17. Ego Deo-datus Segobiensis Ecclesiæ Episcopus &c.
18. Ego Genesius Tudensis Ecclesiæ Episcopus &c.
19. Ego Froaricus Portucalensis Ecclesiæ Episcopus &c.
20. Ego Felix Iriensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
21. Ego p Antonianus Bastitanæ Ecclesiæ Episcopus, similiter.
22. Ego Proculus Bigastrensis Ecclesiæ Episcopus &c.

Julianus Regiæ Urbis primo loco subscribit Tolet. Concil. Unde is Concilio præfuit, non Julianus, Spalensis.
o Rixila. C. A.
Sic legitur ex Conc. Tol. xiij. cap. 10.
p Antonius. C. A.

Ego

23. Ego [a] Acula Cauriensis Ecclesiæ Episcopus &c.
24. Ego [b] Reparatus Vcsensis Ecclesiæ Episcopus &c.
25. Ego Providentius Salmanticensis Ecclesiæ Episcopus &c.
26. Ego [c] Sisebaldo Tuccitanæ Ecclesiæ Sedis Episcopus &c.
27. Ego [d] Argibudo Eliberitanæ Ecclesiæ Sedis Episcopus &c.
28. Ego Ella Segontiensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
29. Ego Siberitanus Oxomensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
30. Ego Joannes Pacensis Ecclesiæ Episcopus &c.
31. Ego Theodulphus Astigitanæ Ecclesiæ Episcopus &c.
32. Ego Samuel Malacitanæ Ecclesiæ Episcopus &c.
33. Ego Gundulphus Lamecensis Ecclesiæ Episcopus &c.
34. Ego Euphrasius Lucensis Ecclesiæ Episcopus &c.
35. Ego [e] Theuderacus Afsidonensis Ecclesiæ Episcopus &c.

a Arula. *C. A.*
b *Al* Separatus
c Sisebad. *C. A.*
d Argibado. *C. A.*

Abbates.

1. Valdreudus Abbas.
2. Florentius Abbas.
3. Gratinus Abbas.
4. Faustinus Abbas.

Vicarii Episcoporum.

1. Ego Annibonius Presbyter, [f] agens vicem Domini, & [*] Pontificis mei Gildemeri Episcopi Complutensis Ecclesiæ, subscripsi.

2. Ego Vincentius Presbyter, agens vicem Domini, & Pontificis mei Felicis Episcopi Daniensis Ecclesiæ, subscripsi.

3. Asturius Diaconus, agens vicem Domini, & Pontificis mei Hospitalis Episcopi Valentinæ Ecclesiæ, subscripsi.

e Theodoracus *Beno Isidorus Pacensis in* Chron. *solum* 35. *Episcopos interfuisse huic Concilio affirmat, male alii qui unum & quadraginta, & quinque Abbates, & tredecim Viros illustres ex officio Palatino, cum Abbates quatuor, & Viri illustres quindecim subscribant.*
f Tenens. *C. A.*
* *Desunt.* Exc.

Viri illustres officii Palatini.

1. Ego Sesullus hæc statuta, quibus interfui, annuens subscripsi.
2. Ego Reccaredus similiter subscripsi.
3. Ego Witissa similiter subscripsi.
4. Ego Wimar similiter subscripsi.
5. Ego Theudila similiter subscripsi.
6. Ego Ostrulphus similiter subscripsi.
7. Ego Salamirus similiter subscripsi.
8. Ego Theudesfredus similiter subscripsi.
9. Ego Egisfeberinus similiter subscripsi.
10. Ego Theudulphus similiter subscripsi.
11. Ego Ildigisus similiter subscripsi.
12. Ego Vitulus similiter subscripsi.
13. Ego Ella similiter subscripsi.
14. Ego Adilegus similiter subscripsi.
15. Ego Atanesus similiter subscripsi.

Lex edita in confirmatione Concilii Toletani, sub die octava Kalend. Februarii, anno feliciter primo gloriæ nostræ.

IN NOMINE DOMINI

Flavius Ervigius Rex.

38. Magna salus populi gentisque nostræ [g] Regno conquiritur, si hæc Synodalium decreta gestorum, sicut pio devotionis nostræ studio acta sunt, ita inconvulsibilis nostræ Legis valido oraculo confirmentur; ut quod serenissimo nostræ celsitudinis jussu, a venerandis Patribus, & clarissimis Palatii nostri Senioribus, discreta titulorum exaratione est editum, præsentis Legis hujus nostræ edicto ab æmulis defendatur. [h] Etenim hæc ipsa definitio Canonem sub isto [i] renotata ordine titulorum, idest, de agnita, & confirmata [k] prælectione fastigii principalis in nomine [l] nostræ serenitatis. Item de his, qui pœnitentiam non sentientes accipiunt. Item de culpatorum receptione, vel communione apud Ecclesiam. Item ut in locis ubi Episcopus non fuit, nunquam Episcopus ordinetur. Item de quorundam consuetudine Sacerdotum fœdissima, qui oblatis Deo per se Sacrificiis non communicant.

39. Item de concessa Toletano Pontifici Generalis Synodi potestate. Ut Episcopus alterius Provinciæ, cum conniventia Principum, in Urbe Regia ordinetur. Item de recepto testimonio

g Ac Regni, *Exc.*
h Est enim hæc ipsa, *Exc.*
i Notata. *Exc.*
K Prælatione. *Exc.*
l Sanctæ Trinitatis. *Exc.*

monio personarum, quæ per Legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam pedd iderunt. Item da his, qui uxores suas divortio intarcedente relinquunt. Item de confirmatione Legum, quæ in Judæorum nequitiam promulgatæ sunt, juxta earundem Legum præfixum ordinem titulorum, qui in eorum Canone adnumerantur. Item de his, qui ad Ecclesiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de a interdicto temporis constituti, quo b debuit Concilium celebrari. Item conclusio definitionum, in qua, & Deo gratiæ referuntur, & pro Principe exoratur.

40. Quibus omnibus Synodalibus c gestis, atque decretis, & debitam reverentiam honoris impendimus, & patulum auctoritatis nostræ vigorem his innectere d procuramus. Ideoqua præmissas has Constitutiones Synodicas a præsenti die, vel tempore, idest ab octavo Kalendas Febrarii, anno primo Regni nostri, nullus audeat contemnere; nullus etiam prætérire; nemo earundem Constitutionum audeat jura convellere, nullus temerator hæc decreta e subvertat, nemo illiciator, vel contamptor vigorem his institutionibus subtrahet; sed generaliter per cunctas Regni nostri Provincias, hæc Canonum instituta nostræ gloriæ temporibus acta, & auctoritatis debitæ fastigio præpollebunt, & irrevocabili judiciorum exercitio, prout f constitutæ sunt * in omnibus Regni nostri Provinciis * celebres habebuntur.

41. Si quis autem hæc instituta contemnat, contemptorum se noverit damnari sententia; idest, ut juxta voluntatem nostræ gloriæ, & excommunicatus a cœtu nostro resistat, & insuper decimam partem g rei suæ fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, unde prædictam compositionem persolvere possit, absque h aliquo infamio sui, quinquaginta eum oportebit ictibus i verberari.

Edita Lex in confirmatione Concilii K Toleto, sub die octavo Kalendarum Februariarum feliciter primo Regni gloriæ nostræ.

In nomine Domini, Flavius Ervigius Rex hoc Legis nostræ edictum in confirmatione hujus Concilii promulgatum subscripsi.

a Indicto. *Exc.*
b Debeat. *Exc.*
c Decretis, atque peractis. & deb. *Exc.*
d Properamus. *Exc.*
e Subvertere. *Exc.*
f Constituta. *Exc.* *Desunt Exc.*
g Facultatis suæ. *Exc.*
h Alia infamia *Exc.*
i Verb. ut semper infamis permaneat. *Exc.*
k Toletani. *Exc.*

NOTÆ VARIORUM.

42. Multi in XII. Concilio Toletano Episcopi subscribunt, qui aliis interfuerunt Synodis, ut Asfalius Abelensis Ecclesiæ in Emeritensi. Concordius Palentinæ, in XI. Toletano. Felix Daniensis per Procuratorem in eodem XI. Froaricus Portucalensis in III. Bracar. Gaudentius Valeriensis in XI. Toletano. Genetius Tudensis in III. Bracarensi. Laander Illicitanæ In XI. Toletano. Palmatius Urcitanæ in eodem XI. sicut Recilla Accitanæ. Alii vero aliis succedunt, ut Antonianus Bastitanæ, qui successit Etherio in XI. Toletano. Acula seu Atula Cauriensis, qui Donato, in Emeritensi; Argibudo, qui Argibado Elliberitanæ, Eliæ in VIII. Toletano. Deo-datus Segobriensis, qui Egicæ, in XI. Toletano. Euphrasius Lucensis, qui Rectogeni, in III. Bracarensi. Felix Iriensis, qui Idulfo Felici, in eodem Bracarensi. Geta Eliplensis, qui Servando, in VIII. Toletano. Gundulfus Lamecensis, qui Theodisclo, in Emeritensi. Gildemirius Complutensis, per Procuratorem, qui Acisclo, in XI. Toletano. Hospitalis Valentinæ per Procuratorem, qui Svinteto, in XI. Toletano. Joannes Pacensis, qui Deo-dato, in Emeritensi. Isidorus Setabitanæ, qui Athanasio, in XI. Toletano, Julianus Urbis Regiæ, qui Quirico, in XI. Toletano. Julianus Spalensis, qui Fugitivo in X. Toletano. Liuba Bracarensis, qui Leodecisto Juliano, in III. Bracarensi. Providentius Salmanticensis, qui Egeredo, in decimo Toletano. Proculus Bigastrensis, qui Joanni, in undecimo Toletano. Reparatus Vesensis, qui Unadilæ, in VIII. Toletano. Samual Malacitanæ qui Dunilæ, in VIII. Toletano. Severitanus Oxomensis, qui Godiscalco, in XI. Toletano. Sisebaldo Tuccitanæ, qui Vincentio, in VIII. Toletano. Spera-in-Deo Italicensis, qui Epartio, in VIII. Toletano. Simpronius Segobriensis qui Sindiuio, in XI. Toletano. Stephanus Emeritensis, qui fuit sanctissimus, & venerabilis Vir, qui Proficio in Emeritensi. Tructemundus Elborensis, qui Sozimo, in X. Tolatano. Theodulphus Astigitanæ, qui Stephano, in VIII. Toletano. Theuderacus Assidonensis, qui Pimenio, in VII. Toletano. In Cod. ms. Regii Monasterii S. Laurentii primo loco subscribit: *Julianus indignus Urbis Regiæ Toletanæ Sedis Episcopus, hæc Synodica subscripsi*, Deinde secundo loco est: *Ego Julianus Dei gratia Spalensis Sedis Episcopus, hæc Synodica instituta a nobis edita subscripsi.*

43. Ad Cap. I. *In Missarum solemniis.*) De Symbolo recitando alta voce in Missarum solenniis, superius diximus. Nunc da Missæ nomine, & hujus vocis antiquitate aliquid addamus, ex sententia Patrum. Missæ nomen Latinum, non Hebræum est, ut neoterici studiose excogitant. Isidorus Hispal. Lib. *Etymolog.* 6. Cap. 19. Alcuinus, *De divinis offic.* & Remigius *De offic. Missarum*. Missæ a præmittendo, vel emittendo, vel dimittendo, dicitur. Unde Sanctus Ambrosius Lib. 2. Epist. XIV. in Missa Catechumenorum utitur illa voce, *dimissis Catechumenis*. Alii a gemina missione dictam existimant. Prima missio est Catechumenorum, altera Fidelium, quæ fieri solet peractis Sacris, clamante Diacono: Ite, Missa est. hoc est, finita, & completa est oblatio. Cassianus Lib. 2. *Instit.* Cap. 13. Nocturnæ Missæ meminit, quod oihil aliud est, quam dimissio, quæ fiebat a Synaxi peracta, & finita oratione. Et Lib. 3. *Instit.* Cap. 7. sic inquit: *Is vero, qui in tertia, sexta, nona, priusquam Psalmus cœptus fuerit, ad orationem non occurrerit, ulterius Oratorium introire non audeat, nec semetipsum admiscere psallentibus; sed congregationis Missam, stans pro foribus, præstoletur.* Et alibi: *Missam vigiliarum, pro dimissione*

per,

peractis vigiliis. Unde recte Auctor Ciaconius Hispanus, sive alius in *Notis Cassiani* existimat, apud Cassianum sumi Missam pro quacumque Synaxi, sive Congregatione, quam Monachi publice orandi caussa faciebant; nempe Tertia, Sexta, Nona, & aliis. Accipiebat vero nomen ab ipsa dimissione completa oratione. Nam, ut Smaragdus ait, *Orationes*, idest, Collectæ, *quæ in fine rursus a Sacerdote dicuntur, Missæ, idest, Deo transmissæ dicuntur*. Unde idem Cassianus Missam finem Synaxeos vocat Libro 3. Capite 7. ut supra dictum est. Verum cum ex omnibus Solemnitatibus, Sacrificiis, & Oblationibus labiorum, quæ Deo in Orbe terrarum fiunt, maxima Oblatio sit Sacrum Missæ, ratione veri, & proprii Sacrificii, & Sanguinis Christi, in quo panis, & vinum in Corpus, & Sanguinem Christi transubstantiantur; inde per excellentiam Missa nominatur Oblatio, & Sacrificium illud incruentum Corporis, & Sanguinis Christi, quod quotidie a Sacerdotibus peragitur; ad quod omnia alia Officia Divina, tanquam ad scopum, diriguntur. Missæque nomen pro hoc Sacrificio usurpari, non est recens, sed antiquum; ut constat ex Evaristo Papa I I I. a Petro, apud Burchard. Lib. 3. *Decret.* Cap. 27. *Omnes Basilicæ*; & Alexandro Papa a Petro I V. Epist. *Ad omnes orthodoxos*; & Telephoro Papa V I. a Petro, Canone, *Nocte sancta*, *De consecr.* Dist. 1. Hac eadem voce utitur Leo Magnus Epist. L X X X V I I I. & S. Ambrosius Epist. X X X I I I. S. Augustinus Sermone, *De tempore*, 91. Idem Gregorius Magnus, & Isidorus Hispalensis, & complures illius sæculi Patres. L U P U S.

44. Ad Cap. I I. In Canone hæc quæstio vertitur de iis, qui cum sani essent, verbis demonstraverant, se pœnitentiam aliquando suscipere velle; quippe postea in tantum morbum inciderunt, ut nullus sensus, & mentis effectus in iis animadverteretur: *Multos*, inquiunt Patres, *sæpe vidimus in salute positos, ultimum desiderantes pœnitentiæ fructum, & rursus nimietate ægritudinis ita loquendi, & sentiendi perdidisse naturale officium, ut nulla illis cura salutis suæ videretur inesse, nulla etiam pristinæ devotionis nosceretur desiderio anhelare*. Quid igitur de illis actum est? Assidentes eorum commiserati Sacerdotem petierunt, ut pœnitentiam illis imponeret, simulque pœnitentiæ fructum, hoc est, absolutionem, & Eucharistiam traderet; spondentes eos sanitate recuperata leges pœnitentiæ exsecuturos. At illi sanitati restituti negant, se hac promissione teneri, eo quod nec pœnitentiam petierint, nec scientes acceperint; ideo pœnitentiæ habitum, cæteraque pœnitentium insignia se jure abjicere profitentur: *Quorum casibus fraternitas condolens, ita solium necessitates in fide sua susceperit, ut ultimum illis tribuatur viaticum; quod scilicet sine fructu pœnitentiæ non videantur transire sæculo. Si forsitan respiciente Deo saluti pristinæ reformentur, agunt cautionibus vanis, & oppositionibus exsecrandis, qualiter a se Tonsuræ venerabile signum expellant, atque habitum Religionis abjiciant, impudentissime asserentes, idea se nullis regulis Ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœnitentiam nec ipsi petierint, nec scientes acceperint*.

45. Nunc videamus, quanta sit pœnitentiæ sic impositæ nedum decursæ efficacia, cujus caussa amici adstantes moribundum ea donari efflagitarunt. Tanta sane ab iis judicatur, & adeo clare, & sine ambagibus enarratur, ut malim eorum verbis, quam meis id referre: *Quorum impudentia procax, & obstinata protervitas, nequaquam talia diceret, si qualiter ad vitam per sacrosancti lavacri gratiam venerit, meminisset. Etenim parvulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ nulli per ætatem discernendi vel expetendi sensui aptior judicatur, nisi sponsione fidelium Baptismi eripiunt Sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. Unde sicut Baptismum quod nescientibus parvulis sine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur; ita & pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur, absque ulla repugnantia inviolabiliter hi, qui illud exceperint, observabunt*. Primum vides, Lector, pœnitentiam publicam amicorum rogatu illis datam. Existimabant igitur amici, qui eorum vitam noverant, crimina ab iis perpetrata longe facilius per eam expiari; quod etiam vel Canonis verba satis indicant. Est igitur manifestum, ea crimina tum temporis per pœnitentiam publicam expiata fuisse. Hæc etiam si vulgata Ecclesiæ praxis non tulisset, improbabile omnino esset, amicos inconsulto moribundo luctuosam illi pœnitentiam procuraturos; improbabile cursus, Sacerdotes tam gravem pœnitentiam non petenti impositu ros, cum secreta pœnitentia, quæ crimina omnia sanaret, præsto illis esset. Quis enim credat, & amicos, & Sacerdotes bona infirmi voluntate tam prodige abusos, ut cum leni medicamento morborum ipsius facile sanare possent, ferrum, & cauterium adhibuisse, stulteque sperasse quæ fecerant, boni consulturum.

46. Excipietur forsan crimina illa publica fuisse, & consequenter ex praxi Ecclesiæ pœnitentiæ publicæ obnoxia. At si crimina illa publica fuissent, ea ratione ad pœnitentiam publicam ejusmodi homines obligati fuissent, & ante pœnitentiam impositam, & cum imponeretur, & post impositam, donec ea defuncti fuissent. Verum Patres illi necessitatem agendæ pœnitentiæ sic impositæ, inde tantum petunt, quod pœnitentiæ donum nescientibus illabatur, ut parvulis donum Baptismi. Si publica fuissent crimina, quam validis rationibus petitis ex Scriptura, ex Canonum præscripto, ex perpetua Ecclesiæ universalis praxi, eos homines ad pœnitentiam publicam coegissent, aut ab Ecclesia duco anathemate abegissent? Immo ex praxi illorum temporum, atque etiam hodiernorum, si publicis peccatis maculati fuissent, pœnitentia sic pervicacibus imponi non potuisset, multoque minus Eucharistia dari. Certum est enim, peccatoribus publicis, nisi resipiscant, aut resipiscentiæ testimonia præbeant, pœnitentiam imponi non posse. Quid de communione Corporis Christi dici par est,

qua ii, de quibus agitur, donati sunt?

47. Propterea eodem Canone duo adduntur, quæ peccata illa occulta fuisse demonstrant. Prius verba, quæ citatis immediate subsunt: *Si quis autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc Synodale violaverit Institutum, ut vere transgressor paternis regulis ferietur.* Quid opus hac interminatione peccatori publico tam ipso jure excommunicato, quique insuper recens Dei gratiam ab Ecclesia oblatam iam impudenter exspuerat? Non levibus minis cum eo erat agendum, sed anathematum fulguribus percellendus: *Paternis regulis ferietur.* At jam erat propter peccatum publicum anathemate contritus. Horum tamen Patres illi nihil commemorant, aut exprobrant, vel levissime innuunt. Posterius colligitur ex postremis Canonis verbis: *Sacerdos tamen, qui non sentienti, neque petenti, ausu temerario pœnitentiam dederit, neque se exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentibus significationibus invitatum fuisse probaverit, unius anni excommunicationis sententiæ subjacebit.* Sacerdoti prohibetur pœnitentiam non sentienti, nec pœnitenti impunere; sed tamen data non declaratur irrita. Nunc animo tibi propone peccatorem publicum. An licet ei pœnitentiam, & ultimum viaticum dare non petenti, nec quid agatur sentienti? Sed plura. Si postea convalescens pœnitentiæ luctuosæ leges exsequi nolit, num rata poterit judicari ejusmodi pœnitentia, tam temere, ne dicam impie, data?

48. Illustre, & augustum hujus rei argumentum nobis præbet Rex Gothorum Hispanorum Vvamba sanctitate clarus. Illum historicorum nullus criminis accusat, sed omnes illius religionem, & vitæ sanctitatem laudant, & admirantur. Quod insuper ad rem maxime facit, ipsi graviter ægrotanti, nihilque sentienti, pœnitentia, de qua agimus, data est, eamque convalescent, regia auctoritate deposita, in hoc ipso Concilio probavit, & assumpsit. Ut se res habuit, breviter, tam ex Luca Tudensi, quam ex hoc Concilio enarrandum est. Cum Cindasvinthus in Hispania regnaret, ad eum venit Græcus quidam nobilis Vir, Andabastus nomine, ab Imperatore in exilium pulsus. Reccesvinthus Rex Cindasvinthi successor eum favore plurimo prosecutus est, & consobrinæ suæ matrimonio junxit, Comitisque dignitate illustrem fecit. In Reccesvinthi defuncti locum Vvamba electus est, in quem occulto odio furens Andabastus, venenum ei propinari curavit, cujus virulentia lecto decumbens, memoria, sensuque aliquanto tempore privatus est: *Cumque Episcopus Civitatis, & Optimates Palatii, qui erant Fideles Regis, quos potionis caussa latebat, vidissent Regem jacentem absque memoria, caussa pietatis commoti, pœnitentiam volentes illi perficere, unctionem sancti Olei, & communionem Corporis Christi obtulerunt. Sed factum est, ut Rex a potione liberatus, cum præsensisset quod illi extremæ unctionis Episcopus peregerit Sacramentum, ad Monasterium perrexit, ibique in Christiana Religione permansit.* Hæc Lucas Tudensis. Narrant Concilii Toletani Patres, Cap. I. Vvambam morbi caussa pœnitentiam suscepisse, Regno renunciasse, Ervigium Principem in suum locum elegisse, Literasque tam renunciationis ob pœnitentiam susceptam, quam Ervigii in Regem electionis, Concilio ostendisse, ut a Patribus in Regem, quod factum est, ungeretur: *In quibus*, inquiunt, *& præcedentis Vvambæ Principis pœnitentiæ susceptio noscitur, & translatus Regni honor in hujus nostri Principis nomine derivatur. Idem enim Vvamba dum inevitabilis necessitudinis tenetur eventu, suscepto Religionis debito cultu, & venerabili Tonsuræ sacræ signaculo, mox per scripturam definitionis suæ, hunc inclytum Dominum nostrum Ervigium post se præelegit regnaturum &c. Vidimus, intuitu prælucente perspeximus hujus præmissi Ordinis scripturas, idest, notitiam manu Seniorum Palatii roboratam, coram quibus antecedens Princeps, & Religionis cultum, & Tonsuræ sacræ adeptus est venerabile signum &c.*

49. Rex ille Vvamba pius admodum erat, nec illius criminis publici suspectus, nedum diffamatus; ægrotanti tamen, nec roganti assidentes amici procurant, ut pœnitentia publica imponatur, eamque imposuit Julianus ipsissimus Toletanus Archiepiscopus, approbantque factum Toletani Patres. Evidens igitur est, de criminibus publicis eo Canone non agi, sed de peccatis occultis, & mortalibus, a quibus difficillimum est, quemcumque Christianum prorsus immunem esse; ac proinde pie admodum amici moribundorum, ut illis ante mortem pœnitentia præstetur, procurant, quod & nunc in Ecclesia Catholica diligenter, & solicite procurari videmus. Si crimina publica fuissent, pœnitentia illa perfecta, idest, cum absolutione, & Corporis Christi communione conjuncta, præstita illi nunquam fuisset, sicut etiam nunc non præstaretur. Nulli enim, cujus scimus publica peccata, & nullo modo scimus resipiscentiam, administranda est reconciliatio. Verum ille, cujus nulla certo scimus crimina, moresque apparent nullius criminis accusandi, non abs re moriens præsumitur corde contritus, & reconciliationi idoneus. Quanquam enim falli possit Sacerdos, præstat tamen, ut ex SS. Cornelio, Cypriano, & Augustino demonstratum est, cum ulterius inquirendi vitæ periculum occasionem intercipit, multis indignis sancta mysteria præbere, quam dignos aliquos iis frustrare. Hunc autem Concilii Canonem, Concilium sequens XIII. quod duobus post antecedens annis celebratum est, anno 583. prid. Non. Novembris, nominatim Cap. 9. approbavit, & confirmavit. Morinus, *De Pœnit.* Lib. 5. Cap. 7. num. 2. & seqq.

50. Ad Cap. III. *Per definitiones Canonum antiquorum.*] Concilii Tolet. IV. Can. 75. & toto Concilio V. VI. & VII. Cap. I. Id enim tot Conciliis, & Decretis cavetur. Nam, ut inquit Gregorius Turon. Lib. 3. *Sumpserant Gotthi hanc detestabilem consuetudinem, ut si quis eis de Regibus non placuisset, gladio eum appeterent, & quem libuisset animo,*

mo, hunc sibi statuerent Regem. Et Concilio Toletano xvi. Capite 10. dicitur: *Quia juris jurandi transgressio valde inolevit, & machinandi contra Principes nostros consuetudo sæva*.

51. Ad Cap. iv. *Ex Concilio Nicæno, Tit. 8.*] Habetur nunc Cap. 6. De non ordinandis Episcopis per vicos.

52. *Titul. 57.*] Idem habetur Concil. Carthag. 11. Cap. 5. & Laodic. Cap. 57.

53. Ad Cap. v. *Sed in uno die si plurima.*] Hinc patet, in more fuisse, plures uno die Missas dici, aliqua urgente necessitate. Unde Concilio Salegunstadiensi Cap 5. *Item decretum esse dicitur, ut unusquisque Presbyter in die non amplius quam tres Missas celebrare præsumat*. Et Altisiodorensi Cap. 10. *Non licet super uno Altario in una die duas Missas dicere*. Liberum vero aliquando fuisse, uno die plures Missas celebrari, tradit etiam Vvalafridus Strabo, *De rebus Ecclesiast.* Cap. 21. ubi ad suam notitiam pervenisse gravium Virorum relatu testatur, Leonem Papam sæpe septies, aut octies uno die celebrare solitum; contra vero D. Bonifacium Archiepiscopum, & Martyrem semel dumtaxat per diem. Necessitate vero exigente, pluries fieri permissum, ex Gratian. *De Cons* D. 1. Cap. *Sufficit*; ex Alexandro PP. qui sic habet: *Sufficit Sacerdoti unam Missam in die una celebrare; quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est unam Missam facere; & valde felix est, qui unam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, & alteram de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus sæcularium, una die præsumunt plures facere Missas, non æstimo evadere damnationem*. Hoc Alexander. In septem casibus uno die plures dicere Missas licet Primo, die Nativitatis, quo tres dici possunt. Can. *Nocte sancta*. Media nocte, & diluculo, & tertia hora, & aliis, ut tradit Doctor insignis Navarro, Cap. 25. *Summæ*, num. 78. Item Durandus in *Rational.* Lib. 4. Cap. 1. Turre-cremata in dict. Can. *Sufficit*. Sylvester in *Summa*, voce *Missa*. Soto. iv. Sent. Dist. 13. Quæst. 2. Art. 2. Leo primus Epist. lxxxi. ad Dioscorum addit, Sacerdotem Missam iterare posse, cum solennior festivitas conventum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multitudo convenerit, quam recipere Basilica simul una non possit: *Tum enim*, ait Leo, *Sacrificii oblatio procul dubio iteratur*. Item Innocentius Cap. *Consuluisti*, *De celebratione Missarum*. Hodie id fit, cum sub una Parochia unus Sacerdos duo habet Oppida unita. Ex aliis etiam caussis idem licere, tradunt Doctores Scholastici, Antonin. iii. P. Tit. 13. Cap. 6. §. 4. & Paludan. in 4. D. 15. Q. 2. Vvalafridus, *De rebus Eccles.* Cap. 21.

54. *In sola tantum extremi*.] Hunc morem celebrandi sæpius in die Missæ Sacrificium, & in ultimo sumendi communionis sanctæ gratiam, tempore Cypriani in usu fuisse, patet ex ejus Epistola lxv. ad Cæcilium.

55. Ad Cap. vi. *Libera Principis electio*.] Studium, & labor eligendi Viros Episcopatibus præficiandos, penes Reges tempore Gotthorum erat; quod usque, Romanorum Pontificum indulgentia, ad nostra tempora penes Hispaniæ Reges resedit. Constat id ex Epistola Braulionis ad Isidorum Hispalensem Episcopum: *Ut quia*, inquit, *Eusebius noster Metropolitanus decessit, habeas misericordiæ curam; & hoc filiolo tuo, nostro domino suggeras, ut illum illi loco præficiat, cujus doctrina sanctitas cæteris sit vitæ forma*. Cui Isidorus sic respondet: *De constituendo autem Episcopo Tarraconensi, non eam, quam petisti, sensi sententiam Regis; sed tamen & ipse adhuc, ubi certius convertat animum, illi manet incertum*. Et Concilio xvi. Toletano in Tomo Egicæ Regis cavetur, ut si quis Episcopus in sua Diœcesi idololatriam fieri permiserit, officio suo deponatur; alio tamen principali electione ibidem constituto, qui possit hujus institutionis ordinem servare. Unde constat ad regiam curam pertinere nominare Episcopos; quod fiebat hoc pacto. Rex de ea re nominationem referebat ad Concilium; Concilium autem inquirebat, an nominatus dignus esset eo munere, ut ad Episcopatum veheretur; quod si inventus esset moribus, & doctrina ornatus, statim a Concilio confirmabatur. Patet hoc etiam ex Concil. xvi. Tolet. in Decreto judicii ab universis edito, de depositione Sisberti Præsulis Toletani, his verbis: *Igitur quoniam favente Domino, Concilium est quo citius inchoandum, secundum prælectionem, atque auctoritatem toties dicti nostri Domini, per quam in præteritis jussit, venerabilem Fratrem nostrum Felicem Spalensis Sedis Episcopum, de privata Sede Toletana, jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem Decreto firmandum, ob id nos cum consensu Cleri, ac populi, ad sæpe dictam Toletanam Sedem pertinentis, prædictum venerabilem Fratrem nostrum Felicem Episcopum de Spalensi Sede, quam usque hactenus rexit, in Toletanam Sedem canonice transducimus*. Confirmatus jam a communi Concilio Episcopus, cogebatur se coram Metropolitano intra duos menses sistere; ut constat ex Concilio Tarracon. Cap. 5. estque apud Gratian. Dist. 65 Cap. *Si quis in Metropol.* Tota hæc potestas probandi, & confirmandi Episcopos, a Rege libera electione designatos, quæ ante penes Concilium Generale erat, in hoc Concilio, ob caussas in Canone assignatas, in Archiepiscopum Toletanum transfertur, veluti in totius Regni Primatem. Omnia autem hæc fiebant concessione Romanæ, & Apostolicæ Sedis, cujus auctoritatem Ecclesia Hispaniæ semper majorem in modum coluit, & observavit. Et habetur Dist. 63. Cap. *Cum longe lateque*. Loaisa.

56. *Quoscumque regalis potestas elegerit &c. decedentibus Episcopis eligere successores*. Sciendum est ex veterum Scriptorum monumentis, Gotthorum Reges in Hispania nominationem sibi vindicasse creandorum Episcoporum, quorum nominatio referebatur ad Concilium, ut de persona inquireret, utrum digna esset Sede Episcopali, Quoniam autem longæ moræ solerent intercedere in his perficiendis, ob idque contin-

gere vacantes Sedes diutius absque Episcopo permanere; id sancitum est in hoc Concilio, ut quem Rex nominaret, unus Toletanus Episcopus, de persona habita investigatione solita, ordinare posset. Verum quod hæc res admodum invidiosa esset, quæ videretur statuta in præjudicium reliquarum Archiepiscopalium Sedium; adversus ejusmodi hujus Synodi Decretum constat fuisse ab Hispanorum reliquis Episcopis tumultuatum, ab eisque in contrariam partem flexum Regem, sibi timentem, ne cæteri Hispaniæ Episcopi rebellarent. Actumque est ab Episcopis ipsis cum Romano Pontifice, *ut nullus Archiepiscopus Hispaniarum subderetur alicui Primati, præter quam Romano*. Ista enim ita se habuisse docet Tudensis. Quibus etiam intelligas, arbitrio Romanorum Pontificum pro temporis, & personarum ratione dari, & demi consuevisse Ecclesiis Privilegia, neque quicquam consistere, quod Reges, aut Concilia de his statuant, nisi Pontifex Romanus annuerit. SPONDANUS ad annum 681. num. 14.

57. Vix aliquas in Germania, Gallia, & Hispania, electiones Antistitum reperias, quæ non ex Principum, aut consensu, aut voto, aut imperio fierent; quamvis ut supra notatum, id graviter Canones prohiberent, cum Principum voluntas pro imperio esset, imperium vero pro necessitate; sicque electionum libertas pessum ibat. Vide multa exempla electionum regio consensu, aut imperio factarum apud Gregorium Turonensem. Huic malo ut Concilium Parisiense III. mederetur, edidit anno 507. Canonem VIII, quo vetabantur electiones regio imperio violari, & a Rege electi omnino Sacerdotiis arcebantur. Anno tamen 549. Concilium Aurelianense V. licet Can. XI. electiones Episcoporum solis Clericis, & populo concedat, vetetque, ne Principes *ad consensum faciendum* (verba sunt Concilii) *cives, aut Clericos, quod dici est nefas, jaclinent*; Canone tamen X. approbationem electionis regiæ voluntati permittit. Idem in Concilio V. Parisiensi anno 615. & Edicto Regis Clotarii confirmatum, sicque consuetudo in jus, & Legem versa. Idem quoque Jus Regibus Hispaniæ (nam Gotthorum Reges nominationem Episcoporum jam olim sibi vindicaverant) in Concilio Toletano XII. Can. VI, aut collatum, aut confirmatum est anno 681. habetur is Canon apud Gratianum Can. XXV, Dist. 63. Videntur Reges Galliæ, Hispaniæque exemplum a Græcis Imperatoribus accepisse, qui multum in electionibus Patriarcharum, aliorumque Episcoporum sibi tribuebant, & exempla historiam Ecclesiasticam legentibus passim occurrunt. EUGENIUS LOMBARDUS in *Regali Sacerd.* in Prælud. §. I.

58. *Licitum maneat deinceps Toletano Pontifici &c.*) Videtur hoc Privilegium, eo præsertim titulo Toletano Antisti tributum, quod antea, ut refert Rodericus, Primatiæ dignitatem a Summo Pontifice, instante Cindasvintho Rege Vvambæ prædecessore, obtinuisset; sed non multo tempore illa prærogativa fruitus est; nam tertio, & tricesimo ab eo Concilio anno, Hispaniis a Saracenis occupatis, Toletum in eorum quoque potestatem venit. Cæterum eandem quoque ob caussam, cum Romani Pontifices Episcoporum confirmationes, immo & electiones, ad se traxissent, comprovincialibus, sicut & Metropolitano, adempto ordinationum jure, in Curia Romana Episcoporum frequentiores ordinationes fuerunt; censuitque Synodus Trid. Episcopos vel in Curia, vel in Provincia, si fieri commode possit, consecrandos; idest, vel a Romano Pontifice, vel iis, quos ipse delegarit, si nempe in Curia ordinentur; vel a Metropolitano, ejusque Comprovincialibus, quibus solis in Provinciam jus est; si videlicet extra Curiam consecrentur. HALLIER, *De sacris electionibus*, pag. 696.

59. Ad Cap. VII. *Omnis disciplina.*) Ex Lege Vvambæ, Lib. 12. Legum Visigothorum, Tit. 2. Lege 8. ubi dicitur, ut amisso testimonio dignitatis, protinus ad ultimæ servitutis conditionem redigatur, quisquis laicus, simul ut inimica aliqua vis adversus Gentem Gotthorum ingruisset, eam non omni ope propulsare conatus fuisset.

60. Ad Cap. X. *Qui eos competunt.*) Multum huic Decreto lucis infertur ex Leg. Vvisigotth. Lib. 9. Tit. 3. de iis, qui ad Ecclesiam confugiunt; & amplius ex Libro 6. Tit. 4. Lege 16. qua agitur de homicida ad Ecclesiam confugiente. Verba sunt: *Sed etsi contigerit, eum ad Altare sanctum fortasse confugere, non quidem præsumat eum absque consultu Sacerdotis persequutor ejus abstrahere. Consulto tamen Sacerdote, ac reddito sacramento, ne eundem sceleratum publica mortis pœna condemnet, Sacerdos eum sua intentione ab Altari repellat, & extra Chorum projiciat; & sic ille, qui eum persequitur, comprehendat. Cui ab Ecclesia ejecto, non alias mortales inferat pœnas; sed in potestate parentum, & eorum, cujus propinquus occisus fuerit, contradendus est, ut excepto mortis periculo, quid de eo facere voluerint, licentiam habeant.* De immunitate Ecclesiarum supra diximus.

61. *Lex.*) Leges condere post peracta Concilia in eorum confirmationem, ab Imperatoribus Romanis Reges Gotthi acceperunt; Gens cum hac in re, tum in aliis plerisque Imperii æmula.

62. Confirmatum est hoc Concilium Toletanum XII. in Concilio Toletano XIII. Cap. 9. ubi sic scriptum est: *Licet unanimi consensionis nostræ judicio gesta Synodalia Toletani Concilii duodecimi acta sunt, atque dispofita, quæ anno primo gloriosi Principis Ervigii in hac Urbe Regia celebrata sunt.*

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Ad Canones I. & II. nota inauditum ex facto Regis Vvambæ pœnitentiæ exemplum. Ipsi namque graviter ægrotanti, nihilque sentienti ex veneno, quod Andabastus ei propinaverat, ob idque, ut Lucas Tudensis refert, memoria prorsus carenti, Episcopus, & Optimates pœnitentiam in eo mentis statu dari procuraverunt; quam cum Vvamba convalescens suscepisse novisset, Regno,

gno, & saeculo renunciavit, facta prius Ervigii successoris electione. Ne porro aliquo recum aventu, titubante, ut solat, abdicatorum Principum vo luntate, res gesta interturbaratur. atiam hoc Canone Aulici Episcopi bujus Canonis auctoritate voluerunt hanc confirmari. Ex quo sequitur supposito etiam nullo antea desiderio, pcocuratam sic a lteri mantis impoti pœnitentiam adstringere pœnitantem ad subeundas consuetæ pœnitantiæ leges. Et revera cum Vvamlæ imposita est illa pœnitentia, res ita singularis visa est, ut tam hoc Canona, quam Concilio sequanti, ne impostarum hoc fiat, præcaveatur, & pro solo Vvamba Lex facta sit: *Quippe Sacerdos, qui non sentienti, neque petenti ausu temerario pœnitentiam dederit, annua excommunicationi subjacet*. Ea iis item patet, Leges, si hæc legitima sit, ab Ecclesia condi posse, quæ effectum habeant retroactivum; si quidem per nullam Legem præcedentem, Vvamba tanebatur ad Religionis ingressum, quem utpote mentis impos spunre non vovarat; cuique obstrictus esse non cœpit, nisi ea sancito postaa Canone, qui pro sola hac vica vim, & effectum erat habiturus; utpote conditus in gratiam tantum Regis Ervigii, cujus securitati voluarunt Patres hac ratione prospici. Quod ax boc magis patet, quod dum mantionem habent de Rege Vvamba, nonnisi asperioribus verbis utantur, vocantes *jussiones ejus injustas*, & dicentes, *consilio levitatis* eum egisse.

Nota porro, circa Monastici habitus licet involuntarie suscepti vim, & leges, quod ait Balsamon ad Concilii Ancyrani Can. 3. *Porro & Commenam Dominam Theodorani, quæ dicta est Lopardæ illius Andronici conjux, vi illius Tyranni Andronici tonsam, Constantinopolitana Synodus non sinit mutare habitum, nec cum Crate Hungariæ, qui hoc vehementissime petebat, conjungi; eo quod post ejus viri mortem professisset Tonsura, etiamsi facta esset*. Quod convenit adhuc cum his, quæ statuta habentur Capitularium Libro 5. ubi legitur: *Qualicumque modo mulier, permittente viro suo, aut eo defuncto, velum sanctam in caput acceperit, aut sponte, aut invita, in eo permaneat omnino, nec dimittat*. Judith Ludovici Imperatoris uxor sine lege, sine judicio, & per meram vim velata quondam huic parare Capitulo adacta est. Pulcheria Thaodosii junioris soror Augusta fratri, Chrysaphii Eunuchi atte gravis, & molesta, facta atiam esset invita Diaconissa, nisi a Flaviano Constantinopolitano monita se ex aula exulasset. Sia plures, Episcopi etiam reluctantes facti sunt aliquando, ut ax publicis, quibua præerant, muniis honeste ejicerentur.

Ad Canonem III. nuta Regum privilagium, pro his communioni restituendis, quos semel ad mensam admiserint, spectare tantum casua, qui Reipublicæ bonum juvant, & sunt *civilis*, non autem Ecclesiastici juris. Quippe si ea delicto, quod Rempublicam non tangat censura prodeat, tantum abest, ut hæc Principis gratia aacommunicationem solvat, quinimo qui cum ejusmodi excommunicato communicarant, censuræ participes evaderant; at in Canonis casu, cum excommunicationis ratio fuerit ira Principis, cessanta causa, cessare debet & effectus.

Ad Canonem V. nota 1. usum, & morem, ut quidam inierunt, multiplicis ca ætate habitis eadem dia Sacrificii, de quo Salegunstadiense Cuncilium postea sic loquitur: *Decretum est, ut unusquisque Presbyter non amplius, quam tres Missas celebret*; & abusum quorumdam Sacerdotum, qui in unoquoque Sacrificio, ne debiti jejunii leges solvarent, a communione abstinabant, nec nisi in ultimo Corpus Christi consumebant; quod Canon damnat, declarans, Sacrificium illud imperfectum omnino alle. Tribus quippe conditionibus constare debet, ita ut in eo sit oblatio, consecratio, & consumptio; quarum una daficiente, non integrum censetur omnino Sacrificium. Nota 2. eum multis, quæ tum fiebant, oblationibus lucrandis Sacerdos inhiarat, videri totidem Missas aum celebrasse ea avaritia, indeque in ultima tantum communicasse. Multas ejusmodi vidimus, juxta Gregorii III. Diploma de sex oblationibus quotidie per aum factis ad Sanctum Paulum, aadem die, & ab eodem fuisse celebratas. Quotidianas eas fuisse, innuit Liber Sacramentorum Ecclesiæ Gallicanæ apud Mabillonium, in quo pluras ejusmodi Missæ quotidianæ inscribuntur. At quoad omissam in quibusdam Missis communionem præsertur Ansegisus Principis Constitutionem referens, qua cavebatur, *ne Presbyteri Missas celebrarent, & communione abstinerent*. Quod ita statutum aa hoc Vadianus axistimat, quod, *erant*, inquit, *qui in Missæ Sacra Eucharistiam dabant plebi, ipsi interim nihil sumentes*. Sacerdotes quippe nonnulli offerebant quidem, & consecrabant; at ea astantibus aliqui Sacrificii hostiam consumebant; qui abusus per præsentem Toletanum Canonem, quo Presbyter tanetur, quoties Sacrificium celebrat, toties communicare, corripitur, & ei prospicitur. Hinc solebat Episcopus in sua visitatione inquirere de Prasbytero, *si Missam cantat, & non communicat*. Certe Fulbertus Carnotensis Epistola 83. ad Oeconomum interrogatus de Presbytero, qui Missas celabraverat, nec communicaverat. respundet, quod si id aa timore male fundato egerit, cum indulgentia, & piatate castigandum; & citat Lib. I. Capitular. C. quod sic haber: *Auditum est, aliquos Presbyteros Missam celebrare, & non communicare, quod omnino in Canonibus Apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo dicere recte potest, si non communicaverit: sumpsimus Domine Sacramenta &c.* Observandum autem, non uniformam fuisse quovis sæculo morem circa Missam, quæ modo unica, modo multiplex a Sacerdota quondam celebrata est. Quotidie quidem habitam Toletanum supra Concilium I. & Augustinus Epist. 98. & Ambrosiua, quos jam citavimus, probant. At S. Epiphanius trium tantum dierum, Dominicæ, & quartæ, sextæque Feriæ, quibus Synaxes ad Sacrificium cogerentur, meminit, quod hi dies præ cæteris insignes speciali privilegio gauderent, at non propterea aliis diebus etiam calabratum

tum negat. Erant enim Missarum aliæ solemnes, aliæ privatæ; dubitarique potest, num Leo Papa, qui una die usque ad novem Missas celebrasse fertur, eas omnes ex æquo eum solitis cæremoniis, & precibus habuerit. Nono sæculo devotio efferbuerat pro celebrandis eadem die ab uno Sacerdote pluribus Missis. Tot inde legimus Canones, qui Missarum numerum ad tres, eosque in certis tantum necessitatibus præfigunt; sic a Concilio Salengustadiensi anni 1022. statuitur, ne Presbyter in die plusquam sex Missas celebret. Edmundus Martene in antiquis Monachorum Ritibus monet, in Monasterio Sancti Petri supra Divam in Natali Domini non tres tantum, sed etiam quatuor Missas solemnes celebratas. Sanctus Augustinus in Cœna Domini nempe mane a jejunis, & sero a refectis bis celebratum Sacrificium innuit, ut videre est in Epistola ad Januarium. Tres autem in Paschate, ut & in Vigilia Ascensionis, celebratas dicit Concilium Nemausense anni 1284. his addit Festa Sancti Joannis Baptistæ, & omnium Sanctorum, & Apparitionis Domini. Nec his tantum solemnioribus Festivitatibus id observatum, sed etiam exequiatum die, ut Lambethense Concilium loquitur, quando corpus in propria Ecclesia fuerit tumulandum. Guillelmus Durandus in Rationali, Lib. 4. Cap. 1. plures Missas celebrari posse scribit in Festu Natalis Domini, in defunctorum exequiis, ad magnatis alicujus supervenientis petitionem, ob peregrinorum adventum, ob obvenientem aliquam necessitatem, puta si sponsi hoc expetierint; posse etiam tres celebrari asserit, si Festivitates occurrerint, aut si jejunii dies Festum solemne habeatur. De quibus eundem Martene lege, *De antiquis Ecclesiæ Ritibus*. In singulis porro Sacrificiis tuties communicandum, nec communionem ad ultimam Missam a Sacerdote transferendam, monet hoc Concilium Toletanum XII.

Ad Canonem vi. nota quod supra diximus ad Aurelianensis Concilii V. Canonem x. quo Francorum Regi Episcopum eligendi privilegium confirmatur; in Hispania vero paulo serius idem Regibus delatum. Refert tamen Loaisa Braulionis Epistolam, qua Gotthorum Reges jus illud ab initio sibi vindicarunt. Concilii hujus ætate Rex Episcopum nominabat, quem Toletanus Episcopus confirmabat, neglecto Metropolitano, cui infra tres menses tantum præsentabatur, *Placitum* dumtaxat, ut supra vidimus, ei exhibiturus. Cum autem in hoc fieret Metropolitanis injuria, adversus hoc Decretum paulo post murmur ab iis excitatum est. Quod ne ultra serperet, & Ervigius Rex accepto jure cadere cum timuisset, Lucas Tudensis refert, eum voluisse, ut nullus Archiepiscopus alteri Primati, quam Romano, subjaceretur; hujus fretus auxilio, & au. ctoritate, ipse usurpata Episcopos nominandi potestate pacifice postea potitus est, qua hodie gaudent ejus successores. Aliquando quidem alibi etiam non ita necessarius visus est ad Metropolitanum recursus, quin alius vices illius suppleverit. Sic Gaufino Tullensi Episcopo mortuo non Trevirensis Archiepiscopus, cui suberat, sed Coloniensis de providendo successore sollicitus, Gerardum, consentiente Capitulo, promovit. Sic Stephano Antiocheno occiso, & Martyri Acacius Constantinopolitanus, & alii cum eo Episcopi alium Stephanum, Papa Simplicio approbante, subrogarunt; idque contra jus commune, quo Syriæ tantum Episcopis competebat Antiochiæ Episcopum electione sua suggerere.

CONCILIUM TOLETANUM XIII.

XLVIII. EPISCOPORUM,

Actum anno IV. Ervigii Regis, Era DCCXXI. anno Domini DCXXCIII. sub Leone Papa II.

a Auctore. 1. ILlibatæ charitatis instinctu alternis visionum obtutibus redditi, & in unum cœtum a fautore Deo pariter aggregati, in Ecclesia videlicet Sanctorum Apostolorum Petri & Paulli, anno Regni quarto Serenissimi Ervigii Principis, sub die pridie Nonas Novembris, Era 721. Cum unusquisque nostrorum debitis locaretur in Sedibus, adfuit idem Princeps, pleno Fidei ardore subnixus, & humilitatis gratia decoratus; qui Synodico cœtui deliberationis suæ vota commendans, & ut pro se Deum instantissime deprecarentur, expostulans, hoc præsertim est allocutus sufficienti exhortatione Concilium, ut Ecclesiasticæ disciplinæ quæ congruunt, & corrigendis moribus quæ conveniunt, tractatus nostri evidentia sancirentur.

2. Deinde religiosa vota suæ clementiæ, quibus subveniendum miseris definivit, Synodali conventui confirmanda commisit; offerens videlicet sacris Pontificibus Tomum, obsecrans pariter, & obtestans, ut quicquid illic venustioris calami respersione congestum, Synodalis potentiæ conderetur ordine titulorum. Tunc nos pro suscepto a Principe Tomo, gloriam dedimus Deo, & eidem Principi benediximus glorioso. Idem tamen Princeps postquam votorum suorum b insinuationem peregit, a conventu Concilii gratiosus exivit. Tunc post prælentiæ principalis abscessum, hoc in Tomi ipsius allegatione c pervenimus exaratum.

b Actionem. c Repetimus.

In nomine Domini, Flavius Ervigius Rex Sanctissimis Patribus in hac Sancta Synodo residentibus.

3. ECce Sanctissimi, religiosa pietate excolendi Pontifices, & divini cultus instantissimi sectatores, coram cœtus vestri reverentia humilis devotusque prosternor, reclinis adsisto, promptus adstipulor; primum de conventus vestri aggregatione Patri luminum

num gratiarum copiam solvens; deinde votorum meorum studia vestris judiciis dirimenda committens. Nec enim fas est, quemquam, etiam a si bonum sit opus, sine consilio agere; b cum tamen multum prosit bona cum consilio bonorum exegisse. Unde, ut brevi exhortatione perorem vota mea, quibus remedia pietatum exerceri delector, sensibus Paternitatis vestræ agnoscenda insinuo, quæ tamen ne oblitu quodam memoriam fugiant, & relationi propriæ curarum ea intercapedo subducat, in hujus Tomi complicatione accipite c renutata.

4. Illud primum volenti mihi miseris parcere convenit intimare, quod divulsam per tyrannidem nostri corporis partem in societatis nostræ gremiom conamur reducere. Etenim retroactis divæ memoriæ prædecessoris nostri d Vvambæ Regis temporibus, quæ in profanatoribus Patriæ, cum Paullo quondam tyrannidem assumpserant, illata sit sententia ultionum, e quo per judicii universalis edictum, amisso testimonio, rebusque propriis caruerunt, f cuncta hæc vestræ Sanctitudini nota sunt. Quos tamen, & in collegio societatis nostræ recipere, & rebus, quibus fas fuerit, devovimus g revestire. Nam & de accusatis modum volumus ponere justissimæ perquisitionis; quo sive Religiosis, sive de laicis quisquam accusationis cujusque h studio propulsatus, non occultis fraudibus, vel violentis comprimatur; i nec ad dandam professionem violenter arceatur; sed in communi omnium examine judicetur; quo, secundum publicæ professionis suæ tenorem, aut offensibilis debitas damnationis pœnas excipiat, aut innocens ex judicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid jam de tributorum fiscalium exactionibus referam? Quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis increverunt, ut, si exigi penitus jubeantur, & status K subruat funditus populorum, & l fragamine collisionis eorum ultimum terra sentiat propriæ prolapsionis excidium.

5. Unde his etiam talibus privatis, seu etiam fiscalibus servis, remedia pietatis præoptans nostra gloria affluenter impendere, omnes tributorum exactiones, quæ apud illos de retroactis temporibus m relucent, usque ad primum annum celsitudinis nostræ, mansuetudo nostra illis omittendas laxavit, & stylo propriæ auctoritatis n omittendas instituit. Quas etiam o auctoritates sacrosancto cœtui vestro relegendas elegit. Illud quoque adjiciens loquar, quod votis nostris horribile, & animis exsecrabile semper p est; cum nobilitate conditio libertorum, vel servorum etiam adæquata, gentis nostræ statum degenerat. Ob quam rem, id nostræ gloriæ animis placet, ut exceptis servis fiscalibus, vel libertis, abrasa deinceps hujus malæ præsumptionis licentia, nullus, qui ex servitute quorumlibet servus sit, vel libertus, ad Palatina officia transeat; quod si fecerit, q illi serviturum proculdubio reducendum se noverit, ex quo aut conditionis propriæ originem sumpsit, aut libertatis titulum reportavit.

6. His votorum meorum insinuationibus allegatis, quæso, ut fortia Paternitatis vestræ adjutoria r prorogetis; luce enim clarius constat, quod aggregatio sacrosancta Pontificum, quicquid censuerit observandum, per Sancti Spiritus donum, s omni maneat æternitate per fixum. Et ideo universitatem Paternitatis vestræ, atque sublimium Virorum nobilitatem, qui ex Aula Regalis officio in hac Sancta Synodo t nobiscum sessuri prælecti sunt, obtestor pariter, & conjuro, atque per ineffabile illud Sanctissimæ Trinitatis Sacramentum convenio, ut quid in medio vestri se judicandum, vel retractandum invexerit; tam quæ per nos dicta, quam etiam cætera, quæ vestris auditibus se ingesserint audienda, u cum omni vigore justitiæ, & temperamento misericordiæ dirimere procuretis; quo cum omni reverentia Patrum præcedentium regulis subdita totius unanimitatis vestræ sententia non aliunde, quam ex veritatis fonte procedat. Sicque & his, quæ præmissa sunt, solidum deliberationis stylum promptissime apponatis, & reliqua adhuc, quæ necessaria sunt in peragendis Ecclesiasticæ regulæ disciplinis, & dirimenda tractetis, & dirempta, x religiosa sub diligentia conscribatis. Qualiter dum doctrinam y respergitis salutarem in populis, Christum Dominum in z emolumento justitiæ capiatis; ut & vobis prædicantibus, & nobis implentibus, quæ Divinis oculis a complacent, sit utrinsque partibus, & in hoc sæculo de lucro animarum ineffabile gaudium, & in futuro de b perventione æternitatis præmium inconvulsum. Datum sub die c pridie Nonas Novembris, anno feliciter quarto Regni gloriæ nostræ, in Dei nomine. Toleto.

7. Perlecto igitur d præ cunctis Tomi e necessario institutionum exorsu, prius de Fide Sanctæ Trinitatis sermocinationis nostræ cœpit esse principium; profitentes pariter, & credentes ea, quæ de hac Sancta Trinitate, & Evangelia tradunt, & Apostolorum Sanctiones instituunt; sicut Nicæna Synodus hoc pietatis Sacramentum exposuit; sicut Constantinopolitana definitio sanxit; vel primi Ephesini cœtus, atque Chalcedonensis evidens doctrina constituit; juxta quod etiam sacrosancti Symboli elucubrata professio claret, quæ in Missarum solennitatibus patula cunctorum acclamatur Fidelium voce.

a Si nondum sit opus.
b Cum multa promisit Deus bona.
c Annotata.
d Bambæ.
e Qui.
f Quæ cuncta.
g Devestire.
h studio fuerit propuls.
i Nec clam ad
K Subruatur.
l Fragmine.
m Adjacent.
n Remittendas
o Auctoritas.
p Est nobilitatis cond.
q Illic.
r Prærogatis.
s Omnino est ad æternitatem pers.
t Vobiscum.
u communi vigore.
x Religiosiori diligentia.
y Dispergitis.
z Locumulando justitiæ fructu.
a Complaceant & quæ nobis proficiant semper agere valeamus. Sit utriusque partibus in hoc sæcul.
b Proventione
c Secundo.
d Coram cunctis tomi.
e Necessariæ institutionis.

Symbolum Concilii Nicæni.

8. CRedimus in unum Deum Patrem Omnipotentem, factorem Cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium conditorem; & in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum; homusion Patri (idest, ejusdem cum Patre substantiæ) per quem omnia facta sunt, quæ in Cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit; & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, homo factus; passus sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit; ascendit in Cœlos; sedet ad dexteram Patris; iterum venturus in gloria judicare vivos, & mortuos; cujus Regni non erit finis. Credimus & in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorandum, & glorifican-

Recitatur hoc Symbolum ad verbum in Officio Isidoriano Mozarabum, & XII. Conc. Tolet. & VIII.

rificandum, qui loquutus est per Prophetas; In unam Catholicem, atque Apostolieem Ecclesiem. Confiteor unum Baptisme in remissionem peccatorum, & exspecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

9. Post hujus senctæ Fidei dispositam structurem, quasi super solidissimem petrem, ceterorum negotiorum sequentium construximus fabricam; ut eo firmitate ineonvulsibili durent, quo super fundamentum veræ Fidei fuerint constructa perenne. Unde & hes in commune sententies, ques Principis hortatu construendas aceepimus, communi voto edidimus, quas etiem æternæ reverentiæ vigore observandes fore censemus.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paullo traxit in societatem tyrannidis.*

10. PRæconabile signum est, illis semper negotiis interesse, quæ & a pietate incipiunt, & per pietatis viscera temperantur: *Pietas enim*, ut ait Apostolus, *ad omnia utilis est*. Cujus virtutis admirabili dono cor gloriosi, atque religiosissimi Principis nostri Divino igne succensum decrevit pariter, & elegit, ut in unum cœtum omnes Hispaniæ aggregati Pontifices illa decernerent, quæ & gravedines pressurarum removeant, & sublevationis opem dejectis opulenter impendant.

1. Tim. 4.

11. Primo igitur negotiorum exorsu, hortante pariter, & jubente religiosissimo Domino nostro Ervigio Rege, decernendum nobis occurrit, ut omnes, quos scelerata quondam contra Gentem, & Patriam conjuratio Paulli in perfidiam traxit, & titulo testimonii honestioris a abjecit, ad statum dignitatis pristinæ redeant, & nulla deinceps illis ob hoc catena judicialis obsistat; sed omnes ita generosæ stirpis, ac nobilitatis propriæ subeant decus, ut præteritæ infidelitatis nullum perferant dedecus. Quod etiam & de filiis eorum decernimus observandum, qui post admissum parentum præmemoratæ profanationis scelus nati esse produntur, sive de cæteris omnibus, qui ex tempore divæ memoriæ Chintilani Regis simili hucusque infamationis nota respersi sunt.

a Abegit.

12. Et quia incassum a servitute exuitur, qui spoliis premitur, hoc etiam adjiciendum præcelsi Principis nostri clementia jussit, ut aggregati cœtus nostri sententia definiret, quo cum recepto testimonio dignitatis, congruis alerentur substantiis. Unde consonam votis ejus sententiam præfirmantes elegimus, ut ea quæ de rebus eorum nulli donata, neque in stipendiis data, sed tantum fisci sunt b viribus applicata, unusquisque quod cuique proprium fuerit, incunctanter per auctoritates Regias possidendum recipiat, & receptum, proprii arbitrii libertate disponat. Illa vero, quæ de eorum bonis largitione principali cuilibet donata, vel in stipendio data sunt, in eorum jure, quibus concessa sunt, perpetim tenebuntur. Hujus ergo pietatis sententiam, quam ordinante prædicto glorioso Principe nostro formavimus, si quis immu-

b Juribus.

immutandam elegerit, & tantæ misericordiæ fabricam subruere tentaverit, per iudicium omnipotentis Dei anathema sit.

II. *De accusatis Sacerdotibus, seu etiam Optimatibus Palatii, atque gardingis; sub qua eos iustitiæ cautela examinari conveniat.*

13. Secundæ collationis obiectu res nostro cœtui lacrymanda occurrit, quæ tanto est Synodalis judicii pondere abigenda, quanto immensam stragem populis affert pariter, & ruinam. Etenim decursis retro temporibus vidimus multos, & flevimus, ex Palatini Ordinis officio cecidisse, quos & violenta professio ab honore deiecit, & trabale Regum sanctione iudicium, aut morti, aut ignominiæ perpetuæ subiugavit. Quod importabile malum, & impietatis facinus exhorrendum, religiosi Principis nostri animus abolere intendens, generali omnium Pontificum arbitrio retractandum invexit, & ultrici Synodalis potentiæ auctoritate cohibendum instituit.

14. Unde congruam devotionis eius sententiam decernentes, hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex Palatini Ordinis gradu, vel Religionis sanctæ conventu, Regiæ subtilitatis astu, vel profanæ potestatis instinctu, sive quorumlibet hominum malitiosæ voluntatis obnixu, citra manifestum, & evidens culpæ suæ judicium, ab honore sui Ordinis, vel servitio Domus Regiæ arceatur; non antea vinculorum nexibus illigetur, non quæstioni subdatur, non quibuslibet tormentorum, vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde injustis occasionibus abdicetur, per quod illi violentia, occulta, vel fraudulenta professio extrahatur; sed is, qui accusatur, gradum Ordinis sui tenens, & nihil ante de supradictorum Capitulorum nobilitate persentiens, in publica Sacerdotum, Seniorum, atque etiam gardingorum discussione reductus, & justissime perquisitus; aut obnoxius reatui detectæ culpæ Legum pœnas excipiat, aut innoxius judicio omnium comprobatus appareat.

De Gardingis habet in Tract. de Officiis Palatinis Gotthorum, in Notis ad Concilium Tolet. viij.

15. Illos tamen, quos in locis talibus manere constiterit, unde nocibilis perfugii suspicio sit, aut eos quos pro conturbatione terræ diligentius oporteat custodiri, hoc sine aliquo vinculorum, vel iniuriæ damno, sub libera custodia consistere oportebit. Sic tamen repulso omni terrore, sub circumspecta, & diligenti custodia habeantur, ut tempus, quo judicari eos oporteat, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus, vel propinquis, atque etiam rebus suis diutissime separati, professionem suam videantur dedisse inviti; quæ tamen, si data fuerit, modis omnibus non valebit; sed iuxta superiorem ordinem, [a] illud tamen pro vero accipietur, quod ex ore eius agnitum generali fuerit iudicio comprobatum Nam de cæterorum ingenuorum personis, qui Palatinis officiis non hæserunt, & tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo servabitur; qui, etiam si pro culpis minimis (ut assolet) flagellorum ictibus a Principe verberentur, non tamen ex hoc, aut testimonium amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur. Quod si de infidelitatis crimine quicquam eis objicitur, simili, ut superius præmissum est, ordine judicandi sunt.

[a] *Scribe tantum ut alibi: nam hæ voces sæpe in Gotthicis mss confunduntur.*

16. Quod Synodale Decretum Divino, ut confidimus, Spiritu promulgatum, si quis Regum deinceps, aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiose præterire præelegerit; quo quisquam de personis taxatis aliter quam præmissum est, prædamnetur, aut astu congestæ malitiæ perimatur, vel dejectus sui ordinis loco privetur; sit cum omnibus, qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altissimi Dei Patris, & Unigeniti Filii ejus, atque Spiritus Sancti perenni anathemate ultus, & divinis vel æternis addicetur ardoribus concremandus.

17. Et insuper quicquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, aut in persona cujuscumque fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ exstiterit judicatum, nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter quam decernimus judicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat. Nec enim hæc, & talia promentes, Principibus domesticæ correctionis potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis adstrinxit, sed aut servitii sui officio torpentes, aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces, vel potius negligentes, erit Principi licitum hujusmodi personas absque aliquo eorum [b] infamio, vel rei propriæ damno, & servi-

[b] *Hæc vox infra etiam usurpatur.*

fervitii mutatione corrigere, & in commiffos talium alios qui placeant transmutare.

III. *De tributorum principali relaxatione in plebe.*

18. Tertii ordinis gloriofæ infinuationis occurfu liberalitas principalis longe lateque diffufa, noftro fe invexit cœtui agnofcenda; quæ, ficut ex puro fonte regiæ provifionis procefsit, ita Synodalis conventus debet fanctione præftringi. Et ideo Religiofi Principis noftri Ervigii Regis affectus in toto Gentis fuæ ambitu ufquequaque porrectus, de virtute in virtutem quodammodo gradiens, & quafi quibufdam pafsibus ad meliora confcendens; hoc per ftylum regiæ auctoritatis decrevit, ut omne tributum præteritorum annorum, ufque in anno primo Regni fui, quod in privatis, five in fifcalibus populis relucet, abfolutionis perpetuæ debeat fanctione laxari; & tamen de ipfis tributis præcipiens thefauris publicis exhiberi, quæ exacta, & non illata fuiffe conftiterint. Quod pietatis beneficium admirantes, non folum vigorem gloriæ definitioni ejus apponimus, fed & perpetuæ excommunicationi eum, qui contra hæc venerit, fubjiciendum effe fancimus.

IV. *De munitione prolis regiæ.*

Secunda dies Concilii. a Quod.

19. Pridianæ diei exercitia gloriofa, quibus per trium capitulorum adnotationem pietas principalis fe monftravit eximia, cogunt cœtus noftri reverentiam aliquid promulgare, [a] quo valeat, & pietati regiæ vicem beneficentiæ reddere, & principali foboli ad futurum prodeffe. Providentia enim falutaris femper eft utilis; immo femper eft utile, quod ad veram pertineat falutem. Et ideo piæ folicitudinis cura extenti, defenfionis decretum promulgare prælegimus in regiam prolem; & tuitionis in futurum obtendere pietatem, qui paternis beneficiis nequivimus reddere vicem.

20. De hoc fane Principe noftro Ervigio Rege id nos definiffe conveniat; cujus provida Fide pacato imperio regimur, affectu fovemur, præmiis fruimur; qui profanatoribus perditum libertatis decus reftituit, qui de accufatis modum, quo juftifsime examinentur, decrevit; qui terram Gentis propriæ, & illæfam ab hofte fervavit, & multiplici tributorum relaxatione erexit. Et ideo, qui tot erga Gentis fuæ populos ejus beneficia perfentimus, dignum eft, ut faltem ejus filiis fortia tuitionis ad futurum adminicula prorogemus.

21. Conteftamur ergo omnes præfentes, & abfentes, feu etiam futuris temporibus fubfequentes, Sacerdotes, vel Principes, feu cujufcumque honoris, aut ordinis homines, coram Deo, & fanctis Angelis ejus, ut nullus ad futurum pofteritati ejus, vel gloriofæ conjugis fuæ Liubigotoni Reginæ, atque his, qui gloriæ fuæ filiis, vel filiabus conjuncti effe nofcuntur, feu etiam qui adhuc conjuncti non funt, fed protinus conjungendi funt, injuftas lædendi occafiones exquirat; nullus occulte, vel publice, per quæ abdicentur, malitiæ fuæ contra eos vota extendat; non eos gladio, vel qualibet perniciofa factione interimat; nullus confilium, vel opus, quibus injufte dejiciantur, vel nudentur rebus, exhibeat; nullus his injufte violentum Tonfuræ fignaculum imprimat; nullus veftem, contra ordinem gloriofæ conjugis ejus, vel filiabus fuis, atque [b] nuris mutare præfumat; nullus etiam extra evidentis culpæ indicium, aut exfiliis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quamlibet detruncationem, vel flagellorum inferat detrimenta; quo cum præmemoratis omnibus, omnis ejus in tota ad futurum gloriofa pofteritas, nec læfionis injuftam perferat notam, nec rerum fentiat detrimenta.

b Sic Loaifa; Binius &c.

22. Si quis autem hominum, cujuslibet fit ordinis, aut honoris, huic noftræ fententiæ non acquiefcens, filios, filiafve gloriæ fuæ, una cum fereniffima conjuge fua Liubigotone Regina, vel fupradictis omnibus, amodo, vel quandoque, fine jufto partis fuæ negotio, aut lædendos impetierit, aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione confenferit, quo, aut de rebus fibi debitis iniufte expoliati nudentur; aut dolo, vel machinamento quolibet deiiciantur, fit æterno anathemate ultus, & futuri examinis judicio condemnatus.

V. *Ne defuncto Principe, relictam ejus conjugem, aut in conjugio fibi quifque, aut in adulterio audeat copulare.*

** Sic fupra, habitum & libellum, pro habitus & libellus.*

23. Exfecrabile facinus, & adfuetæ admodum iniquitatis eft opus, defunctis Regibus, fuperftitis eius coniugis regale * torum appetere, & horrendis pollu-

pollutionum maculis fordidare. Quis enim Christianorum æquanimiter ferat, defuncti Regis coniugem alieno postmodum connubio uti? Aut sequuturi Principis libidini subiugari? Et quæ fuit domina Gentis, sit postmodum prostibulum fœditatis? Et quæ toris exstitit regalibus honoris regii sublimitate coniuncta, stupris eorum, vel coniugiis, quibus pridem dominata est, abdicetur ut reproba? Quid ergo si moriuntur Principes? Numquid inhonorandas relinquunt sui corporis partes? Aut quia ad gaudia cælestia Christiani transeunt Reges, propterea ad contumeliam in sæculo eorum devocandæ sunt coniuges? Nusquam ergo inhonorum esse oportet, quod honorandum convenit opportune haberi.

24. Nulli ergo licebit superstitem Reginam sibi in coniugio ducere, non sordidis contactibus maculare. Non hoc sequuturis Regibus licitum, non cuiquam hominum licebit esse permissum. Quod si facere tale aliquid quispiam præsumpserit, quo aut superstitem Reginam, post decedentis Principis mortem, sibi in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet; sive sit Rex, sive quilibet hominum, qui huius nostræ sanctionis sententiam violare præsumpserit, sit ab omni Christianorum communione seclusus, & sulphureis cum diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicumque igitur huius constitutionis nostræ præsumpserit convellere, vel abradere sanctionem; sit nomen eius abrasum, & deletum de Libro vitæ; ut tartareas iudicii pœnas excipiat, qui hæc decreta honestatis devoverit violanda.

VI. *Ut exceptis servis, vel libertis fiscalibus, nullus de servitute quorumlibet deinceps aut libertis, ad palatinum Officium quocumque tempore transeat.* *Idem sæpe a Romanis Imperatoribus factum constat.*

25. Sæpe obscurat nobilium genus suberectum servitutis importabile dedecus; quod & generosos adæquatum infamat, & dominis plerumque notam proditionis importat. Multos enim ex servis, vel libertis, plurimum ex regio iussu novimus ad Palatinum fuisse pertractos Officium; qui tamen affectare cupientes sublimitatem honoris, quam illis subtrahebat natio obfuscatæ originis; dum æquales dominis per susceptum Palatinum Officium facti sunt, in necem dominorum suorum vehementius grassaverunt. Et, quod nefas est dicere, etiam hi, qui a dominis suis libertatis beneficio potiuntur, ipsi quoque dominis suis regio iussu tortores existunt. Nam quid iam si præcedentium, & antiquorum historica narratione memoremus excidia, in qua obscœna conditio servitutis dominorum sæpe suorum casum operiens, & Regnum pariter labefactare fecit, & dominos?

26. Ac proinde, hortante pariter, ac iubente prædicto gloriosissimo Principe, hoc nostri cœtus aggregatio observandum instituit, ut exceptis servis, vel libertis fiscalibus, nullus servorum, atque etiam libertorum quorumlibet, deinceps ad Palatinum quandoque transire permittatur Officium; nec etiam locorum fiscalium, atque etiam proprietatis regiæ adminiculatores, vel actores fieri quolibet tempore admittantur; sed conditionis suæ usum deinceps unusquisque servorum, vel libertorum veraciter reminiscens, ita sibi ab Ordine Palatino extorris proficiat, ut dominis suis, vel dominorum suorum posteritati, nec noceat, nec æqualis existat. Quod si deinceps quorumcumque sit libertus, seu etiam servus, vel omnis eorum adfutura progenies, qui post huius sanctionis nostræ sententiam ad officia præmissa accedat, illic quolibet tempore, aut serviturus, aut obsequendus modis omnibus contradatur, ex quo aut servitutis originem duxit, aut libertatis decus subire promeruit.

VII. *De his, qui pro accidentia jurgiorum, Altaria nudare præsumunt, vel luminaria Ecclesiæ subtrahunt.* *Jerem. 2.*

27. *Væ his, qui faciunt opus Domini fraudulenter, & desidiose!* Propheticus sermo annunciat. Et si illi væ incurrunt, qui negligenter opus Domini faciunt; quod supplicium merebuntur, qui Divinæ servitutis cultum, malitia intercedente, ab Altaribus Christi subducunt? Illos dicimus, qui obstinatæ mentis dolositate confusi, cum aliqua eos molestia fraternorum jurgiorum pupugerit, insana illico temeritate adrepti, Altaria nudantes sacratis vestibus exuunt, luminaria subtrahunt, ac Divinorum Sacrificiorum cultum malitia intercedente subducunt. Et quod in hominibus se vindicare non possunt, injuriam Deo (quod peius est) inferunt.

28. Unde si huiusmodi pro fraterno odio homicidæ reatu adstringitur; pro

1. Reg. 2.

* *Si autem in Dominum peccaverit, quis. Allusio ad illū Joannis locum Ep. 1. cap. 3.* Omnis, qui odit fratrem suum homicida est.

contemptu divino quid pœnæ merebitur? Etenim juxta quod Divinus sermo increpat: *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; siquis autem peccaverit in Deum quis pro eo rogaturus est?* Facile ergo talium Sacerdotum excessibus illa Domini sententia coaptabitur, qua malitia percutitur Sacerdotum. Dicit enim: *Honorificantes me honorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.*

1. Reg. 2.

26. q. 5. Quicumque Sacerdos.

* Accinxerit.

29. Quicumque ergo Sacerdotum, vel ministrorum dinceps caussa cujuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut Altare Divinum, vel vestibus sacratis exuere præsumpserit, aut qualibet alia lugubri veste * accingi; seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de Templo Dei subtraxerit, vel extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in Templo Dei induxerit, atque (quod pejus est) occasionem nutrierit, unde de Templis Domini aut officia consueta desint, aut oblatio singularis Sacrificii videatur in aliquo defraudari; si eum antea veræ pœnitudinis coram Metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, juxta superiorem sententiam Domini, & loci sui dignitate se noverit, & honore privari. Illis proculdubio personis ab hac ultionis sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum Ordinum, vel subversionem sanctæ Fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferentes, seu etiam Divinorum judiciorum sententiam metuentes, tale fecisse contigerit; in quorum facto plus humilitas, qua Deus placetur, quam interni laboris dolositas declaratur.

VIII. *Ne admonente Metropolitano, quisquam ex confinitimis ad locum, ubi invitatur, venire contemnat.*

Matth. 5.

Hebr. 13.

30. Si generaliter obediendum omni fratri in tantum a Christo præcipitur, ut non solum si angariati fuerimus passibus mille, obedientiæ vota paremus; sed etiam gemino id charitatis officio peragamus, jam quomodo obediendum est præeminenti? Quibus Apostolus ita obedire præcepit, ne de inobedientia fratris videantur ullo modo contristari. Accedit enim multoties, ut caussa salutis alicujus, vel collationis necessariæ, evocati a Principe, vel Metropolitano confinitimi Sacerdotes, venire differant, & diversis excusationibus agant, quibus implere quæ jubentur, omittant; hac de re nascitur, & difficultas ordinibus, & contemptus majoribus,

Unde Idacius Barcinonensis. venit Toletum pro celebrando Paschate Resurrectionis, ut testatur Julianus Toletanus Præsul in proemio Prognostici.

31. Et ideo si quis Episcoporum a Principe, vel Metropolitano suo admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, sive pro festivitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste, & Nativitate Domini celebrandis, , sive pro caussarum negotiis, seu pro Pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus Principis; excepta inevitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemptorum se noverit excommunicatione multari; si tamen exceptis supra taxatis capitulis, aut fluminum, aut aerum procellosa immensitas, ad præfinitum diem aditum ei subduxerit properandi; quod tamen & hoc ipsum convinci idoneis testibus oportebit. Hanc etiam & illi ex Pontificibus sententiam merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum, admoniti a Metropolitano, distulerint emendare, atque compescere; aut si admoniti, ut ad judicium primæ Sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere.

IX. *De confirmatione Concilii Toletani XII. quod factum est anno primo gloriosissimi Ervigii Regis.*

32. Licet unanimi consensionis nostræ judicio gesta Synodalis Concilii Toletani XII. acta sunt, atque disposita, quæ anno primo gloriosi Principis Ervigii in hac Urbe Regia celebrata sunt; nunc tamen, inconvulsibilis nostræ definitionis assensu, ea ipsa gesta, prout gesta sunt, vel conscripta, omni temporum æternitate valitura decernimus, & omnimodæ soliditatis vigore firmamus, juxta ordinem capitulorum, qui in eisdem gestis conscriptus esse probatur; id est, De agnita, & confirmata prælectione fastigii principalis in nomine gloriosi Domini nostri Ervigii Regis.

* Nusquam.

33. Item de his, qui pœnitentiam non scientes accipiunt. Item de culpatorum receptione, vel communione apud Ecclesiam. Item, ut in locis. ubi Episcopus non fuit, * nunquam Episcopus ordinetur. Item de quorundam consuetudine Sacerdotum fœdissima, qui oblatis Deo per se Sacrificiis non com-

communicant. Item de concessa Toletano Pontifici Generalis Synodi potestate; ut Episcopi alterius Provinciæ, cum conniventia Principum, in Urbe Regia ordinentur. Item de recepto testimonio personarum, qui per Legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdiderunt. Item de his qui uxores suas divortio intercedente relinquunt. Item de confirmatione Legum, quæ in Judæorum nequitiam promulgatæ sunt, juxta earundem Legum præfixum ordinem titulorum, qui in eodem Canone annumerantur. Item de his, qui ad Ecclesiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de interdicto temporis constituti, quo debeat Concilium celebrari. Item Conclusio definitionum, in qua, & Deo gratiæ referuntur, & pro Principe exoratur; statuentes videlicet, ut qui contra supradictorum capitulorum decreta venire præsumpserit, & Ecclesiasticæ excommunicationis sententia feriatur, & ad Legem gloriosi Principis, quæ in confirmatione ejusdem Concilii facta est, teneatur obnoxius.

X. *Utrum audeant ministrare hi, qui pœnitentiam accipiunt in Sacerdotio constituti.*

34. Tertii diei necessario collationis eventu, visum nobis est antiquorum Patrum indagare de pœnitentium regulis institutum. Etenim digno nobis venerandus honore Sanctissimus Frater noster Gaudentius, Valeriensis Sedis Episcopus, per Vicarium personæ suæ ad Concilium destinatum, congressus est nostri reverentiam cœtus; insinuans sacrosancto synodali conventui, quod incommodæ valetudinis nimietate præventus, per manus impositionem subactus fuisset pœnitentiæ legibus. Sed utrum accepta pœnitentia liceret sibi præcepta sui ordinis contrectare mysteria, vel Missarum solita explere officia, per synodalia institutionis se maluit certificari responsa. Tunc collatis in in unum de hujusmodi canonicis instrumentis, hoc sancta Synodus definivit, ut reconciliatione præmissa, soliti ordinis retentet officia. *Tertia dies Concilii.*

35. Si enim regulæ præcedentium Patrum, eos qui pœnitentiam in discrimine mortis accipiunt, & nulla de se manifesta scelera confitentur (si adsit tamen in his, & talibus probitas morum) ad Ecclesiasticos gradus pervenire permittunt; quanto magis, ut hi, qui in ipso Sacerdotio constituti pœnitentiam accipiunt, a sui ordinis officio retrahantur? tantum si se ipsi mortalium criminum professione propria non notarunt. Cum enim omnis Sacerdos tunc sibi licitum sacrificare sciat, quando a malis actibus vacat; qua ratione qui pœnitentiæ remedium suscipit, quod datur in remissionem peccati, a Sacrificiis Divinis se abigit? Pœnitentia enim ad hoc suscipitur, ut peccatum diluat, & peccati sordes hominem iterare non sinat.

36. Qui ergo confidit, per susceptam pœnitentiam dimissa sibi peccata; cur confidenter ad Altare Domini non accedat? vel cur ordinis sui non audeat retentare officia, cum hoc alteri non liceat, nisi ei, qui se a peccatis abstineat? Etenim cum pœnitentiam accipimus, ad similitudinem Conditoris nos reformare conamur. Reformatio igitur ipsa medicamentum est, quo delentur piacula. Si enim medicamentum istud assumitur recte, Creatori suo anima reformatur, recte etiam sacrificandi Deo cultus assumitur; quia in eo similitudo Conditoris agnoscitur; si autem pœnitentiæ medicamentum subtrahitur, quod in remissinnem peccatorum accipitur, ad similitudinem Factoris uspiam non venitur. Etenim pœnitentiæ (ut dictum est) in remedium peccati accipitur, Sacerdotium vero propter munditiam retentatur; ut hoc Sacerdotis & vita ita fructu bonorum operum floreat, quo & in se delicti passiones extinguat, & prædicamento suo in aliis peccati regnum potentialiter destruat.

37. Huic igitur taliter, ut præmisimus, Sacerdoti viventi, quid oberit, si post acceptas pœnitentiæ leges Divinis Altaribus propositionis offerat panes? Aut numquid pœnitentiæ donum, quod in remedium sit peccati, in prohibitione devocandum est Sacramenti? Nusquam ergo pœnitentiæ præcepta privabunt jura cælestia. Pœnitens enim abstinere a peccatis, pariter & negotiorum sæcularium tumultibus debet, non ab iis, quæ sancta videntur, & summa se abstrahere, quæ operantem plus expiant, quam commaculando deturpant. Scriptum est enim: *Sacerdos ad hominem mortuum non accedat*; idest, mortalium criminum se implicatione non polluat. Non enim dicit Deus, ut Sacerdos ad Sacra quæque non auderet accedere, de quibus præceperat, ut nullo modo Sacerdos de sanctis exiret; sed ut mortis opera non auderet contingere. Ergo abigenda sunt ab omni Sacerdote quæ maculant, exercenda, quæ mundant. His

Levit. 21. ubi legitur, ad omnem mortuum. Sic interpretatur hunc locum Hesych. in Levit. c. 21.

38. His ergo rationabili sanctione præmissis, hoc Sancta Synodus definivit, ut stante priscorum Canonum sanctione, quicumque Pontificum, vel Sacerdotum deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retentandi regiminis non omittant; sed per Metropolitanum, reconciliatione pœnitentium more suscepta, solita compleant ordinis sui officia, vel cætera Mysteriorum sibi credita Sacramenta.

39. Hoc tantum est observandum, ut si, aut ante acceptionem pœnitentiæ adjudicatus, nec reconciliatus reperitur pro culpis; aut si in ipsa perceptione pœnitentiæ reconciliatus implicatum se dixerit mortalibus factis; juxta æstimationem Metropolitani abstinere hujusmodi oportet a præmissis officiis. Cæterum si (ut dictum est) sub pœnitentiæ perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse prædixerit, attamen (quod fateri hominibus erubescit) absconsum intra claustra sui pectoris delitescit; noverit ipse, sibi de se potestatem esse concessam, ut iuxta conscientiæ suæ fiduciam, utrum audeat, aut non audeat sacrificare Deo, ex sui potius arbitrii potestate, quam ex nostri judicii permissione procedat.

XI. *Ne quis alienum Clericum, vel Monachum suscipiat fugientem.*

40. Multæ super hoc Capitulum Patrum præcedentium sententiæ manaverunt, quod multiplici prohibitione sanctum est, ut alterius Clericum nemo solicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam aut obcelare, aut ordinare auderet. Sed quia abundante iniquitate, & refrigescente charitate, non honestas attenditur, nec cupiditas inhibetur, agendum est, ut quos impunis admonitio non emendat, evidens sententia damnationis coerceat.

Matth. 24.

41. Placuit ergo, ut nullus alienum Presbyterum, Abbatem, Ministrum, Subdiaconum, vel quemlibet Clericum, seu etiam Monachum, fugientem, vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud se habito, vel retento humanitatem impendat; non occasiones, qnibus quasi se nesciente alibi lateat, turpi oppositione confingat; nam horum omnium casibus non solum turpatur honestas, sed frequenti dolorum acerbitate confoditur fraternitas. Etenim si dicat quis, simplici animo alterius Clericum suscepisse, nec nosse eum fugitivum existere, tunc evidens innocentiæ suæ puritas approbanda est, quando eum, quem suscepit, & infra octo dies juxta Legum Sanctionem Judici præsentaverit, & infra tempus Legibus constitutum, illuc fugitivum reduxerit, unde per fugam vagabundus exivit.

42. Quicumque ergo ex Pontificibus, seu Sacerdotibus, vel Ministris, cæterisque Religiosis, hujus institutionis nostræ violaverit sanctionem, si hujusmodi susceptor Episcopus est, & eum, quem suscepit, cum his, quæ habere potuit, & ei, a quo evagatus est, sine dilatione restituet; & insuper, ut vere sacrilegus, & transgressor institutionis paternæ, tanto tempore excommunicatum, & remotum se a suis officiis noverit esse, quanto eum, qui fugit, sub sua potestate contigerit remorasse.

43. Si autem hujus Constitutionis nostræ prævaricator Presbyter, Diaconus, vel quilibet ex Religiosis videatur haberi, reddito eo, cum rebus sibi debitis, quem suscepit, ipse solus apud eum anno integro sub pœnitentiæ censura deputatus tenebitur, cujus fugitivum suscepisse monstratur. Quicumque tamen talibus humanitatem impendunt, eadem, & simili censura Legum exquirendos, & obstringendos se noverint, qua susceptores fugitivorum Legum sanctione præmonentur astringi. Illi autem, qui prædecessorum suorum id actum esse temeritate contendunt, tunc immunes ab hujus ultionis sententia habebuntur, si a tempore ordinationis suæ, infra duorum mensium spatium, ejus, qui apud se est, & latebram publicaverint, & personam domino fugitivi reduxerint. His sane, qui de confinitimis Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Rectoribus ad Metropolitanum suum pro caussarum suarum necessitate confugiunt, sicut licentia talibus perfugii datur, ita hi, qui eos susceperint, damnari, utpote receptores fugitivorum non poterunt; præsertim si & publice illos apud se habeant, & eos, cum quibus actiones habuerint, ad reposcentis vocem conventuros admoneant.

Legibus Visigoth. Lib. 9. tit. 6. integre

De

XII. *De non excommunicandis a proprio Episcopo personis illis, quæ ad Metropolitanum suum negotia sua gesturi accesserint.*

44. Quicumque ex Clericis, vel Monachis caussam contra proprium Episcopum habens, ad Metropolitanum suum caussaturus accesserit, non ante debet a proprio Episcopo excommunicationis sententia prædamnari, quam per judicium Metropolitani sui, utrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosci. Quod si ante judicium quis Episcoporum in talium personas excommunicationis sententiam præmiserit, illis penitus, quos ligaverint, absolutis, in se illam noverit retorqueri sententiam.

45. Quod etiam & inter Metropolitanos convenit observari, si prægravatus quis a Metropolitano proprio, ad alterius Provinciæ Metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam detulerit; aut si inauditus a duobus Metropolitanis, ad Regios auditus negotia sua perlaturus accesserit; & ob hoc excommunicationis jugulum a proprio Episcopo illi videatur infigi, hoc tantum est observandum, ut, si prius unumquemque excommunicationem contigerit suscepisse, antequam a proprio Episcopo ad alium pertransiret; tamdiu excommunicatus apud eum, cujus judicium petiit, habeatur, quamdiu excommunicatoris sui objectibus, utrum juste, an injuste alligatus sit, agnoscatur.

XIII. *De relatione gratiarum, quæ post peractionem Concilii Deo, & Principi persolvuntur.*

* Apponitur.

46. His ergo Synodicis institutis subscriptionis nostræ robur * apponimus, & sub tenore Divino, perenni ea, quæ decrevimus, memoriæ consecramus, dantes immortali Deo gloriam pariter, & honorem, cujus inspiratione aguntur omnia, quæ salubriter exercentur. Invictissimo quoque, ac religiosissimo Principi Ervigio Regi multiplicem gratiarum exhibitionem persolvimus, cuius clementissimo iussu in unum cœtum aggregandi convenimus. Sit illi pax optabilis, & beata; ducat quoque tempora pro cursu longioris ævi felicia; & post imperialia terreni Regni sceptra coronandus perveniat ad cælestia Regna, præstante Jesu Christo Domino Deo, & Salvatore nostro, qui cum Patre, & Sancto Spiritu, unus in Trinitate vivit, & gloriatur Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Subscriptiones Episcoporum.

1. Ego Julianus indignus Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ Metropolitanus Episcopus instituta a nobis definita subscripsi.
2. Liuba Bracarensis Metropolitanus Episcopus.
3. Stephanus Emeritensis Metropolitanus Episcopus.
4. Floresindus Hispalensis Metropolitanus Episcopus.
5. Leander Illicitanæ Sedis Episcopus.
6. Palmatius Urcitanus Episcopus.
7. Concordius Palentinæ Sedis Episcopus. — a Mommolus.
8. [a] Mumulus Cordubensis Episcopus.
9. Antonianus Bastitanus Episcopus.
10. Theuderacius Assidonensis Episcopus.
11. Stercorius Aucensis Episcopus. — b Monefonsus.
12. Geta Eliplensis Episcopus.
13. [b] Monosonsus Egitaniensis Episcopus. — c Oretanæ Sedis.
14. Froaricus Portucalensis Episcopus.
15. Gregorius [c] Oretanus Episcopus.
16. Agricius Complutensis Episcopus.
17. Proculus Bigastrensis Episcopus.
18. Miro Conimbriensis Episcopus. — d Cresciturus.
19. [d] Crescitarus Biterrensis Episcopus.
20. Cicilius Dertosanus Episcopus.
21. Ella Segontiensis Episcopus.
22. Sonna Oxomensis Episcopus.
23. Simpronius Arcavicensis Episcopus.
24. Reparatus Vesensis Episcopus.
25. Cuniuldus Italicensis Episcopus.

Hila-

26. Hilarius Aurienfis Epifcopus.
27. Gundulphus Lamecenfis Epifcopus.
28. Felix Irienfis Epifcopus.
29. [a] Atula Caurienfis Epifcopus.
30. Bellitus Offonobenfis Epifcopus.
31. Eufrafius Lucenfis Epifcopus.
32. Joannes Pacenfis Epifcopus.
33. Oppa Tudenfis Epifcopus.
34. Afturius Setabitanus Epifcopus.
35. Deo-datus Segobienfis Epifcopus.
36. Tructemundus Elborenfis Epifcopus.
37. Sifabaldo Tuccitanus Epifcopus.
38. Vincentius Magalonenfis Epifcopus.
39. [b] Unigirus Abelenfis Epifcopus.
40. Theodulphus Aftigitanus Epifcopus.
41. Gratinus Egabrenfis Epifcopus.
42. Sarmata Valentinus Epifcopus.
43. Brandila Laniobrenfis Epifcopus.
44. Holemundus Salmanticenfis Epifcopus.
45. Florus Mentefanus Epifcopus.
46. Olipa Segobrienfis Epifcopus.
47. [c] Eufendus Ilerdenfis Epifcopus.
48. Ara Olyffiponenfis.

[a] *Forte*: Avila.
[b] Unigiris.
[c] Euredus.

Abbates.

1. Abfalius Abbas.
2. Fauftinus Abbas.
3. Gerontius Abbas.
4. [d] Gaftorius Abbas.
5. Sifebertus Abbas.
6. Felix Archipresbyter.
7. Vifandus Archidiaconus.
8. Vincentius Primicerius.

[d] Caftotius.

Vicarii Epifcoporum.

1. Pacatus [e] Abbas agens vicem Sunifredi Epifcopi Narbonenfis.
2. [f] Spafandus Archidiaconus agens vicem Cypriani Epifcopi Tarraconenfis.
3. Laulfus Diaconus agens vicem Idalii Epifcopi Barcinonenfis.
4. Gifibertus Diaconus agens vicem Anfemundi Epifcopi [g] Lotoebenfis.
5. Freidebaldus Abbas agens vicem Valderedi Epifcopi Cæfarauguftani.
6. Veremundus Abbas agens vicem Clari Epifcopi Elenenfis.
7. [h] Gratinus Presbyter agens vicem Argebadoni Epifcopi Eliberitani.
8. Samuel Presbyter agens vicem Joannis Epifcopi Egarenfis.
9. Sefuldus agens vicem Felicis Epifcopi Dianienfis.
10. Citruninus Abbas agens vicem Stephani Epifcopi Carcaffenfis.
11. Audericus Presbyter agens vicem Euphrafii Epifcopi Galagurritanenfis.
12. Audericus Presbyter agens vicem Rogati Epifcopi Beatienfis.
13. Dexter Diaconus agens vicem Primi Epifcopi Agathenfis.
14. Unicomalus Diaconus agens vicem Atilani Epifcopi Pampilonenfis.
15. And ebertus Abbas agens vicem [i] Gadifcaldi Epifcopi Ofcenfis.
16. Leopardus Abbas agens vicem Potentini Epifcopi Uticenfis.
17. Tuentius Presbyter agens vicem Riccilani Epifcopi Accitanenfis.
18. [k] Florentius agens vicem Leuberici Epifcopi Urgelitanenfis.
19. Vincentius Abbas agens vicem Gaudentii Epifcopi Valerienfis.
20. Segarius Abbas agens vicem Gundilani Epifcopi Impuritani.
21. Stabilius Abbas agens vicem Jacobi Epifcopi Gerundenfis.
22. Baromellus Diaconus agens vicem Aufterii Epifcopi Tyraffonenfis.
23. Caluinniofus Diaconus agens vicem Samuelis Epifcopi Malacitani.
24. [l] Ciexa Presbyter agens vicem Vvifefredi Epifcopi Aufonenfis.
25. Joannes Abbas agens vicem Reginci Epifcopi Aucenfis.
26. Leopardus Abbas agens vicem Aurelii Epifcopi Afturicenfis.
27. Habitus Diaconus agens vicem Potentini Epifcopi Verecenfis.

[e] Indignus Abbas.
[f] Ifpafandus.
[g] De Totela. Lotovenfis.
[h] Gratianus Presbyter Joannis Egarenfis Epifcopi, & mox. Sifuldus Abbas, Stephan. Carcafenfis Epifcopi. *ita ut duo epifcopi omittantur.*
[i] Gadifcell.
[k] Florentinus Presbyter Leuberici Urgellitani Epifc.
[l] Cilixa.

Viri Illuftres Officii Palatini.

1. Oftulphus Comes hæc inftituta ubi interfui annuens fubfcripfi.

Uba-

2. Ubadamirus Comes Sanciarum, & Dux similiter.
3. Reccaredus Comes Scanciarum, & Dux similiter.
4. Argemirus Comes Cubiculi, & Dux similiter.
5. Egica Comes Scanciarum, & Dux similiter.
6. Isidorus Comes Thesaurorum similiter.
7. Sisebutus Comes Scanciarum, & Dux similiter.
8. Valdericus Comes Civitatis Toletanæ similiter.
9. Vitulus Comes Patrimonii similiter.
10. Cixila Comes Notariorum similiter.
11. Suniefredus Comes Scanciarum, & Dux similiter.
12. Giselamundus Comes Stabuli similiter.
13. Guiliangus Spatharius, & Comes similiter.
14. Altericus Spatharius, & Comes similiter.
15. Adeliabus Comes Scanciarum similiter.
16. Theudila Procer similiter.
17. Salamirus Comes Scanciarum similiter.
18. Ataulfus Comes Cubiculariorum similiter.
19. Nilacus Spatharius, & Comes similiter.
20. Severinus Comes Spathariorum similiter.
21. Trasericus Spatharius, & Comes similiter.
22. Audemundus Procer similiter.
23. Sisimirus Spatharius, Comes, & Dux similiter.
24. Trasimirus Procer similiter.
25. Terresarius Comes Spatharius similiter.
26. Recaulphus Procer similiter.

IN NOMINE DOMINI

* *Flavius Rex omnibus privatis, sive fiscalibus populis.*

* Flavius Ervigius.

47. MAgnum pietatis est præmium, quo removentur gravedines pressurarum; quia illud semper ante Dei oculos perfectæ miserationis sacrificium approbatur, quo fit relevatio miserorum; ex hoc salvatio inducitur terræ, per quod pressuræ subvenitur humanæ. Judicium est quippe salutare in populis, quando sic commissa reguntur, ut nec incauta exactio populos gravet, nec indiscreta remissio statum gentis faciat deperire. Tempora ergo nostræ gloriæ misericordiæ beneficiis condienda sunt, ut, parcense nobis Deo, ipsi quoque populis parcere videamur.

48. Votivum igitur omnipotenti Deo meo cordis sacrificium delibare præoptans, in Nomine Divino omnibus populis Regni nostri, tam privatis, quam etiam fiscalibus servis, viris, seu etiam feminis, sub tributali exactione in Provinciam Galliæ, atque in omnes Provincias Hispaniæ consistentibus, hoc decretum beneficium in Dei Nomine prorogamus; ut quicquid in præteritis annis de ratione tributi, usque ad primum nostræ clementiæ annum, thesauris publicis redhibere videmini, totum vobis ex integro noveritis esse concessum; qualiter usque ad prædictum primum nostræ gloriæ annum, quicquid de ratione tributorum apud vos relucet, sic totum donatum vobis a Serenitate nostra habeatis, ut nullam ex hoc abinceps de præteritis annis exactionem publicam pertimescatis; ea tamen ratione servata, ut ea, quæ in præteritis exacta sunt, & fisco nostro illata non sunt, ab his, qui ea exegerunt, in publicis inferantur.

49. Quod si distulerint, & in hoc confestim inferre neglexerint, in quadruplum una cum satisfactione disciplinæ, juxta quod nostra mansuetudo decreverit, idipsum thesauris publicis persolvebunt. Certe si quisquis ille Dux, Comes, Tiuphadus, Numerarius, Villicus, aut quicumque curam publicam agens, tributa exacto sibi commisso, annis singulis plenario numero non exegerit, aut exacta apud se retinuerit, & ea statim thesauris publicis inferre neglexerit, duplata tributa ipsa de propriis rebus suis modis omnibus in publico inferebit.

50. Hoc tamen speciali, & evidenti Serenitatis nostræ sententia definimus, ut nullus de supradictis Comitibus, Tiuphadis, Vicariis, Numerariis, seu quibuscumque curam publicam agentibus, quascumque exactiones pro hoc negotio pietatis, cuilibet ex vobis, quibus & relaxatio mansuetudinis nostræ conceditur, quicumque exigere præsumpserit, aut quispiam eorum vobis pro tali caussa aliquid abstulerit, aut ab aliis ablata sibi acceperit, & pro his caussis quibuslibet modis aliquid mutilare præsumpserit, in quadruplum de quicquid acceperit, cui nostra clementia elegerit universa restituat.

51. De terris vero, vel vineis, quas pro eodem tributo quicumque supradictorum curam publicam agentium vobis privatis, vel fiscalibus populis abstulit, vel accepit fruges aridas, & liquidas exinde in præteritis annis unusquisque exactor collegit in rationem ipsius tributi, hoc sibi imputet, & terras ipsas, vel vineas vobis, de quorum jure ablatæ sunt,

Oo restі-

restituere non differat. Sic enim dignum est, ut quod pietatis nostræ sinceritate depromitur, ita a cunctis sine cujusquam exactionis stimulo peragatur. Datum sub die Kalendarum Novembris, anno feliciter quarto Regni nostri. Toleto.

Lex in confirmatione Concilii edita.

IN NOMINE DOMINI

Flavius Ervigius Rex.

52. EXimia Synodalis auctoritas, & veneranda est pariter, & tremenda, quæ in tantum per donum Sancti Spiritus agit, ut ex diversitate multorum animorum, & cordium unum cor, unamque animam fecisse monstretur; dum numerositas aggregata Pontificum, non per sententiam discrepat, non per stimulum diversa objectat, non per judicium aliud unus, quam universitas format. Et ideo reverendum mihi conventum Synodalis Concilii, in cujus medio præsentia Sancti Spiritus se habitare promisit, devote venerans, instanterque honorans ea, quæ illorum ore, nostraque gloriæ hortatu digesta sunt, in notitiam deducamus singulorum; illa decimus Synodalis Concilii gesta, quæ anno quarto Regni nostri in Toletana Urbe noscuntur esse confecta; quarum institutionum evidentia [a] fine cunctatione omnibus innotescant, hic ea [b] prælegimus specialiter renotanda.

53. Est igitur primus Canon de reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis; quos celsitudo nostra, una cum filiis, per hujus nostræ Legis Edictum, & testimonio nobilitatis pristinæ, uti & rebus, quas per auctoritatis nostræ vigorem perceperint, decernimus.

54. Item secundus est titulus de accusatis Sacerdotibus, seu etiam Optimatibus Palatii, atque Gardingis; sub qua eos justitiæ cautela examinari conveniat, quos gloriæ nostræ mansuetudo, juxta ipsius Canonis instituta, nullis tormentorum generibus ante publicam discussionem subjici censuit; sed omnes, qui deinceps fuerint accusati, juxta sanctionem prædicti Concilii erunt proculdubio judicandi. Unde id specialiter observandum fore censemus, ut quicquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, vel prædicti Canonis institutionem, aut in personam cujusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ exstiterit judicatum, justa prædicti Canonis instituta, nullo vigore subsistat; quod persona ipsa aliter quam decernimus judicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat.

55. Tertius quoque Canon est de tributorum principali relaxatione in plebe; ubi nostræ gloriæ auctoritate simul, & exhortatione sancitum est, ut omne [c] tributorum præteritorum annorum, usque in anno primo Regni nostri, quod in privatis, sive in fiscalibus populis [d] relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari; ea tantum præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta, & non illata fuisse constiterit.

56. Quartus post hæc sequitur Canon de munitione prolis, quem promptæ voluntatis [e] annisu omnis conventus Sacerdotum, atque etiam seniorum, condere * prælegerunt.

57. Quintus Canon sequitur, ne defuncto Principe relictam ejus conjugem quisquam sibi, aut in conjugio, aut in adulterio audeat copulare.

58. Sextus deinde sequitur Canon, ut, exceptis servis, vel libertis fiscalibus, nullus de servitute quorumlibet, aut libertis, deinceps ad palatinum officium transeat. Quod si fecerint, præsentis Legis nostræ edicto ad propriæ servitutis jugum modis omnibus reducendi sunt; qualiter a dominis suis, si superstites sunt, aut eorum propinquis, quibus decedentium successio ex Lege debetur, servituti tradantur.

59. Post hunc septimus est Canon, de his, qui pro accidentia jurgiorum Altaria nudare præsumunt, vel luminaria Ecclesiæ subtrahunt.

60. Octavus quoque Canon sequitur, ne admonente Metropolitano quisquam ex confinitimis ad locum, ubi invitatur, venire contemnat.

61. Nonus quoque Canon sequitur de confirmatione Concilii Toletani XII. quod factum est anno primo gloriæ nostræ.

62. Decimus huic Canon adjungitur, ubi speciali sententia definitur, utrum audeant ministrare hi, qui pœnitentiam in Sacerdotio constituti accipiunt.

63. Undecimus quoque Canon habetur, ne quis alienum Clericum, vel Monachum suscipiat fugientem.

64. Duodecimus post hæc Canon scribitur de non excommunicandis a proprio Episcopo personis illis, quæ ad Metropolitanum suum negotia sua suggesturæ accesserint.

65. Ultimus, & tertius decimus post hunc Canon subsequitur de relatione gratiarum, quæ post peractionem Concilii Deo, & Principi persolvuntur. Quæ omnia præmissa Synodalia institutionum Decreta a præsenti die, vel tempore, omni cura, omnique diligentia per cunctas Regni nostri Provincias decernimus observanda. Qualiter & perspicuum auctoritatis validæ fastigium subeant, & perpetuo vigoris ordine solidata persistant.

66. Quamobrem sacræ hujus Legis oraculo omnibus generaliter Religiosis, atque etiam laicis, sub Regni nostri ditione manentibus interdicimus pariter, & jubemus, ut prædicta Synodalia gesta nullus contemnat, nullus etiam præterire, aut convellere audeat, nemo notus harum Constitutionum jura resolvat, nemo incognitus nescientiæ suæ objectibus excusare se conjiciat; nam a præmemorato superius die, & tempore, & auctoritatis debitæ vigo-

[a] *Leg.* Ut sine.

[b] *Forte*; prælegimus; *ut supra hoc ipso Concilio cap.2.* pro *prælegeritis, prælegerit.*

[c] Tributum.

[d] Subjacet. *al.* rejacet.

[e] Effectu.

* *Pro*, prælegerunt, *ut alibi sæpe.*

vigore pollebunt, & institutionum suarum regulis cunctorum universitas astringetur.

67. Si quis autem hujus nostræ Legis violatur exstiterit, ac non potius ea, quæ præmissa sunt, custodierit; & diutinam Ecclesiasticæ disciplinæ excommunicationem excipiat, & decimam partem rei suæ Fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, unde prædictam compositionem persolvere possit, absque aliquo infamio sui, quinquaginta eum oportebit ictibus verberari. Hujus igitur Legis nostræ Decretum, quod in confirmatione hujus sacri Concilii noscitur promulgatum, gloriosæ manus nostræ exaratione subscripsimus, & ad perennem memoriam valorem ei perpetuum innodamus. Edita Lex in confirmatione Concilii Toleto, sub die Idus Novembris, Era 721. anno quoque feliciter quarto Regni gloriæ nostræ, in Dei nomine. Ervigius Rex.

NOTÆ VARIORUM.

68. AD Cap. II. *Trabale.*) Lege: *& trabale Regum sanctione judicium.* Ut enim a Virgilio dicitur *telum trabale*, ab Horatio, & Cicerone *Clavus trabalis*, a Statio *hasta trabalis*, pro magnis videlicet, atque instar trabis; ita hic judicium trabale dicitur pro ingenti, sævo, & irrevocabili.

69. Ad Cap. IV. *Prolem Regiam.*) De custodienda salute Regum, ac defensione prolis eorum, habes Concilio Toletano V. Cap. 2. & de dilectione adhibenda proli Regiæ, Concilio Toletano VI. Cap. 16. & Concilio Toletano XV. in Epistola Egicæ Regis. LOAISA.

70. Ad Cap. V. *Nulli ergo licebit superstitem Reginam sibi in conjugio ducere &c.*) Probabile cum primis est, hoc inexpugnabili repagulo voluisse Patres hujus Synodi ejusmodi matrimonia summovere, ne homines ambitionis æstu abrepti, eo nuptiarum Reginæ prætextu abuterentur ad res novandas, & ad Regni usurpationem; & Reges ipsos non abnuisse hoc se quoque Decreto contineri, ut privati omnes in ejus observantiam essent proniores. Eadem sane mente Concilium Cæsaraugustanum III. non novo tantum robore cumulavit hæc Toletani XIII. Decreta, Reginarum viduarum nuptias proscribentis; sed eas compulit, ut primum animam efflasset Rex conjux, habitu Religionis indui, & in Monasterium aliquod se abdere, reliquum ibi vitæ tempus ad cælestem, & immortalem Sponsum suspiraturas. THOMASSINUS, *De Benef.* Tom. II. Lib. 3. Cap. 89. pag. 524.

71. Ad Cap. VI. *Tortores.*) Gotthorum Legibus cautum erat Lib. 5. Tit. 7. Lib. 10. & 11. ne libertus injuriam faceret domino suo, alioqui addicendi eum iterum servituri, potestatem habebat. Et Lib. 17. *Ne liberti, vel progenies eorum, cum posteritate patroni, aut conjugia connectant, aut eis insolentes existant.*

72. Ad Cap. VII. *Qui faciunt opus domini fraudulenter.*) Locus est Jeremiæ Cap. 48. hoc modo: *Qui facit opus Domini fraudulenter, sive negligenter.* (Cui respondet vox ἀμελῶς, quæ est apud Septuaginta) defunctque sequentia verba.

73. Ad Cap. VIII. *Quibus Apostolus ita obedire præcepit.*) Ad Hebræos Cap. 13. dicitur: *Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.*

74. *Primæ Sedis accedant.*) Hæc tria nomina supremam dignitatem in Ecclesia in suo ordine significant; prima Sedes, Primas, seu Primatus, & Metropolitanus. Prima Sedes suprema Ecclesiæ potestas, & quæ est caput totius Catholicæ Ecclesiæ; is est Romanus Pontifex. Ita Synodus 300. Episcoporum in caussa Fidei Marcellino Summo Pontifici respondit: *Ore suo condemnatus est, ore suo anathematizatus, accepit maranatha; nemo enim judicavit Pontificem, nec Præsul Sacerdotem summum, quia prima Sedes non judicatur a quoquam.* Usurpatur tamen prima Sedes interdum pro Sede Archiepiscopali, ea videlicet caussa, quod sicut Summus Pontifex omnium Ecclesiarum in universo Orbe primus, & princeps, & Pater & caput est; ita & Archiepiscopus Episcoporum, quos in sua habet Provincia, obtinet primum locum. Hinc Concilio IV. Carthaginensi in subscriptionibus, Donatianus Talabricensis primæ Sedis Episcopus subscribit; & in Toletano V. & aliis Hispaniæ Conciliis, Carthaginensis, Tarraconensis, Narbonensis, Emeritensis, Bracarensis, & Hispalensis, Sedes primæ dicuntur. Et Concilio Carthaginensi III. Cap. 26. cavetur, ut primæ Sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut Summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ Sedis Episcopus; estque apud Gratianum, Dist. 99. *Primæ Sedis.* De qua re vide Rufum in Mulinæum. Primas dicitur Episcopus, qui est caput totius Provinciæ. Sic Concilio Carthaginensi II. Cap. 12. ut inconsulto Primate cujuslibet Provinciæ nemo præsumat Episcopum ordinare; ibi enim pro Metropolitano accipitur, utpote cum hoc munus ad solum Metropolitanum pertineat, ut ex multis Conciliis liquet; & Concilio Milevitano Primas ponitur Numidiæ, & Mauritaniæ. Unde in unaquaque Provincia Metropolitanus Primas vocabatur. Accipitur etiam universalius Primatus appellatio pro iis, qui jus habent supra Metropolitanos, ex Concilio Chalcedonensi, Can. IX. *Si vero contra ipsius Provinciæ Metropolitanum Episcopus Episcopus, sive Clericus habeat controversiam, pergant ad ipsius Diœcesis Primates, aut certe ad Constantinopolitanæ Regiæ Civitatis Sedem.* Qui Canon doctissime, & eruditissime explicatur a Francisco Turriano, Lib. 3. pro Epistol. Pontif. Cap. 4. Principem Diœcesis, vel Primatem, Romanum Pontificem intelligente. Sic in Hispania Archiepiscopus Toletanus vocatur Primas, eo quod supra Hispalensem, Compostellanum, Bracarensem, Elborensem, Ulyssiponensem,

Granatensem ; Cæsaraugustanam, Valentinam, Burgensem, Tarraconensem, & Narbonensem Ecclesias Metropolitanas Jus, & Primatum habeat. De qua re fusius supra in Opusculo nostro, *De Primatu Ecclesiæ Toletanæ*, disseruimus.

75. Ad Cap. 10. *Frater noster Gaudentius Valeriensis Sedis Episcopus.*] Subscribit Concilio XII. Toletano Gaudentius Valeriensis, non Valentinensis, Episcopus, ut habent excusi. Idem Gaudentius subscribit XIV. Concilio Toletano, ubi Valeriensis Ecclesiæ dicitur Episcopus.

76. *Si enim Regulæ præcedentium Patrum.*) Sic in Concilio Toletano IV. Cap. 54. *Hi, qui in discrimine constituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, hujusmodi, si revaluerint, possunt etiam pro morum probitate ad gradus Ecclesiasticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum se perpetrasse publice fateantur, ad Clerum, vel honores Ecclesiasticos pervenire nullatenus poterant; quia se confessione propria notaverunt.*

77. *A malis actibus vacat.*) Sic Augustinus, Cap. 53. *De Ecclesiasticis Dogmatibus*; & habetur, *De consecratione*, Dist. 2. Cap. *Quotidie &c.* his verbis: *Omnibus Dominicis diebus communicandum hortor, si tamen mens in affectu peccandi non sit. Nam si adhuc habet voluntatem peccandi, gravari magis dico Eucharistiæ perceptione, quam purificari.* Isidorus etiam Lib. 1. *Ecclesiast. Offic.* Cap. *De Sacrificio*: *Dicunt aliqui*, inquit, *nisi aliquo interveniente peccato, Eucharistiam quotidie accipiendam; hunc enim panem dari, jubente Domino, quotidie nobis postulamus, dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quod quidem bene dicunt, si hoc cum religione, & devotione, & humilitate suscipiunt; ne fidendo de justitia, superba præsumptione id faciant. Cæterum si talia sunt peccata, quæ quasi mortuum removeant ab Altari; prius agenda pœnitentia est, ac sic deinde hoc salutiferam medicamentum suscipiendum.* Et Concilio Tridentino, Sess. 13. Capite 7. decernitur, ut nullus etiam Sacerdos sibi conscius peccati mortalis, absque præmissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Vualafridus, *De Rebus Ecclesiasticis*, Cap. 20. tradit, alios rarius, alios crebrius, alios quotidie communicandum præcipere. D. Ambrosius, Lib. 4. *De Sacrament.* Cap. 5. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Quem jam modum Græci in Oriente facere consueverunt. Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit; sic vive, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere.* Vide quæ dicat D. Thomas Opusc. *De Sacramento Altaris*: *Si quis* (inquit) *ad suscipiendum Dominum mundus fieri vult, primo debet per aquam lacrymarum lavari, secundo per opera pœnitentiæ torqueri, tertio per fervorem amoris Dei a carnalium desideriorum humore siccari.* Quod idem Thomas pluribus verbis enarrat. Ille enim in syndone munda involvit Jesum, qui mente pura ipsum susceperit. Hieron. in Matth. Cap. 27. & idem Thomas 3. Par. Quæst. 83. Art. 3. De modo suscipiendi synasim vide Can. CI. Concilii Quini sexti Generalis infra. *Quare* (dicitur) *si quis voluerit Synaxis tempore communicare purissimo Christi Corpore, & coram ipso participatione esse, manus in formam Crucis figurans, sic adeat, & suscipiat gratiæ communionem.*

78. *Pœnitens enim abstinere.*) Qualiter pœnitentia detur, Concilio III. Tolet. Cap. 12. habetur; & in Epist. Leonis ad Rusticum. qua etiam prohibetur, ut nulla negotiationis lucra pœnitentes exerceant.

76. *Id est mortalium.*) Sic interpretatur locum hunc Hesychius in Levit. Cap. 21. Loaisa.

80. Hujus Canonis illud potissimum animo mandandum est; si qui dum pœnitentiam subit, nihil sceleris confitetur; postea in sese regressus, aculeis se peccatorum quorundam clandestinis compungi sentiat; tum ille se sibi judici reum sistere debet, suo se judicio premere, damnare, excommunicare, adeoque exauthorare. Nec enim crimen eo irregulares facit, quo publicum est, sed quo crimen est: *Cæterum si sub pœnitentiæ perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse prædixerit; attamen quod fateri hominibus erubescit, absconsum intra claustra sui pectoris delitescit; noverit ipse sibi de se potestatem esse concessam, ut juxta conscientiæ suæ fiduciam, utrum audeat, aut non audeat sacrificare Deo, ex sui potius arbitrii potestate, quam ex nostri judicii permissione procedat.* Quo manifestissimum fit, quicumque sibi intus clam, & Deo reus erat ejus criminis quod omnes prorsus mortales fefellisset, irrevocabili tamen eadem illa depositionis sententia se ipsum comprimere debuisse, & ab omnibus muniis Sacerdotibus abstinere. Si enim integrum fuisset crimen silentio premere, occulta illud pœnitentia abolere, nec dignitate interim exui, vel Beneficio; eccur Episcopi, cæterique Beneficiarii, crimen suum nudassent? eccur, quam effugere poterant, depositionem, sua confessione provocassent? eccur tanta in eos sævitia, qui doloris, & pœnitudinis vi adigebantur, ad denudandum crimen suum; & in illos ex adverso tam intempestiva lenitas, qui tegendi, quam expiandi criminis cupidiores; muniendæ famæ, servandæque dignitatis, quam procurandæ salutis suæ amantiores, vel hinc esse prodebantur? eccur sese ipse post crimen admissum abdicasset sponte sua Potamius? eccur in Concilio publicam confessionem sceleris edidisset, si per Canones licuisset pœnitentia privata fungi, & eo suam servare sibi dignitatem?

81. Horum Conciliorum interpres locupletior Isidoro Hispalensi, eorundem fere temporum Episcopo, ne optari quidem potest. Atqui testatum facit ille. Primo, qui ab innocentia Baptismo parta desciverit, eum spem omnem Sacerdotii abjicere debere, ut sibi posthac inaccessi. Secundo, qui se post Ordines susceptos mortali implicuerit flagitio, eum

eum ab eorum sacris functionibus abstinere, seipsum debere. Tertio, quantumvis occultum crimen, non effugere Dei oculos, eoque & Ordinibus, & Ordinum functionibus abstinendum ei esse, qui sibi conscius sit. Dicam infra de his criminibus: *Quod autem quis post Baptismum aliquo mortali peccato corruptus, ad Sacerdotium non promoveatur, Lex ipsa testatur. Moyses enim præcepit Sacerdotibus, ne aliquod pecus vitiatum ad Aram offerant &c. Si enim is, qui in Episcopatu mortale aliquod peccatum admiserit, non debet offerre panes Domino; quanto magis ante ordinationem peccator inventus repudiari debet, ut non ordinetur? Quapropter quia Lex peccatores a Sacerdotio removet, consideret se unusquisque, sciens quia potentes potenter patientur tormenta; retrahat se ab hoc non tam honore, quam onere; & aliorum locum, qui digni sunt, non ambiat occupare. Qui enim in erudiendis, atque instituendis ad virtutem populis præerit, necesse est, ut in omnibus sanctus sit, & in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus; nam qua fronte subjectos arguere poterit, cum illi statim possit correptus ingerere: Ante doce te, quæ recta sunt. Quapropter qui negligit recta facere, desinat recta docere.* Hæc doctrina, hæc rationum summa Conciliorum Hispaniæ, quibus intercluditur aditus Ordinum, & Beneficiorum, omnibus sceleribus, etiam occultissimis.

82. Hinc prorsus colligitur, commentitiam illam esse ad Massanum Episcopum, quæ Isidoro tribuitur, Epistolam. Nugatorie pene & incondite ibi illa propinatur doctrina de Clericis ad suas revocandis functiones post decursum pœnitentiæ stadium; quæ nec Isidoro consentiat, semetipsum alibi luculentius interpretanti, nec Hispaniensi eo ævo disciplinæ sacræ, nec Decretis Conciliorum ejusdem ævi, & regionis, quæ paullo ante protulimus. Sed ne fingi quidem potest alienius quicquam, aut insulsius ea, quam Scriptor iste commentatur, concordia inter priscos Canones, quorum alii criminosos ab Ordinibus funditus summoveant, alii post peractam pœnitentiam, hanc illis januam recludant. Tantum quippe abest, ut per antiquos Canones fas fuerit pœnitentia defunctis ad Ordines anhelare, ut pœnitentes universim irregularitatis notissimæ cauterio inurerentur; & quamquam ipsa irregularitatis infamia non imprimeretur pœnitentiæ ipsi per sese; erat tamen in ore, & in usu Conciliorum, Patrumque, & Pontificum sermo ille tritissimus: Pœnitentes omnes, & pœnitentia functos, ad suscipiendos, & exercendos Ordines, irregulares esse.

83. Illa ipsa exceptio eorum, quibus imposita fuerat pœnitentia nullo notatis crimine, satis indicat superque, immunitate criminum, non pœnitentiæ fervore fores Ordinum pandi solitas. Hujus Epistolæ consarcinator duos in sui defensionem Canones astruit, quibus tota hæc ejus fabulosa commentatio destruitur, & dissipatur. His enim definitur, ut Presbyteri, & Diaconi, quibus cruciatuum vis extorsit, ut Idolis thuris aliquid adolerent, quique pœnitudine mox ducti, pugnæ se reddiderunt, nobilemque reportarunt palmam, in totum a functionibus Ordinum abstineantur; quamquam sedere deinceps sinantur inter Presbyteros, & Diaconos, & copia fiat Episcopis, ut Diaconis plusculum aliquid indulgeant.

84. Hanc Gratianus laudavit Epistolam, quod eâ senserit sui ævi disciplinæ consentire, de qua inferius agemus. Poterat ille hoc se errore cavere, si prætulisset veram Isidori Hispalensis Epistolam ad Helladium, aliosque Episcopos Synodicæ collectos ad definiendam caussam Cordubensis Episcopi, qui infanda se carnis voluptate contaminaverat. Hortatur Isidorus hac Epistola Episcopos, ut tota se arment severitate Canonum ad ulciscendam contumeliam gravissimam Sacerdotali Collegio irrogatam: *Cum effusione lacrymarum vestram Sanctitatem deposcimus, ut idem lapsus sancto cœtui vestro præsentatus, agnito a vobis confessionis eloquio, Synodali Sententia a gradu Sacerdotii deponatur. Melius est illi, ut temporaliter deponatur a vobis, quam æterno damnetur judicio. Levior est illi præsentis temporis ignominia, quam futura gehennæ tormenta. Sciat enim, se amisisse nomen, & officium Sacerdotis, qui meritum perdidit sanctitatis. Quapropter judicii vestri decreto, pœnitentiæ perpetim flagitia perpetrata lamentatione deploret &c.* In hoc vero contextu tota refulget superiorum Hispaniensium Canonum indoles, austeritas, disciplina, contextio verborum ipsa. Denique non aliam, ipso huic Episcopo spem ostendit Isidorus, quam remissionis peccatorum, post expletum cum vita ipsa pœnitentiæ curriculum: *Fortasse porrigeret illi manum quandoque Spiritus Sanctus, ut per dignam satisfactionem mereatur accipere peccatorum remissionem.* Thomassinus, *De Beneficiis* Tomo 1. Libro 2. Cap. 57. num. 7. & seqq.

85. Habes lector in hoc Canone pœnitentiam maxime publicam, & de peccatis occultis, quæ nemo præsumitur agnoscere; pœnitentiam publicam hominis, cujus mores habentur boni probique, & qui nec publice sese accusat, nec ab alio accusatur. Ne autem quis objiciat ejusmodi homines nulla peccata confiteri solitos; sæpius in eodem Canone repetunt Patres, pœnitentiam illam dari in remedium, & remissionem peccati: *Pœnitentia enim ad hoc suscipitur, ut peccatum diluat, & peccati sordes hominem iterare non sinat. Qui ergo confidit, per susceptam pœnitentiam dimissa sibi peccata, cur confidenter ad Altare Domini non accedat?* Et post multa: *Namquid pœnitentiæ donum, quod in remedium fit peccati, in prohibitionem devocandum est Sacramenti?* Peccata igitur mortalia confiteri poterant, atque id fecisse assumit Concilium. Sed quia publice peccata illa non enunciaverant, nec erant publice nota, immo publice pro viris bonis habebantur, poterant laici ejusmodi ad gradus Ecclesiasticos promoveri, & Clerici Ordinis sui functiones exercere. Verum eum eo discrimine, quod Clerici a sacris functionibus propter pœnitentiam illam non abstinerentur,

cum

cum laicis sæculares functiones obire non liceret, quia inquiunt Patres: *Pœniteat abstinere debet a peccatis pariter, & negotiorum sæcularium tumultibus, non ab iis, quæ sancta videntur, & summa, se abstrahere, quæ operantem plus expiant, quam commaculando deturpant.* Tandem Patres quæstione ventilata sic definiunt: *Ut stante priscorum Canonum sanctione, quicumque Pontificum, vel Sacerdotum deincept per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint; tenorem retentandi regiminis non omittant, sed per Metropolitanum reconciliatione pœnitentiam more suscepta, solita compleant Ordinis sui officia, vel cætera mysteriorum sibi credita sacramenta.* Quibus sane verbis vix clarius docere potuerunt criminum occultorum non modo publicam, sed & solennem pœnitentiam. Præterea, quod absurdissimum sit asserere nulla peccata confessos esse, & nihilominus pœnitentiam illis solenniter impositam, & reconciliationem præstitam. Verum hoc absurdum demus, si nullis peccatis confessis, aut, si mavis, venialibus tantum, infligitur tamen publica pœnitentia, solennisque reconciliatio adhibetur, multo sane magis criminibus occultis.

86. Gravius opponi potest, Sacerdotem propter multa crimina occulta ab Ordinum functione suspendi. Ecgo si illa confiteatur, ut ad id obligatus est, qua ratione decernunt Patres crimina tantum publica, aut publice ab auctoribus enunciata, sacris functionibus abstinendos esse? Huic objectioni Patres ipsi in fine Canonis occurrunt. Non aliter ideo, quam ipsorum verbis eam dissolvemus: *Cæterum si, ut dictum est, sub pœnitentiæ perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse prædixerit, attamen, quod fateri hominibus erubescit, intra claustra sui pectoris delitescit; noverit ipse, sibi de se potestatem esse concessam, ut juxta conscientiæ suæ fiduciam, utrum audeat, aut non audeat sacrificare Deo, ex sui potius arbitrii potestate, quam ex nostri Judicii permissione procedat.* Cum quis Sacerdos ejusmodi criminum occulte reus est, eaque publice fateri non vult, ne ab Ordinum exercitio suspendatur, ad ea enuncianda, aut ad sacrarum functionum cessationem cogi non potest, licet ea secreto confessus fuerit, ut pluribus Lib. 2. de ejusmodi casibus demonstratum est; an ea exerceat, nec ne, ipsius conscientiæ permittitur, quia eo casu prohiberi non potest; si tamen Dei timens est, non sacrificabit; si impie agere velit, sacrificabit. Verum si postea criminis commissi convincatur, gravissime propter sacrilegium perpetratum in eum animadvertetur.

87. Ajunt Patres ista se statuere antiquos secuti Canones. Quæri potest non immerito, qui fuerint illi Canones? Ex eorum enim cognitione id quod hactenus contendimus illustrius evadet. Primus occurrit Canon LIII. Concilii Tolet. IV. quod XLII. annos quinquaginta præcedit. *Hi, qui in discrimine constituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum peccatores se prædicantes, hujusmodi, si revaluerint, possunt etiam pro morum probitate ad gradus Ecclesiasticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum perpetrasse publice fateantur, ad Clerum, vel ad honores Ecclesiasticos pervenire nullatenus poterunt, quia se confessione propria notaverunt.* Eadem prorsus Canonis species; pœnitentiam publice accipiunt secreta tantum peccata confessi, nulla publica. Clarissime Patres illi explicant quid sibi velint, quum dicunt: *tantum se peccatores prædicantes*; hoc est, ut ajunt, nulla manifesta scelera confitentes. Et paullo post, qui ita pœnitentiam accipiunt, *ut aliquod mortale peccatum perpetrasse publice fateantur.* Mortalia igitur peccata occulte commissa fatebantur; sed quia non publice, ideo a functionibus Ecclesiasticis non abstinebantur, licet pœnitentiam publicam egissent. Quapropter evidentissimum est ex eorum interpretatione, ea verba, *tantum peccatores se prædicantes*, generaliter tantum sumi non debere; ita ut in genere tantum, nullo particulari crimine confesso, sese peccatores professi fuerint; sed sic intelligendum, se tantum peccatores professi sunt, nullo edito singulari crimine. Quod cum Canonis verba tam clare, tam splendide adnotent, frustra in eo adstruendo immoraremur. Idem insuper confirmat ejusdem Concilii Can. XIX. in quo recensentur qui ad sacros Ordines admitti non debeant. Hos inter adnumerant Patres, *qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam admisisse confessi sunt.*

88. Sic videtur intelligendus Canon II. Concilii Tolet. I. quod ante quartum annis CCXXXIII. celebratum est, quum decernit, nullum pœnitentem ad Clerum esse admittendum. Quid per pœnitentem intelligat, statim explicat: *De eo vero pœnitente dicimus, qui post Baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens sub cilicio. Divino reconciliatus est Altario.* Duplex genus publice pœnitentium constituit. Unum eorum, qui cum cilicio reconciliantur; aut, si mavis cilicium ad antecedentia referre, quibus cum cilicio pœnitentia imponitur, hoc est, quibus publice diebus solennibus inter Missarum solennia pœnitentia pro criminibus imponitur, aut reconciliatio datur. Alterum qui publice quidem pœnitentiam agunt de criminibus suis, sed non sub cilicio eis imponitur, non solenniter, nec solenni die, eo quod nec propria confessione sese notarunt, nec aliqua convictione notati sunt. Quod igitur Patres universaliter pronunciaverant, *pœnitentes non admittantur ad Clerum*, interpretantur de eo pœnitente publico, qui sub cilicio reconciliari solet. Huic interpretationi convenit lectio, *de eo pœnitente &c.* Ita ut nolint Patres sub eorum Decreto pœnitentes omnes complecti, sed eos tantum, qui scelera publica, aut occulta publice confessi fuerint. MORINUS, *De pœnitentia*, Lib. 5. Cap. 8. num. 8.

89. Ad Cap. XI. *Patrum præcedentium sententiæ.*) Ita definitum est in Concilio Niceno, Cap. 17. & Sardicensi, Cap. 18. Antio-

tiocheno, & seqq. Cap. 13. & Constantinopolitano, Cap 3. Carthaginensi III. Cap. 44. & 21. Toletano II. Cap. 2. & Bracarensi I. Cap. 8. & Epistola Innocentii ad Victricium.

90. *Nemo fugientem.*) De Clericis desertoribus Concilium Hispalense II. Cap. 4.

91. *Clericum nemo solicitare.*) Epistola Leonis id cavetur ad Anastasium, Cap. 9. & Decreto Gelasii generali, Cap. 6. De non recipiendis Clericis vagis, & infirmanda ordinatione, quæ sine consensu proprii Episcopi fit, Concilio Bracarensi III. Cap. 33.

92. *Octo die juxta Legum sancti.nem.*) Consule Leges Visi-gotthorum, Lib. 9. Tit. 6. Leg. 3.

93. *Villicus.*) Infra Vicarius alius a Villico est, cujus mentionem copiosam invenies Libro Legum Visi-gotthorum. De his nominibus, & officiis, vide quæ annotavimus in Tractatu, *De dignitatibus, & officiis Gotthorum*. De Villico habes in Legibus Visi-gotthorum, Lib. II. Tit. 2. Lege 2.

92. *Subscriptiones.*) In hac Generali Synodo pauci subscribunt Episcopi, quadraginta & octo; per Procuratores vero XXVII. Ex his aliqui in aliis Conciliis interfuerunt, cum a XII. Concilio usque ad XIII. duo, vel tres anni intercesserint; ita est fragilis humana conditio. Qui in aliis interfuerunt, sunt, Antonius Bastitanus, qui in XII. Toletano subscribit; & Atula Cauriensis in eodem. Argibundus Eliberitanus per Vicarium in XII. Toletano. Concordius Palentinus in XII Toletano. Deodatus Sogobricensis, qui in XII. Toletano. Eutrasius Lucensis, & Ella Segontiensis, uterque in XII. Toletano; sicut Froaricus Portucalensis, & Felix Dianiensis, & Gundulphus Lamecensis, & Gaudentius Valeriensis, & Julianus Regiæ Urbis, & Joannes Pacensis, & Luiba Bracarensis, & Leander Illicitanus, & Palmatius Urcitanus, & Reparatus Visensis, & Recilanus, qui & Recilla Accitanensis, & SisebaldoTuccitanus, & Stephanus Emeritensis, & Samuel Malacitanus, & Theuderacus Assidonensis, & Tructemundus Elborensis, Theodulfus Astigitanus, Unigirus Abelensis, omnes in XII. Toletano subscribunt; sunt numero 24. Qui vero mortuis succedunt, majori in numero sunt, nimirum Allurius Setabitanus, qui Isidoro successit, in XII. Toletano. Alla Olyssiponensis, qui Theodorico, in Emeritensi. Allurius Tyrassonensis, qui Elpidio, in VI. Toletano. Aurelius Asturicensis, qui Isidoro, in III. Bracarensi. Ansemundus Lotoebensis, qui Anatolio, in VI. Toletano. Bellitus Oxonobensis, qui Baarno, in Emeritensi. Cresciturus Beterrensis, qui Petro, in IV. Toletano. Cicilius Dertosanus, qui Aprilæ, in VIII. Toletano. Cuniuldus Italicensis, qui Spera-in-deo, in XII. Toletano. Cyprianus Tarraconensis, qui Protasio, in VIII. Toletano. Clarus Elnensis, qui Acutulo, in VI. Toletano. Eusendus Ilerdensis, qui Gaudiolano, in VIII. Toletano. Eufrasius Calagurritanus, qui Gabino, in VIII. Toletano. Florus Mentesanus, qui Valdefredo, in X. Toletano. Florisindus Hispalensis, qui Juliano, in XII. Toletano. Gratinus Egabrensis, qui Deodato, in VIII. Toletano. Gregorius Oretanus, qui Argemundo, in XI. Toletano. Godiscalcus Oscensis, qui Eusebio, in VIII. Toletano. Gandilanus Empuritanus, qui Dono-dei, in VIII. Toletano. Holemundus Salmanticensis, qui Providentio, in XII. Toletano. Hilarius Auriensis, qui Sonæ, in VIII. Toletano. Idacius Barcinonensis, qui Quirico, in X. Toletano. Joannes Egarensis, qui Eugenio, in IV. Toletano. Jacobus Gerundensis, qui Tajoni, in VIII. Toletano. Lubericus Urgelitanus, qui Maurello, in IX. Toletano. Miro Conimbriensis, qui Cantabro, in Emeritensi. Monofonsus Egitanensis, qui Selvæ, in Emeritensi. Mumulus Cordubensis, qui Eusoro, in VIII. Toletano. Olipa Segobriensis, qui Sempronio, in XII. Toletano. Opa Tudensis, qui Genesio, in XII. Toletano. Proculus Bigastrensis, qui Giberio, in X. Toletano. Primus Agathensis, qui Georgio, in VIII. Toletano. Rogatus Beatiensis, in XI. Toletano. Reginicius Aucensis, qui Lothario, in VIII. Toletano. Sarmata Valentinus, qui Hospitali, in XII. Toletano. Sempronius Arcavicensis, qui Momulo, in XI. Toletano. Sona Oxomensis, qui Severitano, in XII. Toletano. Sunifredus Narbonensis, qui Selvæ, in VI. Toletano. Stephanus Carcassonensis, qui Sylvestro, in VIII. Toletano. Vincentius Magalonensis, qui Genesio, in IV Toletano. Unigirus Abelensis, qui Asfalio, in XII. Toletano. Valderedus Cæsaraugustanus, qui Tajoni, in IX. Toletano. Vvifesredus Ausonensis, qui Guerico, in VIII. Toletano. Subscribunt Abbates pro se octo, alii ut Vicarii Episcoporum; & Viri illustres ex Officio Palatino. Animadvertendum, novarum Sedium subscriptiones hic poni, quæ in aliis Conciliis non extant, ut Potentinus Uticensis; forte ex Utica negotiorum caussa Toletum venit, & Concilio interfuit. Potentinus Verecensis; nova etiam subscriptio. Subscribunt etiam Reginicius Aucensis per Vicarium, & Stercorius Aucensis; forte prior infirmitate oppressus, vel ætate gravatus cesserat Episcopatui, unde per Vicarium subscribit.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Ad Canonem V. nota Legem de novo sancitam, nec jure naturali, nec exemplo nixam, cujus tamen observationi, appositis acerbioribus pœnis, multis prospicitur. An ex æquo timendæ sint, dubium inde nascitur, quod caussa via ulla sit; & conjugis relictæ libertati frenum, ea licet reluctante, contra Ecclesiæ Leges imponatur, cum viduitatis jugum ferre, imo & in Monasterium detrudi adigitur. Nec valent rationes, nimirum, ne Regi, & relictæ proli fiat injuria; nam leviora sunt ista, quam ut Lex adeo dura statuenda sit. Adde quod, ut de Saxonibus Occidentalibus scriptum est a quibusdam, ejusmodi relictæ viduæ nequaquam Reginæ, sed Regum conjuges, nisi filiæ Regis essent, appellari debeant. Quicquid sit, ne igitur ex connubio cum Regis vidua inito Regnum quis affectaret, aut inde nata proles Regiæ proli noceret, indeque bella moverentur, Re-

Regis viduam alteri nubendi facultate privari, Canone declaratur. Nam quoad dedecus, quod inde loqui ait Concilium, speciosi etiam nihil habet. Vide ea de re Concilium Cæsaraugustanum sequens, Can. 5.

Ad Canonem 6. nota pronam servorum in dominos, a quibus male, ut plurimum habebantur, ulciscendi mentem; ob quam testimonium contra eos ferendi facultate spoliantur. Quod imprimis necessum fuit pro Gotthorum regnandi ratione, quæ, ut plurimum, ut apud Scythas moris erat, diris omnia gerebat. Ex quo servi nonnulli etiam dominorum tortores extitisse hic narrantur; ob quod arcentur a Palatii foribus, & officiis, cum liberti fiscales, & Regii ea Vvisigotthorum Legibus non modo testimonium ferendi facultate pollerent, sed & ad Palatina officia possent promoveri.

Ad Canonem VII. nota quosdam Sacerdotes accepta injuria, ut ad ejus satisfactionem Parochianos commoverent, interdicti pœnam eos subire coegisse; ita ut Altaria nudantes, & *sacris vestibus* exuentes, luminaria subtraherent, aut lugubri apparatu exornarent, ut cessante sic omnis cultus exercitio intentum finem assequerentur; quod tamen vetatur, cum accepta ab hominibus injuria, ea non debeat in Deum redundare. Qui ergo talia fœde perpetrarit, ignobilitati perpetuæ addicitur; idest, sua dignitate, & honore, seu beneficio, & ejus fructibus privatur, a qua pœna excipiuntur qui non ob privatam, sed ob communem patriæ, aut Ecclesiæ causam, ita sævire cogerentur.

Ad Canonem X. nota I. non publicam criminum in genere confessionem, sed pro perpetratis in specie indictam pœnitentiam, a sacris ministeriis pœnitentes arcuisse; ideoque Gaudentium in vitæ periculo huic sponte se subjicientem præmissa reconciliatione soliti Ordinis officio restitutum. Quod quibusdam rationibus, & Ecclesiæ Statutis, & Concilii Toletani IV. Can. 54. confirmatur. Nota 2. quod Sacerdos criminum expers, vel, ut Loaisa refert ex Augustino, *cujus mens in affectu peccandi non sit*; aut a fortiori, qui ad mali, si quod fuit, remedium per pœnitentiæ præsidium confugit, a Sacrificii Divini opere non debet abstinere; & qui per susceptam pœnitentiam dimissa sibi minus gravia peccata existimat, non est, cur ad Altare non accedat: *Nam si per peccatum homo deformatur, per pœnitentiam reformatur.* Pœnitentes quidem laici abstinere debent a functionibus suis sæcularibus, & imprimis si quid in iis mali sit; at non id potest pœnitens Ecclesiasticus, cujus officia cum sancta sint, *operantem plus expiant, quam commaculando deturpant*, nec proinde illa debent omitti. Nota 3. si autem Pontifex, aut Sacerdos implicatum se dixerit *mortalibus factis*, debet is a suscepto munere abstinere; perpetratum enim a se crimen & ob hoc pœnitentiam se accepisse fatetur. Quod si Sacerdos nihil confessus, crimen, quod celat, revera perpetraverit, tunc conscientiæ judicio, utrum audeat consueta exercere officia, dimittitur. In hoc ergo Canone tres sunt casus, primus de Sacerdote, qui criminis perpetrati accusatur, aut illud sponte confitetur; alter de eo, qui criminis nullius conscius pœnitentiam ex devotione suscepit; tertius de eo, qui cum forte crimen revera perpetraverit, nec tamen confessus est, eidem pœnitentiæ se subjecit. Quoad primum a Sacerdotii munere reus pœnitens amovebatur; quoad secundum pœnitens innoxius et Ordinum officio non decidisse declaratur; & quoad ultimum patet, Ecclesiam nihil definiisse circa Sacerdotem occulti sceleris reum, num juxta Ecclesiæ Leges fas, aut nefas ei sit Sacra celebrare, & *num audeat, vel non audeat sacrificare*, relictum ejus arbitrii potestati.

Ad Canonem XII. nota Episcoporum gravem, & onerosam erga Metropolitas subjectionem; cum illi neminem e Clero, præsertim si ad Metropolitanum confugerit, tum auderent excommunicare, nisi habito prius Metropolitani judicio. Si cui autem res esset cum Metropolitano, ipsum teneri viciniori Metropolitæ se sistere, & coram eo accepto de gravamine modeste conqueri. Quod si hi Judices prægravatum Clericum pro officio audire renuerint, eum posse ad Regem confugere. Cum autem Rex, laicique Judices non possint, nisi de gravaminis causa, non autem de pœnæ, seu excommunicationis æquitate cognoscere, excommunicatum non absolutum fuisse ad cautelam, sed censura manente, negotium ejus indesinenter ab iis debere pertractari, donec, an injusta sit excommunicatio, dignoscatur.

CARD. DE AGUIRRE LECTORI.

1. *Epistolas sequentes edidit Garsias Loaisa ex Codice ms. pervetusto Cœnobii S. Joannis Regii Toletani ex Familia Franciscana, in Notis ad Concilium XIV. Toletanum, quarum occasione illud est a septemdecim Episcopis. Absoluto enim Concilio Toletano XIII. reversisque ad suas Ecclesias Episcopis, cum allatæ essent in Hispaniam Literæ Leonis Romani Pontificis, simulque Sextæ Synodi Acta ab ipso missa, nec tempus opportunum esset ingruente sæva hyeme eos iterum convocandi, visum est in sequentem annum differre ejus rei tractationem. Ne tamen istiusmodi mora aliquam inobedientiæ suspicionem posset afferre, consultum fuit, ut interim ea per Ecclesias ad Episcopos mitterentur; fieretque confirmatio rerum in Oecumenico Conventu gestarum, quæ una cum apologia de dilato negotio ad Romanum Pontificem dirigeretur, ut testantur Acta Synodi Toletanæ XIV. anno sequenti celebratæ.*

2. *Easdem Epistolas recudi curavit Severinus Binius ex Cod. ms. Bibliothecæ Toletanæ, cujus apographum dono accepit a Jacobo Huttero S. Theologiæ Doctore, & Canonico Coloniensi; qui in nonnullis discrepat ab illo Loaisano. Nos denuo in lucem committimus juxta antiquissimum manuscriptum Gotthicum Conciliorum Ecclesiæ Lucensis, postea translatum*

lectam in Bibliothecam Regiam S. Laurentii; rejectis tamen in marginem lectionum varietatibus. Earum αὐθεντίαν Card. Baronius expugnare conatus est, aliique post eum, nonnullis adductis rationibus, ut eas ostendant spurias, atque ὑποβολιμαίας. Nos tamen quid de hac recenseamus, alibi forsan adstruemus, in Appendice, quam ad hujus Tomi calcem rejicere curabimus nisi temporis angustiæ, & valetudo minus commoda aliud suasersnt.

EPISTOLA I.

LEONIS II. PAPÆ,

AD UNIVERSOS EPISCOPOS HISPANIÆ.

Sexti Generalis Concilii Acta narrat, in quo damnatis hæreticis, Catholicæ Fidei definitio de duabus in Christo voluntatibus, & operationibus promulgata fuit, quam transmittit omnibus manifestandam, cuique ipsi Episcopi subscribere debeant.

Dilectissimis Fratribus universis Ecclesiarum Christi Præsulibus per Hispaniam constitutis.

3. CUm diversa sint hominum studia, quibus humana dispensari creditur vita; unum est tamen pietatis officium, quod potest ad æternæ vitæ perducere quæstum, & meritum; in quo omnem consortem Fidei Christianæ æquum est studere; [a] cui nempe Spiritus Sancti dignatio suæ gratiæ inspirat affectum, & inoffensum demonstrat operum bonorum effectum, *Quia Spiritus* (ut Dominus docet) *ubi vult, spirat, & vocem ejus* [b] *auditis*. & quia ejus est incomprehensibilis gratia, connectit, & perhibet, *& nescitis* [c] *unde veniat, aut quo vadat*. Scientes igitur ac satisfacti, quia est [d] in vobis Christianæ Religionis præclare studium, cunisque spiritalibus amplectimini semina cælestis doctrinæ, & Euangelicæ, atque Apostolicæ traditionis in vobis fructificat [e] fervor, & puritas, pro qua hæc Sancta Ecclesiarum omnium Mater Apostolica Sedes, usque ad victimam desudavit semper, & desudat, & prius (si [f] hæc Divina Majestas censuerit) animam a corpore temporaliter diligit sequestrari, quam [g] proditione sacrilega se a confessione veridica pro temporali delectatione, vel afflictione sejungi. Quia citra hanc, sicut æternæ beatitudinis præmium, [h] quam Sanctis suis Dominus præparavit, adipisci non suppetit; ita (quod lugubriter ajulandum est) a Deo vivo, & vero per errorem falsidici dogmatis factum extorrem æternis cruciatibus evenit mancipari.

a Quia. *Exc.*
b Audis. *Exc.*
c Nescis. *Exc.*
d Et v. Chr. rel. flagrat stud. *Exc.*
e Fervorem. *Exc.*
f Hoc. *Exc.*
g Perditione. *Exc.*
h Quod. *Exc.*

4. Sed quia nunc per gratiam Dei Christianissimo [i] Filio nostro Constantino Imperatore regnante (quem ad hoc pietatis officium elegit, atque prælegit superna clementia) rectæ confessionis, atque Apostolicæ traditionis fulgor, hæreticæ pravitatis expulsa caligine, per totum Orbem terrarum veluti [k] clarum jubar affulsit, & pax, atque concordia veritatis inter cunctos Ecclesiarum Christi Præsules regnat, de pacifica in Christum confessione descendens, qui pax vera, & salutaris est, per quem reconciliamur ad Deum; sciat vestra sinceritas, & Christianis omnibus innotescat, Dei omnipotentis miræ magnalia; quia in Constantinopolitana Urbe clementissimus noster, immo Beati Petri Apostoli Filius Imperator, armatus zelo Dei, ac desiderio pietatis accensus, Episcopis ex totius mundi partibus aggregatis; quod ex multo tempore fideliter cupiebat, dum censuit Majestas [l] superna, per nuper elapsam [m] nonam indictionem explevit.

i Ac piissimo. *Exc.*
k Ecclesiarum jub. *Exc.*
l *Deest.* Exc.
m Novam. *Exc.*

5. Universale itaque Sanctum Sextum Concilium celebratum est, ad quod celebrandum ex prædecessoris nostri Apostolicæ memoriæ Domini Agathonis Papæ persona Presbyteri, Diaconique directi [n] sunt. De diversis autem Conciliis huic Sanctæ Apostolicæ Sedi, cujus ministerio fungimur, subjacentibus, Archiepiscopi a nobis sunt destinati: qui cum [o] pro Principe simul, & omnibus, qui ejus mandato convenerunt, Ecclesiarum Præsulibus, [p] præsidentes, ac considentes: primum quidem Sancta quinque Universalia Concilia, & venerabilis Ecclesiæ Patres, quorum Libri, ac testimonia hinc fuerant destinata, cum Tomo dogmatico Apostolicæ memoriæ nostri decessoris Domini Agathonis Papæ, atque Pontificis, & Responsis totius nostræ Synodi, pro confirmatione duarum [q] naturalium voluntatum, & operationum in uno Domino nostro Jesu Christo, & condemnatione eorum, qui aliter docuerunt, vel crediderunt; & hæc singula relegerunt, ac retractarunt. Et quia quæ Dei sunt, cum ejus timore, atque amore scrutati sunt, ejus nutu [r] bene per eos confessionis sinceritas demonstrata, ac confirmata est. Erga quod Synodalis diffinitio dictis Apostolicorum Virorum consona protestatur. Ex quibus vestram satisfieri dilectionem confidimus.

n Fuerunt. *Exc.*
o *Deest.* Exc.
p Præs. fuerunt. Ac considerantes pr. *Exc.*
q Duarum naturarum, duarumque natural. Exc.
r Vere. *Exc.*

6. Qui vero adversum Apostolicæ traditionis puritatem perduelliones exstiterant, abeuntes quidem æterna condemnatione mulctati sunt; idest, Theodorus [s] Faranitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paullus, Petrus, Constantinopolitani, cum [*] Honorio, qui flammam hæretici dogmatis, non, ut debuit, Apostolica auctoritate incipientem extinxit, sed negligendo confovit. Qui vero superstites voluerunt ad veritatis confessionem per medelam pœnitentiæ converti, vel [t] repedare, de Præsulari, ac Sacerdotali gradu dejecti sunt; idest, Macarius Antiochenus Præsul, cum Stephano, [*] ex Abba Presbytero [*] ejus discipulo, immo erroris hæretici [u] incentore, & quodam sene Polychronio [x] ex Abba Presbytero, novo

s Parantanus, *Exc.*
* *Negligentia Honorii, non hæresis accusatur.*
t Retractare. *Exc.*
* *Deest.* Exc.
u Inceptatore. *Exc.*
x *Deest.* Tò ex *in Exc.*

Simone. Qui merito de Ecclesiis Christi ut mercenarii infideles espulsi, [a] quorum noaii subsessores, & perversores exstiterant, & [b] huc exsules deportati sunt, ut reatus sui, & blasphemiarum in Deum opprobria recognoscant, sub [c] contemptum, ac denotationem Fidelium omnium constituti.

7. Et quia quæque in Constantinopolitana Urbe Universali Concilio [d] currente celebrato gesta sunt, propter linguæ diversitatem in Græco quippe conscripta sunt, & necdum in nostrum eloquium examinate translata; definitionem interim ejusdem Sancti Sexti Concilii, & acclamationem, [e] quæ *Prosphoneticus* dicitur, totius Concilii, [f] factam, ad pissimum Principem, pariterque Edictum clementissimi Imperatoris, ad omnium cognitionem ubique directum in Latinum ex Græco translatum, per latorem præsentium Petrum Notarium Regionarium, Sanctæ nostræ Ecclesiæ vestræ dilectioni direximus, etiam Acta totius venerandi Concilii directuri, dum fuerint elimate transfusa; si hoc, & vestra bonis studiis fervens charitas delectatur.

a Quarum. *Exc.*
b Adhuc. *Exc.*
c Conceptu & denotatione. *Exc.*
d Concurrente *Exc.*
e Quod Prosphoneticum. *Exc.*
f Factum.

8. Hortamur proinde vestram Divinis [g] ministeriis mancipatam in Fidei veritate concordiam, ut summam sedulitatem, atque operam præbeatis, paribusque laboribus [h] accingamini, pro amore, atque timore Dei, Christianæque profectu Religionis, & Apostolicæ prædicationis puritate; ut per universos vestræ Provinciæ Præsules, Sacerdotes, & plebes, per religiosum nostrum studium innotescat, ac salubriter divulgetur, & ab omnibus Reverendis Episcopis una [i] vobiscum subscriptiones in eadem definitione venerandi Concilii subnectantur; ac si profecto in Libro vitæ properans unusquisque Christi Ecclesiarum Antistes suum nomen adscriberet, [k] ut in unius Evangelicæ, atque Apostolicæ Fidei consonantia nobiscum, & cum Universali sancta Synodo, per suæ subscriptionis confessionem, tanquam præsens spiritu conveniat, quatenus [l] Domino nostro Jesu Christo cum in glorioso, ac terribili potentatu ad judicandum advenerit, cum titulo orthodoxæ confessionis occurrens, consortem se traditionis Apostolicæ per manus suæ demonstret signaculum. Ut cum Apostolorum Christi Principibus, quorum confessionem zelo veræ pietatis amplectitur, beato consortio perfruatur; revolvens semper in cordis arcanis sententiam Domini prædicantis: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram Patre meo, qui in cælis est*. Quia & nos, qui licet impares, vicem tamen Apostolorum Principis fungimur, dum vestras subscriptiones in paginis cum Dei præsidio per latorem præsentium suscepimus, has apud Beati Petri Apostolorum Principis Confessionem deponimus, ut eo mediante, atque intercedente, a quo Christianæ Fidei descendit vera traditio, offeratur Domino Jesu Christo ad testimonium, & gloriam ejus Mysterium fideliter confitentium, ac subscribentium, qui veræ de se confessionis præconium, quod per tot temporum lapsus hæreticis opprimebatur insidiis, ex insperato per sedulum pii Principis studium claræ veritatis radiis ubique concessit fulgescere. [m] Oblata itaque salutis opportunitate, ut vere divinum munus efficaci sedulitate fructuosum, vos hortamur ostendere, ut gloria vobis ante Deum accrescat de conscientiæ puritate. Deus vos incolumes custodiat dilectissimi Fratres.

g Mysteriis. *Exc.*
h Adjungamini. *Exc.*
i Nobiscum. *Exc.*
k Et. *Exc.*
l Dominus noster Jesus Christus. *Exc.*
m Oblatam itaque sal. opportunitate, & *Exc.*

NOTA SEVERINI BINII.

9. E*Pistola*,) Hanc cum tribus sequentibus Baronius velut spurias rejicit, quod in omnibus, & singulis inculcetur Concilium Oecumenicum nona Indictione absolutum fuisse, cum tamen Acta novissimarum Actionum testentur ipsam Synodum decima Indictione absolutam esse. Et maxime quidem ideo quod his Literis dicantur mitti in Hispaniam, non ipsa Acta Synodalia, sed tantum definitio Synodi, Edictum Imperatoris, & Synodalis sermo acclamatorius, quæ sunt minima pars Synodalium Actorum. Verum Canone secundo Concilii Toletani xiv. testantur Episcopi, se cum Epistola Leonis ipsa integra Acta Synodalia accepisse. Veram igitur Leonis Epistolam ad Episcopos Hispaniæ cum Actis Synodalibus transmissam excidisse oportuit, solum spuriis, & commentitiis adhuc exstantibus. Manuscriptam hanc ex Bibliotheca Toletana nobis communicavit Reverendus, & eximius Vir Dominus Jacobus Hutterus, Sanctæ Theologiæ Doctor, & Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis Canonicus Presbyter, quam & cum editione Epistolarum Romanorum Pontifieum contulimus.

EPISTOLA II.

AD QUIRICUM EPISCOPUM.

Petrum a se eum Epistola fuisse destinatum scribit, qui Synodi definitionem, & quædam munera defert.

Dilectissimo Fratri Quirico Leo.

10. AD cognitionem vestræ dilectionis deducimus, quod latorem præsentium Petrum [n] Notarium Regionarium Sanctæ nostræ Ecclesiæ illic properavimus destinare, [o] tum tractatoria ad omnes una [p] nobiscum Christi Ecclesiarum Antistites, simul etiam ad præcellentissimum, atque Christianissimum Regem Filium nostrum, ad gloriosumque Comitem contradi quoque facientes, eisdem Responsa, initio defini-

n *Deest.* Exc.
o Cum tractatorio. *Exc.*
p Vobiscum, *Exc.*

nitionem venerabilis Synodi, quæ per novam nuper elapsam Indictionem in Constantinopolitana Urbe cum Dei præsidio pro stabilitate orthodoxæ nostræ Fidei celebrata est. a Acclamatione m quoque Reverendissimorum Episcoporum in ea convenientium, & Edictum piissimi Filii nostri, atque clementissimi Imperatoris, cui pro Dei b ministerio, quod suscepimus, & rectitudine Apostolicæ Fidei, per quam salvari jam nos, quam commissas nobis animas præstolamur, providentiam, atque concursum omnem exhibeat vestra in Christo dilectio, ut pro flagrantibus studiis Evangelicæ, atque Apostolicæ Fidei æternæ beatitudinis cum Beatis Christi Apostolorum Principibus habere consortium mereamini.

a Acclamationemque. Exc.
b Mysterio. Exc.

11. Deus te incolumem custodiat, dilectissime Frater. * Benedictionis itaque c gratia Crucem Clavem habentem de sacris Vinculis Auctoris nostri Beati Petri Apostoli tuæ dilectioni direximus, ut præsulare meritum Dei, & proximi charitas vinciat, & per Vexillum salutiferæ Crucis Christi, qui in d ea suspensus est, totius corporis membra clavis Divinorum mandatorum obstringat; ut tali signaculo communitum, reseratis januis Regni cælestis, Apostolorum Princeps ad secum perfruendum e beatitudine æterna suscipiat.

* Deest. Exc.
c GratiamExc.
d Eo. Exc.
e Beatitud'nem æternam, Exc.

NOTA SEVERINI BINII.

12. *Epistola.*) Ex nomine Quiricl imposturam colligit Baronius; nullus enim Hispaniæ Episcopus hoc nomine appellatus reperitur alius, quam ille Quiricus Toletanus Episcopus, qui ante annos septem vita defunctus, Julianum, qui Tolet ano XIII. tempore Leonis II interfuit, successorem habuit. Baronius prædicto anno, num. 19.

EPISTOLA III.

AD SIMPLICIUM COMITEM.

Narrat Acta Concilii, Definitionem transmittit, cui Episcopi subscribant; petens, ut ea in sua editione omnibus innotescere curet.

Domno glorioso Filio Simplicio Comiti Leo Episcopus Servus Servorum Dei.

13. CUM f sit vestræ salutis remedium vera in Deum confessio ex Apostolica traditiona descendens, cum qua Beati Martyres temporaliter g decertantes, * & æternæ vitæ præmia meruerunt, pro qua h probatissimi Sanctæ Ecclesiæ Patras, atque Doctores diversa certamina, & immensas afflictiones perpessi, animam tradere, quam Fidem veram i prodere k delegerunt; ex quorum regulari doctrina, quam nunc usque hæc Sancta Christi Ecclesia ab ejus Apostolorum Principe cum tructa, atque prastructa prædicare cognoscitur, & per Apostolicos successores salutaris institutio per Dei gratiam ad nos usque pertingit; sed & præcessorum nostrorum pro ejus stabilitate nimium desudavit instantia. Verum post tot certamina, & afflictiones innumeras diversis temporibus a veræ Fidei infestis l effectas, tandem superna clementia cor imperiale cælesti gratia præstruens, & fervore suæ gratiæ ad m indicandam veræ pietatis integritatem accendens, de diversis Mundi partibus nuper Concilium universale congregari disposuit, in quo etiam Legati hujus Sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ, * quam Divina dignatione dispensandam suscepimus, & Concilio ejusdem subjacentium responsalas, una cum serenissimo Filio nostro Imperatore, n pietatis insignibus, & infulis redimito, in eodem sacro Concilio convenientes, ex scriptis Pontificalibus, Sanctorum Patrum testimoniis roboratis, Apostolicæ traditionis regulam o hanc sanctam Ecclesiam Divino subniram auxilio intagre prædicare, atque servare totis p viribus probaverunt.

f Cum singulare sit. Exc.
g Decertantes. Exc.
* Deest. Exc.
h Beatissimi. Exc.
i Perdere. Exc.
k Elegesunt. Exc.
l Affecta. Exc.
m Indagandam. Exc.
* Deest. Exc.
n Constantino, insig. & ni. Exc.
o Ac Exc.
p Nisibus. Exc.

14. Tomus q enim Domini Agathonis Apostolicæ memoriæ magni Pontificis, nostrique decessoris, quem ad tranquillissimum Imperatorem direxerat, ita erat ex Sanctorum Conciliorum definitionibus, Beatorumque Patrum testimoniis, & assertionibus veritatis instructus, ut & integritatem Apostolicæ Fidei lucidissime patefaceret, & erroris hæretici latebras revelaret, & ex ejus inexpugnabilibus dictis per gratiam Dei de r hominum cordibus hæretici dogmatis sublata caligine, lumen veræ confessionis effulsit. In quo mansuetissimi Principis labor pro rectæ Fidei pietate præclaruit, in sæculis omnibus collaudandus; ut eo favente, cum Dei præsidio veritas Apostolicæ Fidei bravium victoriæ sumeret, Divinitusque concessum Imperium pietatis insignibus decoraret.

q Etiam. Exc.
r Omnium. Exc.

15. Ideoque vos, gloriosissimi Christi Ecclesiæ Filii, in quibus pietatis desiderium pollet, Evangelicæ, atque Apostolicæ prædicationi manum suffragando porrigite, ut etiam vestras Christianissimas Regiones sinceræ Fidei, quam diligitis, fulgor irradiet; ut Apostolicæ prædicationi faventes, atque conlaborantes, consortium Fidelium apud Deum habere mereamini, ad quam redigitur * de eo veræ confessionis integritas. Quod enim ad nostrum officium, quibus animarum dispensatio commissa est, competebat, definitionem sancti VI. Concilii per f nonam Indictionem in Constantinopolitana Urbe celebrati, & acclamationem universorum Reverendissimorum Episcoporum, * quæ & *Prosphoneticus* dicitur, sed & Edictum

* Deest. Exc.
f Novam. Exc.
* Deest Exc.

ctum Fidei a piiſſimo Auguſto noſtro Sereniſſimo Filio hue deſtinatum, veſtris * quoque* Provinciis innoteſcere per latorem præſentium Petrum Notarium Regionarium, Sanctæ noſtræ Eccleſiæ illuc dirigere affectu paterno maturavimus ; [a] ut de profectu Apoſtolicæ prædicationis, ut merito Fidei vere conſortes, nobiſcum unanimiter lætemini.

16. Hortati autem ſumus Reverendos Eccleſiarum omnium Præſules, ut [b] ſcriptiones ſuas eidem Apoſtolicæ [c] Synodali definitioni ſubnectant, & utpote [d] pro filiis, atque cum filiis Patres ſua nomina in hujuſmodi Libro vitæ deſcribant, ad laudem fideliter concurrentium, & Chriſti Evangelio conlaborantium, & commendationem ad Deum, quem tunc mereamur habere propitium, dum ejus Fidei veritatem immutilatam [e] fine tenus conſervamus incolumem. Gloriam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Ad perpetuam proinde veſtræ glorioſæ Chriſtianitatis protectionem, venerabilem Crucem [f] Clavum habentem de ſalutaribus Vinculis Auctoris noſtri Petri Chriſti Apoſtolorum Principis per præſentem [g] regulum direximus; ut cujus ſinceram dilectionem geritis, & [h] luminariis fideliter providetis, [i] traditioniſque rectitudinem amplectimini, ejus jugiter Apoſtolica tuitione ſalvemini.

* Deeſt. Exc.
a Unde. Exc.
b ſubſcriptiones. Exc.
c Atque ſyn. Exc.
d Proles atque cum fil. Exc.
e Immutatam. Exc.
f Clavem. Exc.
g Gerulum. Exc.
h Luminaribus Exc.
i Traditioneſque rect. veraciter ampl. Exc.

EPISTOLA IV.

AD ERVIGIUM REGEM HISPANIÆ.

Ejuſdem argumenti cum ſuperiore.

* *Domino excellentiſſimo Filio Ervigio Regi Leo.*

17. CUM unus exſtet Rex omnium Deus, qui cuncta creavit ex nihilo ; quæ vero creavit, regit, & continet, qui vere Rex Regum eſt, & Dominus dominantium, idem incomprehenſibilis providentiæ ſuæ libramine, tam temporaliter, quamque localiter, diverſos in terris regnare diſponit ; quorum etſi diviſa ſunt Regna, æqualiter tamen de ſingulis rationem diſpenſationis [K] expetit, unamque de eis vere de ſuæ confeſſionis hoſtiam laudis exſpectat; & hoc ſolum munere circa hominum genus complacatur ejus Majeſtatis immenſitas, dum a cunctis vera de [l] eo confeſſio prædicatur. Ut & ſi diſpoſitionum temporalium videtur eſſe diverſitas, circa ejus Fidei rectitudinem unitatis [m] conſonantia teneatur. Hoc etiam & in ſanctis ſuis Diſcipulis Salvator Mundi Dei Filius eſſe conſtituit, qui Beatum Petrum ſui vice Diſcipulorum ſuorum [n] inſtituit Principem ; cujus ſalutari prædicatione, atque traditione ab hac ſancta Apoſtolica Chriſti Eccleſia, velut a fonte prædicationis progrediente, cunctæ Regiones, quibus etiam veſtrum faſtigium præſidet, ad cognitionem veritatis, & viam vitæ perductæ [o] ſunt, Regnique veſtri culmen illuſtratum; & dum [p] per gratiam Dei pietate regnatis, de temporali Regno æternæ beatitudinis Regnum acquiritis. Ad quod perfectius obtinendum, ſicut inſtanter oramus, dum Dei dignatione Patrum ordine [q] fungimur, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, licet impares, pro commiſſo Divina ope miniſterio locum implemus ; ita prædicando, atque commonendo ad beatæ vitæ meritum conamur provehere. Initium quippe æternæ beatitudinis [r] rectæ Apoſtolicæ prædicationis eſt regula ; quam etſi labefactare olim quidam moliti ſunt ; hæreticos in Eccleſiam Chriſti intromittere enitentes errores, ſed Evangelica veritas vincit ; pro cujus ſtabilitate, & immutabilitate ſervanda diverſas affectionum inſidias hæc Apoſtolica Chriſti Eccleſia ſuſtinuit ſemper, & ſuſtinet, & ſuperna gratia ſuffragante illæſa perſiſtit.

* Benedictus gratia Dei Presbyter, & electus S. Sedis Apoſt. domino excellentiſſimo filio Ervigio. *Loaiſa*.
K Expectat. Exc.
l Deo. Exc.
m Conſtantia. Exc.
n Conſtituit.
o Fuerunt. Exc
p Pro gratiæ Dei piet. Exc.
q Fruimur. Exc
r Obtinenda. Exc.

18. Nunc autem, quod cum gratiarum actione in Deum exultantes effamur, per [ſ] nonam nuper elapſam Indictionem piiſſimus, atque Chriſtianiſſimus noſter, immo Eccleſiæ Dei Filius Imperator, ad Apoſtolicæ memoriæ noſtrum deceſſorem Agathonem Papam, atque Pontificam ſcripta imperialia dirigens, [t] affatim hortatus eſt, ut ab hac ſancta Apoſtolicæ Sedis Eccleſia de omnibus adjacentibus ei reverendis Conciliis [u] Legatos, tam de Eccleſiarum Præſulibus, quamque de aliis ordinibus Eccleſiaſticis, cum dogmaticis Literis, venerabiliumque Patrum Libris, ac teſtimoniis [y] inſtructos in Regiam Conſtantinopolitanam Urbem dirigeret; quod Dei nutu effectum, atque perfectum eſt.

ſ Novam. Exc.
t Effatim. Exc.
u Noſtra. Exc.
x Deeſt Exc.
y Inſtructis. Exc.

19. Quibus illuc ob hoc adventantibus, Concilium ex diverſis partibus ejus pietas congregavit, & commiſſæ Reipublicæ curis [x] parumper ſepoſitis, in venerando Epiſcoporum Fratrum Concilio reſidens, veritatem Apoſtolicæ traditionis, & rectitudinem Fidei per [a] ſanctas Synodos, venerabiliumque Patrum teſtimonia, & aſſertiones præceſſorum noſtrorum Apoſtolicorum Pontificum ſubtiliter, atque attente examinari fecit, & veræ Fidei ſinceritatem a Legatis hujus ſanctæ Apoſtolicæ Sedis monſtrari. Quod per Dei gratiam, Imperii [b] adnitente præſidio, inceptum, atque peractum eſt, & perfectiſſime claruit veræ Fidei noſtræ veracitas, juxta veneranda Concilia, & probabilium Patrum doctrinas ; ut in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto Filio Dei, [c] eodemque Deo vero, atque perfecto, & eodem homine vero, atque perfecto, ſicut duas inſeparabiliter, & inconfuſe confitemur naturas ; idelt, Divinam, & humanam ; ita & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes eum omnes habere prædicemus, ſecundum qualitates, ac proprietates in eo concurrentium naturarum. Quia [d] ſi eum unum Chriſtum, unamque Perſonam Sanctæ Trinitatis eſſe credamus, [e] at & Divinam, & humanam naturam, & harum naturarum proprietates inconfuſe, indiviſe, & indiminute eum habere prædicemus,

z Deeſt, parumper. Exc.
a Sanctæ Synodi. Exc.
b Adveniente. Exc.
c Eodemque vero atque perfecto homine. Exc.
d Sic. Exc.
e Ut. Exc.

Ve-

20. Verum piissimus Imperator gratia Spiritus Sancti animatus, & laborem pro Christianæ Fidei puritate sponte perpessus, Ecclesiam Dei Catholicam ab erroris hæretici macula [a] luminis nitibus purificare molitus est, & quicquid offensionem Christianis pupulis poterat generare, de medio Dei Ecclesiæ fecit auferri, omnesque hæreticæ assertionis Auctores venerando [b] censeote Concilio condemnati, [c] & Catholicæ Ecclesiæ adunatione projecti sunt: idest, Theodorus [d] Faramitanus Episcopus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Paullus, Pyrrhus, & Petrus, quondam Constantinopolitani Præsules, & una cum eis Honorius Romanus, qui immaculatam Apostolicæ traditionis * regulam *, quam a præcessoribus suis accepit, maculari consensit. Sed & Macarium Antiochenum, cum Stephano ejus discipulo; immo hæreticæ pravitatis magistro, & Polychronio quodam insano sene, novo Simone, qui suscitatiune mortui, hæreticæ prædicationis [e] fiduciam pollicebatur implere; neque rursus ad viam veræ confessionis saltem [f] confessus converti æterna condemnatione multatus est. Et * omnes * hi eum Ario, Apollinario, Nestorio, Eutyche, Severo, Theodosio, [g] Themesio, in Deitate, atque humanitate Domini nostri Jesu Christi unam voluntatem, unamque operationem prædicantes, doctrinam hæreticam [h] imprudentes defendere conabantur. Neque enim, ut Sacerdotes Dei oportuerat, sanctarum Scripturarum, & Patrum testimoniis hoc demonstrabant; sed mundanis sophismatibus Euangelium Christi callide machinabantur pervertere. Quos omne eum suis erroribus Divina censura de Sancta sua projecit Ecclesia, & nunc superno favente præsidio in unam veræ Fidei consonantiam omnes Dei Ecclesiæ Præsules ubique concordant; & factum est unum os, & labium unum, unusque grex, & unus Pastor, Christus Filius Dei, qui unanimiter a cunctis ejus Sacerdotibus, atque sinceriter prædicatur.

21. Iccireo & vestri Christiani Regni fastigium studium pietatis assumat, quatenus hæc omnibus Dei Ecclesiis, Præsulibus, Sacerdotibus, Clericis, & populis, ad laudem Dei, pro vestri quoque Regni stabilitate, atque salute omnium prædicetur; ut Deus omnipotens ab omnibus populis unanimiter glorificetur, ac collaudetur. Definitionem proinde sancti Concilii, & acclamationem Reverendissimorum Episcoporum (quod *Prosphoneticum* dicitur) ad piissimum Imperatorem, & Edictum clementissimi Imperatoris, pro veræ Fidei confessione constructum, & ubique mandatum, per latorem præsentium Petrum Notarium Regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ illuc providimus destinare, ut in eadem sacræ Synodi definitione, tanquam pro spiritualibus Filiis Patres, omnes vestri Religiosissimi Regni Ecclesiarum Antistites, juxta tenorem a nobis illuc destinatum, subscriptiones suas, sicut in Libro vitæ, per suæ confessionis signaculum adscribendus unusquisque subjungat; ut pax, & concordia in Ecclesiis Dei vestri sublimis Regni temporibus Deo concedente, vestraque Christianitate favente crebrescat, & maneat; ut qui vestrum culmen regnare disposuit suæ Fidei stabilitate subnixum, concedat per plurima tempora prospere, ac sibi placite commissum populum [i] dispensari. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

a Summis. Exc.
b Consentiente Exc.
c De Cath. Eccl. communione pro fuerunt Exc.
d Farautanus. Exc.
* Deest Exc.
e Fiducia. Exc.
f Confusus voluit conv. Exc.
* Deest Exc.
g Themistio. Exc.
h Impudentes, Exc.
i Dispensate. Exc.

E P I S T O L A

B E N E D I C T I I I.

AD PETRUM NOTARIUM REGIONARIUM.

Monet illum, ut Acta Synodalia VI. Concilii (quorum gratia a Leone II. in Hispanias missus erat) Episcoporum Hispaniæ subscriptione muniri curet.

Benedictus Presbyter, & in Dei nomine electus Sanctæ Sedis Apostolicæ, Petro Notario Regionario.

22. JUxta quod tuam strenuitatem Apostolicæ memoriæ Dominus Leo Papa Hispaniam Provinciam ire disposuit ad præcellentissimum, & Christianissimum Regem, & Sanctissimos Archiepiscopos, & Ecclesiarum omnium Præsules ibidem constitutos, simul & gloriosum Comitem, pro [k] innotescendis venerabilis Sextæ Synodi definitione, acclamatione quoque, quæ & [l] *Prosphoneticus* dicitur, Reverendissimorum Episcoporum, qui in eodem a Deo congregatu Concilio convenerunt, ad clementissimum Principem, [m] Edicto ejusdem piissimi Principis ubique generaliter destinato, pro Apostolicæ nostræ Fidei firmitate cum summo pietatis studio commissum ministerium perage.

23. Subscriptiones quoque Reverendissimorum Episcoporum post eandem Synodicam diffinitionem cum summa sedulitate, atque vigilantia procura subjungi, ut & iidem Reverendissimi Episcupi, omnisque per eos religiosa Provincia, consortes nobiscum Catholicæ, atque Apostolicæ traditionis, & Fidei comprobentur, & apud Deum, ad cujus gloriam laus, & stabilitas Fidei Christianæ redigitur, commendatio eis, atque susceptio, ad salutem animarum proveniat. Officium [n] proinde pietatis assumptum vigilantia, atque solertia condecorans, festina perficere; quia & tibimet ipsi thesaurizas boni operis fructum, & suscipientibus provides cælestis Regni beatitudinem per rectæ, atque Apostolicæ Fidei confessionem adipisci.

k Innotescenda. Exc.
l Prosphoneticum. Exc.
m Et edicto. Exc.
n Perinde. Exc

CON-

CONCILIUM TOLETANUM XIV.

XVII. EPISCOPORUM.

Era 722. anno v. Ervigii Regis, Christi Redemptoris 684. celebratum sub Benedicto II.

TITULI CAPITULORUM.

CAPITULA.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SANCTI SPIRITUS.

Incipiunt gesta Synodalia, quæ acta sunt a Præsulibus Carthaginis Provinciæ, assistentibus etiam Vicariis.

I.

1. Cum Serenissimus, & perspicuus Princeps Ervigius, gloriosus amator veræ Fidei, immo amabilis Filius Ecclesiæ Christi, promissionis suæ non immemor, ob consutandum Apollinaris dogma pestiferum, de quo sibi a Romano Præsule fuerat nunciatum, strenuo, & invicto suæ celsitudinis jussu nos omnes præciperet aggregari in unum, hoc dedit speciale Edictum, ut quia sicut oportebat, pro tantæ rei negotio pertractando Generale Concilium fieri varia adversitatum incursio non fineret, saltem adunata per Provincias Concilia fierent; & siquidem hic primum a nobis in Urbe Regia Synodus ageretur, deinde in singulis quibusque Provinciis singulare haberetur Concilium; quo quicquid hic actum per Toletanam Synodum, reliqui primarum Sedium Presules suorum Vicariorum relatibus comperissent, id etiam in postmodum ipsi per discreta Provinciarum suarum Concilia observarent; sicque hæc nostri Concilii gesta essent illis omnibus in toto communia; utpote ab ipsis edita, atque ipsis coram positis roborata, quæ utique per Legatos suos confirmanda decreverant; quo ex hoc unum, & indivisibile fieret cunctorum Hispanorum Præsulum per totam Hispaniam, vel Galliam Synodale Edictum, ex quo omnium Metropolitanorum fuisset & assensibus promulgatum. Nos proinde Carthaginis Provinciæ Præsules, anno quo supra, sub die decimo octavo Kalendas Decembris, in præmemorata Ecclesia debitis ordinibus considentes, caussæ hujus ordinem, & totius rei negotia retexentes, quibus Romanæ Sedis fueramus Literis invitati, sic patula, & communi sumus voce exorsi.

Damnata est hæc hæresis 3. Conc. Generali Constantinopolitano.

In XIII. Toletano dicitur coactum in Ecclesia sanctorum Apostolorum Petri & Paulli.

II.

2. Clara omnes notio populos Hispaniæ implet, quod decurrentis evoluti temporis serie per Romani Præsulis bajulum gesta Synodalia societati nostræ advecta sunt, quibus Constantinopolim, Constantino Pio, & Religioso Principe mediante, magna, & sublimi copia aggregata Pontificum, Apollinaris * dogma comperimus fuisse destructum. Cum quibus etiam gestis, Leonis * quoque antiquæ Romæ Pontificis invitatorio Epistolaris gratiæ consulta suscepimus, per quæ omnis ordo gestorum, gestaque ordinum dilucide, ut acta sunt, nostris sensibus patuerunt. In cujus etiam gratioso Epistolæ tractu ad hoc

** Idest Monothelitarum.*

** Leo II. Siculus anno 682. electus in summum Pontificem, eodemque, aut sequenti ann. 15. Augusti consecratus.*

hoc omnes Præsules Hispaniæ invitati sunt, ut prædicta Synodalia instituta, quæ miserat, nostri etiam vigoris manerent auctoritate suffulta, omnibusque per nos sub Regno Hispaniæ consistentibus patescerent divulganda.

III.

3. Et quæ siquidem totius allegationis illatio exhibita nobis est, temporis infesti urgente pressura, quo non solum tellus omnis hyemali stricta gelu, graciali nivium immensitate duruerat, sed & tunc quando ex Generali Concilio nos absolutos jam esse constabat. Quo gemino obsistentis caussæ obice præpediti, generaliter iterato tunc non quivimus aggregari; quos & vicina Concilii absolutio propriis Sedibus reddiderat imminutos, & procellosi temporis adversitas non sinebat iterum adunari dispersos.

4. Sed licet in unum generaliter colligi per idem tempus Hispanorum omnium Præsulum societas nequivisset; sparsis tamen Sedibus, atque locis, præfatas gestorum regulas pertractandas suscepimus, susceptas perlegimus, approbantes in his de utrarumque Jesu Christi Filii Dei differentia naturarum, quo gemina in eo voluntas, & operatio prædicatur, recti dogmatis sensum, inculpandæ disputationis Edictum, Apostolicæ traditionis stylum.

IV.

5. Placuit proinde illo tunc tempore, apologeticæ defensionis nostræ Responsis satisfacientes Romano Pontifici, ea ipsa gesta firmare, nostræque Fidei sensum purissima verborum enodatione depromere. Et quia illic de hac gemina voluntate, & operatione Jesu Christi Filii Dei copiose, & dilucide insigniuntur quæ vera sunt, quæ jam utique Romanis partibus per Legatos Hispaniæ destinata sunt; nunc nobis id operis restat, ut juxta Canonum speciale Decretum, quo Concilium Generale pro Fidei caussis aggregari præcipitur, utraque operum gesta, & Synodico dirimantur examine, & discreta Conciliorum fulciantur auctoritate, quo juxta Edictum præmemorati Principis gloriosi, adunato per singulas quasque Provincias Regni ejus Conciliorum conventu, Synodica iterum examinatione decocta, vel communi omnium Conciliorum judicio comprobata, per singula Hispaniæ Provinciarum Concilia præmemorata Synodi gesta, seu etiam eadem partis nostræ Responsa, omnium notionem attingant, salubri etiam divulgatione in agnitionem plebium transeant.

V.

6. Communi proinde jam omnium judicio placet, ut quia generaliter in in unum omnes Hispaniæ Præsules aggregari non quivimus, saltem discretis Provinciis Concilia celebremus; quo prædicta Synodi gesta, vel nostræ partis Responsa, & digno probitatis demum decoquantur judicio, & Synodico laudabili illustrentur stylo. Ideo nos primum omnes Carthaginis Provinciæ Pontifices pari animorum judicio prædicta gesta cum antiquis Conciliis conferentes; assistentibus quoque nobis Vicariis Reverendissimorum, sublimiumque primarum Sedium Episcoporum, idest, Tarraconensis Provinciæ Cypriani, Narbonensis Sunifredi, Emeritensis Stephani, Bracarensis Juliani, Hispalensis Floresindi, iterato ea ipsa gesta probavimus, Decretis quidem illis Synodalibus, & præcipuis in omnibus consona, & Nicænæ quidem, Constantinopolitanæ, vel Ephesinæ Fidei concordantia. Chalcedonensis vero tam esse unita, utpote ipsis verbis edita, vel libata; quippe quibus sumpta videtur pene omnis ipsius styli præcurrentis materia.

VI.

7. Es ideo supradicti Acta Concilii in tantum a nobis veneranda sunt, & recipienda constabunt, in quantum a præmissis Conciliis non discedunt; immo in quantum cum illis concordare videntur. Habebunt ergo sui ordinis locum, quæ sublimationis habent & meritum. Unde his Conciliis ea ipsa subnectenda decernimus, quorum & auctoritate fulta probamus.

VII.

8. Post Chalcedonense igitur Concilium, hæc debito honore, loco, & ordine collocanda sunt, ut cujus glorioso themate fulgent, ei loci, & ordinis coaptentur honore.

VIII.

9. At nunc nos, quibus loqui ad cor Jerusalem Divina voce præcipitur, id nobis deputatum gregem Christi monemus, id etiam omnibus ad æternæ vitæ portum festinantibus prædicamus; brevi admodum definitione collecta; ut in una enim Christi Filii Dei Persona duarum naturarum individuas proprietates agnoscant, sicut indivisas, atque inseparabiles, ita inconfusas, & incon-

Isai. 40. Vide Epistolam Agathonis ad Cæsarem, & Synodum Constantinopolitanum 3. Act. 4.

convertibiles permanere; unam Deitatis, alteram hominis; unam qua ex Deo Patre est genitus, alteram, qua ex Maria Virgine generatus.

10. Utraque ergo ei generatio plena, utraque perfecta, nihil minus ex Deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate suscipiens; non naturarum geminatione divisus, non Persona geminatus; sed plenus Deus, plenusque homo, absque omni peccato, in singularitate Personæ unus est Christus. Unus igitur in utraque natura consistens, & Divinitatis signis effulget, & humanitatis passionibus subjacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex Matre est genitus. Cum tamen aliter de Patre, aliter de Matre sit natus; ipse tamen in utroque naturarum genere non divisus, sed unus idemque, & Dei, & hominis Filius; ipse vivit moriens, ipse moritur vivens, ipse impassibilis patiens, ipse passioni non subjacens, nec Deitati succumbens, nec humanitate passioni se subtrahens; habens ex Deitatis natura non posse mori, habens ex humanitatis substantia, & nolle, * posse mori; ex una immortalis habetur, ex altera mortalium conditione resolvitur, habens in æterna Divinitatis voluntate quo susceptum hominem sumeret; habens in suscepti hominis voluntas, ut humana voluntas Deo subdita esset. Unde & ipse dicit ad Patrem: *Pater non mea voluntas, sed tua fiat.* Alteram, videlicet ostendens voluntatem, qua susceptus est homo; alteram hominis, qua obediendum est Deo.

*Et posse.

Matth. 26.

IX.

11. Et ideo secundum harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inseparabilium proprietates prædicandæ sunt voluntatum, & operum.

X.

12. Scientes igitur, hanc solam esse Fidei confessionem, quæ vincat infernum, quæ exsuperet Tartarum (de hac enim Fide a Domino dictum est: *Portæ inferni non prævalebunt adversus eam*; ideo omnibus dicimus, omnibus inclamamus, ut caveamus hæreticorum muscipulas, effugiamus dogmatis cancerosi venena, verbis illis, quibus dispensatio humanitatis Christi adstruitur, non nobis inanium quæstionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi discutere audeamus, quæ summa sunt. Neque enim quæ sunt Divina, discutienda sunt, sed credenda. Non enim se Deus discutere jubet, sed credere.

Matth. 16.

13. Credamus ergo non sensibus nostris, sed indubitatis Conciliorum priscorum dogmatibus jam præmissis. Si quis igitur Jesu Christo Dei Filio, ex utero Mariæ Virginis nato, aliquid aut Divinitatis imminuit, aut de suscepta humanitate subducit, excepta sola lege peccati; & non eum verum Deum, hominemque perfectum in una Persona subsistentem sincerissime credit, anathema sit.

XI.

14. Illa igitur apologetica defensionis nostræ Responsa, quæ ob istorum confirmationem sunt edita, pro multorum instructione, & utilitate Ecclesiasticæ disciplinæ, simili honoris, & reverentiæ vigore firmamus, atque ad vicem Decretalium Epistolarum ea permanenda sancimus.

XII.

15. Dantes in his gloriam soli Deo omnipotenti vivo, & vero, in Trinitate regnanti, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, cuius dono mutuis præsentia repræsentati aspectibus, & fraternis visibus hilares, & votorum spiritualium effecti sumus opulentius efficaces; cujus gloriæ immensitatem exposcimus, ut glorioso Principi nostro Ervigio Regi, sub cujus pace pax servatur Ecclesiæ, florentis Regni diuturnitate temporis spatia præbeat; quo post hæc præsentia ad Regnum futuræ gloriæ nobiscum conregnandus accedat, præstante Deo nostro, cuius Regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

Peractum Concilium die Dominico, sub die XII. Kalendas Decembris anno quo supra.

Subscriptiones Episcoporum.

1. Julianus Urbis Regiæ Metropolitanus Episcopus.
2. Leander Illicitanæ Sedis Episcopus.
3. Palmatius Urcitanæ Sedis Episcopus.
4. Recilla Accitanæ Sedis Episcopus.
5. Gaudentius Valeriensis Sedis Episcopus.
6. Rogatus Beatiensis Sedis Episcopus.
7. Deo-datus Segobiensis Sedis Episcopus.

An-

8. Antonianus Bastitanæ Sedis Episcopus.
9. Sempronianus Arcavicensis Sedis Episcopus.
10. Ella Segontiensis Sedis Episcopus.
11. Gregorius Oretanæ Sedis Episcopus.
12. Agricius Complutensis Sedis Episcopus.
13. Proculus Bigastrensis Sedis Episcopus.
14. Florus Mentesanæ Sedis Episcopus.
15. Sona Oxomensis Sedis Episcopus.
16. Marcianus Dianiensis Sedis Episcopus.
17. Olipa Segobriensis Sedis Episcopus.

Abbates.

* Afsalius.

1. *c Asfalius Dei nutu Abbas hæc gesta Synodica a nobis definita subscripsi.
2. Felix Archipresbyter similiter.
3. Gerontius Abbas similiter.
4. Gabriel Abbas similiter.
5. Castorius Abbas similiter.
6. Sisebertus Abbas similiter.

Vicarii Episcoporum.

1. Vitalianus Presbyter agens vicem Domini mei Cypriani Episcopi Ecclesiæ Tarraconensis, hæc gesta Synodica a nobis definita subscripsi.
2. Argebudus Abbas agens vicem Domini mei Cypriani Episcopi Ecclesiæ Tarraconensis similiter.
3. Joannes Abbas agens vicem Domini mei Sunifredi Episcopi Narbonensis Ecclesiæ similiter.
4. Valdemarus Diaconus vicem agens Domini mei Sunifredi Episcopi Narbonensis Ecclesiæ similiter.
5. Maximus Abbas agens vicem Domini mei Stephani Emeritensis Ecclesiæ similiter.
6. Boniba Abbas agens vicem Domini mei Liubani Episcopi Bracarensis Ecclesiæ similiter.
7. Reccisundus Abbas agens vicem Domini mei Liubani Episcopi Bracarensis similiter.
8. Gaudentius Abbas agens vicem Domini mei Floresindi Episcopi Hispalensis Ecclesiæ similiter.
9. Gravidius Diaconus agens vicem Domini mei Concordii Eiscopi Palentinæ Ecclesiæ similiter.
10. Joannes Diaconus, cognomento Involatus, agens vicem Domini mei Sarmatani Episcopi Valentinæ Ecclesiæ similiter.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

16. *Concilium Toletanum XIV.*] Congregatum est hoc Concilium adversus hæresim Monothelitarum Apollinaris, iisdem fere temporibus eondemnatam in tertia Synodo Constatinopolitana, quæ Sexta Generalis est, sub Agathone Pontifice Maximo, & Constantino quarto Imperatore. Videtur autem Concilium hoc XIV. Toletanum mistum, ut partim in personis Provinciale sit, partim in auctoritate Nationale; re autem est Provinciale, ut constat ex primo ejus Canone. Causa hujus Concilii celebrandi fuit, quod Romanus Pontifex Leo II. ad Flavium Erviglum RegemHispaniæ, & Episcopos per Epistolam miserat una cum Legato Acta Concilii VI. Universalis, III. Constantinopolitani, quod aliquot ante annos a Domno Romano Pontifice convocatum erat, & sub Agathone ceptum, sub Leone II. absolutum, & peractum, ad infringendum errorem Constantinopolis Patriarchæ, & Antiochiæ, & Alexandriæ, qui cum aliis Apollinaris hæresim impie renovantes, duas in Christo Domino nostro naturas, & voluntates, operationesque pertinaciter negabant. Decrevit autem Romanus Pontifex, ut Decreta Generalis Concilii ab Episcopis Hispaniæ Synodali auctoritate susciperentur, quemadmodum in hoc Concilio, & in aliis Provincialibus factum est.

17. Scripsit Leo tres Epistolas, unam ad universos Episcopos Hispaniæ, alteram Quirico Toletano Antistiti, tertiam Simplicio Comiti, ut curarent de convocatione Concilii, & amplectenda Fide Concilii Constantinopolitani. Has Epistolas inveni in Cod. ms. Cœnobii Sancti Joannis RegiiToletani ex Familia Franciscana pervetusto, in pelle membranea literis Latinis, quibus mirifice juvatur hujus Concilii intelligentia. Et quamvis Ju-

Julianus subscribit in Concilio, cum Petrus Regionarius proficiscebatur in Hispaniam, Quiricus erat Præsul Toletanus, post quem vita functum, Julianus in Cathedra Pontificia sedit, adhibuitque diligentiam, ut Concilium congregaretur. Sunt in eodem Codice aliæ Epistolæ Benedicti Papæ ejusmodi, quæ valde utiles sunt ad Concilii intelligentiam.

18. *Subscriptiones.*) Omnes fere Episcopi, qui XIII. Concilio Toletano interfuerunt, in hoc Provinciali XIV. subscribunt, ut Antonius Bastitanæ Ecclesiæ, in XII. & XIII Toletano. Cyprianus Tarraconensis in XIII. Toletano, Concordius Palentinæ in XII. & XIII. Toletano. Deo-datus Segobiensis in XII. & XIII. Toletano. Ella Segontiensis in XII. & XIII. Toletano. Florus Mentesanæ in XIII. Toletano. Floresindus Hispalensis in XIII. Toletano. Gaudentius Valeriensis in XII. & XIII. Toletano. Gregorius Oretanæ in XIII. Toletano. Julianus Urbis Regiæ in XII. & XIII. Toletano. Leander Illicitanæ in XII. & XIII. Toletano. Liuba Bracarensis in XII. & XIII. Toletano. Martianus Dianiensis, qui Felici, in XIII. Toletano successit. Ollpa Segobriensis in XIII. Toletano. Palmatius Urcitanæ in XII. & XIII. Toletano. Proculus Bigastrensis in XIII. Toletano. Recilla Accitanæ in XIII. Toletano. Rogatus Beatiensis, qui Primo, in XIII. Toletano. Sempronius Arcavicensis in XIII. Toletano. Sona Oxomensis in XIII. Toletano. Sunifredus Narbonensis in XIII. Toletano. Stephanus Emeritensis in XII. & XIII. Toletano. Sarmatanus Valentinæ, qui Sarmata Valentinus, in XIII. Toletano. Hæc de subscriptionibus hujus Concilii.

CONCILIUM TOLETANUM XV.

LXI. EPISCOPORUM,

Anno Domini DCLXXXVIII. tempore Sergii Papæ celebratum.

In nomine Domini Jesu Christi incipit Synodus Toletana XV. sexaginta unius Episcoporum, acta anno primo Serenissimi, & orthodoxi Egicanis Principis, sub die v. Iduum Majarum, Era DCCXXVI.

1. APud Urbem Toletanam, in Ecclesia Prætoriensi Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, omnes Hispaniæ, Galliæque Pontifices aggregati, dum cunctis residentibus, in aspectu singulorum se se in alterutrum charitas diffusa monstraret, alternisque vocibus relatio gratiarum Deo reddita sonuisset, adfuit idem Serenissimus Egica Princeps, placida devotionis arce sublimis, & strenua culminis reclinatione laudabilis, quique in medio Pontificum positus, humoque prostratus, Sacerdotum Dei se commendat orationibus. Deinde surgens, & sufficienti exhortatione Concilium alloquens, innexa Tomo sui culminis vota Dei Sacerdotibus tradidit relegenda.

2. Ecce, inquiens, Beatissimi Patres, omne quod loqui me vobis aut circumlocutio onerosa cohibuit, aut communis sermo forsitan explicare non sinit, hic brevi stylo complicui, hic liquida renotationis insinuatione conjeci; his, quæso, attendite, hæc pertractate, his deliberationis ferte inconvulsibilem sanctionem. Tunc nos oblatum a Rege Tomum suscepimus, & dantes Deo gloriam, eidem Principi benediximus; quo discedente hæc jam dicti Tomi complicatione reperimus.

In nomine Domini Flavius Rex Reverendissimis Patribus in hoc Sancta Synodo residentibus.

a Speciosum.

Matth. 18.

3. ECce sublimi Patres, & cælesti jure honorandi mihi Pontifices, [a] speciosi vestri ordinis adiens cœtum, illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in medio vestri positum non ambigo Dominum Jesum Christum; ejus quippe sermonibus Fidem accommodans, quibus ait: *Ubicumque fuerint duo, vel tres in Nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*; tanta spei hujus fiducia feror, ut quicquid vestra fuerit sententia cautum, nonnisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis pandere sinum, ex quo ubertim manant rivuli sanitatum. Attendite jam jamque unde cor Serenitatis nostræ exæstuet, vel quibus ex caussis mœsti pectoris angustetur dolore.

b *Egica Rex fuit filius Regis, & non nepos Vvambæ Regis; ejus uxor Cixillo fuit filia Ervigii Regis. Forte fuit filius Vvambæ, nam de patre, & socero dicit*, regale sortientes fastigium.

c Cordi bonum Sacramentum adf.

4. Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod divi Patris nostri, & [b] soceri regale sortientes fastigium, gemino me sentio juramenti rete implicitum; ita ut si unum ex his observantiæ cautela conservem, ex alio nihilominus in perjurii crimen videar recidisse. Egit enim idem divus prædecessor noster Ervigius Princeps, inter cætera, quibus me incauto, & inevitabili, conditionum [c] sacramento astrinxit, cum adhuc mihi gloriosam filiam suam conjungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum opponendo solicitus essem, qualiter eorum caussæ ad victoriam pervenirent, & quicquid me pro quibuslibet caussis imperasset, in omnibus jussa ejus implerem. Hæc, inquam, jam dicto Principi sub juramenti cautione promittens, aliud e contra me tempore mortis suæ impegit, aliud agere impulit; scilicet, ut non ante Regnum adirem, nisi primum strictis me juramentorum vinculis alligarem, ut justitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista, & specialibus conditionum probantur nexibus illigata.

5. Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem, & sibi contrariam seriem, & illarum,

rum, quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, & illarum, quas ob præelectionem Regni mei exigendas instituit, Paternitatis vestræ pertractandas consultibus destinavi; petens, ut, & benedictionibus vestris Regno confirmatus inhæream, & sanctionis vestræ regulis viam, qua discreto calle perjurii gradiar, informatus agnoscam. Non enim potero perjurii effugere notam, si aut jam dicti Principis contra justitiam defendendo prolem non reddidero populis veritatem, aut propter veritatem populorum zelans negotia, erga filios promissionis meæ non implevero vota.

6. Additur super hoc (ut fertur) pressurarum ejus in plerosque acerbitas, quos indebite rebus, & honore privavi; quos de nobili statu in servitutem sui juris implicuit, quos tormentis subegit, quos etiam violentis judiciis pressit, pro quibus omnibus hæc adhuc insuper vox in querimoniam venit, quod omnem populum Regni sui ob tuitionem filiorum suorum jurare compulerit, & ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus tabidu anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis hujus elaqueari periculo, fiducia illa, qua vobis vicinum esse Deum, non ambigo, vestris hæc pertractanda sensibus, vestrisque judiciis dirimenda committo. Nam, & cæteras caussarum voces, reliquasque jurgantium actiones, quæ vestro se cœtui dirimendæ ingesserint, vestris opto judiciis consopiri; contestantes generaliter omnes, & vos sacrosanctos cælesti jure Pontifices, & vos regalis aulæ Viros nobiles, & illustres, per ineffabile illud Sanctæ Trinitatis Sacramentum, & per Domini nostri Jesu Christi Sanguinem pretiosum; ac diem futuri judicii pertremendum, ut in his omnibus commemoratis negotiorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris, vel favoris, fideli conscientiæ oculo intendatis; q o in elucubrandis vocibus, & negotiis universis ita operam detis, ne a justitiæ tramite ullo modo decidatis; ut dum inflexibili æquitatis culmine judicia vestra sese in conspectu Domini placitura direxerint, & mihi de admonitione lucrum, & vobis pro æmulatione justorum judiciorum proveniat gaudium exoptatum. Datum sub die [a] agnita.

[a] V. Iduum Majarum.

7. Igitur h jus Tomi serie perlecta, primum nobis ille ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus Domino consectantes, collationis nostræ primordia a Sanctæ Fidei soliditate inciperent ordienda: Sanctam igitur, & definitam a Patribus Fidem pia confessione fatentes, sicut eam Nicæna Synodus sanxit, Constantinopolitana Patrum aggregatio edidit, vel Ephesini cœtus Cyrillo præsidente traditio protulit, atque etiam Chalcedonense Concilium declaravit, sic etiam eam tremendam omnibus prædicamus; sicut & per traditum a Patribus Symbolum profitemur, ac dicimus.

8. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cæli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium conditorem; & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum; & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo; lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in Cælo, & quæ in terra; qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine homo factus; passus sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit; ascendit in Cælos; sedet ad dexteram Patris; iterum venturus in gloria judicare vivos, & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificatorem; ex Patre & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum; qui locutus est per Prophetas; in unam Catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum; expectamus resurrectionem mortuorum, vitam [b] venturi sæculi. Amen.

Hoc idem Symbolũ est in xij. Concil. & xiij. Toletanis, & habetur ad verbum in Missali Mozarab. sive Isidoriano.

[b] Futuri.

9. Post hujus igitur piæ confessionis prolatam devotis vocibus regulam, ad illa nos illico convertimus contuenda Capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium beatæ memoriæ Romanus Papa Benedictus nos Literarum suarum significatione monuerat. Quæ tamen non in scriptis suis annotare curavit, sed homini nostro verbo renotanda injunxit; ad quod illi jam eodem anno sufficienter, congrueque responsum est. Nos tamen nunc eandem renotationem hominis nostri studiosius relegentes, invenimus, quod in Libro illo responsionis Fidei nostræ, quem per Petrum Regionarium Romanæ Ecclesiæ miseramus, id primum Capitulum jam dicto Papæ incaute visum fuisset a nobis positum, ubi nos secundum divinam [c] essentiam diximus: *Voluntas genuit voluntatem sicut & sapientia sapientiam*; quod vir ille incuriosa lectionis transcursione præteriens, existimavit hæc ipsa nomina, idest, relativum, aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse. Et ideo [d] ipsa renotatione sua ita nos admonere justus est, dicens: Naturali ordine cognoscimus, quia verbum ex mente originem ducit; sicut ratio, & voluntas; & converti non possunt, ut dicatur; quia sicut verbum, & voluntas de mente procedit, ita & mens de verbo, aut voluntate; & ex ista comparatione visum est Romano Pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici. Nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis, nec secundum relativum, sed secundum essentiam diximus; Voluntas ex voluntate, sicut & sapientia et sapientia; hoc enim ex Deo esse, quod velle, hoc velle quod sapere. Quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippe est in homine id quod est sine velle, & aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non est ita, quia simplex ita natura est; & ideo hoc est illi esse quod velle, quod sapere. Quapropter qui potest capere voluntatem ex voluntate secundum essentiam nos dixisse, non de hujusmodi laborabit proposita quæstione; quod etiam in jam dicto responsionis, & Fidei nostræ Opusculo sollicite legentibus, & intelligentibus claret. Ubi & apposita illic Beati Athanasii sententia id ipsum nos debere sentire pronunciat, dicens: *Hanc de Deo religiosæ opinationis sententiam retinemus, ut non aliud ejus voluntatem, aliud credamus esse naturam*. Si enim secundum quod hic Do-

[c] Existentiam.

[d] In ipsa.

ctor dicit, id debemus sentire, ut non aliud Dei voluntatem, aliud credamus ejus esse naturam; hoc ergo est ejus voluntas quod & natura, hoc natura quod substantia, vel essentia.

10. Filius igitur Dei de essentia Patris natus est, essentia de essentia, sicut natura de natura, & substantia de substantia: & tamen nec duæ essentiæ, nec duæ naturæ, nec duæ subansttiæ possunt dici, sed una essentia, natura, atque substantia; sicut & lumen de lumine, non duo lumina, sed unum lumen; sicut essentia de essentia, non duæ essentiæ, sed una essentia; sicut natura de natura, non duæ naturæ, sed una natura; sic & voluntas de voluntate, non duæ voluntates, sed una voluntas; quia non est aliud Dei voluntas, aliud ejus natura, quod jam superius Athanasio Doctore firmatum est. Ac proinde quicquid de Deo secundum essentiam dicitur, communiter in singulis Personis convenire videtur, sicut sapientia, & fortitudo, vel cætera; quia & Pater sapientia, & Filius sapientia potest dici. Fortitudo quoque & Pater potest, & Filius appellari. Quod secundum illam comparationem humanæ mentis nullo modo potest dici, quia, verbi gratia, mens si in Persona Patris ponatur, Verbum jam [a] ea mente prodiens, Filius intelligitur, & voluntas procedens ex mente, & verbo Spiritus significatur. Nec tamen recurrit, ut possit dici, ut aut mens, quæ in significatione Patris est posita, Filio, vel Spiritui Sancto conveniat, aut Verbum, quod solum Filius intelligitur, Patri, vel Spiritui Sancto comparetur; aut voluntas, quæ in Persona Spiritus Sancti accipitur, aut Patris, aut Filii Personæ convenire dicatur; sed sic singula singulis, secundum comparationem humanæ mentis, conveniunt, ut unumquodque, quod ex eis unus dicitur, alius penitus non dicatur; sicut & relativo vocabulo Pater nominatus, non est ipse qui Filius; vel Filius quum dicitur, non est ipse qui Spiritus Sanctus; nec Spiritus Sanctus ipse est qui Pater, aut Filius. Ac per hoc illa nomina, quæ comparative ex homine assumuntur, ideo secundum comparationem humanæ mentis dicuntur, ut quoquo modo ad contuendum illud Divinæ Trinitatis ineffabile Sacramentum humana infirmitas excitetur.

a Quasi ex,

11. Secundum hanc igitur comparationem putati sumus dixisse: Voluntas ex voluntate, quod utique dici, vel sentiri absurdissimum est. Ac proinde longe alia est regula, qua de Deo aliquid secundum essentiam dicitur; aliud cum secundum comparationem humanæ mentis aliquid de illo pronunciatur. Nos proinde consentientes, & sequentes Doctoris egregii Augustini sententiam, diximus secundum Divinæ Trinitatis essentiam; voluntas de voluntate, sicut & ipse in quintodecimo Libro Trinitatis Dei pronunciat, ita dicens: *Melius, quantum existimo, dicitur consilium de consilio, & voluntas de voluntate; sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia*. Hic jam quisquis sapiens manifeste intelligit, non nos hic errasse, sed illos forsitan incuriosæ lectionis intuitu fefellisse; quia quod a nobis est secundum essentiam dictum, illi secundum comparationem humanæ mentis positum putaverunt

Cap. 20. & affert. Magister Sentent. lib. 1. dist. 5.

12. Ad secundum quoque retractandum Capitulum transeuntes, quo idem Papa incaute nos dixisse putavit, tres substantias in Christo Dei Filio profiteri; sicut nos non pudebit, quæ sunt vera defendere, ita forsitan quosdam pudebit, quæ vera sunt, ignorare. Quis enim nesciat, unumquemque hominem duabus constare substantiis, animæ scilicet & corporis? De quibus Apostolus specialiter loquitur, dicens: *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem*. Sicut & ille sitiens Deum clamabat in Psalmo: *Sitivit in te* (inquit) *anima mea, quam multipliciter & caro mea*. Nec non & alia multa, quæ hominem duabus substantiis constare pronunciant.

Secundi hujus c. titulus est in Cod. alii, de tribus substantiis in Christo manentibus. D. Juliani assertio manifesta.

2. Cor. 4.

Psalm. 62.

13. Contra quam regulam invenimus item in Scripturis, aut carne plerumque nominata, totum hominem posse intelligi, aut anima sola interdum nominata, totius hominis perfectionem agnosci. Quapropter natura Divina humanæ sociata naturæ, possunt & tres propriæ, & duæ propriæ appellari substantiæ. Sed aliud est cum per proprietatem totus homo exprimitur, aliud cum a parte totus intelligitur. Est enim quidam modus locutionis, qui frequenter in Scripturis Divinis positus invenitur, quo significatur a parte totum; hic etiam tropus apud Grammaticos synecdoche dicitur. Scribitur enim in Libro Genesis secundum illam tropicam locutionem significantem a parte totum: *Factus est homo in animam viventem*. Cum homo non solum ex anima, sed ex carne constet. Item similiter a parte totum, ubi omissa substantia animæ, sola carnis substantia nominatur, sicut in Psalmo scribitur: *Ad te omnis caro veniet*. Cum omnis homo non solum ex carne, sed ex anima constet; & tamen sola carne nominata, totus homo intelligitur; sicut & sola anima nominata, totus homo accipitur. Nam in Exodo volens similiter Scriptura hominem a parte totum intelligi, sic dicit: *Septuaginta animæ ingressæ sunt cum Jacobo in Ægyptum*. Cum ipsæ septuaginta animæ non sine suis corporibus illic ingressæ fuissent. Ex carnis quoque nomine totum hominem intelligi voluit, qui dixit: *Et in carne mea videbo Deum*. Cum non sine animabus suis resurgenda sint corpora.

4. Regula Tichonii, quam affert. De doctrina Christiana.

Et Isid. lib. 1. Sentent. c. 25.

Genes. 2.

Psalm. 64.

Exod. 1.

Job. 9.

14. Ecce per consuetudinem Scripturæ sacræ probavimus, & proprie hominem ipsis quibus constat, substantiis appellari, & tropice a parte totum hominem posse intelligi. Si quæras culpam, nec ille errasse dicendus est, qui hominem a parte totum nominavit; nec iste culpandus est, qui totum hominem carne, & anima nominata expressit; quia utrumque inculpabiliter dici Scriptura Divina convincit. Et tamen cum jam probatum teneamus, nec illam, nec istam partem esse culpandam; quærendum est, quæ pars plus possit esse ad totum hominem intelligendum facilior, atque etiam repulsa omni obscuritate lucidior; utrum ea, quæ solum carnem nominans, & animam tacite ibi vult intelligi; an ea quæ & animam & carnem exprimens totum dicit.

15. Quod ut manifestius innotescat, quædam exempla ponenda sunt. Ecce juxta superio-

riorem tropicæ locutionis modum, qui synacdocha dicitur, quo aut pars a toto, aut totum
a parte intalligitur, scriptum invanimus de flagellatione Ægypti in Psalmis: *Immisit in eis* Psalm. 105.
muscam caninam. Nacnon & illud: *Dixit, & venit locustu, & bruchus*. Volens Scriptu- Psalm. 77.
ra ilio genera locutionis non singulatitatem, sad pluralitatem muscarum, & locustiarum in-
talligi. Non enim a musca, & locusta, sad multitudo muscarum, & locustarum replevarunt a Una & locu-
Ægyptum. At nunc si aliquis nostrorum modo dicat: Misit Deus in Ægyptum muscas, & sta.
locustas, & bruchos, pluralem numerum proferens, quod & utiqua verum est; numquid
in parte ista, quæ pluralitatam confitatur, potest calumnia cadera; ut dicatur non esse va-
rum; quod utiqua verum est, da multitudine locustiarum, quæ rapleverunt Ægyptum? Tale
quippa illud asi, ubi populus ad Moysan clamavit dicans: *Ora ad Dominum, ut auferat* Num. 21.
a nobis serpentem; cum non unius sarpantis, sed multorum serpantum molestias illa populus
pataretur. Hoc atiam mora & Apostolus loquitur in illo loco ubi ait: *Quoniam ex operi-* Rom. 3.
bus Legis non justificabitur omnis caro. Ac si dicerat, omnis homo; a parte carnis totum
hominam intalligi volens. Sic argo & da Domino nostro Jasu Christo, cum scriptum sit de Joan. 1.
illo in Evangalio: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*; caro sola ast nominata,
ut illic tacita intalligaratur & anima; sacundnm supradictum locutionis modum, quo homo
a parte totus accipitur. Quæ locutionis regula plerumqua & a Patribus ast servata.

16 Sic enim ex hoc Beatus Cyrillus in Libro, qui vocatur *Scholia*, dicit: *Quomodo igi-*
tur Verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem Divino Scriptura carnem
plerumque nominat; & quasi ex parte animalis totius significationem facit; necnon etiam
a sola anima interdum tantundem agit. Scriptum est enim, quod videbit omnis caro salu- Luc. 3.
tare Dei. *Et ipse Divinus Paullus*: Non consensi (*inquit*) carni & sanguini. *Allocatus* Galat. 1.
est autem eos, qui sunt ex Israel Pontifex Moyses: In septuaginta quinqua animabus da- Deuter. 10.
scenderunt patras tui in Ægyptum. *Sed non iccirco dixeris, quod nudæ, & sine corae ani-*
mæ in Ægyptum descenderunt; nec porro, quod inanibus corporibus, & solis carnibus
salutare suum Deus indulserit. Quotiens igitur audimus carnem factum esse Verbum, ho-
minem intelligitur ex anima, & corpore factum.

17. Itam & S. Augustinus in Libro Quæstionum contra Apollinaristas sic dicit: *Si ubi-* Quæst. 10.
cumque caro fuerit nominata, & anima tacita, sic intelligendum est, ut anima ibi [b] *non* b Ibi esse.
esse credatur, nec illi habebant animam, de quibus dictum est: Et videbit omnis caro salu-
tare Dei. *Et illud in Psalmo*: Exaudi precas meas, ad te omnis caro vaniet. *Et illud in* Luc. 3.
Evangelio: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dadisti ai, non pereat, Psal. 64.
sed habeat [c] vitam æternam. *Unde & intelligitur, solere homines per nominationem solius* Joan. 17.
carnis significari; ut secundum hanc locutionem etiam illud possit intelligi, ut quod dictum c Det eis vitã.
est: Verbum caro factum est; *nihil dictum sit, nisi, Verbum homo factum est. Sicut enim* Joan. 1.
a parte totum plerumque, nominata sola anima, homo intelligitur (sicut est illud; tot Genes. 46.
animæ descenderunt in Ægyptum) *sic rursus a parte totum, etiam nominata sola* [d] *carne*, Exod. 1.
homo intelligitur. Deut. 10.
d Caro.

18. Itam ipse in Libro *Enchiridion* dicit: Verbum caro factum est; *a Divinitate carne* Joan. 1.
suscepta; non in carnem Divinitate mutata; carnem quippe hic hominem debemus accipere; Rom. 3.
a parte totum significante locutione, sicut dictum est: Quoniam ex operibus Legis non justi-
ficabitur omnis caro; *idest, omnis homo*. [e] Qualiter [f] hæc ast Patrum plana, Scriptura- e Quapropter.
rum more, libata santantia; ut cum a parte totum una quælibet hominis assumpti in Christo f Ex scripturarum.
substantia nominatur, illic statim & altera intelligatur. Nam si una secundum hunc tro-
pum taceatur, & alia dicatur, duæ taman nihilominus intalliguntur. Nemo argo jam dicat,
cum audit totum hominem a parte posse intalligi, non dabera tras in Christo substantias pro-
fitari, cum isto genere locutionis aliud ex altaro cogatur intalligi. Nihil argo diversitatis
est, siva tropice una, sive propria gemina hominis nominata substantia; cum utraqua lo-
cutio hominem a Deo assumptum, nonnisi in duabus substantiis nos intalligera, & confitari g Hanc ratio-
permittat. Ac per hoc tras in Christo substantias profitari ille non dubitabit, qui [g] hac ra- nem.
tiona plena cognitione didicerit. Cæterum ubi non tropice, sad proprie hi Patras homi-
nem totum a Christo susceptum assa fatantur, sic in suis tractatibus posuerunt.

19. Beatus anim Cyrillus in superiori Libro, qui vocatur *Scholia*, dicit, ubi veritatem
trium substantiarum Christi figura veteris tastimonii aperte convincit. Sic anim ait: *Quod*
adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserunt, tractum
est secundum Dei volantatem sanctum tabernaculum per desertum, & in eo multis modis
formabatur Emmanuel. Ait igitur Deus omnipotens ad Divinum Moysen: Et facies arcam Exod. 2.
tastimonii ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum, & dimidii longitudinam, & cubiti,
& dimidii latitudinem, & cubiti, & dimidii altitudinam, & inaurabis eam auro puro; ar-
tra & intra inaurabis eam. *Sed lignum quidem imputribile sit figura corporis incorrupti*
(imputribilis enim cedrus) aurum vero, quasi materies aliis pretiosior, divinæ nobis in-
dicat substantiæ majestatem. Attendite igitur, cum arca tota inaurata sit auro puro ex-
tra & intra, adunatam quidem fuerit sanctæ carni Deus Verbum; & id est (ut opinor)
arcam fuisse extra inauratam. Quod vere animam rationalem, quæ corpori inerat, pro-
priam fecerit, ex hoc apparet, quod & intra præceperit inaurari. Quod autem naturæ,
sive substantiæ inconfusæ manserunt, hinc scimus; aurum enim superpositum ligno man-
sit id quod erat; & ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum esse non desiit.

20. Itam S. Augustinus in Libro Trinitatis Dei idipsum axprimens dicit: *Sic Deo con-*
jungi potuit humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona, ac per hoc jam
ex tribus, Deo, anima, & carne. Hæc igitur Sanctis Patribus nos docentibus, & utram-
que

que locutionis regulam nobis insinuantibus, videant jam tandem, & sentiant; qui sine favore Patrum judicant, quæ pars plus potest esse tutissima, licet in neutram partem possit cadere culpa; utrumne illa, quæ in Christo Dei Filio unam Verbi, alteram hominis a parte totum substantiam profitetur; an ista, quæ proprie totum hominem in duabus substantiis Verbo Dei adunatum fuisse fatetur. In illa enim parte, quæ a parte totum hominem intelligi volet, potest hæreticorum dolus latere, ut unamquamlibet ex his substantiam nominans, aliam supprimat; sicque quod ore non profitetur, nec corde confiteatur, sicut Apollinaris, qui negat Dominum Jesum humanam animam habuisse, vel Manichæus negans in Christo assumpti corporis veritatem; in hac vero nostra professione, ubi præmissa Verbi substantia, specialiter duas hominis in una Christi Persona substantias profitemur, nullus potest accidere, vel suspicari fraudulentiæ dolus, quando evidenter in Deo assumptus prædicetur homo totus. Tutior ergo pars est, quæ totum dicit, quam quæ aliquid supprimit; & plus claret quod proprie dicitur, quam quod arcta tropice locutione [a] firmatur. Sed forte nos soli hoc dicimus, quod majorum sententia non probamus.

a Formatur.

21. Judicem jam ergo Augustinum (si complacet) advocemus, ut quam partem contra hæreticos munitiorem esse pronunciet, audiamus. Sic enim in Tractatu *Symboli* dicit: *Temporali dispensationi Dominicæ multis modis insidiantur hæretici; sed quisquis tenuerit Catholicam Fidem, ut totam hominem credat a Verbo Dei esse susceptum, idest, corpus, animam, & spiritum, satis contra illos munitus est.* Ecce spirituales spiritualiter utraque consideramus, judicium protulit, sententiam fixit, munitiorem, & tutiorem partem illam esse pronuncians, quæ contra hæreticos totum hominem a Verbo Dei susceptum in duabus substantiis, carnis, animæque defenderit.

22. Sed forte aliquis dicat, jam hic tria quædam hominis nominata, idest, corpus, anima, & spiritus. Tria quidem dicuntur, sed duo sunt, sicut ab eodem Doctore in prædicto *Symboli* Tractatu convincitur: *Tria sunt* (ait) *quibus homo constat, spiritus, anima, & corpus, quæ rursus duo dicantur; quia sæpe anima simul cum spiritu nominatur; pars enim quædam ejusdem rationalis, qua carent bestiæ, spiritus dicitur.* Quod etiam in Epistola ad Petrum dilucida manifestatione [b] exsequitur, quod spiritus, & anima utrumque sint unum, & unius esse substantiæ sentiantur. Dicit enim, duo quædam esse animam & spiritum, secundum id, quod scriptum est: *Absolvisti a spiritu meo animam meam.* Et utramque ad naturam hominis pertinere, ut totus homo sit spiritus, anima, & corpus, sed aliquando duo ista simul nomine nuncupari animæ, quale est illud: *Et factus est homo in animam viventem*; ubi quippe & spiritus intelligitur. Itemque aliquando utrumque nomine Spiritus dici, sicuti est; *& inclinato capite tradidit spiritum.* Ubi & anima necesse est intelligatur, & utrumque unum, & unius esse substantiæ [c] ac per hoc anima, & spiritus, & anima, & corpus, duæ speciales hominis substantiæ sunt, quæ & diversæ dicuntur.

Isid. lib. 1. Diff. c. 16. discrimen ponit inter spiritum, & animam.

b Assequitur.

Gen. 2.

Joan. 19.

c Ac non animæ.

23. Nos proinde in jam dicto Fidei nostræ Opusculo Apollinaristarum hæresi respondentes, tres in Christo substantias diximus, quod & Majores nostros docuisse monstravimus, honorantes videlicet, & sequentes sententiam Doctoris egregii Hispalensis Sedis Episcopi, quam in Libris suis, *De differentia naturæ Christi vel nostræ* disseruit, ubi ait: *Nos ex duabus subsistimus substantiis, corporis videlicet, atque animæ; ille ex tribus, Verbi, corporis, atque animæ; inde est, quod perfectus homo, perfectus prædicatur & Deus.* Hæc igitur perpauca de Patribus exempla libavimus, ut in brevi ea, quæ competunt, monstraremus. Cæterum qui hæc adhuc intentius legendo quæsierit, plurima colligere poterit.

Isid. lib. Diff. 1. cap. 6.

24. Jam vero si impudorata quis fronte, ne his Patribus cedat, & unde ea libaverint, insolens scrutator exquirat; Evangelicis saltim vocibus credat, quibus has tres substantias sibi inesse Christus pronunciat. Interrogatus enim a Judæis: *Tu quis es?* Respondit: *Principium, qui & loquor vobis.* Ecce habes unam substantiam Deitatis. Restant duæ substantiæ hominis; ut enim veram carnem hominis suscepisse monstraret, palpandum se Discipulis præbuit, dicens: *Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non* [d] *habent, sicut me videtis habere.* Ecce expressa est substantia carnis humanæ. Item ut animæ humanæ substantiam suscepisse monstraret, dicit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem iterum sumendi eam.*

Joan. 2.

Luc. 24.

d Habet.

Joan. 10.

25. Ecce tres in una Christi Persona substantias inconfuse, & inseparabiliter adunatas, Deitatis videlicet, atque humanitatis. Evangelicis oraculis approbantes, omnes uno ore fatemur, & præfixa sententia prædicamus; confitentes videlicet, secundum Chalcedonense Concilium, eundem Dominum nostrum Jesum Christum, perfectum in Divinitate, perfectum eundem in humanitate; Deum verum, & hominem verum eundem ex anima rationali, & corpore; secundum Divinitatem unius cum Patre naturæ, secundum humanitatem unius naturæ nobiscum; per omnia similem nobis absque peccato; ante sæcula quidem ex Patre natum secundum Divinitatem; in novissimis diebus vero eundem propter nos, & propter nostram salutem ex Maria Virgine, Dei Genitrice, secundum humanitatem, unum eundemque Christum Filium Dei Unigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter, indivise, & inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum differentias, propter unitatem perimendas; magis autem, salva utriusque naturæ proprietate, & in una coeunte Persona, unoque statu concurrente, non in duabus Personis partiendum, vel dividendum; sed unum eundemque Filium Unigenitum, Deum Verbum, Dominum Jesum Christum. Jam vero si quis contra hæc ulterius non instruendum, sed contrarium se huic redditæ rationi præbuerit, damnationem præfati Concilii sustinebit.

Habentur hæc verba in expositione Symboli act. 2. Concilii Chalcedonens.

26. Tertium sane, quartumque Capitulum contuentes, non solum sensum, sed & ipsa

pene

pene verba ex Libris Beatorum Ambrosii, atque Fulgentii nos prælibasse monstravimus, quibus eos prædictos Viros dogmatizasse scimus. Quos quia celebres in toto Orbe Doctores feriata Ecclesiarum Dei vota perrexerant, non illis est succensendum, sed potius succumbendum; quia omne, quod contra illos sapitur, a rectæ Fidei regula abhorrere sentitur. Has sane quatuor specialitates Capitulorum, quæ ut a nobis solida efficerentur, hortati sunt, quid a quo fuerit Doctore prolatum, congesto in uno responsionis nostræ Libro, Catholicorum dogmate Patrum ante hoc biennium parti illi porreximus dignoscendum. Jam vero si post hæc, & ab ipsis dogmatibus Patrum, quibus hæc prolata sunt, in quocumque dissentiant, non iam cum illis est amplius contendendum; sed Majorum directo calle inhærentes vestigiis, erit per Divinum judicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, etiam si ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis.

27. His itaque super sanctæ Fidei professionem [a] explicatis, ad contuendam illarum seriem conditionum nos vertimus, quarum [b] nexibus se illigatum prædictus Princeps fuerat protestatus. Etenim tempore, quo divæ memoriæ Ervigius Princeps hunc præsentem Dominum nostrum Egicanem Regem ad copulam filiæ sustinuit, his eum primum ligaminibus implicavit. Clara igitur pronunciantis voce, earundem conditionum nobis testu præcognito, invenimus illic tam impossibilia vincula quædam juramenta innexa, ut difficulter mens jurantis ab earum illigatione sit libera; etiamsi esset a Regni curis, & solicitudinibus aliena. Quarum textrinii evidens ligatura, inter cætera connexionum Capitula, his verbis habebatur expressa.

[a] Explicitis.
[b] Nexibus illigatus prædictus Princeps fuerat.

28. Circa cognatos meos, filios vestros, quos de gloriosa conjuge vestra, Domina mea [c] Leubigitone Regina progenitos habere videmini, tam charum me amicum in sincera mentis dilectione, sine fraudulenta calliditate exhibere, & esse polliceor; & ita cum eis in affectu dulcedinis, & charitatis omnibus diebus vitæ meæ vivere spondeo, ut nec ipsos, nec partem eorum, pro quibuslibet Capitulis, aut ordinibus, vel occasionibus, quoquolibet tempore inquietari, aut stimulari debeam. Nec ullum dolorem, ullamque malitiam in corde, vel animo meo contra eos amodo, & deinceps quandoque retinebo, aut excogitabo; neque aliquam occasionem, aut argumentum enutribo; per quod aut præfata ancilla vestra, sponsa mea, sive jam nominati filii vestri, qui de totiens dicta clementissima conjuge vestra, Domina mea Laubigitone Regina progeniti sunt, aut in maximum, aut in modicum conturbentur, vel stimulentur, excepto propter justissimas caussas, unde legalis mihi veritas patuerit; quas ut cum charitatis affectu ad eosdem cognatos meos quærere debeam, mihi licentiam reservo, & tam de promptissima dilectione, & charitate eorum nunquam recedam; nam & pro caussis eorum, quas aut ipsi contra quaslibet personas habuerint, aut si quicumque contra eos pro quibusdam rebus intenderint, ita usque quoad vixero in eorumdem filiorum vestrorum adjutorium, cum omni mentis meæ intentione, in quantum valuero, & Deus mihi dederit posse, exsurgebo, & intendebo, veluti si pro caussa propria mea, ut nec illi damnum, aut perditionem quamcumque sustineant, & negotia eorum cum Dei auxilio, me intendente, agente, & prosequente, celerem ad effectum perveniant.

[c] Levitena.

29. Perlectis igitur his conditionibus, quæ divæ memoriæ Ervigius Princeps præsenti Principi nostro ob suorum tantum filiorum vindicationem extorserat, aliæ iterum conditiones ex communi voto sese nobis retractandæ objiciunt, ad quas præfatus Princeps Egica in Regno adscitus juramentorum suorum Deo reddidit vota, cum se justitiam populis redditurum promisit, ac ne quemquam contra justitiam læderet, jurisjurandi attestatione devovit. Prima igitur conditionum illa series [d] pertractata, multis his secundis conditionibus videtur esse contraria. Quomodo enim pro cognatis caussaturus exsurgens, decertantibus contra eos dabit justitiæ palmam, si ipse contra eos sententiam suam defendat? aut si ipse, sicut juravit, negotii sit objector? Quis exspectabitur judicii terminator, aut quomodo data in populis juramenta servabit, ut nullum, sicut est pollicitus, contra justitiam gravet; si in tantum cognatis protectionis adminicula præstet, quamdiu negotia eorum se prosequente ad effectum [e] videantur pertingere? Sic enim, sicut iam superius dictum est, iurasse præfatum Principem constat, ut negotia eorum, se intendente, & prosequente, ad effectum perveniant.

[d] Pertractanda.
[e] pertineant.

30. Illigatum itaque Principem utriusque partis vinculis contuentes, perpendimus, quia utraque promissio simul ab eodem inculpabiliter impleri non possit. Quamquam si bene res considerata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus absolutus ostensus est, quando ad secundas has conditiones populorum jurare coactus est; quia uno eodemque compulsionis auctore utrumque contestatus est.

Illigatum itaque.

31. Quapropter perpensis utrarumque conditionum allegationibus, atque communi omnium collatione tractatis, [f] pervenimus in illis conditionibus, ad quas primum hic Princeps noster socero jurasse dignoscitur, sola illi proprii juris commoda cogitata; in his autem conditionibus [g] honestatis vota pollicita; illic ante Regnum unius tuendæ domus [h] Fides exacta; hic post Regnum inoffensa regendarum plebium vota pollicita; illic privatus amor, ob defensionem filiorum [i] protenditur; hic generalis patriæ, & gentis affectio pollicetur; iuratio illa offensis forsitan plurimis uni tantum domui portabit effectum; hæc vero generale æquitatis servans in singulis compromissum, nulli parti dabit veritatis excidium. [k] Quod igitur ex utroque justo disputationis fine conficitur, numquid paucorum salus erit extinctio plurimorum? aut numquid tantum valere debet privatæ rei commodum, quantum generalis relevatio populorum? Absit. Quia ergo in illa iuratione acceptio privatarum cogitata est personarum, in hac autem generalis protectio plebium; quæ ex his duabus sit potius observanda, Divina nobis pandat sententia.

[f] Invenimus.
[g] Honestis juris.
[h] Fidem exactam.
[i] Portenditur.
[k] Quid.

Scri-

Prov. 24. Joan. 7. & Deut. 1.
a Pio his speciat.

32. Scriptum est enim in Proverbiis Salomonis: *Cognoscere personam in judicio non est bonum*. Christus quoque in Evangelio: *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Paullo præsertim Apostolo [a] specialiter præstruente, ut *non quæramus, quod nobis utile est, sed quod multis, ut salvi fiant*. Jam ergo in promptu est, qui es his duobus salubri pietate præponderetur; & ideo intemerata plus erunt, quæ patriæ sunt salubri pollicitatione jurata, quam illa, quæ ob unius tantum domus sunt utilitatem pollicita. Nec hoc quidem sic dicimus, ut illa, quæ quidem pro cognatis jurata sunt, penitus destruantur; sed potius ut unus idemque affectus populis, cognatisque servetur; unum quid es duobus unitatis gratiam redolens, neutrum dividat, sed componat. Non enim possunt utraque sejuncta æqua observantiæ lance servari; quia si promissa cognatis fides servetur, populis quæ promissa sunt, deperibunt; & iterum, si data populis intemerata Deo sacramenta serventur, cognatis proculdubio promissa beneficia negabuntur; nec unius partis præstatio sine alterius partis potest esse dispendio. Quid ergo? Numquid ob hoc utraque juramentorum promissa solvenda sunt? quia singula invicem sine culpa agi non possunt? Absit. Transfundendum ergo unum in alterum, & ad unam regulam redigendum; ita ut minoris partis vota potioribus sint conjuncta, & affectus protectionis, qui privatim socero promissus est, & cognatis, transfusus generaliter servetur in populis; non quo, ut aut hinc, aut inde promissa fides patiatur dispendium, sed coniuncta, atque in alterutrum transfusa commune defensionis sentiat lucrum.

b Præfixam. *Matth. 18.*

33. Dicimus ergo per Spiritum Dei, & [b] proximam sentetiam ponimus, eo in nobis loquente, qui se in suo nomine aggregatis medium adesse promisit. Sic ergo ab illis vinculis juramenti, quibus socero ante juravit, Principem nostrum Egicanem Regem Sancta Synodus absolvendum elegit, ut aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum justam defensionem assumat; ut quasi unius patris, geminisque filios utrumqoe uno devocans in affectu, nec in cognatorum justis negotiis favorem populorum obtendat, nec rursus in populorum quæstibus cognatis favere pertentet, ut tam in populorum, quam in cognatorum negotiis, una eademque illi fides servanda sit, nec alio affectu tractandos eligat cognatos, quam populos, quo in adeptum cælitus Regnum directo æquitatis gradiens calle, nec profanationis in utrumque subeat notam, nec pietatis claudat utrisque partibus viscera.

c Illic amputantur.
d Capiatur.

34. Secunda post hæc nostro cœtui retractanda se collatio intulit; pro conditionibus scilicet illis, quas jam dictus Princeps Ervigius ob tuitionem filiorum suorum, totius Regni sui populos jurare coegit. Quibus inspectis, & diutissime retractatis, nihil illic invenimus, quod æquitati sit obvium, nihil quod & pietati adversum; occasiones tantum malitiæ [c] amputantur, nam justorum negotiorum aditus non excluditur. Hoc enim singulariter illic servandum promittitur, quod generaliter a Domino omni Christiano jubetur; scilicet, ut malitia [d] caveatur, innocentia illibata servetur, frustretur nocendi propositum, admittatur negotiosum justumque judicium. Hoc enim si communi omnium lege servetur, & illæsum semen regium a nocibilitate servabitur, & veritas populis sine perjurii profanatione reddetur. Nec enim illic juramentum est, ut aut caussantes contra filios suos nemo juvaret, aut nullus super æquitatis judicium promeret, ubi jam dictus Princeps non solum in singulis negotia sua judicialiter proponendi aditum tribuit, sed & scelera filiorum suorum, si qua accidissent, legibus ulciscenda permisit.

e Exequenda.

35. Quod ergo illic non est juramentum, & tamen juramentum fuisse impudenter asseritur, non devocabit populos in perjurii crimen, quia nec alligatum cernitur in conditionum serie; nec enim in nobis est cohibendum, quod in illis conditionibus non invenimus esse cohibitum. Recedendum tamen est a malitia, & [e] exercenda sunt negotia opportuna. Neque enim quorundam incauta illa dicacitas attenditur, quæ impudenter adstruere nititur, illos tantum innoxios esse a perjurii crimine, qui negotia sua tantum visi fuerint objecisse; illos autem, qui vel talia negotia judicanda susceperint, vel hujusmodi pro æquitate adjuverint, inexpiabili profanationis crimine irretiri; hæc quippe dicunt contentiose magis quam rationabili strepitu obstrepentes; nescientes videlicet, quia si negatus fuisset illic aditus jurandi, negaretur & proponendi; sed qui admisit justæ propositionis negotium, non voluit prolatæ æquitatis amputare judicium; nec qui proponentem admisit, potestatem juste judicandi judicibus abstulit. Magna ergo stultitiæ vos est hæc sentire, vel proloqui. Nam e contra, ecce per totam Divinæ seriem Scripturæ plus judicibus præcipitur judicare justitiam, quam populis sua objectare negotia, Dicit enim Scriptura: *Juste judicate filii hominum*; nec addit. Juste proponite caussas vestras filii hominum; numquid quia judices juste judicare admonet, ideo Populis proponendi sua negotia interdixit [f] in eo quod de negotiis proponendis nihil protulit? Numquid super eo judicii formula [g] rejicitur, quia mutum, & absque propositione sentitur? Non ergo aut judicia sine objectis, aut objecta sine judicibus esse possunt, quo aut judex desit caussanti, aut caussans desit nullo modo judici.

Levit. 19.
f Ideo quod.
g Texitur, qui mutus est absque.

36. Quapropter conditiones ipsæ, in quibus nec veritas est præcisa, nec pietatis amputata sunt viscera, non tenebunt aut juste proponentes ad periurii sacrilegium, aut iuste iudicantes ad profanationis reatum. Hac igitur reddita ratione conficitur, ut ad prædictarum seriem conditionum nullus teneatur obnoxius, quisquis repulsa a malitia, contra iam dicti Principis partem, aut negotia sibi debita iudicibus iudicanda obiecerit, aut qui talium mandata susceperit, aut testis judex, qui advocatus testimonium dixerit, aut judices ipsi, qui huiusmodi juste negotia terminaverint, vel hi etiam, qui parti iustitiam habenti simpliciter fautores extiterint, ad revelationem potius miserorum currentes, quam parti cuiquam delectantes esse nocibiles. Scriptum est enim: *Pietas ad omnia utilis est*. Neque enim cessandum

1. Timoth. 4.

est

est a misericordiæ opere, quod illo non interdictum est fœdere. Quia ergo illic iustitiæ aditus non negatur, consequens est, ut nec pietas abnegetur; non enim plene iustitiam diligit, qui pietatem proximo non impendit; sic enim inconfuse pietatis servantes affectum, illud Apostolicum prælegimus observandum, [a] quam manifeste præcipitur: *Invicem onera vestra portate, & sic adimplebitis Legem Christi.* [a] Quo. al. cum Galat. 6.

37. Hac igitur ratione præmissa, absolutis, & discretis personis, atque vocibus singulorum, negotia ipsa, quæ contra partem dicti piæ memoriæ Ervigii Principis, vel filiorum eius habebantur proponenda admisimus, definientes, ut Legibus, Canonibusque designata iustitia inter opponentes, & respondentes a Judicibus inconcussa servetur. His itaque excursis, quæ placitæ dispositionis fine conclusa sunt, damus soli Deo gloriam, & honorem, poscentes eius profusissimam pietatem, ut eius virtus, atque potentia, & nostrarum solvat mentium ligaturam, & glorioso amatori Christi Egicani Principi nostro tribuat felicem retentasse sceptrum, felicioris vitæ reducere cursum, ac diuturnum cum pace in populis tenere imperium, eo præstante, qui est Rex omnium Regum, & cuius Regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

Subscriptiones Episcoporum.

1. Julianus Urbis Regiæ Metropolitanus Episcopus hæc Canonum statuta subscripsi.
2. Suniefredus Narbunensis Metropolitanus Episcopus subscripsi.
3. Florelindus Hispalensis Metropolitanus Episcopus subscripsi.
4. Faustinus Bracarensis Metropolitanus Episcopus subscripsi.
5. Maximus Emeritensis Metropolitanus Episcopus subscripsi.
6. Idalius Barcinonensis Episcopus subscripsi.
7. Concordius Palentinus Episcopus subscripsi.
8. Mumulus Cordubensis Episcopus subscripsi.
9. Recila Accitanæ Sedis Episcopus subscripsi.
10. Gaudentius Valeriensis Episcopus subscripsi.
11. Cicilius Dertosanæ Episcopus subscripsi.
12. Deo-datus Segobiensis Episcopus subscripsi.
13. Ervigius Calabriensis Episcopus subscripsi.
14. Monefonsus Egitanæ Episcopus subscripsi.
15. Gregorius Oretanæ Episcopus subscripsi.
16. Proculus Bigastrensis Episcopus subscripsi.
17. Sonna Oxomensis Episcopus subscripsi.
18. Sarmata Valentinæ Episcopus subscripsi.
19. Marcianus Dianiensis Episcopus subscripsi.
20. Joannes Abelensis Episcopus subscripsi.
21. Gabinius Arcavicensis Episcopus subscripsi.
22. Samuel Malacitanensis Episcopus subscripsi.
23. Froaricus Portucalensis Episcopus subscripsi.
24. Ubisefredus Ausonensis Episcopus subscripsi.
25. Emila Elicitanæ, qui & Dotanæ Sedis Episcopus subscripsi.
26. Felix Iriensis Episcopus subscripsi.
27. Euphrasius Lucensis Sedis Episcopus subscripsi.
28. Theuderacius Assidonensis Sedis Episcopus subscripsi.
29. [b] Villiedus Calagurritanæ Episcopus subscripsi. [b] Ubitiedeu.
30. Nepotianus Tyrassonensis Episcopus subscripsi.
31. Cunluidus Italicensis Sedis Episcopus subscripsi.
32. Geta Eliplensis Sedis Episcopus subscripsi.
33. Stercorius Aucensis Sedis Episcopus subscripsi. [c] Basticensis.
34. Basilius, [d] Bastensis Sedis Episcopus subscripsi. al. Bastitanus.
35. Gaudila Empuritanæ Sedis Episcopus subscripsi.
36. Eusendus Ilerdensis Episcopus subscripsi.
37. Pacoiasis Biterrensis Episcopus subscripsi.
38. Aurelius Asturicensis Episcopus subscripsi. [d] Palemundus.
39. [c] Holemundus Salmanticensis Episcopus subscripsi.
40. Spasandus Complutensis Episcopus subscripsi.
41. Gundericus Segontiensis Episcopus subscripsi.
42. Joannes Eliberitanæ Sedis Episcopus subscripsi.
43. Habitus Vicensis Episcopus subscripsi.
44. Villiephonsus Visensis Episcopus subscripsi. [e] Auriensis.
45. Sabaricus Gerundensis Episcopus subscripsi.
46. Fructuosus [e] Auresinæ Sedis Episcopus subscripsi.
47. Anterius Segobriensis Sedis Episcopus subscripsi.
48. Rogatus Beatiensis Sedis Episcopus subscripsi.
49. Valderedus Cæsar-augustanæ Episcopus subscripsi. [f] Tudensis.
50. Adelphius [f] Tudesinæ Sedis Episcopus subscripsi.
51. Tructemundus Elborensis Episcopus subscripsi.
52. Sisebaldo Tuccitanæ Sedis Episcopus subscripsi.
53. Atula Cauriensis Sedis Episcopus subscripsi.

54. Joannes Egerensis Sedis Episcopus subscripsi.
55. Isidorus Setabiensis Sedis Episcopus subscripsi.
56. Laudericus Olyssipponensis Episcopus subscripsi.
57. Miro Conimbriensis Episcopus subscripsi.
58. Vincentius Dumiensis Sedis Episcopus subscripsi.
59. Fionrius Lamecensis Episcopus subscripsi.
60. Joannes Pacensis Episcopus subscripsi.
61. Constantinus Egabensir Episcopus subscripsi.

Abbates.

1. Absalius Abbrs subscripsi.
2. Feiix Archipresbyter subscripsi.
3. Gerontius Abbas subscripsi.
4. Gabriel Abbas subscripsi.
5. Castorius Abbas subscripsi.
6. Sisebertus Abbas subscripsi.
7. Eulalius Abbas subscripsi.
8. Involatus Abbas subscripsi.
9. Adeo datus Abbas subscripsi.
10. Ubisandus Archidiaconus subscripsi.
11. Musantius Primiclerus subscripsi.

Vicarii Episcoporum.

1. Sesaldus indignus Archipresbyter, & Abbas, agens vicem Domini mei, & Pontificis Cypriani Tarrrconensis Episcopi, subscripsi.

a Florentius. b Urgelitanæ. 2. a Florentinus Presbyter, agens vicem Domininí mei, & Pontificis Leuberici b Urgellitanensis Episcopi subscripsi.

3. Daniel Presbyter, agens vicem Domini mei, & Pontificis mei Agripii Ossonobensis Episcopi subscripsi.

4. Suniulfus Abbas, agens vicem Domini mei, & Pontificis Flori Mentesani Episcopi subscripsi.

c Naridarbi. al Naudarvi. 5. Desiderius Presbyter, agens vicem Domini mei, & Pontificis mei c Nasidarbi Astigitanæ Sedis Episcopi subscripsi.

Viri Illustres Officii Palatini.

d Ostrulfus. 1. d Ostulphus Comes similiter.
2. Ubimar Comes similiter.
3. Vitulus Comes similiter.
4. Trasemundus Comes similiter.
5. Valdericus Comes similiter.
6. Nausti Comes similiter.
7. Cixila Comes similiter.
e Gisdamundus 8. e Gisclamundus Comes similiter.
9. Sisaldus Comes similiter.
10. Theudila Comes similiter.
11. Severinus Comes similiter.
12. Sonna Comes similiter.
13. Ara Comes similiter.
14. Trasericus Comes similiter.
15. Ega Comes similiter.
16. Suniemirus Comes similiter.
17. Audemundus Comes similiter.

Data Lex in confirmatione Concilii Generalis, sub anno primo Regni gloriosi Egicani Principis nostri.

f Discretis. g Haurimus. 38. f Decretis, & eximiis temporis nostri gestis Synodalibus præfaventes, quibus & doctrinæ sacrosanctæ Fidei g audivimus copiam, & indissolubilis juramenti novimus confractam esse catenam, id Lege promulgata decernimus, ut ea ipsa, quæ inconvulso Canonum vigore decreta sunt, ab omnibus cautissima, & diligenti observatione serventur. Si quis autem his ipsis definitionibus contraire voluerit, decima suarum rerum parte multabitur, excommunicationis insuper sententia ferietur.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

39. ERa DCCXXVI.] Ex hac Eræ subductione Ervigius non sex, ut aliqui nostri Historici, sed octo regnavit annos; Synodus enim Toletana XIII. congregrta est Era 721. anno Ervigii Regis quarto; Synodus Toletana XIV. Era 722. anno Ervigii quinto; Toletanum Concilium XV. celebratur Era 726. anno primo Egicæ. Ex qua computatione liquido constat, octo regnasse annos, a decimo octavo usque ad vicesimum quintum. Vasæus septem ejus Regno annos adscribit. Rodericum Toletanum secutus forte excludit primum. Quam computationem nos sumus sequuti in Chronologia.

40. *Soceri.*) Inter alias filias, quas Rex Ervigius ex Leubigitone uxore suscepit, fuit Cisilo, quam in matrimonium Egicæ tradidit. Egicam fuisse filium Regis, existimo; nam ipse sic ait in Tomo: *Illud autem primo in loco dicendum occurrit, quod Divi Patris nostri, & soceri regale sortientes fastigium &c.* Ex quibus verbis constat, & socerum, & patrem habuisse Regem; nam ait: *Sortientes dissolvant Historici nostri argumentum.* Quid de Egicæ moribus Concil. Toletan. XVI. tradat Canone VIII. libenter appono: *Gloriosissimus etenim* (ait) *ac Serenissimus Dominus noster Egica Rex, ferventissimi amatoris Christi igne succensus, & sanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Christi perfidiam* (*illud prophetale vaticinium sequens:* Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? (

bam?) *utpote verus Christicola obnoxius proterere decernit Ecclesiæ Dei statum vigilaci instantia roborare disponit, sanctis Dei Basilicis se munificum exhibet, tributorum impensiones populis moderamine discreto remittit; malignis contra se obstinatione agentibus, animi liberalitate gratissima, ac piæ miserationis instantia ignoscere consuevit; multos quoque, qui confracti sunt, liberos, secundum Prophetam omne onus disrumpendo, in ingenuitatis statu reformat, atque in diversis sanctæ vitæ studiis, sanctis exercendo præpollet*. Hactenus Concilium. Leubigito vero ejus nurus una cum Sisebecto Toletano Antistite, & aliis adversus eum conjuratione inita, ut vita, & Regno privarent, exsilio mulati sunt, ut infra Concilio Toletano xvi. Cap. 9. *De Siseberto Episcopo*.

41. *Papa Benedictus*.] Benedictus II. Leoni II. successit. Totam hanc controversiam Rodericus Toletanus Archiepiscopus. Lib. 3. Cap. 13. sic describit: *Ejus in tempore* (inquit) *Liber de tribus substantiis, quem dudum Romam miserat Primas Sanctissimus Julianus, & minus caute tractando Benedictus Papa Romanus indixerat reprobandum, ob id, quod voluntas genuit voluntatem. Sed Sanctus Julianus veridicis testimoniis in hoc Concilio, ad exactionem præfati Principis, per oracula eorum, quæ Romam transmiserat, verum esse firmavit, Apologeticum fecit, & Romam misit per suos Legatos, Presbyterum, Diaconem, & Subdiaconem, Viros eruditissimos, & in omnibus Dei servos, & in Divinis Scripturis imbutos, cum versibus etiam acclamatoriis, secundum quod & olim transmiserat de laude Romani Imperii. Quod Romanus Pontifex Benedictus digne, & pie recipiens, cunctis legendum indixit, atque acclamanda: Laus tua Deus in fines terræ; lectum sæpius notum fecit; qui & Rescriptum Domino Juliano per suprafatos Legatos cum gratiarum actione, & cum honore remisit, & omnia quæcumque scripsit, justa, & pia esse, deprompsit*. Hæc Rodericus.

42. *Adde*.] Hunc Rodericum redarguit erroris Baronius, ut diximus supra in Notis ad Vitam, & Epistolas Benedicti.

43. *Nec secundum relativum*.) Quæritur, an hæc nomina, sapientia, & voluntas, secundum relationem, an secundum substantiam, a Sanctis Patribus usurpentur? Quam quæstionem dissolvit Magister Sententiar. Lib. 1. Dist. 27. ubi ex sententia D. Augustini docet, nomina, quæ substantiam significant, tantum dici, illud de illo. Sanctus Thomas 1. Part. Quæst. 39. Art. 5. sic ait: *Unde minus impropria est ista: Natura de natura, vel sapientia de sapientia, quam essentia de essentia*. Quamvis August. Lib. 7. *De Trinitate*, Cap. 1. & 2. probat hanc. *Sapientia de sapientia*; & Lib. 15. *De Trinit.* Cap. 20. hanc: *Voluntas de voluntate: Dicitur*, inquit, *filius consilium de consilio, & voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia*.

44. Sed omnes Doctores sancti aliquando expressius locuti sunt, quam proprietas dictionis patitur; unde hujusmodi formæ loquendi non sunt extendendæ, sed potius exponendæ; ut scilicet nomina abstracta exponantur per concreta, vel per nomina personalia, ut docuit D. Thomas 1. Part. Quæst. 39. Art. 1 & Magist. Sententiar. Lib. 1. Dist. 5. Unde istæ propositiones debent interpretari per concreta, aut personalia nomina, ut cum dicitur: Essentia de essentia, vel sapientia de sapientia, sit sensus: Filius, qui est essentia, & sapientia, est de Patre, qui est essentia, & sapientia.

45. *Ac proinde*.) Hæc regula generalis, & axioma universale est omnium Theologorum, in materia de Trinitate, ex Augustino, Lib. 3. *De Trinitate*, qui in Prologo, *De nominibus individuæ Trinitatis*, sic ait: *Quædam de singulis tantum dicuntur personis, quædam vero unitatem essentiæ significantia sunt, & quæ de singulis sigillatim, & de communibus communiter dicuntur; alia vero sunt, quæ translative, ac per similitudinem de Deo dicuntur*. Hoc idem Ambrosius Lib. 2. *De Trinitate*, in Prologo.

46. *Egregii Augustini sententiam*.) Locus est apud Augustinum, Lib. 15. *De Trinitate*, Cap. 20. & adducitur a Magistro Sententiar. Lib. 1. Dist. 5.

47. *Sitit te*.] Ex Psal. 62 secundum LXX. qui ita transtulerunt: ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου, ποσαπλῶς ἡ σάρξ μου. Ad verbum: *Sitivit te anima mea, quam multipliciter caro mea*. D. Hieronym. sic habet: *Sitivit ad te anima mea, desideravit ad te caro mea*. Basilius referens hæc verba: *Sitivit in te anima mea, quam multipliciter*, sic ait: Theodotion habet: *sæpe numero*; Symmachus: *concupiscit*: *Pusait autem omnes interpretationes, ut doceret illud* ποσαπλῶς *non esse duarum partium dictionem, sed unam esse unius partis, quæ sermonis significet epitasin. Consentit enim, & caro animæ amori, nec consiliis illius repugnat; ac si dicas: & si anima mea, & corpus meum te desiderat; quemadmodum siquis aquam sitiat, & jucundissimam, & liquidissimum*. Nova Latina versio LXX. habet: *Sitivit te anima mea*, ex sententia Hilarii, & Augustini.

48. *Significatur a parte totum*.] Hæc est quarta regula Tichonii, quam affert Augustinus Libro, *De doctrina Christiana*; & Isidorus Libro 1. *Sententiarum*, Cap. 26.

49. *Septuaginta animæ*.) Locus est Exodi 1. ubi ita legitur: *Erant igitur animæ eorum, qui egressi sunt de femore Jacob, septuaginta*; qui paullo ante eodem Capite in Ægyptum ingressi dicuntur. Et Genesis 46. expresse dicitur: *Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta*. Item locus est Deuteronomii 10.

50. *Muscam caninam*.) Psalm. 77. κυνόμυιαν habent Septuaginta, ut etiam Psalm. 104. quam vocem Græcam Latina vulgata editio retinuit; significat vero κυνόμυια *muscam caninam*, ut hic ponitur. Isidorus Lib. *Etymol.* 12. Cap. 8.

51. *Ut auferat a nobis serpentem*.) Locus est Num. 21. paullo tamen aliter; neque serpentem, sed serpentes habet Latina translatio;

latio; apud LXX. tamen est τὸν ἔριν, singularitatis numero, ut hic.

52. *Cyrillus Libro, qui vocatur Scholia.*) Forte sunt Commentaria in Joannem, ubi Lib. 1. Cap. 15. ad ea verba: *Et Verbum caro factum est*, sic habet: *Sermonem Incarnationis jam manifeste ingressus, hominem factum fu isse Unigenitum Dei Filium apertissime narrat. Cum enim dicit*, Et Verbum caro factum est, *nihil aliud dicit, præterquam quod, Filius Dei, & Deus natura, homo factus est; nec novi quicquam profertur, cum sæpe Divina Scriptura solo carnis vocabulo integrum (ut ita dicam) & totam hominem significet.* Effundam (*Joel inquit*) a spiritu meo super omnem carnem; *ubi nisi ex parte una totam hominem intelligas, ridiculose inanimatæ carni spiritus dari videbitur.*

53. *Septuaginta quinque.*) Sic est Exod. 1. ex editione LXX. ἦσαν δὲ πᾶσαι ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Idem Lucas in Actis Apostol. Cap. 7. Verum Genesis 46. dicitur: *Cunctæque animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in Terra Ægypti, animæ duæ; omnes animæ domus Jacob, qui ingressi sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.* Pro *septuaginta*, habet editio LXX. ψυχαὶ ἑβδομήκοντα πέντε. Deuteronomii vero 10. Septuaginta Interpretum, & vulgata editio consentiunt, & animas septuaginta in Ægyptum descendisse commemorant. Idem Joseph Lib. 2. *Antiquit.* Cap. 7. Quomodo vero hæc constent, esse septuaginta, & esse septuaginta quinque, pulcre conciliat Hieronymus Quæst. in Genesim, ad hunc locum.

54. *Facies arcam.*] Locus est Exodi 25. hoc modo: *Arcam de lignis Setim compingite, cujus longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter & semissem; deaurabis eam auro mundissimo intus & foris.* Ubi pro lignis Setim LXX. diserte ἐκ ξύλων ἀσήπτων habent, ut Cyrillus legit.

55. *Tres in Christo substantias.*] Stephanus Eduensis Episcopus in Lib. *De Sacramento Altaris*, Cap. 17. *Credimus in Christo duas fuisse naturas, Divinam & humanam; & tres substantias, Divinam, carnem, & animam*, Athanasio attestante, qui ait: *Sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus*

56. *Subscriptiones.*] In hoc decimo quinto Concilio Toletano multi ex Episcopis, qui XIV. interfuerunt, subscribunt, est enim Nationale, ex Episcopis Hispaniæ, & Galliæ Narbonensis. Qui in aliis subscribunt, sunt: Aurelius Asturicensis, in XIII. Toletano. Atula Cauriensis, in XII. & XIII. Toletano. Valderedus Cæsar-Augustanus, in XIII. Toletano. Concordius Palentinus, in XII. XIII. & XIV. Toletano, Cicilius Dertosanæ, in XIII. Toletano, & dicitur Dertosanus. Cuniuldus Italicensis, in XIII. Toletano, sicut Cyprianus. Deo-datus Segobiensis, in XII, XIII. & XIV. Toletano. Euphrasius in XII. & XIII. Toletano. Eusendus Ilerdensis in XIII. Toletano. Felix Iriensis, in XII. Toletano, & III. Bracarensi, ubi dicitur Ildulphus Felix. Froaricus Portucalensis, in XII. & XIII. Toletano. Floresindus Hispalensis, in XIII. & XIV. Toletano. Florus Mentesanus, in XIII. Toletano. Gaudentius Valeriensis, in XII. XIII. & XIV. Toletano. Gregorius Oretanæ, in XIII. & XIV. Geta Eliplensis, in XII. Toletano. Gaudila Empuritanæ, in XIII. Toletano, qui Gaudilanus. Julianus Urbis Regiæ, in XII. Toletano, XIII. & XIV. Idalius Barcinonensis, in XIII. Toletano. Joannes Egarensis, in XIII. Toletano. Joannes Pacensis, in XII. & XIII. Toletano. Leubericus Urgellitanus, in XIII. Toletano. Mumulus Cordubensis, in XIII. Toletano. Monefonsus Egitanæ, in XIII. Toletano. Martinus Dianiensis, in XIV. Toletano. Miro Conimbriensis, in XIII. Toletano. Proculus Bigastrensis, in XIII. Toletano. Recilla Accitanæ, in XII. & XIII. Toletano. Rogatus Beatiensis, in XI. & XIII. Toletano. Sisebaldo, in XII. & XIII. Toletano. Stercorius Aucensis, in XIII. Toletano. Samuel Malacitanus, in XII. & XIII. Toletano. Sarmata Valentinæ, in XIII. & XIV. Toletano. Sona Oxomensis, in XIII. & XIV. Toletano. Sunifredus Narbonensis, in XIII. & XIV. Toletano. Theuderatius Assidonensis, in XII. & XIII. Toletano. Tructemundus Elborensis, in XII. & XIII. Toletano. Ubisifredus Ausonensis, in XIII. Toletano. Maximus Emeritensis, in XIV. Toletano. Alii subscribunt, qui non interfuerunt aliis Conciliis, sed succedunt aliis Episcopis, ut Anterius Segobriensis, qui Olipæ in XIV. Toletano. Adelphius Tudesinæ, qui Opæ Tudensi, in XIV. Toletano. Agripius Ossonobensis, qui Bellito, in XIII. Toletano. Basilius Bastensis, qui Antonio in XIV. Toletano. Constantius Egabrensis, qui Gratino, in XIII. Toletano. Ervigius Calabriensis, qui Alvaro, in Emeritensi. Frontinus Lamecensis, qui Gundulpho, in XIV. Toletano, Faustinus Bracarensis, qui Luibæ, in XIII. Toletano. Gabinus Arcavicensis, qui Sempronio, in XIII. Toletano. Gundericus Segontiensis, qui Ellæ, in XIV. Toletano. Habitus Urcensis, qui Palmatio, in XIII. Toletano. Joannes Abelensis, qui Unigiro, in XIII. Toletano. Joannes Eliberitanæ, qui Argibandonio, in XIII. Toletano. Isidorus Setabiensis, qui Asturio Setabitano, in XIII. Toletano. Landericus Olyssipponensis, qui Aræ, in XIII. Toletano. Nasibardus Astigitanæ, qui Theodulpho, in XIII. Toletano. Nepotianus Tyrassonensis, qui Asturio, in XIII. Toletano. Sabaricus Gerundensis, qui Jacobo, in XIV. Toletano. Spasandus Complutensis, qui Agricio, in XIV. Toletano. Vincentius Dumiensis, qui Aviachimaro, in VIII Toletano. Viliephonsus Visensis, qui Reparato, in XIII. Toletano. Villiedus Calaguritanæ, qui Euphrasio, in XIII. Toletano. Emila Elicitanæ, qui Leandro, in XIV. Toletano. Fructuosus Auresinæ, qui Auriensis dicitur, successit Hilario, in XIII. Tolerano.

57. Prima subscriptio hujus Concilii est:

Ju-

Julianus Urbis Regiæ Metropolitanæ Episcopus hæc Canonum statuta subscripsi. In qua advertendum duxi, Julianum Regiæ Urbis Metropolitam, qui Quirico successit, diversum esse a Juliano Pomerio Gallo Doctore; is enim vixit circa annum Domini 490. ut ex Ennodio Ticinensi constat; noster vero incidit in hæc tempora, & in Prognostico futuri sæculi, Pomerium affert, in Opere, *Adversus Judæos*. Video aliquos Viros doctos similitudine nominum deceptos; sed Julianus Primas civis fuit Toletanus, Eugenii III. discipulus, inter Divos relatus, qui magna totius populi veneratione Toleti colitur, cujus Vitam Felix literis mandavit; alter Iulianus Pœnus in Gallia vixit, tantum Doctor Ecclesiasticus fuit.

CONCILIUM CÆSARAUGUSTANUM III.

Tempore Sergii Papæ I. celebratum anno Domini DCXCI.

Nunc denuo collatum cum mst. D. Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, qui illud exscripsit ex Codice Æmilianensi.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut non liceat Episcopis, citra diebus Dominicis consecrationes Ecclesiarum exercere.*

II. *Ut confinitimi Episcopi de sacra Solennitate Paschali annua vice Primatum * sanum requirant.* * Inquirant. Cod. Ant. Aug.

III. *Ut Monasteria diversoria sæcularium non fiant.*

IV. *De libertis, qui ab Episcopis ex familia Ecclesiæ manumittuntur.*

V. *Ut defuncto Principe superstes Regina statum, & vestem sæcularem deponat, & in Cœnobio Virginum mancipetur permansura.*

P R Æ F A T I O.

IN NOMINE DOMINI

Incipiunt gesta Synodalia in Urbe Cæsaraugustana, sub die Kalendar. Novembrium, Era DCCXXIX. anno quarto orthodoxi, atque Serenissimi Domini nostri Egicani Regis.

1. SAcerdotes Domini, quos non solum divina pietas ad magisterium provehit sacrum, sed etiam speculatores instituit plebium, ea se debent auctoritatis munire sententia, quod & divinis sine intermissione insistant præceptis, & cunctam plebem dignis condirigant exemplis. Et ideo quia nos divina celsitudo ex jussu excellentissimi, & piissimi, magnique Dei cultoris Domini nostri Egicani Principis, in hanc Cæsaraugustanam Urbem coadunari præcepit, & ita sub omnimoda specialitate instituit, ut resecante falce justitiæ, æquitatis consolidetur materies; & quicquid cujuslibet indiscereta pernicies a sanctis institutionibus Patrum de ordinibus Ecclesiasticis divellit, nostris elucubratis sententiis, Deo mediante, in lumine deducatur veritatis; iccirco dum nobis de Sanctæ Trinitatis mysterio secundum formulam Nicæni Concilii triduo mutua fuisset [a] collatio, & quæ se cœtui nostro ad ædificationem totius plebis ingesserunt, conspicua, diligentique ratione pertractantes. quæ necessaria exstiterunt, Christo opitulante (cujus nos caussa salutis ad hoc provocavit studium) in brevibus, atque continuatis Capitulis cuncta definivimus, & ad perennitatis suæ roborem, ea quæ a nobis acta, vel definita sunt, propriæ manus nostræ exaratione firmare procuravimus.

a Consolatio. Cod. Ant. Aug.

I.

2. In Sanctum, & satis venerabile Concilium residentibus, renuciatum est nobis, eo quod aliqui Pontifices regulam veritatis prætermittentes, Ecclesias, quæ a Fidelibus pia devotione construuntur, extra diebus Dominicis consecrent. Si ergo, cum quisque nostrum mortalium ad Sacerdotale promovetur officium, nullatenus patimur, ut in reliquis diebus, nisi tantum [b] Dominicis festivitatibus ii, qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur Ecclesiastico; quanto magis ut deificata sancta Templa, quæ ab hominibus fidelibus censentur honorificanda, sine diebus Dominicis prohibeantur consecranda? cujusque non talium præsumptiones Pontificum, non solum Sanctorum Patrum cohiberemur prohibere [c] sententiam, sed propria deliberatione censemus, ut nulli penitus Pontificum, in quibuscumque Provinciis coll-

De Ecclesiarū consecratione multa tradita sunt a SS. Patribus, ut constat ex Concil. Bracar 2. c. 3. & ex Felice Papa IV. c. 4. ejus Epist. & ex Eusebio l. 2. Eccles. hist. cap. 8. & Gelasio Papa, Epist. 1. c. 27. & Nicol. PP. I. Ut habetur De consecr. Dist. 2. cap. Ecclesia.

b In Dominicis Cod. Ant. Aug.

c Sententia. Cod. Ant. Aug.

constituti, amodo liceat, præter certis diebus Dominicis, Ecclesias sanctas consecrare.

II.

3. Si quidem sancta institutio Patrum de solennitate Paschali præcipiat, ut omnes confinitimi Episcopi annua vicissitudine Primatum suum inquirant, quo tempore Paschæ festum peragant; tamen quia didicimus, nonnullos Episcopos sententiam Patrum transgredientes, propter quod etiam debuerunt usquequaque vigilantes manere; placuit omnibus nobis, ut abinceps cuncti confinitimi Episcopi nullam sibi occasionem [a] subjicientes, aut longinquitate itineris præcaventes annua recursione festivitate Paschali tempore congruo Primatem suum, sub cujus potestatis manserint regimine, inquirant, ut quo die, & tempore illis Paschæ festum pronunciaverit, solicita veneratione peragant.

Vide iv. Tolet. c. 4. ii. Bracar c. 9. & iij. Carthag. c. 1. & 41. I. Arelat. c. 1. & Carth. iv. & v.

a Objicientes. *Cod. Ant. Aug.*

III.

4. Sanctorum Patrum decrevit sententia, ne Monasteria diversoria sæcularium fiant. Unde quia novimus, quosdam Abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est, dum quasi [b] patrono aflatu aditum sæcularibus in Monasteriis [c] attribuunt, diversas insolentias Monachis ibidem Deo [d] deservientibus ingerunt; dum & eorum operationem, [e] quo se divinæ pietati placituros alacri curiositate exhibent, deprehendunt, & vitam, & mores illorum quadam mentis pernicie infauste detrahendo, deturpare non desinunt. Et iterum, quod pessimum est, dum extraneis passim commorsndi aditus infra Claustra Monasterii confertur, grave inolescit vitium Monachorum, quo & vitam suam per lucra mundialia sectantes degenerant, & se a proprio Cœnobio voluptuosa fœditate dissociant. Quæ res ad hoc nostrorum paterna pietate demulcet animos, ut ea constituamus, quæ & sanctis animabus juvaminis solamen impendant, & præsumptiones sæcularium removeant.

b Paterno affectu. *Cod. Ant. Aug.*

c Tribuunt. *Cod. Ant. Aug*

d Deo servientibus. *Cod Ant Aug.*

e Quæ se. *Cod. Ant. Aug.*

5. Quamobrem placuit universo cœtui nostro hoc statuere, vel potius definire, ut nullus abinceps sæcularium, seu potestative, seu etiam vel ex permisso Abbatis, vel cujuslibet Monachorum, infra Claustra Monasteriorum hospitandi, vel commorandi habeat receptaculum; excepto quos vita probabiles, egenos, aut pauperate depressos inspectio præviderit Abbatis; quos & suscipere benevola voluntate in Monasteriis, & alendos eleemosynis modis omnibus sinimus. De reliquis autem personis sæcularibus (sicut jam a nobis est superius præmissum) nullum penitus patimur infra Claustra Monasteriorum hospitandi habere receptaculum. Cæterum si secretius, aut sequestratim a Monasterio [f] ad id quod constructum pro supervenientibus domicilium patuerit, ibi eos suscipere Abbates, vel Monachos oportebit. Quatenus & vita eorum, remotis sæculi conturbationibus, in omni [g] opere deifico probabilis inveniatur, & nullius vanissimis detractionibus dehonestentur; aut certe (quod inhonestum est) ne per talium susceptiones dissolutionem incurrant, & a bono proposito vitam suam extorrem efficiant.

f Aliquid const. *Cod. Ant. Aug*

g Specie. *Cod. Ant. Aug.*

IV.

6. Non est dubium, a Sactis Patribus definitam fuisse, ut omnes liberti, qui ab Episcopis ex propriis familiis Ecclesiæ manumissionis gratia titulantur, post decedentis Episcopi obitum, mox ut alius supervenerit Episcopus, infra anni spatium libertates suas repræsentent, quo secundum Canonis sententiam, per suas professiones debitam suæ originis conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo Sancta decrevit Synodus, ut si ipsi liberti infra anni spatium supervenienti suo Pontifici chartulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam servitutis redigant conditionem; [h] & licet illis congruentius, satisque luculentius retractatum fuerat, hoc tamen a nobis conspicuum perpenditur, quo non solum, & prædia Ecclesiarum debita auctoritate disponimus, sed etiam & oppressis pium suffagium porrigimus; per quod, & cupiditas Sacerdotalis frustretur, & imbecillitas pauperum sublevetur.

h Ut licet illi e congr. *Cod. Ant. Aug.*

7. Quia ergo comperimus, quosdam Pontifices potius lucra sua ampliare studentes, quam de mercedis opere Domino placentes, liberos, quos ex familia Ecclesiæ a suis prædecessoribus inveniunt, pro eo quod chartulas libertatis suæ infra consultum tempus non repræsentent, statim eos in propriam servitutem redigere; unde hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficium, ut si iidem liberti forsitan ignoraverint ordinem Canonum, aut certe (ut assolet fieri) ad præsentandas libertates suas tepuerint; ipsius Pontificis solicitudo mox in Sedem sibi creditam successerit, per Clerum, aut domesticos perquirere procurabit, quos decedentes Episcopi de familiis Ecclesiæ

clesiæ manumissionis ª gratulaverunt; ut, eosdem Pontifice præmonente, ipsi liberi chartulas suæ libertatis repræsentent; qualiter nec liberti Ecclesiæ de institutione Canonum ignorantes se esse perhibeant, nec Sacerdotis callida voluntas patescat, unde contra ordinem reducantur manumissi, ad originem servitutis. Quos si Pontifice præmonente contempserint infra anni spatium suas libertates propriæ Sedis Episcopo pandere, licitum sit ei secundum Canonum sanctiones in jure Ecclesiæ suæ reducere servituros.

a Titulaverunt *Cod. Ant. Aug.*

V.

8. Licet planissime in Concilio Toletano de Principum relictis institutum fuisset, ut nulli licitum esset superstitem Reginam in conjugio ducere, aut sordidis contactibus maculare, neque secuturis Regibus, nec cuilibet hominum esset permissum; tamen nostri ordinis caussa est, ut crebrissime ad hoc aciem mentis nostræ condirigamus, quæ animæ intuemur exhibere profectum. Unde quia præteritis temporibus multas scimus, atque cognovimus, Principum relictas, post eorum vocationem pro apice Regni, ᵇ quem regendo in cunctis tenuerunt, nullam reverentiam honoris eis adhiberi a populis, sed passim (unicuique probatum est) diversas assumentes occasiones, non solum latenter in eorum contrarietate insidias moliuntur, verum etiam (quod veritati contrarium est) procaciter verba contumeliosa in conventu multorum eas afficiunt; &, quod omni Religioni abominandum, atque horrendum est, de iis detrahere non sinunt, quas in caterva populi cernunt commorari.

Concilium Tolet. xiij. c. 5.

b Quod regendo. *Cod. Ant. Aug.*

9. Proinde paterna pietate commoti, atque condigna circa tanto culmine providentes, per hujus Decreti nostri paginam non solum quæ in prædicto Concilio exarata sunt de conjuge Principum perenniter custodire, atque firma stabilitate decernimus permanere; sed etiam ea, quæ sunt conspicua honestati necessaria, modo advertare procuramus, ut ᶜ servatas in omnibus sanctiones Canonum totius Toletani Concilii, quæ de Principum relictis promulgatæ, atque definitæ esse noscuntur, deinceps relicta Pricipis superiorem sententiam illibato animo pudice servans, statim arcessito ab hoc sæculo Principe, vestem sæcularem deponat, & alacri curiositate Religionis habitum assumat. Quam etiam & confestim in Cœnobio Virginum mancipandam esse censemus, & ut ab omni turbine mundi remota, nequaquam cuilibet locus attribuatur, per quod aut contumelia tantæ potestati in publico ingeratur, aut subdita plebi esse * hæsisse * patescat, quorum ante dudum agnoscitur domina fuisse; sed infra Claustra Monasterii jugi sedulitate persistens, atque sanctimonialem vitam peragens, de Regno temporali opitulatione divina ad Regnum æternitatis mereatur pervenire.

c Servatis in omnib. sanctionibus. *Cod. Ant. Aug.*

*Deest *Cod. Ant. Aug.*

10. Quicumque igitur superiores constitutiones, quæ salubri consilio a nobis definitæ esse noscuntur, violaverit, vel exsecrari quacumque factione pertentaverit, aut permiserit, noverit se excommunicationis percepturum sententiam, atque etiam exsilii damnationis diuturno tempore incurrere jacturam. Peractis quoque a nobis, quæ congrua fuerunt de ordinibus Ecclesiasticis, imprimis immensas laudes omnipotenti Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, cui cura est pacem, & unitatem Ecclesiæ suæ Sanctæ Catholicæ providere, deferimus. Deinde Orthodoxo, & Serenissimo Domino nostro Egicani Regi, cuius instinctu, & devotissimo instituto in hoc coadunari meruimus synodali conventu, multiplices gratiarum actiones persolvimus, qui non solum nostrorum animos ad corrigendos ordines Ecclesiasticicos excitavit, sed etiam & populum per oracula, Regni sui voto gratioso, ab impensione tributi reddidit absolutum.

11. Pro quo beneficii studio, qui plebi suæ tanta largitus est dona, Dominum Jesum Christum, qui nos potentia virtutis suæ decoravit pretiosa, ac ᵈ pretiosa effusione Sanguinis sui redemit, exoramus, ut ipse Regnum ejus in pace sub multimoda annorum corricula solidet, gentemque, & universam patriam ejus in tranquillitate conservet, & contra hostem adversum victrix Christi dextera victorem efficiat semper, atque expletis hujus ᵉ extensis vitæ temporibus, ad æternæ beatitudinis præmium pervenire mereatur illæsus, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, summa virtus, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

d Propria. *Cod. Ant. Aug.*

e Exilis. *Cod. Ant. Aug.*

NO-

NOTA GARSIÆ LOAISÆ.

12. C*Oncilium Cæsaraugustanum III.*) Hoc Concilium Cæsaraugustanum est tertium ex his, quæ in hoc Opere ponimus; exscriptum est ex Codiee ms. vetusto Monasterii Sancti Æmiliani, quem vocamus hic Hispalensem; nam in omnibus Codicibus Ecclesiæ Toletanæ, & Sancti Laurentii est mutilum, ubique caret subscriptionibus. Erat Episcopus Cæsaraugustanus in hoc Concilio Vualderedus, vel Valdefredus, nam subscribit in XV. Toletano, anno primo Egicani Regis, & in XVI. anno sexto ejusdem. Interfuit etiam eadem ratione Joannes Egarensis, & Nepotianus Tyrassonensis, & Florus Mentesanus, & Ubisifredus Ausonensis, qui omnes in XV. & XVI. Coneiliis adfueruot.

CONCILIUM TOLETANUM XVI.

LIX. EPISCOPORUM

Celebratum Era DCCXXXI. ideſt anno Chriſti DCXCIII.

TITULI CAPITULORUM.

* Al. *De sodomitis.*
* *Ecclesiarum, vel diversis aliis caussis.*

IN NOMINE DOMINI

Incipit Synodus Toletana sexta decima, LIX. Episcoporum.

1. DUm anno sexto inclyti, & orthodoxi Domini, & Principis nostri Egicanis, sub die sexto Nonarum Majarum, Era 731. unanimitatis nostræ conventus in Prætoriensi Basilica, Sanctorum videlicet Petri & Paulli, aggregatus consisteret, atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordioationis suæ tempus in locis debitis resideret, rerum prius omnium Domino devotissima gratiarum jura persolvimus, pro eo quod nos, & alterutræ visionis contuitu solari permisit, & alternæ pacis osculo con[...]vandos ita tuit, diffusis cordibus, simulque & vocibus ei precum murmura effunde[...]tes; ut sicut nos alternorum osculorum impensione lætificos effecit, ita Serenissimum, & Religiosissimum prædictum Egicanem Principem, cujus jussu fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, Fidei suæ conversatione stabiliat, prorogatione justitiæ muniat, pacem iocupletem reddat, impensione misericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret; quo longævitatis munus fruens, commissa sibi Regni gubernacula discreto moderamine teneat, & commissos sibi populos benigne regat, æque disponat, & jussu pietatis modificet.

2. His devotione promptissima actis, cœpit unionis nostræ numerositas de rebus spiri[...]alibus mutua collationis inter se orsa diffundere, atque eventum rei exspectatione man[...]issima præstolare. Igitur cum ea attentius agerentur, sic idem Excellentissimus Princeeps Sanctæ intentionis munimine fretus, Religione plenissimus, & elucubrationis summæ titulo inclytus, nostro sese cœtui intulit, ac gloriosi capitis verticem cernuo voto reclinans, nostris seseDomino precatibus commendari percensuit; propriis manibus Tomum nobis deferens referendum, in quo suæ devotionis vota, & deliberationis piæ desideri[...]sistebant, stylo gravissimo exarata, omnes in communi sui oris dulcifluis exhortans or[...]s ait.

3. En Divini cultus, Reverendissimi Sacerdotes, quicquid proprii oris effamine vestris sacris sensibus debui intimare, quicquid innormis poterat diffusæ elocutionis affarus exprimere, sicut hic breviter, summatimque calamo currenti digessi. Unde vos ea folicitius prælibantes, gliscentibus animis pertractate; & tam ea, quæ hic sunt insita, quam etiam alia quæque se reverendissimo vestro cœtui ingesserint audienda, æquissimis judiciorum vestrorum definitionibus terminate, & firmissimo sententiarum vestrarum stylo esse permansura decernite.

Quem Tomum ab eo unanimitas nostra suscipiens, eidem Principi benediximus; eoque e nostri medio discedente, ejusdem Tomi seriem reseravimus, cujus dictorum textus subter annexa serie deelaratur.

IN NOMINE DOMINI

Flavius Egica Rex Sanctissimis Patribus in hac sancta Synodo residentibus.

4. NOvit, Beatissimi Patres, Serenitatis nostræ gloriosa sublimitas, Synodicæ advocationis studia nutantis sæculi obstare ruinæ, & fidelibus populis congruam salutaris vitæ impendere disciplinam. Quapropter orthodoxæ Fidei religione permotus, vestrique cœtus optabili conventu iucundior redditus, Cælorum Regi grates, laudumque vota persolvo, quoniam præstolata aggregationis vestræ concursio præreptionis nostræ oraculis devotissime paruit, & alternæ visionis exoptata gaudia commodavit. Igitur vobis coram positus, vestris precibus supernam mihi clementiam suffragari efflagitans; universitatem Sanctitudinis vestræ Christiana mentis devotione convenio; ut quia Ecclesiæ sanctæ Catholicæ digna speculatione præstatis, votis meis fautores sitis, vestrique Pontificatus meritis in regendis populis præstantiora mihi subsidia præparetis, & consiliorum nutrimenta salubria afferatis, quo valeam Sanctimoniæ vestræ adminiculo fultus, & regnandi gressus in pace perficere, & gentem mihi subditam pio, ac discreto moderamine regere. Nam & tales vos in hoc sancto Concilio adesse præopto, quo gratia Spiritus Sancti corda vestra irradians, in medio sit vestrorum; ut ipso docente id teneatis, atque servetis, unde & mihi, qui præ omnibus multis sum criminibus deditus, & cuncto populo regiminis mei respectio Divina semper opituletur.

5. Quantis denique malis indignante Deo terra quotidie vapulet, quantisque plagis, vel perfidorum sceleribus contabescat, Paternitati vestræ non reor esse incognita. Sed quia indubie credimus, quod transgressione mandatorum Dei digna factis recipimus, dicente Domino per Prophetam: *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea;* opportunum satis est, ut per vos, qui Divinæ vocis præconio sal terræ estis, salvationis obtineat opem. Unde venerabilem Sanctitatis vestræ * universitatem exhortor, ut imprimis almæ Fidei rectitudo, quæ per veram credulitatem in omni terrarum Orbe diffusa expanditur, vestræ collationis eloquiis præconetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in arcano vestri pectoris illibata servetur. Deinde, quia comperimus, quod multæ Dei Basilicæ in dispersis locis vestrarum Parochiarum constitutæ, dum ad unius respiciunt ordinationem Presbyteri, nec assidua in eis Sacrificia Domino delibantur, & destitutæ remanent, atque sine tectis, vel semirutæ fore noscuntur; specialiter in Canonibus annotetis, unaquæque Ecclesia, quamvis pauperrima, quæ vel decem mancipia habere potest, sui debeat cura gubernari cultoris; cæterum si minus habuerit, ad alterius Ecclesiæ Presbyterum pertinebit.

Osee 4.
Matth. 5.
* Unitatem.

6. Nam dum ex omnibus plurimæ Basilicæ, ut præmisimus, unius solicitudine rediguntur, solum est, quia & viduatæ persistunt, & difficile sacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod non tantum Sacerdotibus Dei in culpa est, verum etiam & infidelibus Judæis ridiculum affert, qui dicunt nihil præstitisse interdictas sibi, ac destructas fuisse Synagogas, cum cernant pejores Christianorum effectas esse Basilicas. Pro quarum etiam reparatione a vestra universitate censendum est, ut eas unusquisque Episcopus de tertiis Parochialium Basilicarum canonice restaurandas invigilet. * Qui si tertias ipsas consequi noluerit, cura sui gerendum est, ut Presbyter destructæ Ecclesiæ exinde commissam sibi Basilicam reparet; evidentem censuræ modum apponentes in Canone, qualiter debet incuriosus quisque Episcopus condemnari, si præscriptum pro renovandis Dei Templis ordinem neglexerit adimplere.

* Cui si tertias ipsas consequi voluerit, cura sui gerenda est.

7. Nam & hoc honorificentia vestra promulgare curabit, ut ne no Episcoporum, pro Regiis inquisitionibus exhibendis Parochialium Ecclesiarum jura contingat, nec quascumque exinde inquisitiones, aut evectiones exigere audeat; sed de prædiis suarum Sedium regio culmini solita perquisitionum obsequia deferat, nihilque de rebus earundem Parochiarum Ecclesiarum caussa stipendii cujuspiam dare præsumat. Quod si fecerit, duorum mensium spatio excommunicari se noverit. Interea id præcipue a vobis procurandum est, ut ubicumque idololatriam, vel diversos diabolicæ superstitionis errores repereritis, aut qualibet relatione cognoveritis, ad destruendum tale facinus, ut vere Christi cultores, cum judicibus quantocyus insurgatis; & quæque ad eadem Idola a rusticis, vel quibuscumque personis deferri * perveneritis; tota vicinis conferenda inibi Ecclesiis conferatis.

* Pro invenectis.

8. Pro quo etiam exstirpando scelere Edictum tale in regulis apponatis, ut quicumque Antistes hujusmodi nefas agi permiserit, vel peractum in sua Diœcesi protinus abolere distulerit, a loci sui officio pulsus, unius anni excursu sub pœnitentiæ maneat religatus lamento; alio tamen principali electione ibidem constituto, qui possit hujus institutionis ordinem servare, & populo Christiano bonæ conversationis pandere tramitem, postmodum ad Sedis suæ ordinem reversurus. Sed & quod his potius est, zelo Dei zelantes Judæorum abrogandam utriusque sexus perfidiam radicitus demite, ut & Legum nostrarum sententias, quæ ob perfidiam eorum, & in præteritis editæ, & hodierno sunt tempore conditæ, omni valeant robore subnixæ, & acressus nequitiæ ipsorum earundem Legum dispereant sanctione.

Sic Concil. 13. init. & 15. Tolet.
A regibus Gotthis Episcopos nominari solitos, ostendimus in Concil. Tolet XII. c. 6.

9. Sic quoque, ut juxta novellæ Legis nostræ Edictum, nemo ex eisdem Judæis in perfidiam durantibus ad * catablum, pro quibuslibet negotiis peragendis accedat, nec quodcumque cum Christianis commercium agere audeat; quo merito cum Propheta dicatis: *Nonne qui te oderunt, Domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam?* Ex quibus igitur Hebreis, vel uxoribus, ac filiis aorum, si quis deinceps ad Catholicæ Fidei regulam integerrima devotione conversus exstiterit, abnegans ex toto genuinæ prævaricationis erro-

* Prætorium ubi caussæ aguntur.
Psal. 138.

res, vel cæremonias, omnesque parantalium rituum sectas, ab omni etutus jugo maneat functionis, quampridem in errore præstitutus publicis utilitatibus exsolvere consuevit.

10. Sic quoque, & in cæteris incredulis ejus redundetur functio pensionis, quos adhuc nefanda retinuerit obstinatio parentalis. Inter cætera tamen, obscœnum crimen illud de concubitoribus masculorum exstirpandum decernita; quorum horrenda actio, & honestæ vitæ gratiam maculat, & iram cælitus superni Judicis provocat. Et quia plerique perfidorum cothurno superbiæ dediti, non ex Deo regale fastigium, sed solo jactantiæ tumore appetere dignoscuntur: quicumque amodo ex Palatinis, cujuslibet sit ordinis, vel honoris persona, in necem regiam, vel excidium gentis, ac patriæ Gotthorum fuerit conatus intendere, aut quodcumque conturbium intra fines Hispaniæ tentaverit excitare; tam ipse, quam ejus omnis posteritas ab omni Palatino expulsa officio, sub tributali impensione fisco debeant perpetim inservire; amissis insuper cunctis facultatibus propriis, quas cui voluerit licenter conferat elementia principalis.

De his vide Concil. Tolet. IV. cap. 31. & VI. cap. 17. & 18. Concil. Tolet. X. cap. 2.

11. Cuncta vero, quæ in Canonibus, vel Legum Edictis depravata consistunt, aut ex superfluo, vel indebito conjecta fore patescunt, accommodante Serenitatis nostræ consensu, in meridiem lucidæ veritatis reducite; illis proculdubio Legum sententiis reservatis, quæ ex tempore divæ memoriæ prædecessoris nostri Domini Cindasvinthi Regis usque in tempus Domini Vvambanis Principis ax ratione depromptæ, ad sinceram justitiam, vel negotiorum sufficientiam pertinere noscuntur.

12. Varia quoque populorum negotia, cæteraque sceleratorum hominum gesta, Fidei sanctæ contraria, ita vestri examinatione judicii canonice, ac legaliter finiantur, ut nec justitia prætereat, nec severitas Legum ax omnibus intercurrat; qualiter dum in his omnibus vos amor Christi reddiderit fervidos, & æquitatis catena constrinxerit nexos, non solum in hoc sæculo sanctitatis dono perspicui maneatis, sed & æternis præmiis in perpetuum floreatis; quia tunc me a Domino cum plebe mihi credita a peccatis eiui erado, eum discussio iudicii vestri in examinandis caussis talis præcesserit, quæ in nullo tramite veritatis aberret.

13. Hoc solum vos honorabiles Dei Sacerdotes, cunctosque illustres Aulæ Regiæ Seniores, quos in hoc Concilio nostræ serenitatis præceptio, vel opportuna inesse fecit occasio, per inseparabilem omnipotentis Dei potentiam adjuramus, quia in privatis dirimendis negotiis, quæ se vestro cœtui audienda emerserunt, nulla personarum, vel muneris acceptio intercurrat, nullus se favor interserat, nulliusque tepiditatis incuria promulgata justitiam, quæ Deus est, obstrepat: sed puro examinationis libramine caussarum jurgia terminantes, & justa Dei judicia vobis præ oculis opponentes, unicuique parti æquitatem pandere procuretis; quatenus ex hoc nostræ mansuetudini prælolatæ a Deo mercedis præmia conquiratis, & rectitudine vestri judicii coram nobis honorabiles sitis, atque ante Deum semper bonorum operum gratia polleatis. Datum sub die septimo Kalendarum Maiarum, anno feliciter sexto Regni mansuetudinis nostræ, Toleto.

14. Reserato Tomo igitur, & quæquæ ejus series retentabat diligenti indagatione perlustrantes, immensi mole gaudii cordium nostrorum arcana exæstuant. Proinde ferventioribus animis in laudem Dei nostri hymnorum libet cantica reboare; quod religiosissimi, & orthodoxi Principis nostri intimo igne sui amoris ita reddiderit fervidum, ut totius nostræ adunationis collegium prudentissimis, ac salutaribus sui oris affatibus crediderit exhortandum; perbenigne nos admonens, ut dignorum speculatorum more, Ecclesiæ Dei navem, quam dispensatione superna in vasti hujus sali gurgitibus gubernandam suscepimus, salutarium remigiorum gubernaculis, ad consummatæ salutis portum incolumem perducamus, & in defensione ejus quotidianis lucubrationibus operam demus, vigilantes, & custodientes vigilias noctis super nobis creditos greges; ita nempe, ut verborum spiritualium concrepantibus tubis, & sanis membrorum compagibus, nec securitatis torpore depressa diversorum lapsuum incurrant decipula, salutaria sine intermissione mioistremus munimina, & infirmis artubus, diversis utpote ægrimoniarium vulneribus sauciatis, congrua medicamina apponamus, quo facilius queant, & veternosa ulcera radicitus evelli, & remedia exoptatæ salutis nancisci. At nunc quoniam ad hæc implenda nullum nostrorum sine adjumento omnipotentissimæ Trinitatis cernimus esse idoneum; ideo conspicuum satis, & necessarium perpendimus, ut quia *corde creditur ad justitiam, oris autem confessio fit ad salutem*; ipsius Sanctæ Trinitatis mysterium, qui est unus Deus, a quo nos expetere convenit, ut digni Ecclesiæ suæ Pastores existere mereamur, proprii oris confessione promamus; & utpote mortali ore, quantum ipse jusserit prælargiri, laudum insignia præcinamus: quatenus universæ definitiones, quæ nostro effectu extiterint editæ, superpositæ fundamento firmissimo, inconvulsæ persistant, & justitiæ robore subnixæ, sæculis infinitis perdurent.

Rom. 10.

15. Credimus, & confitemur omnium creaturarum, quæ trinis rarum machinis continentur, auctricem, atque conservatricem individuam Trinitatem, idest, Patrem, qui est totius fons, & origo Divinitatis; Filium, qui est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unionem, ante omnium sæculorum eventum ex Patris intimo ineffabiliter genitus; Spiritum vero Sanctum ex Patre Filioque absque aliquo initio procedentem. Qui tres, quamquam personarum secernuntur distinctione, nuoquam taman separantur potentiæ majestate, inseparabilis nempe æqualitatis eorum insinuatur Divinitas. Et tamen quamvis Pater genuerit Filium; nec ideo Filius sit idem, qui Pater, neque Pater sit ipse, qui Filius; sed nec Spiritus Sanctus Pater sit Filiusque, sed tantum Patris Filiique Spiritus, & idem Patri & Filio etiam ipse coæqualis; nequaquam in hac Sancta Trinitate quicquam creatum, servum, famulumque convenit credi, neque adventitium, vel subintroductum, tam-

tamquam ei aliquando accideret, quod constet eam aliquando minime habuisse, condecet autumari.

16. Unde Catholice confitemur, Patrem Deum esse omnipotentem, Filium similiter Deum omnipotentem, necnon & Spiritum Sanctum Deum omnipotentem; non tamen tres Deos credimus, aut tres omnipotentes; sed unum tantummodo Deum sumus inconcussa Fidei veritate credentes; unius naturæ, unius essentiæ, unius omnipotentiæ, unius majestatis, uniusque virtutis. Quarum tamen personarum quamvis in hoc quod ad se sunt, nulla possit separabilitas inveniri; in hoc vero, quod ad distinctionem attinet, sunt quædam, quæ specialius unicuique possint pertinere personæ; scilicet, quod Pater a nullo originem sumpsit, Filius Patre generante existit, Spiritus quoque Sanctus ex Patris Filiique unione procedit. Sed numquid quia Filius ex Patris est omnipotentia generatus, aut Spiritus Sanctus ex Patre Filioque procedens, putandus est aliquando Pater fuisse sine Filio, aut genitor genitusque sine Sancti Spiritus extitisse substantia. Absit. Sed sicut Pater sine initio creditur, ita Filius veneratur, ita etiam Sanctus Spiritus veridice profitetur.

17. Nec tamen sicut Pater creditur a quolibet nequaquam existendi originem ducere, ita Filius, aut Spiritus Sanctus autumandi sunt ex semetipsis existere; sed Filius Deus de Patre Deo, non Deus Pater a Filio Deo; neque Pater, aut Filius a Spiritu Sancto, absque noxa, sumpsisse putabuntur originem; cum ipse a Patre & Filio sine cujusquam infidelitatis nævo credatur sine initio processisse. Et ideo in hujus Sanctæ Trinitatis sacramento nihil anterius posteriusve credendum est, quia nunquam fuit tempus, quando Pater sine Filio, aut Spiritu Sancto subsisteret, neque Filius sine Spiritu Sancto subsisteret, neque Filius sine Sancto Spiritu cum Patre aliquando regnaret. Et ista dicentes, non personarum confundimus proprietates, nec unionem substantiæ separamus. *Vide Tom. 11. Theol. S. Anselmi Disp. 84. An Filius Dei sit autotheos.*

18. Nihil etiam in eadem Sancta Trinitate majus, aut minus credere oportet, nihilque etiam imperfectum, atque mutabile; nam perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus Sanctus; immutabilis Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus Sanctus; nam de immutabili, & perfecto Patre mutabilem, imperfectumque Filium nec decuit nasci, nec convenit credere. Iccirco sunt quædam, quæ in hac Sancta Trinitate indiscrete oporteat confiteri; in hoc etenim quod ad se est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, indiscrete unus Deus credendus est Pater cum Filio & Spiritu Sancto; quod vero ad relativum attinet, discrete personarum trium est prædicanda proprietas, Evangelista prædicante: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Relativum etenim dicitur, quod una ad aliam personam referatur. Nam quando dicitur Pater, Filii nihilominus persona signatur; & cum dicitur Filius, Pater ei sine dubio inesse monstratur. *Matth. 28.*

19. At nunc quoniam Spiritus Sancti vocabulum, quo non tota Trinitas significatur, sed tertia, quæ est in Trinitate persona, quomodo secundum relativum ad Patris Filiique referatur personam, nequaquam apertissime pateat; pro eo scilicet, quia sicut dicimus Spiritum Sanctum Patris, non consequenter dicimus Patrem Spiritus, ne Filius Spiritus Sancti intelligatur; in aliis tamen vocabulis, quibus ejusdem Spiritus Sancti signatur persona, ad relativum pertinere dignoscitur. Igitur donum specialiter Spiritum Sanctum accepimus, qui in Sancta prænoscitur Trinitate tertia esse persona; pro eo quod a Patre, Filioque, cum quibus unius essentiæ per omnia creditur, fidelibus condonetur. Quapropter cum dicitur donum donatoris, & donator doni, relativum haud dubie declaratur; quod etiam de ipso vocabulo Spiritus Sancti inculpabiliter est credendum.

20. Denique quia Sanctæ Trinitatis (etsi non ut debuit) tamen quantum ipse donavit, hucusque mysterium confitendo digessimus; exinde quæ de ipsa Trinitate persona susceperit carnem, pie, & orthodoxe subsequiva serie pandimus. Unde licet inseparabilia sint opera Trinitatis, tamen fideliter profitemur, non tantum fide cordis, sed & oris professione, quod non tota Trinitas susceperit carnem, sed solus Filius Dei, qui est ante sæcula ex Dei Patris substantia genitus, in fine sæculorum de Virgine Maria, Evangelio teste, enixus, qui ait: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Nam Gabriel Archangelus ad Mariam Virginem cælitus missus ait: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Ecce in utero concipies, & paries Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Cui cum Maria, ut ait S. Ambrosius, non fidem * renuens, non officium recusans, sed potius accommodans * effectum, spondens obsequium, neque de effectu dubitans, sed qualitatem ipsius quærens effectus, dixisset: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognovi?* ab Angelo illi responsum est: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* *Joan. 1.* *Lucæ. 1.* * Reiutans. * Affectum. *Ibidem.*

21. Cujus nempe Angeli oraculum, dum Spiritum Sanctum superventurum in ea dicit, & virtutem Altissimi, qui est Dei Patris Filius, obumbraturum eam præmonuit, ejusdem Filii carni totam Trinitatem cooperatricem esse monstravit. Quæ scilicet Virgo sicut ante conceptionem obtinuit virginitatis pudorem, ita post partum nullam sensit integritatis corruptionem; nam virgo concepit, virgo peperit, & post partum incorruptelæ pudorem sine interceptione obtinuit. Cujus videlicet conceptionis, aut partus mysterium, quia secundum Prophetale vaticinium: *Novum creatum est super terram*, ut femina illa singulariter, absque virili coitu, circumdaret virum, nulla potest ratione comprehendi, nullius oris affatu valet enunciari. Ob hoc etenim Joannes Baptista cernue profitetur: *Ecce post me venturus est, qui ante me factus est, cujus non sum dignus, ut solvam corrigiam calceamenti.* Ac si diceret, corrigiam calceamenti Divinitatis calceatæ, quæ est ligatura mysterii, nequeo solvere; quia quomodo in virginali utero corporatum est Verbum, quomodo etiam idem Ver- *Jerem. 31.* *Joan. 1.*

Verbum caro factum animatum existat, nequaquam investigare sufficio.

21. Pro qua re præcellentissimus fassus est Augustinus: Hic si ratio quæritur, non est mirabile; si exemplum poscitur, non est singulare. Ipse vero Dei Filius ab ingenito Patre genitus, a vero verus, a perfecto perfectus, ab uno unus, a toto totus, Deus sine initio, perfectum hominem de sancta, & inviolata Maria semper Virgine assumpsisse est manifestum. Cui etiam homini sicut perfectionem adscribimus, ita duas ei voluntates inesse, unam Divinitatis suæ, aliam humanitatis nostræ, nihilominus rredimus.

23. Quod etiam per quatuor Evangelistarum oracula, ejusdem Redemptoris nostri affatu evidentissime declaratur; sic enim fatus est, dicens: *Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Et iterum: *Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem ejus, qui misit me.* Et reliqua. Quæ si de omnibus sanctarum Scripturarum Codicibus maluerimus colligere, enormis voluminis telam nostri oris videbimur compaginare textrinio. Quibus etiam allocutionibus demonstrat suam voluntatem ad hominem retulisse se assumptum; Patris ad Divinitatem, in qua est idem unus, & æqualis cum Patre; quippe quantum ad Divinitatis attinet unitatem, non est alia voluntas Patris, alia Filii; una enim est voluntas, ubi una persistit Divinitas; quantum autem ad hominis naturam assumpti, alia est voluntas Deitatis suæ, alia etiam humanitatis nostræ. Proinde in hoc, quod ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu;* patule ostendit, non velle id fieri, quod voluntatis humanæ loquebatur affectus, sed propter quod ad terras paterna voluntate descenderet. Cujus tamen Patris voluntas nequaquam contraria Filii voluntati existit, quia quibus est Divinitas una, non potest esse voluntas diversa; & ubi in natura nihil potest diversitatis accidere, ibi nihilominus enumerantur generaliter aliqua numerosa.

Matth. 26.

Joann. 6.

Matth. 26.

24. Igitur hujus voluntatis sanctæ vocabulum, quamvis per comparativam similitudinem Trinitatis, qua dicitur memoria, intelligentia, & voluntas, ad Personam Sancti referatur Spiritus; secundum hoc autem, quod ad se dicitur, substantialiter prædicatur. Nam voluntas Pater, voluntas Filius, voluntas Spiritus Sanctus; quemadmodum Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus; & multa alia similia, quæ secundum substantiam dici ab his, qui Catholicæ Fidei cultores existunt, nulla ratione ambigitur. Et sicut est Catholicum dici, Deum de Deo, lumen de lumine, lucem de luce; ita veræ Fidei est proba assertio, voluntatem dici de voluntate, sicut sapientiam de sapientia, essentiam de essentia; & veluti Deus Pater genuit Filium Deum, ita Pater voluntas genuit Filium voluntatem. Itaque quamquam secundum essentiam, Pater voluntas, Filius voluntas, & Spiritus Sanctus voluntas; non tamen secundum relativum unus esse credendus est, quoniam alius est Pater, qui refertur ad Filium, alius Filius, qui refertur ad Patrem, alius Spiritus Sanctus, qui pro eo, quod de Patre, Filioque procedit, ad Patrem, Filiumque refertur, non aliud, sed alius; quia quibus est unum esse in Deitatis natura, his est in Personarum distinctione specialis proprietas.

Supra in Concil. XV. Tolet.

25. Quocirca idem Dei Filius, qui dum esset dives, *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, in impassibilitate Deitatis consistente natura, spontanee in hominis suscepti est passus substantia, & pro nobis primæ mortis sustinuit dura exitia, & qui nullius peccati noxæ obnoxius mansit, pro nostris peccatis Crucis patibulum sponte moriturus ascendit; quique carnis, & sanguinis nullum contagium habuit, in carne sua flagra pro nobis, colaphos, sputamenta, coronamque spineam sustulit, & effusione sui cruoris totum mundum a pædoribus abluit; ac ne potestatem mors secunda in Dei haberet electis, eam usquequaque impassibilis Divinitatis suæ jaculo perculit, ac peremit, dicente Propheta: *O mors ero mors tua!* tartara penetravit in anima, & Sanctorum animas, quas illic hostis vinctas tenebat, morsu potentiæ suæ exemit, ut Prophetale vaticinium inquit: *O inferne, ero morsus tuus!* qui etiam tertii diei diluculo, ejusdem carnis, qua occubuerat, veritate resumpta, Discipulorum obtutibus claruit, eorumque corda nimio pavore concussa præsentiæ suæ exhibitione * solavit, & coram Angelorum, credentiumque frequentia sedem patriam repetivit; in qua nunc, sicut in veritate surrexit a mortuis, ad ejus dexteram sedens, sic exinde in fine sæculi venturus est, judiciariæ potestatis diremptione a peccatoribus justos secernere, Sanctis restituens pro bene gestis coronam, iniquis vero infinitæ damnationis * ignivomam pœnam; exemplum nobis sua resurrectione impendens, sicut ille vivificans nos post duos dies die tertia vivus resurrexit a mortuis, sic nos etiam in hujus sæculi fine resurrecturos usquequaque credamus, non in aerea, vel in phantasticæ visionis umbra, ut quorumdam improbanda opinio perstruit, sed in veridicæ carnis substantia, in qua nunc sumus, & vivimus. Ac tempore judicii coram Christo, & sanctis Angelis suis unusquisque referet corporis sui propria, prout gessit, sive bonum, sive malum; recepturus ab eo, aut pro piis actibus interminabilis beatitudinis Regnum, aut pro suis sceleribus perpetuæ damnationis interitum.

Philipp. 2.

Osee 13.

Ibidem.

* Solidavit.

* Ignominiosam

26. Hujus etenim Fidei Ecclesia Sancta Catholica Baptismatis aqua abluta, Christi Sanguine pretioso redempta, quæ neque in Fide habet rugam, neque maculosi præfert operis notam, insignibus pollet, virtutibus claret, Sanctique Spiritus donis referta coruscat, quæ etiam cum Jesu Christo Domino nostro Capite suo, cujus Corpus esse nequaquam ambigitur, est perenniter regnatura. Atque omnes, qui nunc in ea minime consistunt, sive constiterint, aut ab ea recesserunt, seu recesserint, aut peccata in ea relaxari diffidentiæ malo negaverint, nisi pœnitudinis ope ad eam redierint, & quæque Nicæna Synodus servanda decrevit. Constantinopolitanus conventus venerari instituit, Ephesini primi Concilii amplecti auctoritas sanxit, atque Chalcedone sanctorum unanimitas, vel reliquorum Conciliorum, sive etiam omnium venerabilium Patrum in Fide sana recte viventium Edicta custodire præcipiunt, abs-

absque aliquo dubietatis nævo non crediderit, perpetuæ damnationis sententia ulciscetur, atque in fine sæculi cum diabolo, ejusque sociis ignivomis rogis eremabitur.

27. Sanctæ etenim Fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad Capitula, quæ ob disciplinam Ecclesiasticam, moresque male errantium componendos necessaria sunt, unanimitatis nostræ articulum flectamus, & quæ opportuna sunt, decretis Capitulis definiamus.

CAPITULA.

I.

28. Licet in condemnatione perfidiæ Judæorum numerosæ antiquorum Patrum sententiæ, ac Leges promulgatæ nitescant, tamen quia, ut propheticale vaticinium propter eorum duritiam narrat, peccatum Judæ scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, super petram durioris effecti, in obstinationis suæ cæcitate perdurant; satis est conspicuum, ut Catholicæ Ecclesiæ machinis murus infidelitatis eorum crebrius protetatur; quo aut tandem corrigantur inviti, aut * valide in stylo atterantur, ex Domini in æternum judicio perituri. Nam peritorum medicorum est consuetudo laudabilis, ut ægris diversarum ægrimoniarum incommodis laborantibus studiosius medendi arte occurratur, quoadusque salutis medelam recipiant. Quinimmo quoniam gloriosissimi, & amatoris Christi Egicani Principis nostri fervens intentio, & prompta devotio hujus admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit, quatenus aut convertantur ad Fidem, aut in perfidia perdurantes, acrioribus sedule multentur stimulis; proinde * exhortante pariter, & jubente delegit nostræ unanimitatis conventus, ut quicquid eorum sententiæ, vel Leges, qui nos in Fide Catholica præcesserunt, ad obterendam eorum perfidiam continere noscuntur, ab omnibus Sacerdotibus, cunctisque judiciariam curam habentibus, studiosius in eis nihilominus compleantur; & ea quæ nunc a nobis instituuntur, votis ferventioribus conserventur. Ita nempe, ut quique eorum ad Christum plena mentis intentione se converterint, & Fidem Catholicam absque aliquo infidelitatis fuco servaverint, ab omni exactione, quam sacratissimo fisco persolvere consueti sunt, cum his, quæ habere poterint, securi * extorresque persistant. Eandem impensionem hi, qui in infidelitate sua perstiterint publicis utilitatibus in integritate persolvant. Ipsi vero qui ab errore suo conversi extiterint, suis tantum utilitatibus, ut cæteri ingenui vacent, & negotia sua agentes, quicquid pro publicis indictionibus a Principe eis fuerit imperatum, ut veri Christicolæ expediant; nam id æquitatis ordo deposcit, ut qui Fide Christi decorantur, coram hominibus nobiles, atque honorabiles habeantur. Legem sane illam, quæ præfatis capitulis ad eorundem proterendam duritiam a Domino nostro Egicane Principe nuper est edita firmamus, & per hujus constitutionis nostræ Decretum inconvulsibile robur eam obtinere censemus.

> *Tolet. III. cap. 13. Tolet. IV. art. 57. 66. & Tolet. XII. cap. 8.*
> *Jerem. 12.*
> *Valide sic atterantur.
> * Eo orante.
> * Exortasque.

II.

29. Manifestissime liquet, quod hostis humani generis, ut Apostolus narrat, per mundum rugiens currat, quærens quem devoret; nam diverso tergiversationis suæ astu quamplurimos insipientium decipiens, suis eos decipulis irretire non cessat; & cum Dominus præcipiat: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cœlo desuper, & quæ in terra deorsum*; & reliqua. Et iterum: *Non facietis vobis Idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum*. Rursumque: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*; illi diversis suadelis decepti, cultores Idolorum efficiuntur, * veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium, vel arborum, auguratores quoque, seu præcantores, multaque alia, quæ longum est narrare. Et quia ille nec conditor eorum est, nec dominus, ac redemptor, summopere Rectoribus Ecclesiarum Dei convenit studere, ut quos maligna persuasione per diversa sacrilegia sibi hostis idem subjecerat, de ejus jure tollentes, suo eos restituant Creatori. De quibus videlicet sacrilegiis exstirpandis, quoniam multimoda Sanctorum Patrum * in diversis Conciliis clarent Edicta, * vigilaci sensuum indagatione perlustravimus, ac discreto gravitatis pondere horum instituta perpendimus.

> *1. Petri 5.*
> *Exod. 20.*
> *Levit. 26.*
> *Deut. 6.*
> * Concil. Tolet. XII. cap. 11. *veneratores lapidum, accensores facularum, & excolentes sacra fontium vel arborum.*
> * Concil. Elib. cap. 1. & 40. Nicænum cap. 11. Tolet. XII. cap. 11.
> * Ex vigil.

30. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent, cum consensu, ac serventissimo jussu Religiosissimi Domini nostri Egicani Regis instituentes decernimus, ut omnes Episcopi, seu Presbyteri, vel hi, qui judicandis caussarum negotiis præsunt, solerti cura invigilent, & in cujuscumque loca præmissa sacrilegia, vel qualibet alia, quæ Divina Lege prohibentur, vel Sanctorum Patrum cohibent instituta, venerantes quoque, aut facientes repererint, cujuscum-

eumque sint generis, aut conditionis, statim secundum prædictarum sententiarum seriem emendare, & exstirpare non differant; & insuper ea, quæ in eodem loco * sacrilego oblata fuerint, in convicinis Ecclesiis coram ipsis, qui hoc voto sacrilego dedicanda crediderant, habenda perpetim * auferantur. Quod si forsitan Episcopus, aut Presbyter, seu etiam judex, ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum, ac probatissimum cujuspiam sacrilegii facinus prænoscens, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus, anni unius spatio erit sub pœnitentia constitutus, loco suo in postmodum redditurus; scilicet ut in eodem tempore, quo ille a loci sui propulsus fuerit officio, specialiter a Principe eligatur, qui timore Domini plenus, & ut Phinees speciali zelo accensus, cum judicibus sibimet, ut diximus, injunctis, & sacrilegium, quod invenerint, omnimode exstirpent, & ab omni populo iram Dei arceant.

* Sacrilegii. *al.* Sacrilegio.
* Offerantur.

31. Si qui vero pro talium defensione obstiterint Sacerdotibus, aut Judicibus, ut ea nec emendent, ut debent, nec exstirpent, ut condecet, & non potius cum eis exquisitores, ultores, seu exstirpatores tanti criminis exstiterint, sint anathema in conspectu individuæ Trinitatis, & insuper, si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco exsolvat; si inferior, centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decalvabitur, & medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur. III.

32. Sicut cordis, corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incentivæ pollutionis actio a Deo alienos statuit; & sicut Sodomiticos populos horrenda, nimiumque detestanda patratio igni cælitus confluenti exurendos in * peccatis tradidit, ita talibus immunditiis homines deditos æternæ damnationis rogus consumet, loquente Domino per Prophetam: *Vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* At nunc quoniam hæc funesta actio, & Sodomiticæ operationis malum multos sauciasse perpenditur, adeo nos ob hujus fœdissimæ caussæ exstirpandam consuetudinem zelo Domini ardentes, omnes in communi sancimus, ut quicumque hujus nefariæ actionis patratores exstiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint, & contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operaverint, siquidem Episcopus, Presbyter, aut Diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus, perpetui exsilii manebit damnatione perculsus. Sin vero cujuslibet ordinis, gradus, vel personæ, & talibus colluvionis noxiis reperti fuerint implicati, illius Legis, quæ de talibus est edita, nihilominus sentiantur sententia, atque ab omni Christianorum sint alieni caterva, & insuper centenis verberibus correpti, ac tupiter decalvati, exsilio mancipentur perpetuo. Ita nisi tam eos, qui Religionis cultum turpasse visi fuerint, quam etiam alios (ut diximus) cujuscumque ordinis homines digna satisfactio pœnitentiæ accipere Corpus, & Sanguinem Christi in fine permiserit, aut Christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem, secundum Canonum instituta, communionis perceptione se noverint relevari, nec Catholicorum cœtui aggregari.

* Præteritis.

Isai. 9.

In Legib. Visigotth. Lib. 4.

IV.

33. Ad hoc Sacerdotalis institutio debet sine dubio promulgari, & ut vitia inolita austerissima falce pœnitentiæ desecet, & ulcus, quod dudum in membrorum compagibus exortum sauciat, ac serpit, rigidæ * inventionis conatu usquequaque detruncet. Quorundam etenim hominum tam grave inolevit desperationis contagium, ut dum fuerint pro qualibet negligentia, aut disciplinæ censura multati, aut pro sui purgatione sceleris sub pœnitentiæ satisfactione custodiæ mancipati, incumbente desperationis incommodo, seipsos malunt aut laqueo suspendio enecare, aut ferro, vel aliis mortiferis casibus interimere; & nisi prævenit cujuslibet rei occasione, suam nihilominus diabolus in eis perficit voluntatem. Proinde huic nequissimæ suadelæ cupientes ponere finem, & malagmam congruam tali ægrimoniæ providere, cœtus nostri decernit sacratissima unio, ut quicumque talibus decipulis irretitus, in teremptionis evaserit casus, duorum mensium spatio, & a Catholicorum collegio, & a Corpore ac Christi Sanguine sacro manebit omnimodo alienus; quia oportet, ut per pœnitentiæ censuram pristinæ reddatur spei, atque saluti, qui animam suam per desperationem conabitur diabolo sociare.

Conc. Bracar. 2. cap. xvj.
* Innexionis.

Sap. 16. Neque herba, neque malagma sanavit eos.

V.

34. Quamquam in præteritis Sanctorum Patrum de diversis caussis sententiæ enitescant; sed & nunc quæ tempori, ordinique congruant, ordinato jure in-

Conc. Tarrac. cap. 8. Bracar. 2. c. 2. Emerit. cap. xvj.

instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de caussis ingruentibus Edicta multimoda edidit, ita nunc nostri temporis ætas de his, quæ occurrunt, ut faciat, convenit. Quapropter in medio cœtus nostri deducta est quorundam consuetudo inordinata Sacerdotum, qui Parochias suas ultra modum diversis exactionibus, vel angariis comprimunt, vel quod quamplures Ecclesiæ destitutæ persistunt. *10. quæst. 1.* Iccirco * unio nostræ adunationis decernit, atque instituit, ut tertias, * Unio Congregationis. quas antiqui Canones de Parochiis suis habendas Episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis diruptæ Ecclesiæ reparentur; si vero eas maluerint reddere, ab earundem Ecclesiarum cultoribus, sub cura, & solicitudine sui Pontificis reparatio eisdem adhibenda est Basilicis.

35. Quod si omnes Ecclesiæ, aut incolumes fuerint, aut quæ diruptæ erant, reparatæ exstiterint, secundum antiquorum Canonum instituta, tertias sibi debitas unusquisque Episcopus assequi si voluerit, facultas illi omnimoda erit, ita videlicet, ut citra ipsas tertias, nullus Episcoporum quippiam pro Regis inquisitionibus a Parochitanis Ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum Ecclesiarum cuiquam aliquid causa stipendii dare præsumat. Sed & hoc necessario instituendum delegimus, ut plures Ecclesiæ uni nequaquam committantur Presbytero; quia solus per totas Ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis Sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere; ea scilicet ratione, ut Ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem; quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur Ecclesiis. Si quis sane Episcoporum hanc nostram institutionem parvipenderit, & quippiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium spatiis se noverit excommunicatione multari.* ita nempe, ut postquam ab hoc excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus Canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere.

* *Omnia hæc usque ad calcem capitis desunt in Gratiano, ut nota Gregoriana animadvertit.*

VI.

36. Licet multæ Sanctorum Patrum in Fide Sancta nobis præcedentium de rebus necessariis sententiæ promanaverint, tamen quia & nunc usque numerosa ultra quam oportet fieri prænoscuntur; ideo necessarium duximus illicitis ausibus ponere terminum. Ad conventus etenim nostri agnitionem delatum est, eo quod in quibusdam Hispaniarum partibus quidam Sacerdotum, partim nescientia impliciti, partim temerario ausu provocati, non panes mundos, & studio præparatos supra mensam Domini in Sacrificio offerant, sed passim quomodo unumquemque aut necessitas impulerit, aut voluntas coegerit, de panibus suis usibus præparatis crustulam in rotunditatem auferant, eamque super Altare cum vino, & aqua pro sacro libamine offerant. Quod factum nequaquam in sacræ auctoritatis historia uspiam gestum perpenditur. Nempe etenim per Matthæum Evangelica Veritas inquit: *Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit*. Item per Marcum: *Et manducantibus illis, accepit Jesus panem, & benedicens, fregit, & dedit eis*. Rursumque per Lucam: *Accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis*. Item Apostolus: *Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum*. *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.*

37. Denique quid aliud innuitur, nisi quia panem integrum accipiens, & benedicendo confringens, particulatim unicuique Discipulorum sumendum contradidit? Quod & nos in postmodum facturos edocuit, haud dubie significans, quod omnis buccella panis, non omnis panis buccella. Unde & in sequentibus ait, dum suum traditorem mallet significari: *Cui buccellam panis porrexero, ipse est*. Ac proinde, quia & Redemptoris verba testantur, *Joan. 13.* quod panem integrum* accipiens, non buccellam, quem post benedictionem * Acceperit. confrangens suis particulatim Discipulis dederit, & Paullus Apostolus similiter nihilominus narrat, quod panem acceperit, & gratias agens confregerit; necnon & illud, quod Christus de quinque panibus confractis turbam refecerit; quid aliud instituit nos, nisi ut panem integrum sumentes, super Altaris ejus mensam benedicendum ponamus, non particulam panis, quod Caput nostrum nequaquam fecisse perpendimus? Nam si homo suæ vitæ diligentiam studiosius adhibere procurat, quanto magis sacris Dei* cultibus nitorem * Cultoribus. debitum exhibere summopere debet?

38. Unde temeritatis hujus, aut nescientiæ cupientes terminum ponere, id unanimitatis nostræ delegit conventus, ut non aliter panis in Altari Domini

mini facerdotali benedictione fanctificandus proponatur, nifi integer, & nitidus, qui ex ftudio fuerit præparatus; neque grande aliquid, fed modica tantum oblata, fecundum quod Ecclefiaftica confuetudo retentat; cujus reliquiæ ad confervandum modico loculo, abfque aliqua injuria facilius conferventur; aut fi ad confumendum fuerit neceffarium, non ventrem illius, qui fumpferit, gravis farciminis onere premat; nec quod in digeftionem vadat, fed animam alimonia fpirituali reficiat; ita nempe, ut ab his, qui ea fumpferint, prifcorum Canonum inftituta ferventur. Igitur quicumque hoc Decretum noftrum temerandum crediderit, animadverfioni divini judicii fubjacebit, & anni unius fpatio a communione alienus manebit.

VII.

39. Grandis populo datur emendationis correctio, fi gesta Synodalia, dum quandoque peraguntur, relatione Pontificum in fuis Parochiis publicantur. Et ideo plena decernimus unanimitate connexi, ut dum in qualibet Provincia Concilium * agitatur, unufquifque Epifcoporum admonitionibus fuis infra fex menfium fpatium, omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos, atque clericos, feu etiam omnem conventum Civitatis ipfius, ubi præeffe dignofcitur, necnon & cunctam Diœcefis fuæ plebem, aggregare nequaquam moretur; quatenus coram eis * publice omnia referata, de his, quæ eodem anno in Concilio acta, vel definita extiterint, pleniffime notiores efficiantur. Profecto etenim pravorum feveritas exftirpatur, dum canonica inftituta ad agnitionem eorum obfervanda modis omnibus deducuntur. Ita fcilicet, ut quæ funt aut in præteritis geftis, aut in præfentibus conftitutis, nullus his contradicere audeat, nullus ea reverberare præfumat, nullus non implere contendat. Quod fi quifpiam ea, aut parvipendenda crediderit, aut contemnenda delegerit, aut contra hæc inobedientia tumidus, fufurratione plenus, invidia incenfus, & laceratione perfunctus, necnon potius earundem * definitionum exftiterit favor benevolus, fententia excommunicationis duorum menfium curriculo perfiftet ufquequaque multatus.

Dift. 18. cap. *Decernimus*.
* Agitur.
* Pleniffime omnia referet, quæ eodē anno in Concilio acta, vel definita effe nofcuntur.
* Inftitutionū.

VIII.

Supra Conc. 8. *cap.* 2. & *vj. cap.* 18.

40. Dum fanctæ actionis ftudia, ac fervidæ intentionis vota longe lateque diffufa, principali exhibitione cunctis patule liquent, Ecclefiæ Sanctæ Catholicæ obtutibus luce clarius enitefcunt, cogunt adunationis noftræ conventum quippiam falutari promiffione depromere, & cauffa retributionis proli ejus aliquid congruum, aut expedibile promulgare; quo, & parentali exhibitione pro bene geftis videamur aliquantulam opem beneficentiæ reddere, & fobolem ejus piæ defenfionis, ac tuitionis neceffario munimine præmunire. Gloriofiffimus etenim, ac Sereniffimus Dominus nofter Egica Rex, ferventiffimi amatoris Chrifti igne fuccenfus, & fanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Chrifti perfidiam, illud Prophetale vaticinium fequens: *Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos; & fuper inimicos tuos tabefcebam?* utpote verus Chrifticola obnoxios proterere decernit, Ecclefiæ Dei ftatum vigilaci inftantia roborare difponit, Sanctis Dei Bafilicis fe munificum exhibet, tributorum impenfiones populis moderamine difcreto remittit, maligna contra fe obftinatione agentibus, animi liberalitate gratiffima, ac piæ miferationis inftantia ignofcere confuevit; multos quoque, qui confracti funt, liberos, fecundum Prophetam, omne onus difrumpendo, in ingenuitatis ftatu reformat, atque in diverfis fanctæ vitæ ftudiis fefe exercendo præpollet.

* *Nonne, qui oderunt te Domine, oderam, & fuper inimicos tuos tabefcam?* Pf. 138.

Ifai. 58.

41. Quocirca, quoniam pro tot tantifque beneficiis, quæ multimoda devotio Ecclefiæ Dei, vel gentis fuæ populis prorogare ftudet, quid aliud illi unanimitas noftra condigne refpondeat, invenire non prævalet; id falutari providentia, quæ femper eft utilis (immo femper eft utile, quod veram pertinet ad falutem) decernit, atque inftituit, ut ejus filiis, ut præmifimus, fortia tuitionis ad futurum adminicula promulgemus, conteftantes per nomen illud, cui cuncta cæleftia, & terreftria genuflectunt, omnes præfentes, & abfentes, feu etiam futuris temporibus fubfequentes Sacerdotes, vel Principes, feu cujufcumque honoris, aut ordinis homines, ut nullus ad futurum pofteritati ejus, atque his, qui gloriæ fuæ filiis, vel * filiabus conjuncti non funt, fed forte funt conjungendi, injuftas lædendi occafiones exquirat, nullus occulte, vel publice, per quæ abdicentur, contra eos malitiæ vota extendat, non eos gladio, vel qualibet perniciofa factione interimat, nullus confilium, vel opus, quibus injufte dejiciantur, vel nudentur rebus, exhibeat, nullus his injuftæ violentum Tonfuræ fignaculum imprimat, nullus veftem contra ordinem filiabus fuis

* Filiabus conjuncti effe nofcuntur, feu qui adhuc conjuncti nō funt.

suis, atque nuris mutare præsumat, nullus etiam extra evidentis culpæ indicium, aut ex illis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarumlibet truncationum, vel flagellorum inferat detrimentum.

42. Denique licet hæc, quæ præmissa sunt, æquissime digesta exstant, tamen quia ejusdem gloriosi nostri Domini tantum emicat devotio prompta, ut ex ipsa nequeant ei ad complementum vicem patientiæ reddere debitam; ob hoc nostram universitatem adjicere saluberrime convenit, ut tam per omnes Civitates, vel loca, in quibus Sedes Episcoporum esse noscuntur, ad Regni ejus ditionem partinentes, quam etiam per eorundem Episcoporum Diœceses, excepto Passionis Dominicæ die, quando Altaria denudata persistunt, ne cuiquam in eodem die Missarum licet solennia celebrare, cunctis aliis diebus, quibus iisdem Dominus noster in hac vita superstes exstiterit, pro eo, vel pro cunctis ejus filiis, vel filiabus, aut pro his, qui jam matrimoniali sunt jure conjuncti, adhucque sunt conjungendi, seu pro nepotibus, vel suis omnibus Sacrificiorum Domino libamina dedicentur, piæ orationis vota solvantur, ac cum gratiarum actione superno Numini commendentur; quia si desideria in eis bona quotidie multiplicentur, adversantium eorum conamina virtute suæ, dexteræ confringantur, indulgentia, & gratia eis a sua misericordia conferatur; ut suæ potentiæ desensione protecti, antiqui hostis decipula evadant, & charitate ac vitæ longævitate pollentes, adire mereantur post transitum sidereas mansiones.

IX.

43. Sicut summum bonum est, valdeque conspicuum, superno Numini amanter, fideliterque inhærere, ejusque præceptioni patientiam votis gliscentibus exhibere; ita consequens bonum est, post Deum Regibus, utpote jure vicario ab eo prælectis, fidem promissam quemque inviolabili cordis intentione servare, & nulla contra eum occasione quicquam nocibilitatis excogitare, nihilque nequius desiderare, dicente Domino: *Nolite tangere Christos meos*. Et iterum David: *Quis enim extendit manum suam in Christum Domini, & innocens erit?* Item ipse cuidam comminans: *Quare non timuisti manum tuam mittere, ut occideres Christum Domini?* Unde opportunum satis est, ut sponsio Principibus compromissa, absque aliquo fraudis nævo custodiatur, & fides eis reddita, nullis factionibus, nullisque etiam nequitiæ machinationibus temeretur. Nam si nuda tantum verbi pollicitatio qualibet occasione violetur, criminis denotatione censetur; quanto magis si fides Regibus sub jurisjurandi attestatione promissa, nequaquam profanare pertimescatur? Est enim quorundam sæcularium, & (quod pejus est) Sacerdotum improbanda satis obstinatio animorum; & fidem suis Principibus sub juramento promissam observare contemnunt, & verborum fuco juramenti obnubilant promissionem, dum in arcano pectoris retentent infidelitatis perversitatem. Et dum scriptum sit: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* Et iterum: *Non perjurabis in nomine meo, nec polluer nomen Domini Dei tui. Ego Dominus.* Rursumque: *Maledictus omnis, qui jurat in nomine Domini Dei sui mendaciter.* Illi jurantes fidem promissam temerare non metuunt, & juramenti sui pollicitationem prævaricare nullatenus pertimescunt.

Psal. 104. 1. Reg. 26. 2. Reg. 1. Exod. 20. Levit. 16.

44. Unde Sisbertus Toletanæ Sedis Episcopus talibus machinationibus denotatus repertus est, pro eo quod Serenissimum Dominum nostrum Egicanem Regem non tantum Regno privare, sed & morte cum Flogello, Theodomiro, Liubilane, Liubigitone quoque, Thecla, & cæteris interimere definivit, atque genti ejus, vel patriæ inferre conturbium, & excidium cogitavit; qui etiam per Decreti nostri definitionem jam, & loco, & honore privatus exiftit. Ideo nostrum in commune per hujus canonicæ sanctionis decernit Collegium, ut hoc ipsum unionis nostræ Decretum, quod etiam his synodicis definitionibus annectendum decrevimus, omni subsistat valore subnixum, atque in perpetuum obtineat inconvulsibile robur.

45. Ipse vero Sisbertus pro sui juramenti transgressione, facinorisque tanti machinatione, secundum antiquorum Canonum institutionem, qua præcipitur, ut quisquis inventus fuerit talia fecisse, & vivente Principe in alium attendisse pro futura Regni spe, a conventu Catholicorum excommunicationis sententia repellatur; honore simul, & loco depulsus, omnibusque rebus exutus, quibusque in potestate prædicti Principis redactis, perpetui exsilii ergastulo maneat relegatus; ita nempe, ut secundum eorundem antiquorum Canonum de-

De eo vide Rodericum Toletanum. Concil. Tolet. IV. Cap. 75. & Concil. Tolet. V. cap. 4. & Concil. Tolet. VI. cap. 17. & Concil. Tolet. X. cap. 2.

decreta, in fine vitæ suæ tantum communionem accipiat; excepto si regia eum pietas ante absolvendum crediderit. Simili quoque & cæteri de Religiosis, cujuslibet sint ordinis, aut honoris, qui deinceps talia contra Principem egisse, vel definisse reperti exstiterint, censura multandi sunt.

X.

* Graditur.

46. Sicut ulcus quod * graviter serpit in corpore, nonnisi gravioribus medicaminibus, aut ferro curatur, ita perfidorum obstinatio, quæ nullatenus cohibetur, durioribus sententiis necesse est ut multetur. Nam quamquam Dominica sanctio protestetur: *Non morietur pater pro filiis, nec filii pro parentibus, sed unusquisque pro peccato suo morietur*. Et iterum: *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii*: tamen, quia, & jurisjurandi transgressio valide inolevit, & machinandi contra Principes nostros consuetudo sæva percrebuit, quo aut nece diversa Princeps interimatur, aut Regni dignitate privetur (quod nequaquam cohiberi potest, nisi severiori censura) ideo per hujus institutionis nostræ Decretum sancimus, ut quicumque deinceps, cujuslibet sit honoris persona, vel ordinis, in necem, vel dejectionem regiam quippiam machinaverit, eumque qualibet nocibilitate impendendum crediderit; aut gentem eius, vel patriam, quibuslibet factionibus, vel machinationibus disturbare contenderit; tam ipse, quam omnis ejus posteritas, ab omni palatini ordinis dignitate privati, fisci viribus sub perpetua servitute maneant religati; potestate tantum glorioso Principi nostro Egicani servata, ut, si aut eos, qui jam pro suæ infidelitatis perfidia canonice, legaliterque dijudicati sunt, aut eos, qui deinceps a fidei suæ juramento aborbitaverint, & adversus prædictum Principem nostrum aliquid nocibilitatis agere, aut machinare studuerint, si eos, ut diximus, piæ indulgentiæ voto quandoque relevare maluerit, licentia illi usquequaque manebit. Et quia res eorum justo, ac legali modo in ejusdem Domini nostri dominio pervenerunt, ex quibus etiam quædam ejusdem Principis collatione, tam Ecclesiæ Dei, quam prolis ejusdem Domini nostri, seu etiam alii plures, pro sui servitii merito accipere meruerunt; provide instituentes decernimus, ut nullo umquam tempore eorum filii, qui juramenti sui profanatores exstitisse noscuntur, seu exstiterint, vel subsequens eorum posteritas, in nocibilitate eorum intendere audeant, nec ipsas res eis auferre quoquo pacto studeant.

Deut. 24. & Paralip. 25. ubi legitur; Non occidentur patres pro filiis

47. Ideo denique, ut præmisimus, severissimam hanc Decreti nostri curabimus promulgare sententiam, ut qui suum non formidat exitium, saltem filiorum, cunctæque suæ posteritatis pertimescat interitum. Si quis sane Regum succedentium cunctas hujus constitutionis nostræ definitiones custodire, aut implere distulerit, omnis linea generationis ejus perpetim condemnata depereat, & insuper Divino judicio rebus omnibus, & honore præsenti in sæculo careat, atque Christo judicante, cum diabolo, ejusque sociis ad interitum gehennæ perveniat. Cui nostræ definitioni ex antiquo Canone quædam necessaria innectimus, & omnes in commune ipsis verbis, quibus (ut diximus) hoc deprompsit antiquitas, proclamamus, dicentes: Quicumque igitur a nobis, vel totius Ecclesiæ populis, qualibet conjuratione, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ, gentisque Gotthorum statu, vel pro conservatione regiæ salutis pollicitus est, temeraverit, aut gloriosum Principem nostrum Egicanem, vel subsequentes Principes nece attrectare voluerit, aut potestate Regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica Regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Dei Patris, & Angelorum, atque ab Ecclesia Catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Christianorum alienus, cum omnibus impietatis suæ sociis; quia & oportet, ut una pœna teneat obnoxios, quos similis error invenerit implicatos.

Conc. Tol. IV cap. 75.

48. Quod iterum secundo replicamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, quolibet tractatu, vel studio, sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ, gentisque Gotthorum statu, vel conservatione regiæ salutis pollicitus est, violaverit, aut prædictum Principem nostrum, aut subsequentes Principes nece atrectare voluerit, aut potestate Regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica Regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in Christi conspectu, & Apostolorum ejus; atque ab Ecclesia Catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni consortio Christianorum alienus, & damnatus in futuro judicio habeatur cum

par-

participibus suis; quia dignum est, ut qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur.

49. Hoc etiam tertio clamamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel eunctis Hispaniæ populis, qualibet meditatione, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ salute, gentisque Gotthorum statu, vel incolumitate re giæ potestatis pollicitus est, violaverit, aut totiens dictum Principem nostrum, vel subsequentos Principes nece attrectare voluerit, aut potestate Regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica Regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Spiritus Sancti, & Martyrum Christi, atque ab Ecclesia Catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni communione Christianorum alienus; neque partem Justorum habeat, sed cum diabolo, & angelis ejus æternis suppliciis condemnetur, una cum eis, qui eadem conjuratione nituntur; ut par pœna constringat, quos in pernicie prava societas copulat. Et ideo, si placet omnibus, qui adestis, hæc tertio reiterata sententia, vestræ vocis eam consensu firmate. Ab universis Dei Sacerdotibus, Palatii Senioribus, Clero, vel omni populo dictum est: Qui contra hanc vestram definitionem venire præsumpserit, sit anathema, maranatha, hoc est, perditio in adventu Domini, & cum Juda Ischarioth partem habeant, & ipsi, & socii eorum.

XI.

50. Finitis, consumatisque omnibus, quæ ob disciplinam Ecclesiasticam necessaria fuere definienda, vel reliqua, quæ nostro cœtui ob directionem extitere delata, omnipotentissimæ, & individibili Trinitati ineffabilium gratiarum jura dependimus, laudum vota persolvimus, ac tota mentis intentione gloriæ ejus insignia prædicamus, pro eo quod nos ejus dispositione mirabili non solum ad hunc sanctæ congregationis cœtum meruimus adunari, atque alternæ visionis intuitu consoveri; sed ex se nobis dicere contulit, & in se dicta complevit; obnixius ejus imprecantes clementiam, ut sicuti nos alterutræ pacis osculo dulcifluos reddidit, & diffinitionum nostrarum primordia lineavit, *ac consummatione sublimi perficiendo conclusit, ita Serenissimum, ac piissimum Dominum nostrum Egicanem Regem, cujus jussu, atque hortatu sicut hic adunati sumus, salutiferæ defensionis clypeo protegat, vexillo Fidei muniat, atque cum gente, & patria sibi credita per viam voluntatis suæ deducat; quatenus protelatis præsentis ævi curriculis feliciter polleat, & post hujus vitæ excursus numerositate piæ actionis opimus, cum his, quibus nunc principatur, ad Christum perveniat laureandus.

*Hanc consummationem sublimi perficiendo conclusit.

XII.

51. Actuum Apostolorum probata satis, & veneranda narrat historia, quod Juda crimine proditionis damnato, nequaquam Spiritus Sanctus super reliquos undecim illapsu cælico est diffusus, quoadusque Mathias ab omibus est prælectus in loco ejusdem Apostolus; inde scilicet, quia undenarius numerus transgressionem significat mandatorum. Et quia Sisbertus Toletanæ Sedis Episcopus suo facinore denotatus, nostro ex corpore constat abscissus; ob id summopere nu nerositatem nostram convenit studere, ut in loco ejus alio subrogato, perfectioni debitæ corpus nostrum reddatur, sicut per Mathiam perfectus numerus noscitur fuisse completus. Et quia idem, legationem superni Numinis fungentes, Apostoli sunt protestati, dicentes: *Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam.* Illis videlicet odor vitæ in vitam, qui præceptis eorum exhibere patientiam curaverunt; illis vero odor mortis in mortem, qui eorum nihilominus monita contempserunt. *1. Act.* *Corinth. 2.*

52. Proinde quia prædictus Sisbertus, Toletanæ Sedis Episcopus, eorum salutaribus monitis nequaquam maluit ex humilitate dependere obsequelam, quo Ecclesiam Dei ordine debito regeret, humilitate instrueret, & exemplis salutaribus ad Regna siderea provocaret; sed bicipiti se percellens mucrone, superbiæ videlicet, atque perjurii, gloriosum Dominum nostrum Egicanem Regem non solum Regno voluit privare, sed & mortis impensione perimere; ideo non congruit nos prius Concilium inchoare, nisi illo prius canonica, ac legali censura multato, in loco ejus alius fuerit subrogatus, Toletanæ Sedis Cathedram retenturus. Icciteo nobis omnibus in unum collectis, idem Sisbertus Episcopus nostro cœtui præsentatus, atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Unde nos per hujus Decreti nostri-

formulam, sæpedictum Sisbertum, secundum edictum priscum synodicæ sanctionis, ac Decretum de talibus promulgatæ Legis, ab Episcopali ordine, & honore dejicimus, a perceptione Corporis, & Sanguinis Christi excommunicatum in exsilio perpetuo manere censemus, in fine tantum communionem per omnia percepturum; excepto si eum Principalis pietas cum Sacerdotali conniventia delegerit absolvendum.

53. Igitur quoniam savente Domino Concilium est quo citius inchoandum, secundum prælectionem, atque auctoritatem totiens dicti nostri Domini, per quam in præteritis jussit, Venerabilem Fratrem nostrum Felicem, Hispalensis Sedis Episcopum, de prædicta Sede Toletana jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem Decreto firmandum; ob id nos cum consensu Cleri, ac populi, ad sæpe dictam Toletanam Sedem pertinentis, prædictum Venerabilem Fratrem nostrum Felicem Episcopum de Hispalensi Sede, quam usque hactenus rexit, in Toletanam Sedem canonice transducimus, & in eadem Hispalensi Cathedra Fratrem nostrum Faustinum Bracarensis Sedis Episcopum, necnon & Felicem Portucalensis Ecclesiæ Antistitem, in præfata Bracarensi Sede, similiter Pontifices subrogamus, ac perpetua sanctione unumquemque eorum in privatis Sedibus confirmamus, quatenus uterque easdem, quas suscipiunt Ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent; ut unanimitate mirabili in unum collecti, unum corpus effecti, eis nobiscum in synodali conventu pariter residentibus, illapsum Sancti Spiritus, ut duodecim Apostoli, mereamur; quo ejus igne succensi, & doctrina imbuti, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam pertinent, & ad compescendos pravorum hominum mores, æquissime promulgemus, & laudes Altissimo devotis mentibus præcinamus. Quod videlicet Collegii nostri Decretum gestis synodalibus, a nobis in Concilio forte definiendis, sociandum decernimus, & locum illic debitum ut obtineat, definimus.

XIII.

54. Synodalis conventus, & numerosa adunatio Sacerdotum, eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nihilominus terribilis cernitur, quod in medio cœtus eorum præsentia individuæ Trinitatis adesse nequaquam ambigitur, Sancto protestante Euangelio: *Ubicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo collecti, ibi sum & ego in medio eorum*. Quocirca, quia se in eorum medio superni omnipotentia Numinis adesse innotuit, quid aliud, nisi quicquid eorum ore depromitur, inspiramine est eius affectum, qui se inter eos esse fassus habitaturum? Unde gloriosa Serenitas nostra ea, quæ unanimitas eorum deprompsit, immo quæ per ora illorum Spiritus Sanctus promulgavit, venerabiliter suscipit, amanter amplectitur, & per huius Legis nostræ Decretum firma in perpetuum manere decernit, inconvulsibili consistere auctoritate instituit, & omnimodum robur obtinere decernit; scilicet, ut a præsentis diei, temporisque articulo, omni vigilantia, omni solicitudine, omni etiam cura, quæque sunt prodisciplina, vel utilitate Ecclesiastica in hac Synodo definita, quæque pro corrigendis pravorum moribus edita, per cunctas Regni nostri Provincias ab omnibus custodiantur, & absque aliqua scrupulositate, vel controversiæ oppositione serventur. Et quia ingruente inguinalis plagæ vastatione, qui ad Narbonensem Sedem pertinent Episcopi, nequaquam sunt in hac Sancta Synodo aggregati; ideo per hanc nostræ mansuetudinis Legem instituentes iubemus, ut omnes ad eiusdem Cathedræ Diœcesim pertinentes Episcopi, in eadem Urbe Narbona cum suo Metropolitano adunentur, & cunctis huius Concilii Capitulis vigilaci ab eis indagatione perlectis, accedant ordinibus debitis subscriptores. Si quis igitur earundem definitionum Constitutiones temerare præsumpserit, detrahere visus fuerit, & miserabili ausu eis contraire tentaverit, excommunicationis sententia ferietur, & rerum suarum * quinta parte multabitur.

Matth. 18

* Quarta.

IN NOMINE DOMINI

Flavius Egica Rex omnibus Sanctissimis Patribus in hac sancta Synodo residentibus.

Et hæc Epistola in Cod Lucensi, & in utroque Toletan. in aliis deest. Existimo redditam ante depositionem Sisberti.

55. Ecce, Sanctissimi Patres in Christo, & Apostolico dogmate fideles populi ductores, synodicæ aggregationis vestræ unionem illo fiducialiter hortatu convenio, quo religiosum nobis vestræ Sanctitudinis præbeatis suffragium, vestræque promul-

mulgationis consultum porrigatis omnimode præstolatum. Promptissime etenim sæpe gloriosæ nostræ Serenitatis fervet devotio, ac puræ voluntatis flagrat devotissima plenitudo, illis cum plebe mihi credita affectibus vivere, pietatibus inhærere, ac misericordiæ incremento studium regendi servare, quibus tempora nostra nullis adversitatum stimulis commota, nullis civilibus, vel externis escitationibus præpedita, pacis munere florcant, ac miserationis nostræ beneficio cumulata persistant; & quos forsitan pravæ infidelitatis impulerat actio, respectu clementiæ nostræ, si fas est, pietatis releventur ex brachio; ut parcendo illis supernam mihi clementiam fautorem efficiam, & status gentis meæ, ac patriæ nullis amplius, quod absit, ruinæ lapsibus concidat.

36. Sed quantum culparum noxam remittere procuramus, tantum profanatorum transgressio molitur, & crebris perfidiæ ausibus præpedita subruitur. Unde si culpis indulgentiam, si condigna factis restituam, anceps nostræ tranquillitatis animus æstuat, in eo quod plerumque ipsa culparum remissio increbrescenti nequitia in contrarium vertitur; cum nec tandem vitia reprimuntur, quæ facili emendationis conamine perduci ad terminum debuerunt. Ipsi autem in hoc Sancto Cuncilio liquide perpendatis, jam jamque antea plurimorum casus relatu opinabili didicistis, quibus perfidorum, quantisque æmulorum nefandis conatibus deceptionis meæ quotidie escidium sentiam, vel quanta patriæ fuerint insolenter conturbia escitata. Quorum denique sceleratorum, qui & in præteritis, & nunc perfidasse detecti sunt, prævaricatione compellimur cœtus vestri in universitatem consulere; ut quod de talium escessibus, qui in præteritis, vel nunc usque mihimet deliquisse noscuntur, agere Serenitatem nostram conveniat, utrum condignis sententiis canonice, ac legaliter feriantur, an parcendo illis, nosarum debita impunita serventur, saluberrima unanimitatis vestræ promulgatione attentius decernatur; illa nostræ gloriæ, vel successorum nostrorum Principum licentia modis omnibus servata, ut si deinceps quisquam contra Regiam potestatem, gentem, ac patriam nostram agere conatus extiterit, juxta canonicam sententiam tempore prædecessoris nostri Domini Silenandi Principis de talibus personis in Concilio editam, vel Legis sententiam, ejus debeat pravitas acriter coerceri. Tantum est, ut sicut præmisimus, quo emendationis studio errantium mihi transgressio emendetur, salutaris vestra responsio nostris clarescat in sensibus; nam & hoc Decreti vestri condecet stylo censendum. *Conc. Toletan. IV. Cap. 75.*

37. Et quia præcessor noster dignæ memoriæ Dominus Vvamba Rex in ipsis regnandi primordiis Theudemundum Spatharium nostrum contra generis, vel ordinis sui usum, Felii quondam incitatione Emeritensis Episcopi, solius tantum Regiæ potestatis impulsu, in eadem Emeritensi Urbe Numerariæ officium agere instituit (quod etiam unius anni escursu contra rationem noscitur peregisse) immo quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto Concilii ab eodem Theudemundo, suaque omni posteritate, talis actionis officium suspendatis; quo nullo ulterius tempore, tam ipse, quam omnis ejus progenies, usque ad finem sæculi, ob hanc causam videantur aliquatenus molestari. Datum sub die Kalendas Majas, anno feliciter sexto Regni nostri, in Dei nomine, Sedis nostræ Toleto.

Subscriptiones.

1. Ego Felix indignus Urbis Regiæ Episcopus hæc Decreta Synodica a nobis edita subscripsi.
2. Ego Faustinus indignus Hispalensis Sedis Episcopus hæc Decreta Synodica a nobis edita subscripsi.
3. Maximus indignus Sanctæ Ecclesiæ Emeritensis Episcopus hæc Decreta Synodica a nobis edita subscripsi.
4. Ego Vera indignus Tarraconensis Sedis Episcopus hæc Decreta Synodalia a nobis edita subscripsi.
5. Ego Felix in Dei nomine Bracarensis atque Portucalensis Sedium Episcopus hæc Decreta Synodalia a nobis edita subscripsi.
6. Gaudentius Valeriensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
7. Florus Mentesanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
8. Ervigius Beterrensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
9. Fructuosus Auresinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
10. Guadila Empuritanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
11. Bonifacius Cauriensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
12. * Arcontius Elborensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi. * Ardontius.
13. Auredus Ilerdensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
14. Gondericus Segontinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
15. Spassandus Complutensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
16. Beroaldus Palentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
17. Marianus Oretanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
18. Vitiscius Valentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
19. Sonna Oxomensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
20. Gabinus Arcabricæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Zac-

* Zacchæus.

21. * Zacceus Cordubenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
22. . . . .
23. Anterius Segobrienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
24. Honorius Malacitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
25. Arvidius Aſtigitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
26. Pappulus Eliplenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
27. Decentius Segobienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
28. Habitus Urcitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

* Calahorritanæ.

29. Felix * Calagurritanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
30. Conſtantinus Aucenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
31. Audebertus Oſcenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
32. Adelphius Tudenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
33. Nepotianus Tyraſſonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
34. Suniaguiſidus Laniobrenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi,
35. Potentius Lucenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
36. Eppa Illicitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
37. Joannes Egarenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
38. Holemundus Salmanticenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
39. Valdeſredus Cæſaraugnſtanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
40. Involatus Dertoſanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
41. Arceſindus Egabrienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
42. Iſidorus Setabitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcrippſi.
43. Joannes Abelenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
44. Theudiſclus Beatienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
45. Cuniuldus Italicenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
46. Wiſeſredus Auſonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
47. Laulſus Barcinonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
48. Emilla Conimbrienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi..
49. Leubericus Urgelitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
50. Siſebado Tuccitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi,

* Hierontius.

51. * Gerontius Aſſidonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
52. Baſilius Baſtitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

* Fionicus al. Fiontius.

53. * Fioniſus Lamecenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
54. Mirus Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
55. Landericus Olyſſipponenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
56. Joannes Pacenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
57. Centurius Eliberitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
58. Theudeſredus Viſenſis Sedis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
59. Aurelius Aſturicenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Abbates.

1. Gabriel miſericordia Dei Abbas hæc Decreta Synodalia a nobis edita ſubſcripſi.
2. Eulalius Abbas ſubſcripſi.
3. Nervatius Abbas ſubſcripſi.
4. Braulio Abbas ſubſcripſi.
5. Eugenius Abbas ſubſcripſi.

Vicarii Epiſcoporum.

1. Vitulus Diaconus, agens vicem Domini mei Marciani Dianienſis Eccleſiæ Epiſcopi ſubſcripſi.
2. Vincomalus Diaconus, agens vicem Domini mei Marciani Pampilonenſis Sedis Epiſcopi ſubſcripſi.
3. Chriſtes Presbyter, agens vicem Agrippii Oſſonobenſis Sedis Epiſcopi.

Comites Viri illuſtres.

1. Vitulus Vir illuſtris Comes Patrimonii, & Dux hæc Decreta Synodalia edita ſubſcripſi.
2. Wimar Comes ſubſcripſi.
3. Theudulphus Comes ſubſcripſi.
4. Paullus Comes ſubſcripſi.

5. Theo-

5. Theodefredus Comes subscripsi.
6. David Comes subscripsi.
7. Requisindus Comes subscripsi.
8. Sisemundus Comes subscripsi.
9. Ella Comes subscripsi.
10. Theodehitus Comes subscripsi.
11. Regesvindus Comes subscripsi.
12. Ega Comes subscripsi.
13. Afrila Comes subscripsi.
14. Danila Comes subscripsi.
15. Audemundus subscripsi.
16. Theudemundus subscripsi.

NOTÆ VARIORUM.

58 C*Oncilium Toletanum XVI.*) Tria Concilia inveniuntur celebrata in Hispania tempore Egicanis Regis. Primum eorum fuit Toletanum XV. sub Juliano Præsule, habitum anno Christi 688. & primo Regni illius. Secundum eorundem fuit Cæsar-augustanum III. an. Christi 689. Egicanis autem secundo. Tertium tandem est hoc ipsum Toletanum XVI. anno Christi 693. Egicanis quinto, in quo Sisbertus Præsul Toletanus ob crimen læsæ majestatis cum diris, & exsecratione depositus fuit, & Felix Hispalensis in ejus locum suffectus; sicuti & pro Felice Faustinus Bracarensis Antistes, ac pro Faustino alius Felix Episcopus Portucalensis. Deposito Sisberto Toletano, intra ipsum Concilium, nulla mora exspectata, tres prædictæ translationes factæ fuerunt; sicuti & supra in Concilio Toletano X. vidimus, deposito ob peccatum carnis Potamio Præsule Bracarensi, statim in locum illius subrogatum fuisse S. Fructuosum Episcopum Dumiensem. Quod autem infra Patres hi Toletani ajunt, se facere Canonice translationes istas, non caret difficultate, nec contradictione plurium Auctorum. Sed de hoc satis egimus supra in Notis ad Concilium Toletanum X. & latius antea Tomo I. Dissert. XI. præsertim Excursu V. ubi eruditus lector inveniet plura, quibus factum istud Toletanorum Patrum a labe, seu violatione sacrorum Canonum excusare possit, & controversiam ipsam de translatione Episcoporum intra Ecclesiam Occidentalem, præsertim Hispanicam, penitius nosse, ac facilius dirimere. CARD. DE AGUIRRE.

59. Ad Cap. *Antiquorum Patrum sententiæ.*) Concilio Toletano XII. Cap. 8. Concilio Toletano IV. a Cap. 57. usque ad 66. & *Legib. Wisigotthorum*, Lib. 12. toto pene secundo Titulo. Conc. Toletano III. Cap. 14. Conc. Tolet. XVII. Cap. 8.

60. Ad Cap. II. *In diversis Conciliis.*) Concilio Eliberitano Cap. 3. & 40. in Concilio Nicæno Cap. II. Aurelianen. II. Cap. 19. Toletano XII. Cap. II. multisque aliis Conciliis idem contra Idolorum cultores decretum est. LOAISA.

61. Ad Cap. III. *De stupris*, alias, *De sodomitis.*) Concilium Toletanum XVI. ex novem supra quinquaginta Episcopis conflatum, anno Redemptoris DCXCIII. celebratum, horribile illud peccatum sequentibus pœnis plectendum esse decernit Canone, vel num. III. Sicut cordis, (inquit) corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incentivæ pollutionis actio a Deo alienos statuit; & sicut sodomiticos populos horrenda, nimisque detestanda patratio igni cælitus confluenti exurendos in præteritis tradidit; ita talibus immunditiis deditos homines æternæ damnationis rogus consumet, loquente Domino per Prophetam: *vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis*. At nunc quoniam hæc funesta actio, & Sodomiticæ operationis malum multos fauciasse perpenditur, adeo nos ob hujus fœdissimæ cautlæ exstirpandam consuetudinem, zelo Domini ardentes, omnes in commune sancimus, ut quicumque hujus nefariæ actionis patratores exstiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint, & contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operati fuerint; siquidem Episcopus, Presbyter, aut Diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus, perpetui exsilii manebit damnatione perculsus. Sin vero cujuslibet ordinis, gradus, vel personæ, ac talibus colluvionis noxis reperti fuerint implicati, illius Legis, quæ de talibus est edita, nihilominus feriantur sententia, atque ab omni Christianorum alieni caterva, & insuper centenis verberibus correpti, ac turpiter decalvati, exsilio mancipentur perpetuo. Ita nisi tam eos, qui Religionis cultum turpasse visi fuerint, quam etiam alios (ut diximus) cujuscumque ordinis homines digna satisfactio pœnitentiæ, accipere Corpus & Sanguinem Christi in fine permiserit, aut Christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem, secundum Canonum instituta, communionis perceptione se noverint relevari, nec Catholicorum cœtui aggregari. Hactenus Canon Toletani Concili XVI.

62. Quid quod hujusmodi peccatum in Cælum clamare dicitur, eo quod ad ejus ultionem Deus adigatur? Unde Salvianus Lib. I. *De gubernatione Dei*, versans ista Geneseos verba: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est. Quare*, inquit, *peccata hominum clamare testatur? scilicet quia cædi aures suas Deus dicit clamoribus peccatorum, ne differatur pœna peccantium. Et vere clamor, & grandis clamor est, quando pietas Dei peccatorum clamoribus vincitur, ut peccantes punire* coga-

rogatur. Et infra: *Dominus dicens, quod clamor Sodomarum ad se ascenderit: Hoc est dicere; misericordia quidem mea mihi suadet, ut parcam, sed tamen peccatorum clamor cogit, ut puniam*. Hæc ille.

63. Tale & tam immane peccatum capitali supplicio plectendum decernitur Levit. Cap. 18. vers. 29. & ejusdem Levit. Cap. 20. vers. 13. & alibi. S. Paullus Rom. Cap. 1. adeo nefandum tale peccatum esse demonstrat, ut non solum grande peccatum, sed etiam gravissimorum criminum, animadvertendæ scilicet vanitatis, qua Philosophi suis in cogitationibus evanuerunt, & idololatriæ, in quam inciderunt, pœnam esse luculenter asserat.

64. Concilia sæpenumero immane illud peccatum contra naturam sub gravium pœnarum interminatione prohibuerunt. Nam Concilium Illiberitanum (quod & Nicæno, & Arelatensi I. antiquius esse affirmant eruditi) illud ipsum peccatum perpetua excommunicatione multat. Ut patet ex Canone 71. quo decernit, stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse communionem, idest, denegandam esse reconciliationem, seu absolutionem. Revera Gabriel Albaspineus, *Observ.* Lib. 2. Observat. 13. citat ea Tertulliani verba ex Cap. 4. Libri, *De pudicitia*: *Reliquas autem libidinum furias impias, & in corpora, & in sexus ultra jura naturæ, non modo limine, verum omni Ecclesiæ tecto submovemus, quia non sunt delicta, sed monstra*; ait, his monstris nusquam indultam esse veniam. Quæ autem, & qualia sint hujusmodi monstra apud Christianos, declarat idem Tertullianus in Lib *De corona militis*, Cap. 5. *Omne, quod contra naturam est, monstri meretur notam apud omnes; penes nos vera etiam elogium sacrilegii in Deum, naturæ Dominum, & Auctorem*.

65. Insuper idem Albaspineus loco citato affirmat, temporibus Concilii Illiberitani peccata ista tam exsecranda, tamque horribilia, perpetua excommunicatione fuisse multata, ita ut illorum conscii nec in ipsa morte absolvi possent.

66. Concilium Ancyranum anno Christi 314. celebratum, cum hujusmodi monstris paullo humanius, & benignius agere cœpit. Sic enim statuit Canone xv. De his, inquit, qui irrationabiliter versati sunt (idest contra naturalem usum in masculos, vel pecora exarserunt) vel versantur, quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum Oblationis Sacramenta contingant, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, & uxores habentes, in hoc peccatum prolapsi sunt, viginti quinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum, in qua quinquennio perdurantes, tunc demum Oblationis Sacramenta percipiant. Quod si qui & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur. Hactenus Canon Concilii Ancyrani.

63. Concilium Parisiense VI. anno 829. celebratum, hujusmodi vitium contra naturam esse plectendum secundum judicium canonicum Concilii Ancyrani, quod supra retulimus. Hoc namque peccatum (inquit) SS. Patres Divino Spiritu afflati merito in sacris Canonibus acrius cæteris judicandum decreverunt; quoniam eo regnante, & statum Christi Ecclesiæ infirmari, & Regnum periclitari, aperte cognoverunt. Hactenus præfatum Concilium, Lib. 1. Cap. 34.

68. Concilium Troslejanum anno Christi 909. celebratum, de peccatis contra naturam sic loquitur: Exstant & alia diversorum criminum mala, quæ improbat, & condemnat Lex Divina, pro quibus populus vastitate, & gladio, fame, & pestilentia atteritur, & Ecclesiæ status infirmatur, Regnumque periclitatur; ut sunt nefandissimæ cum masculis, aut pecoribus pollutiones, pro quibus dulcis, & benignus Deus noster ad amaritudinem iracundiæ tanto gravius provocatur, quanto contra naturam fieri comprobantur. Hactenus Concilium Troslejanum, Cap. 15. cujus Titulus est: *Epilogus ad Episcop s, & generaliter ad omnes*.

69. Hæc est doctrina Conciliorum, ex qua satis, superque constat, quam sit abominabile peccatum contra naturam, & quanto studio homines illud effugere debeant. Siquidem flagitia, quæ sunt contra naturam, ubique ac semper detestanda, atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt. Quæ si omnes Gentes facerent, eodem criminis reatu Divina Lege tenerentur, quæ non sic fecit homines, ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cujus ille Auctor est, libidinis perversitate polluitur, ut ait S. Augustinus Confessionum, Lib. 3. Cap. 8.

70. Hujusmodi peccatorum gravitatem graphice depingit S. Petrus Damiani in eo, qui *Gomorrhianus* inscribitur, Libro: *Hoc sane vitium*, inquit, *nullè prorsus est vitia conferendum, quod omnium immanitatem superat vitiorum*. Et infra: *Nimirum*, inquit, *quem hæc atrocissima bestia cruentis semel faucibus devorat, a cunctis bonis operibus quibusdam suis vinculis abligat, per omnia nequissimæ pravitatis abrupta præcipitanter effrænat. Mox nempe ut quisque in hanc extremæ perditionis abyssum fuerit lapsus, a superna patria exsul efficitur, a Christi Corpore separatur, totius Ecclesiæ auctoritate confunditur, omnium Sanctorum Patrum judicio condemnatur, inter homines in terra despicitur, a cælestium civium contubernio reprobatur; fit sibi Cælum ferreum, & terra ænea, neque illuc potest pondere criminis gravatus assurgere, neque hic sua mala ignorantiæ latibulo diutius occultare. Non hic potest gaudere dum vivit, neque illic sperare dum deficit; quia & nunc humanæ derisionis opprobrium, & postmodum æternæ damnationis cogitur perferre tormentum*. Hactenus S. Petrus D

ma-

miani in Libro citato Cap. 16. Merbesius Tomo II. *Summæ Christianæ*, tertia Parte, Quæst. 34 pag. 448. & seq.

71. Præter ea, quæ dedimus ex Merbesio, recole nonnulla alia, quæ monuimus ad Canonem Eliberitanum Lest. Nec tamen exitlimes, Patres illius Concilii negantes communionem, sive reconciliationem (ut interpretatur Albaspinæus, & alii) in fine vitæ sceleratissimis quibusdam, reos fuisse Novatianismi. Ab hac enim non justa quorundam suspicione jam sæpissime vindicati sunt e summis Viris, & sparsim ostensum est toto cælo aberrasse quicumque severitatem illam Eliberitanorum Patrum, sicuti & Sardicensium, & Arelatensium, Novatianismi fuligine notare ausi sunt. Liber autem supra indicatus Beati Cardinalis Petri Demiani, cui *Gomorrhæanus* nomen fecit, scriptus ad S. Leonem IX. Pont. Max. adversus flagitia naturæ adversantia, dignissimus lectu est, & inter ejus Opuscula, præsertim editionis Constantini Cajetani, exstat; ut propterea non fuerit opus illud hoc loco exscribere. CARD. DE AGUIRRE.

72. Ad Cap. IV. *Disperationis*.] De his Concilium Antisiodorense, Cap. 17. Et Bracarensi primo, Cap. 16. dicitur: *Nulla pro his in Oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur*.

73. Ad Cap. V. *Tertias*, *quas antiqui Canones*.) De divisione redituum Ecclesiasticorum diximus in Concilio Tarraconensi, in more fuisse de reditibus Ecclesiæ, vel oblatione Fidelium quatuor fieri partes, quarum una cederet Pontifici, seu Episcopo, alia Presbyteris, & Diaconibus, & omni Clero, tertia Templorum, & Ecclesiarum reperationi, quarta pauperibus, infirmis, & peregrinis. Sic statutum est Concilio Romano a Sylvestro Papa, Cap. 4. & a Gelasio Papa, Epistola ad Episcopos per Lucaniam; Cap. 29. & a Simplicio Papa, Epistola 3. ad Florentinum, & a Gregorio Papa II. in Epistola 1. ad plebem Thuringiæ. De quarta autem parte, pauperum, & peregrinorum usibus attribute, Episcopo cura incumbebat. Unde Concilio Bracarensi I. Cap. 25. dicitur: *De quarta parte, sive Archipresbyter, sive Archidiaconus illam administrans, Episcopo faciat rationem*.

74. Tertia Ecclesiarum Regibus Hispaniæ concessa sub eorundem potestate, a Fisco est; idem in Gallia observatur. Unde Moguntiaco Concilio, Cap. 42. & Arelatensi sub Carolo Magno, Cap. 25. statuitur, ut quicumque Beneficium Ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipses Ecclesias emendandas, vel ædificandas omnino adjuvent. Quod ita intelligendum existimo, cum tertia pars tribute Ecclesiis non sufficit, aut in reparatione Ecclesiæ penitus consumpta est. Concilio Bracarensi II. Cap. 2. statuitur, tertiam partem pro luminariis Ecclesiæ esse relinquendam, & separatione Basilicarum, rationemque ejus Episcopo reddendem. Unde & reditus fabricæ Episcopo subduntur.

75. Ad Cap. VI. *Sanctorum Patrum*.) Materia Sacramenti Eucharistiæ est panis, seu azymus, seu fermentatus, & vinum aqua mistum, de qua re superius. Concilium Florentinum in Decisione ad Armenos, & Alexander Papa I. in Epist. 1. ad universos, & Julius Pontifex I. *De consecr.* Dist. 2. Cap. *Cum omne*. Concilium II. Carthaginense, Cap. 24. & Africanum sub Bonifacio, Cap. 4. Concilium Bracarense III. Cap. 1. Cyprianus, Epist. 3. Lib. 2. Ab ipso Domino vinum aque mistum fuisse consecratum, tradit Innocentius III. Lib. 4. *Myster. Missæ*, Cap. 29. & plenius in Cap. *Cum Marthæ*, §. *Quæsivisti*, *De celebratione Missarum*.

76. Algerus, Lib. 2. *De Sacramento Eucharistiæ*, Cap. 10. adversus temporis sui impios hæreticos annotat, in more Sanctis Patribus fuisse ex antiqua Ecclesiæ traditione, Hostiam Eucharistiæ offerre in Missarum solenniis rotundam, integram, nitidam ex studio præperetam, non grande frustum panis, sed modica quantitate formatam, ne gravaret sumentem, neque in digestionem species molestiæ irent, posseque post consecrationem in partes, & fragmenta dividi, ut Fideles alimonia spirituali reficiantur, recondique etiam in modico loculo sine injuria, neque sub utreque specie, sed una tantum servari, & laicis tradi, & ad adorandum populis proponi posse. Ego vero addo, in hoc Secramento sancte colendo sitam esse vitæ spiritualis, & temporalis omnem honestatem, & eunctam in negligendo turpitudinem; populumque sine hac salutari Hostia, & Sacrificio esse veluti mundum sine sola, in tenebris Ægypti a Deo derelictum.

77. *Cui buccellam*. Locus est Joannis 13. apud quem ita legitur: *Ille est*, *cui intinctum penem porrexero*. In Græco pro *intinctum panem*, est ψώμον, quod in vulgata editione buccella interpretatur. Sequitur enim: *Et post buccellam introivit in eum Satanas*.

78. Ad Cap. VIII. *Vicem parientiæ*.) *Parientia* voc etiem infra pro obedientia accipitur Cep. sequenti: *Ejusque præceptioni parientiam votis gliscentibus exhibere*. Et Cap. 22. *Qui præceptis eorum exhibere parientiam curaverint*.

79. *Passionis Dominicæ die*.) Hæc est sexta Feriæ hebdomadæ sanctæ. Sic de eo die Concilio Toletano IV. Cap. 6. scriptum est. Ex quo patet, olim eo die clausis Basilicarum foribus officium Ecclesiasticum celebrari solitum, & Passionem Domini annunciari; pœnitentiæ quoque remedio populum peccatorum sordibus expiari, ut pœnitentiæ compunctione mundatus, venerabile Festum Dominicæ Resurrectionis, remissis iniquitatibus, suscipere mereretur, Corporisque ejus, & Senguinis Secramentum mundus a peccato sumeret. In festa vero Feria non celebrari Missarum solennia, caurum est ab Innocentio Papa, Cap. *Sabbatho*, *De consecrat.* Dist. 5. ubi amplius dicitur: *Nec Sabbatho sancte ulla penitus Sacramenta celebrari*. Et Concilio Toletano XVI. Cap. 8. *Missæ per totam Hispaniam pro Rege, ejusque filiis quotidie celebrentur, nisi in die Passionis Domini*. Verum nunc usus obtinuit,

tinuit, ut Missa solennis in Sabbato Sancto celebretur. Quamquam illa potius refertur ad noctem Resurrectionis, ut tradunt Viri docti ad Caput illud, *Visum præterea*, *De consecrat.* Dist. 1. & in Collecta dicitur: *Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ Resurrectionis illuminas.*

80. De die Parasceves Isidorus Lib. 1. *De Offic. Eccles.* Cap. *De Parasceve, & de Missa, & orationibus: Tertia oratio Missæ*, inquit, *effunditur pro offerentibus, sive pro defunctis Fidelibus, ut per idem Sacrificium veniam consequantur.* Ex Paullo ad Timoth. 1. Cap. 2. *Obsecro*, inquit, *primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam, & tranquillam vitam agant in omni pietate, & castitate. Est enim Viri potentis singulare ornamentum pietas, & castitas.*

81. *Virtute sua dexteræ confringantur.*] Sic nunc etiam Collecta orationis Missarum concluditur: *Et gentes paganorum, & hæreticorum, qui in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur.*

82. Ad Cap. XII. *Regno voluit privare.*] Sic Legum Vvisegoth. Lib. 2. Tit. 5. Leg. 18. Est Lex Egicæ, in qua dicitur: *Quod & temporibus nostris detectum facinus, manifestis eorum confessionibus retinetur, qui nostram gloriam conati sunt, aut gladio interimere, aut mortifera veneni potione decipere.*

83. *Numerariæ.*] Sunt vero Numerarii, ut Isidorus Lib. 9. *Etymol.* docet, qui publicum numerum ærariis inferunt. Mentio est in Leg. *finali* Cod. *De privil. schol.* L. *fin. De fabricens. De numerariis* dixi in Opere, *De Officiis Palatinis.*

Subscriptiones.

84. IN eo, licet fuerit Nationale, nullus Episcopus interfuit Provinciæ Narbonensis, eo quod ingrueret inguinalis plagæ vastatio in illa regione, ut dicitur Cap. 13. Ejectus est a Sede Toletana Sisbertus ob conjurationem adversus Egicam Regem, & ejus loco suffectus est Felix Hispalensis. Hispali vero Faustinus Bracarensis. Bracaræ vero Felix Portucalensis; de qua Sede nihil est actum; unde Felix subscribit Episcopus Bracarensis, & Portucalensis. Multi ex his Episcopis, qui huic Synodo subscribunt, interfuerunt aliis; ut Anterios Segobriensis in XIII. & XV. Toletano. Adelphius Tudensis in XV. Toletano. Aurelius Asturicensis in XIII. & XV. Toletano. Agrippius Olisonobensis in XV. Toletano. Basilius Bastitanæ in XV. qui dicitur Basten sis. Vvaldefredus Cæsaraugustæ in XIII. & XV. Toletano. Cuniuldus Italicensis in XIII. & XV. Toletano, Fionisus Lamecensis in XV. Toletano, & dicitur Fiontius. Fructuosus Auresinæ in XV. Toletano, & dicitur Auriensis. Florus Mentesanæ in XIII. & XV. Toletano. Gaudentius Valeriensis in XII. XIII. & XIV. & XV. Toletano. Gundila Empuritanæ in XIII. & XV. Toletano, qui & Gudilanus dicitur. Gundericus Segontinæ in XV. Toletano. Gavinus Arcavicensis in XV. Toletano. Habitus Urcitanæ in XV. Toletano. Joannes Egarensis in XV. Toletano. Isidorus Setabitanæ in XV. Toletano. Joannes Abelensis in XV. Toletano. Joannes Pacensis in XV. Toletano. Laudericus Olyssiponensis in XV. Toletano. Laubericus Urgelitanæ in XIII. & XV. Toletano, Urgelletanensis dicitur. Maximus Emeritensis in XIII. Toletano. Marianus Dianiensis in XIV. & XV. Toletano. Nepotianus Tyrassonensis in XV. Toletano. Holemundus Salmanticensis in XIII & XV. Toletano. Sisibado Tuccitanæ in XII. & XIII. & XV. Toletano. Sonna Oxomensis in in XIII. & XIV. & XV. Toletano. Spassandus Complutensis in XV. Toletano. Vvisifredus Ausonensis in XIII. & XV. Toletano.

85. Alii vero subscribunt, qui succedunt aliis Episcopis, ut Arcontius Elborensis, qui Tructemundo, in XV. Toletano. Auredus Ilerdensis, qui Eufredo, in XV. Toletano. Arvidius Alligitanæ, qui Nasidardo, in XV. Toletano. Audebertus Oscensis, qui Guiscaldo, in XIII. Toletano. Arcesimbus Egabrensis, qui Constantio, in XV. Toletano. Beroaldus Palentinæ, qui Concordio, in XV. Toletano. Bonifacius Cauriensis, qui Atulæ, in XV. Toletano. Constantinus Aucensis, qui Stercorio, in XV. Toletano. Centurius Eliberitanæ, qui Joanni, in XV. Toletano. Decentius Segobiensis, qui Deodato, in XV. Toletano. Ervigius Beterrensis, qui Crascitaro, in XIII. Toletano. Eppa Illicitanæ, qui Emilæ, in XV. Toletano. Emilla Conimbriensis, qui Mironi, in XV. Toletano. Felix Calagurritanus, qui Villiedo, in XV. Toletano. Felix Bracarensis, & Portucalensis, qui Faustino, in XV. Toletano. Faustinus Hispalensis, qui Felici, qui fuit electus ad Regiam Urbem. Felix Regiæ Urbis, qui Sisberto deposito in hoc Concilio. Gerontius Assidonensis, qui Thauderacio in XV. Toletano. Honorius Malacitanæ, qui Samueli, in XV. Toletano. Involatus Dertosanæ, qui Cicilio, in XV. Toletano. Lauisus Barcinonensis, qui Idalio, in XV. Toletano. Marianus Oretanæ, qui Gregorio, in XV. Toletano. Mirus Gerundensis, qui Sabarico, in XV. Toletano. Marcianus Pampilonensis, qui Atilano, in XIV. Toletano. Potentius Lucensis, qui Euphrasio, in XV. Toletano. Pappuius Eliplensis, qui Getæ, in XV. Toletano. Suniaguisidus Lamiobrensis, qui Brandilæ, in XIII. Toletano. Theudiselus Beatiensis, qui Rogato, in XV. Toletano. Theudefredus Visensis, qui Viliefonso, in XV. Toletano. Vitiselus Valentinæ, qui Sarmatæ, in XV. Toletano. Vera Tarraconensis, qui Cypriano, in XV. Toletano. Zaceus Cordubensis, qui Mumulo, in XV. Toletano. Subscribunt Abbates quinque, Vicarii Episcoporum tres, Comites, & Viri illustres Officii Palatini decem & sex.

86. De Sisberto hæc accipe: Juliano successit; fuit homo audax, temerarius, dignitatis accessione ingenii pravitatem auxit. Vestem

stem albam Ildephonso Præsuli sanctissimo de cælo ad peragenda Sacra allatam, & venerationi potius quam usui a Præsulibus Toletanis habitam, ipse profane contrectavit, & temere induit. Verum continuo Divina ultio consecuta est, nam in Caput Regis, cuius beneficio ad primum Hispaniæ Sacerdotium evectus fuerat, rebellavit. Qua de caussa Patrum decreto merito a gradu deiectus. Eius loco Felix suffectus est. LOAISA.

87. Nota, Felicem recens translatum ad Sedem Toletanam, statim subscribere ante omnes Concilii Patres, veluti Primatem Hispaniæ. Hæc enim dignitas ad Toletanos Præsules translata legitur in Concilio Toletano XII. anno Domini DCLXXXI. duodecim nempe annis ante hoc Concilium XVI. De quo vide supra. CARDINALIS DE AGUIRRE.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Ad Can. v. nota cum Auctore Delectus Actorum Ecclesiæ univers. præter id quod in Emerit. Conc. Can. 16. refertur, per *Regias inquisitiones* intelligi tributum, aut exactionem publicam, quam persolvere Regibus illam inquirentibus Ecclesiæ tenebantur; nonnihilque habent Decimarum, quæ Regibus nostris, tam sub ordinariarum, quam sub *gratuiti doni* nominibus solent persolvi. Unde alicubi vocantur *census inquisitiones*, de quo loquitur Concilium Ticinense anni 853. sicut enim certis in casibus, privatis Feudorum Dominis aliquid sub præstationis onere extraordinario persolvebatur; puta cum Dominus primogenitum filium militem facit, cum filiam primogenitam nuptui primum tradit; & cum ipse captus ab hostibus redimendus est; vel cum pergit in Terram Sanctam; quæ quidem *præstationes* vocabantur *consuetudinariæ*, ab iis distinctæ, quæ dicebantur *gratiosæ præstationes*; sic & Regibus pro læto ad coronam adventu, aliisque caussis tributa ejusmodi solvi consueverant; quibus eum Episcopus suo nomine teneretur, a subditis Ecclesiis nonnihil extorquebat; ad quod persolvendum earumdem Ecclesiarum Tertiæ, quæ Episcoporum erant, declarantur sufficere. Sub Regiarum earumdem inquisitionum nomine Episcopi adhuc ab Ecclesiis pecuniam exigebant; nempe cum ex Regum jussione tenebantur ire ad Curiam, ibique commorari; imo, quod infra videbimus, cum Regem in Ecclesiarum Terris contingeret hospitari; vel eum Templa essent exornanda, quod Hincmarus Rhemensis ob inductos abusus vetat; vel cum Episcopi a Rege vocabantur ad exercitus sui servitium; vel cum eundum erat ad Concilium; hæc, inquam, omnia, sub inquisitionum Regiarum nomine expetita, debebant ex Tertiarum, quæ Episcopis cedebant, provento tantum persolvi. Cætera Canonis Capita facile intelliguntur.

Ad Canonem VI. nota I. abusum, quo solebant Hispani quidam Sacerdotes ex ignorantia, de pane, quo ad communem mensam uti consueverant, crustulam in rotunditatem efformatam in Altari consecrandam pro Missæ Sacrificio evellere; statuique, ut panis integer, & nitidus, isque modicæ quantitatis, consecrandus in posterum assumatur. Id idem observatum legimus in Anglia ex Conc. Calchut. Cap. 10. ubi habetur: *Oblationes Fidelium tales fiant, ut panis sit, non crusta. Vetuimus etiam ne, de cornu bovis Calix, aut Patena fieret, ad sacrificandum; quod de Sanguine sunt.* Hic tamen ex cornu Calix hodie adhuc in Mingrelia est in usu. Nota II. quod ad panis figuram, eam, quod rotunda sit, *rotulam* in Vita Othmari Abbatis dici. Nota III. quanta cura, ut nitidus esset panis, posteriorum sæculorum Patres prospicerent; eum in consuetudinibus Cluniac. quas Udalricus collegit, legatur, Monachos destinatos fuisse, qui grana frumenti ad molendinum cantando deferrent, & Psalmos recitando pisarent, & decoquerent. Sic apud Palladium legitur, Trajani Comitis filiam sub Valente Imperatore solitam frumentum pro pane Eucharistico destinatum propriis manibus mola conterere; & farinam subigendo panem hunc concoquere. Hujus panis conditiones Raymundus sic recensuit.

Munda sit oblata, nunquã sine lumine cantet.
Hostia sit modica. Sic Presbyteri faciãt hanc.
Candida, triticea, tenuis, non magna, rotunda,
Expers fermenti, non salsa sit hostia Christi.

Observa panem pro Corporis Christi materia destinatum, Oblatam hic nuncupari. Sic ex adducto supra Gregorii III. Diplomate patet, destinatum pro Corpore Christi in variis Altaribus conficiendo, panem, Oblatam dici. Ex multis una tantum deligebatur, quam Sacristæ comedendam Diaconus præbebat, ut omne sic veneni periculum vitaretur. Nota IV. *Reliquias* eo sensu hic sumi, quo supra ad Bracarense Concilium exposuimus. Nempe, cum integer panis pro communicandorum numero assumeretur, modo majorem, modo minorem præparandum Canon monet, & si quid superfuerit, vel asservandum illud *absque aliqua injuria*; idest io loco decenti, ita ut proxima vice possit totum illud facile a communicantibus consumi; vel si ab ipso Sacerdote consumendum sit, quod reliquum est, non cibi, aut alimenti corporalis speciem habere videatur, nec subsit ex quantitate quid incommodi, quod pugnet cum debita Sacramento reverentia. Nota V. Canonem hunc varie acceptum a Sirmondo, qui illum existimat suæ favere opinioni, qua in fermentato olim in Ecclesia consecratum asserit, non autem in azymo; & a Mabillonio, qui eum e contra citat, ut Sirmondo prorsus adversarium; cum ex eo colligat, in azymo non autem in fermentato consecratum. Quis genuinus sit sensus, non juvat hic tam paucis rem arduam tractare. Saltem ex hoc Canone patet, panes mundos, & studio præparatos modicæ magnitudinis in Sacrificio adhibitos. Hinc legi quod etiam Imperatores ipsi dona, & Oblatas conficerent, quos pro sacris mysteriis offerrent; sic mulier, cum a Sancto Gregorio Eucharistiam acciperet, dicitur risisse, quod hanc Papa ei porrigens nominaret Corpus Christi, panem, quem mulier illa propriis manibus confecerat. Apud Humbertum Cardinalem in Responsione ad Michaelem Cerul. etiam Sacerdotes sacris amicti vestibus iis conficiendis Oblatis operam da-

dabant, ut etiam Cluniaci observatum mox disimus. Ejusdem cultus, & reverentiæ causa Ermendrudis matronæ testamentum ex Mabillonio eruditus Edmundus Martene citat, ex quo colligitur, servos quosdam addictim destinatos, ut ex horum labore haberetur unde Oblatæ pro Basilica Sancti Symphoriani conferantur; imo & quidam ea conditione ingenuus declaratur, *ut ligna ad Oblata faciendam ministrare procuret.* Qua ratione autem Oblatæ illæ ad Altare consecrandæ disponerentur, varius ad hoc ritus adhibitus est. In Ordine Romano legitur pro celebrandis in Lateranensi Basilica Missis, septem adhibitos Episcopos Romani Pontificis Suffraganeos, pro quibus constat appositas in Altari totidem Oblatas. Pro fidelibus autem horum singuli Oblatam suam afferebant ad Altares vel ex multarum acervo Pontifex seligebat, *quas proprium arbitrium immolare suadet.* Ut traditione nixum legitur, quod pro communione fiebat fractio Oblatarum; hocque in memoriam fractionis hujus, quam Dominus duobus Discipulis fecit in Emaus. Quidquid sit, vix alibi factum legimus, quod observabant hi Sacerdotes Hispani, qui crustulam de pane communi pro Hostia consecrandam secernebant.

CONCILIUM TOLETANUM XVII.

Tempore Sergii Papæ I. anno Domini DCXCIV. celebratum.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De tribus diebus, quibus in initio Concilii nihil aliud agendum jubemus, nisi tantum de Fide, ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito.*
II. *De * servandis ostiis Baptisterii in initio Quadragesimæ.*
III. *De oblatione panum in Cœna Domini facienda.*
IV. *De sacris ministeriis, vel ornamentis Ecclesiarum.*
V. *De his, qui Missam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare.*
VI. *De diebus Litaniarum per totos duodecim menses celebrandis.*
VII. *De nutritione conjugis, atque prolis regiæ.*
VIII. *De Judæorum damnatione.*

* Observandis.

IN NOMINE DOMINI.

Incipit Synodus Toletana XVII. Regula Sanctæ Fidei, decurrente Imperii anno religiosissimi, ac Serenissimi Domini nostri Egicani Regis VII. sub die quinto Idus Novembris, Era DCCXXXII.

1. DUm in Ecclesia gloriosæ virginis, & confessoris Christi Sanctæ Leocadiæ, quæ est in suburbio Toletano, ubi sanctum eius Corpus requiescit, plerique Hispaniarum & Galliarum Pontifices convenissemus, debitis nobis in locis residentibus, adfuit idem gloriosissimus Princeps fervore sanctæ devotionis accensus, Sanctique Spiritus munere plenus, & in medio nostri consistens, inclytum caput reclinans, sese a nobis benedici poposcit, & orationum nostrarum effusione Domino commendari optavit. His itaque (ut moris est) actis, Tomum manu propria nobis obtulit, inquiens.

2. Ecce Sanctissimum, ac Reverendissimum Ecclesiæ Catholicæ Sacerdotale Collegium, & divini cultus honorabile Sacerdotium, seu etiam vos illustre Aulæ Regiæ decus, ac magnificorum Virorum numerosus conventus, quos huic venerabili cœtui, nostra interesse celsitudo præcepit, quia satis longum est, ea, quæ Regni nostri utilitatibus, seu genti, & patriæ nostræ necessaria sunt, vobis proprii oris nostri alloquio enarrare; ideo hunc Tomum, quia universa, quæ nostra mansuetudo ad peragendum vestris sensibus debuit intimare, dignoscitur continere, contrado; præcipiens pariter, & exhortans vos per eum, qui dixit: *Ubicumque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, & ego ero in medio eorum*; quia ea, quæ Tomus iste continet, vel alia, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam pertinent, seu diversarum caussarum negotia, quæ se venerabili cœtui nostro ingesserint, audienda, gravi, ac maturato consilio pertractetis, atque judiciorum vestrorum Edictis justissime, ac firmissime terminetis. Qua sacri oris sui oratione finita, e medio nostri, benedictione percepta, abscessit. Tunc unusquisque nostrorum residens suo in loco Tomum ipsum referari præcepimus, & quæ necessaria erant, alterna collatione pertractare curavimus.

In nomine Domini.

Flavius Egica Rex, Sanctissimis Patribus in hac Sancta Synodo residentibus.

3. QUo mentis ardore, quantisque facibus Serenitatis nostræ sublimitas Religionis sancto amore succensa æstuet, nec verborum prolixa potest ratione depromi, nec literarum apicibus annotari. Quia in quantum Fides Christiana spiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione coruscat, tantum sensus nostri brevitas nec dum valet ejus enarrare mysteria. At nunc quamquam profunditatis ipsius abyssum nequeamus pertingere, magna tamen devotione clementiæ nostræ animos ad exhortandam vestram Sanctitudinem cognoscat; qualiter vos in hac sancta Synodo residentes, imprimis de ejus mysterio Edictis spiritualibus disputetis, & Apostolici vestri ordinis dogma- pro-

promulgetis; quo Fidelium corda incompatabili sidere perlustrata, infidelium quoque pectora mentis gressibus a tenebris ad lumen conversa pertranseant.

4. Pro nefandis denique Judæis infra fines Regni nostri degentibus, ita præmittimus; quod etiam absque non minimo mœrore proferimus, quia ab initio propriorum rituum errore decepti, Christi nomen incredibili pravitate negaverunt, nefariisque hactenus argumentis eandem almæ Fidei sectam deluserunt. Certum namque est, verumque præconium in cuncto pene terrarum Orbe relatione perspicua exstitisse vulgatum, quod Fidei plenitudine fines semper Hispaniæ floruerunt; unde nostram gloriam summa ratio cogit, valida illis intentione resistere; cum in aliquibus mundi partibus, alios dicatur contra suos Christianos Principes resultasse; plerosque vero justo Dei judicio a Christicolis Regibus interemptos fuisse; præsertim quia nuper manifestis confessionibus indubie pervenimus, hos in transmarinis partibus Hebræos alios consuluisse, ut unanimiter contra genus Christianum agerent, præstolantes perditionis suæ tempus; qualiter ipsius Christianæ Fidei regulam depravarent.

5. Quod & per easdem professiones, quæ vestris auribus sunt referandæ, patebit. Nam & a primordio nostri regiminis tanta fuit pro eorum conversione mansuetudinis nostræ intentio, ut non solum diversis suasionibus eos ad Fidem Christi pertrahere conaremur, verum etiam & mancipia Christiana, quæ pridem ob suam perfidiam per Legis ordinem caruerant, ex tranquillitatis nostræ decreto reciperent; solummodo, ut per veræ conversionis propositum, expulsa procul cordis perfidia, eos matris sinus Ecclesiæ adoptivos exciperet. Sed & per cautionis seriem juris jurandi attestatione subnixa spondentes, nec tandem promissa compleverunt, sed ritus, & cæremonias solitas procul dubio egisse perventi sunt. Et quia Divinæ voluntatis imperio reservati sunt Regni nostri tempore corrigendi, necessarium fore nostra perpendit tranquillitas, ut vestro, nostrorumque Optimatum generali conventu, eorum nequitia quantocyus refrænetur; quo, cooperante Christo, extirpata ipsorum confestim nequitia, Christianum nomen polleat, & Christi Fides infinite clarescat; ne tunc videatur tantæ perfidiæ obviari, quando Ecclesiam Catholicam eorum dignoscatur adversitas impugnare. *Leg. Visigott. lib. 12. & Concilio Tolet. 12.*

6. Ut ergo tam dira incredulitatis perversitas victa dispereat, aut Synodali emendatione a parentali refrænentur errore, aut, si placet, uniformi vestra sententia falce maneant justitiæ desecati; sic quoque, ut quid de illis, cunctisque rebus ipsorum agere conveniat, Canonica vestri cœtus sententia patenti stylo constituat; quod nostræ Legis censura perpetim stabile manere decernat; illis tantundem Hebræis ad præsens reservatis, qui Galliæ Provinciæ videlicet intra clausuras noscuntur habitatores existere, vel ad Ducatum regionis ipsius pertinere; ut quia delictis ingruentibus, & externæ gentis incursu, & plagæ inguinalis interitu passim ipsa ab omnibus desolata dignoscitur, cum omnibus rebus suis in suffragio Ducis Terræ ipsius existant, & publicis utilitatibus profectum incunctanter exhibeant; ita ut secundum sanctæ Fidei regulam, ut vere Christicolæ, vitam suam corrigant, & omnem genuinæ incredulitatis errorem a suis cordibus pellant. Quod si amodo, vel in modico detecti fuerint sanctæ Fidei depravatores existere, illico de Terra ipsa promoti, eadem, qua & prædicti parentes eorum, censura erunt omnibus modis feriendi.

7. Nam & quorundam Sacerdotum non sinit veritas silere insaniam, qui ante sacrosanctum Altare Dei, pro superstitibus hominibus Missas audeant dicere de defunctis; & quum aliis nocere intendunt, ipsi sibimet potius interfectores existunt, & suarum incurrunt excidium animarum; in eo quod scriptum est: *Os quod mentitur, occidit animam*; & dum quodam invidiæ, vel malitiæ livore, tam nefaria gerunt, unum est quia, & Deo mentiuntur, & in arcum perversum Sacerdotalem ordinem vertunt. * Quod si Domino mendacium hujusmodi Sacrificio offerre non metuunt, quid de cætero falsitatis loqui pavescunt? Petrum denique Apostolum dixisse legimus Ananiæ: *Memineo, ut quid Satanas implevit cor tuum mentiri te Spiritui Sancto? quia non es hominibus mentitus, sed Deo.* *Sap. 1.* *Alii qui. Actor. 5.*

8. Tanti quippe facinoris admissum vestro Concilio committimus exstirpandum; quo & illos, qui talia egisse detecti sunt, & eos, a quibus ob hoc nefas perpetrandum sciscitati sunt, ac deinceps in tali errore quosque delapsos regula decernatis Canonica feriendos; ut illatam in semetipsos sentientes correptionem, & male actorum pœniteant, & ne ab aliis ulterius fiant, sententia vestra speciale prohibitionis exemplum ostendat.

9. His igitur præmissis caussis, populorum negotia vestris auribus intimata cum Dei timore prudentiæ vestræ committimus dirimenda; ut quia multitudo sapientium sanitas est Orbis terrarum, nulla sit occasio, quæ vestræ mentis aciem ad promulgandam justitiam possit obtundere; nullius favoris se locus interferat lumen veritatis abscondere; quatenus ipsa judiciorum vestrorum emissio luce clareat æquitatis; justitiam proroget debitam populis, & ad cumulum nobis pertineat copiosæ mercedis. Sed & illud vestris precibus sedari obnixius a Domino præoptamus, ut quia hostis humani generis quosdam nostrorum inhians, non desinit ad perditionem subripere, ex quo proprio culpæ cernuntur facinora, nun (quod absit) nostræ potestatis gravedine corrui, tribus diebus hoc peracto Concilio, speciales ob inde Litanias contrito cordis arcano celebrare curetis; ita ut usque hujus anni spatium per singulos menses, eodemque modo triduana jejunia peragatis; ut quia neminem de his, quos ditioni nostræ superna pietas subdidit, usquam perire volumus; nec amplius quempiam perdere quærimus; sed de gentis nostræ, vel patriæ statu lætari affatim delectamur; precatu saltim vestræ Beatitudinis insidiantium stimula, quæ contra nostram gloriam præparant, a suis cordibus auferant, & erga nostram servitutem pura Fidei sinceritate persistant, ut a priorum lapsu se erectos esse congaudeant, & nostra gloria ex hoc cum eis pacis, & charitatis munere cumulata, Christo Domino indefessa gratiarum vota persolvat.

De

De Regula sanctæ Fidei.

Matth. 6. Quærite ergo primum Regnum Dei, & justitiã ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

10. Necessarius ordo deposcit, ut secundum Paulli vasis electionis edictum, ante initium quarumcumque caussarum Regnum Dei quæratur; quatenus ea, quæ sequenter agenda sunt, justissime opitulante Domino terminentur. Ac proinde opportunum fore perspeximus, Fidei Sanctæ Mysterium, quod est salutis nostræ inconvulsibile fundamentum, ore proprio pandere, & ructatione cordis patule enarrare. Iccirco credentes, & confitentes ea, quæ in omnibus Sanctis Conciliis, Sanctorumque Patrum oraculis gloriosa confessio protulit, Symboli etiam seriem, quæ totius Sanctæ Fidei continet sacramenta, oris nostri confessione proserimus.

Sic ad verbum in 3. & 12. Toletano.

** Ad mss.*

11. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cæli, & terræ; visibilium omnium, & invisibilium conditorem; & in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum * de Deo; lumen de lumine; Deum verum ex Deo vero; natum, non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in Cælo, & quæ in terra; qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est; de Spiritu Sancto ex Maria Virgine homo factus est; passus sub Pontio Pilato, & sepultus, tertia die resurrexit, ascendit * in Cælos; sedet ad dexteram Patris; inde venturus in gloria iudicare vivos, & mortuos; cujus Regni non erit finis. Credimus & in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum; qui loquutus est per Prohetas; in unam Catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baprisma in remissionem peccatorum; exspectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen. Qua nostra credulitate, ut Sanctorum Patrum adunatio edidit, reservata, atque finita, ad ea, quæ sunt subsequenter agenda, definitionis nostræ articulum vertimus.

I. *De tribus diebus, quibus initio Concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de Fide, ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito.*

11. Ternarius numerus, in eo quod initium mediumque finemque sortitur, Trinitatis speciem signare videtur. Ac proinde quia numerositas Sacerdotum in nomine Sanctæ Trinitatis pro Synodo agenda solet congregari, opportune instituendum credimus in initio totius adunationis, ut trium dierum spatiis percurrente jejunio, de Mysterio Sanctæ Trinitatis, aliisque spiritualibus, sive pro moribus Sacerdotum corrigendis, nullo sæcularium assistente, inter eos habeatur collatio; ita nempe, ut dum scriptis caussis, sub Nominis Divini timore per triduum habita fuerit altercatio, ejusdem Trinitatis juvamine, cæterarum caussarum negotia inoffensibili peragantur instantia.

** Observandis.*

II. *De * servandis ostiis Baptisterii in initio Quadragesimæ.*

13. Licet in initio Quadragesimæ baptizandi generaliter claudatur mysterium, tamen Ecclesiasticæ consuetudinis ordo deposcit, & necesse est, ut ostia Baptisterii in eodem die Pontificali manu annulo assignata claudantur, & usque in Cœnæ Domini solennitatem nullatenus reserentur; ob id videlicet, ut & per signaculum Pontificum (excepto gravissimæ necessitatis obventu) in his diebus monstretur, per totum Orbem non licere fieri Baptismum, & sanctificationem; iterum Episcopali ad eam observatione reserata, signetur Dominicæ patere mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini; ut quia per Baptismum consepultus est in morte Christi, resurgat cum eo in gloria Dei.

14. Quod quia in aliquibus Ecclesiis minime hæc sancta consuetudo ab Episcopis custoditur, atque peragitur, ideo per hanc nostram sententiam sancimus, atque decernimus, ut ita a totius Hispaniæ, & Galliarum Pontificibus custodiatur, quatenus in prædicto die, initii videlicet Quadragesimæ, & ostia sancti Baptisterii cum laudum consummatione claudantur, & ab Episcopis suorum signaculo obsignentur; ita ut nisi in Cœnæ Domini celebritate, quando more solito Altaria debent devestiri, eadem debeant ostia reserari. Inconveniens etenim res est, ut illic in præmemoratis Quadragesimæ diebus cunctis aditus pateat adeundi, ubi non licet debitum mysterium exerceri.

De

III. *De ablutione pedum in Cœna Domini facienda.*

15. Cœlibe satis, ratumque Deo cernitur mysterium, si eius exempla sequentes, imitatores ipsius esse studeant Christicolæ mentes, dicente Domino: *Qui mihi ministrat, me sequatur*. Quocirca si Dominus, Redemptorque noster Discipulorum non dedignatus est ablutione aquæ abluere pedes, protestante Euangelista: *Surgens Jesus a cœna, & ponens vestimenta sua, cæpit lavare pedes Discipulorum, dicens: Si ego lavi pedes vestros Dominus, & Magister vester, & vos debetis alter alterius lavare pedes*; cur non piæ actionis exhibitione imbuti, exemplorum eius non simus devotissimi sectatores? Denique coruscante sanctæ operationis exemplo, partim desidia, partim consuetudine, in quibusdam Ecclesiis in Cœna Domini ablutione pedes Fratrum a Sacerdotibus non lavantur, nihil aliud * obtendentes, nisi solam traditionis consuetudinem, cum Veritas obiurgans dicat: *Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram?*

Cyprianus de unctione Chrismatis. *Joann. 12.* *Joann. 13.* * *F.* obtentêdo. *Matth. 15.*

16. Itemque præexcellentissimus Martyr Cyprianus prosequens ait: *Frustra qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo major sit veritate; aut non id sit spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a Sancto Spiritu revelatum*. Ideoque dum veritatis exemplum luce clarius enitescat, & obiurgationis eius terribilia Edicta præfulgeant, nosque etiam Doctoris præcipui sententia instituat, maiorem esse veritate consuetudinem, incassum nobis consuetudinem sine ratione obiiciunt. Nam licet eadem ablutio pedum omni tempore ut fiat expedibile habeatur, necesse est, ut specialius in eodem die, quo a Christo gestum est, omnimode observetur.

17. Proinde hæc Sancta Synodus decernit, atque instituit, ut deinceps non aliter per totius Hispaniæ, & Galliarum Ecclesias eadem solennitas celebretur, nisi pedes unusquisque Pontificum, seu Sacerdotum, secundum hoc sacrosanctum exemplum, suorum lavare studeat subditorum. Quod si quisquam Sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere Decretum, duorum mensium spatiis sese noverit a sanctæ communionis perceptione frustratum.

IV. *De sacris ministeriis, vel ornamentis Ecclesiarum.*

18. Sacerdotum quorundam improbanda voluntas, & infausta temeritas, sacrosancta sibi commissa Altaris ministeria, atque cætera Ecclesiæ ornamenta, non solum quia aliis tradunt pro suis nequissimis actibus abutenda, sed (quod peius est) suis ea non pertimescunt usibus adiungere infunenda. Unde licet antiquorum Patrum sententia de talibus personis, quæ vasa solummodo sacra disperdunt voluntate sacrilega, fuerit iam in præteritis promulgata; tamen in commune deinceps statuit coadunatio nostra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam & de universis Ecclesiæ ornamentis, nihil unusquisque Sacerdotum pro suis usibus, vel voluntatibus confringere, vendere, aut naufragare pertentet.

Vide Concilium Bracar. 3. cap. 2. & Constantinop. cap. 3.

19. Si quis vero Sacerdotum hoc nostrum violare tentaverit statutum, secundum prisca Canonum instituta, honoris proprii ordinem amittat; ut sacrilegus perenni infamio denotatus, a sacræ communionis perceptione (excepto in supremo temporis cursu) omnibus diebus vitæ suæ maneat alienus. Atque insuper si ejusdem temeratoris exstiterit propriæ rei ambitio; quicquid de eisdem sacris ministeriis, vel ornamentis Ecclesiæ visus est naufragasse; aut ipse, aut pars ejus, compellatur parti ejusdem Ecclesi ex integro reformare.

V. *De his, qui Missam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare.*

20. Dum Sanctus Spiritus per os Sanctorum suorum humano generi statuit omnibus modis mendacium præcavere, dicente Salomone: *Noli narrare mendacium adversus fratrem tuum; neque amico similiter facias*. Et iterum: *Os quod mentitur, occidit animam*; plerique Sacerdotum, qui prædicatores veritatis existere debuerunt, & ex quorum ore universitas plebium Legem veritatis debet exquirere, secundum * Salomonem, qui dicit: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & Legem exquirunt de ore ejus; quia Angelus * Domini est*, ita præpediente delicto, atque sauciati inimicitiæ dolo, non solum hominibus fallaciter loqui minime pertimescunt, sed & in sanctis Basilicis supra Altare Domini, coram Deo idem nequaquam perpetrare horrescunt. Nam Missam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vivis student

Ecclesiastici 7. *Sapient. 1.* * Malachiam. *est enim locus Malachiæ 2.* * Domini exercitium: *est in latina vulgata: Græce: κυρίου παντοκράτορος ἐστίν.*

dent celebrare hominibus; non ob aliud, nisi ut is, pro quo idipsum offertur Sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interventu, mortis, ac perditionis incurrat periculum; & quod cunctis datum est in salutis remedium, illi hoc perverso instinctu quibusdam esse expetunt in interitum.

De eadem habes apud Grat. 26. q. 2. Quicumque Sacerdotum, circa medium.

21. Obinde nostræ elegit unanimitatis conventus, ut si quis Sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprio deponatur gradu, & tam ipse Sacerdos, quam etiam ille, qui ad talia peragenda incitasse perpenditur, exsilii perpetui ergastulo religati, excepto in supremo vitæ curriculo, cunctis vitæ suæ diebus sacræ communionis eis denegetur perceptio, quam Deo se crediderunt fraudulento delibasse studio.

VI. *De diebus Litaniarum per totos duodecim menses celebrandis.*

22. Quamquam priscorum Patrum institutio per totum annum, per singulorum mensium cursum, Litaniarum vota decreverit persolvendum, nec tamen specialiter sanxerit, pro quibus caussis idipsum sit peragendum; tamen quia cooperante humani generis adversario, multa inolevit oberrandi consuetudo, & juris jurandi transgressio; ideo secundum Euangelistam, qui ait: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem*; in commune statuentes decernimus, ut deinceps per totum annum, in cunctis duodecim mensibus, per universas Hispaniæ, & Galliarum Provincias, pro statu Ecclesiæ Dei, pro incolumitate Principis nostri, atque salvatione populi, & indulgentia totius peccati, & a cunctorum Fidelium cordibus expulsione diaboli, exomologeses votis gliscentibus celebrentur; quatenus dum generalem omnipotens Dominus afflictionem perspexerit, & delictis omnibus miseratus indulgeat, & sævientis diaboli incitamenta ab animis omnium procul efficiat.

Matth. 26.

VII. *De munitione conjugis, atque prolis regiæ.*

23. Præeminentium exercitium, ac devotionis sanctæ studium dum sese per diversa operationis gesta diffundit, & emolumentum sibimet conquirit virtutis, & bene operandi adhibet incentivum subjectis; ita nempe, & pro eo quod bene gessit, recipiat a Deo mercedem, & pro eo quod ad bonum alios incitavit, statim recepisse gaudeat retributionis vicem. Quapropter dum principalis sublimitas talia agit, perspicuum est, ut a Sancta Ecclesia prorogetur ei necessitudo mercedis, cur eundem Ecclesia studeat exornare operibus justis, quatenus & ille ad bene agendum promptior magis magisque efficiatur, & subditorum animus gratuita invitatione amplius roboretur.

24. Ac proinde quia Religiosus, ac Gloriosissimus Princeps noster Egica Rex, zelo zelans pro Domino Deo exercituum, inimicos veræ Fidei, qui diversa actione maluerunt Catholicæ credulitatis statum evertere, & juris jurandi profanationem (dum cæremoniarum suarum ritus contra suam pollicitationem maluerunt servare) visi sunt incurrisse, ita recto judicii tramite digna cernitur ultione percutere, quatenus, & injuriam Crucis Christi vindicaret, & statum totius Sanctæ Ecclesiæ conservaret, atque genti, ac patriæ suæ defensionis munimina necessaria provideret.

25. Ideo nos pro tot, & tantis beneficiis, quibus tam Sanctæ Ecclesiæ, quam genti, ac patriæ suæ prorogare intendit, cupientes in aliquo eidem Principi retributionem rependere, per hujus definitionis nostræ sanctionem depromimus, & per individuæ Trinitatis inviolabile sacramentum, cunctos tam nunc consistentes, quam futuris temporibus cujuslibet ordinis, vel generis homines succedentes, convenimus, & contestamur, ut si quandoque contigerit, quod gloriosa Domina Cixilo Regina diutinis, & felicioribus Serenissimi nostri Principis Egicani annis transactis, religiose exsistat in viduitate superstes, atque ex eo habuerit dulcissimas proles, nulla mordacitate invidiæ pulsi, nullo odii stimulo acti, nullo diabolicæ fraudis instinctu permoti, contra eos quisquam conetur assurgere, nullus citra evidentium culparum indicium, per quascumque subtilissimas indagationes nocibilitatis adversus eos perquirat occasiones; nullis eorum vita cujuslibet instantia obteratur injustimis tædiis; nullis maceretur inediis; nullus quoque filiis, ac filiabus eorum contra eorum voluntatem Religionis habitum imponat, aut exsilii ergastulis mancipandos statuat, neque flagellorum verberibus cruciet, per quod, & dignitate priventur, & extra debitum justitiæ ordinem rerum suarum eis ambitio auferatur; sed quietis, ac tranquillita-

litatis ope fulciti, tam quod eis de parentali facultate debita successio dederit, quam etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus Dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis juste conquisita exstiterint, imperturbato jure possideant; & de rebus ipsis judicare quod voluerint, incunctatam licentiam habeant.

26. Necessarium enim unicuique debet videri, ut Sacerdotalibus præmuniantur oraculis, & eorum edictis reddantur per omnia liberales. Quod si quandoque exstiterint destituti, secundum canonici vigorem edicti Sacerdotum manebunt defensionibus contuendi. Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infirmandum crediderit, aut quoquo pacto temerare intenderit, sit perpetui anathematis ultione damnatus, a pagina cælesti abrasus, atque cum diabolo, ejusque sociis acrioribus suppliciis alligatus.

VIII. *De Judæorum damnatione.*

27. Sicut Fidelium probitas magno debet donationis præmio munerari, ita infidelium pravitas fortissimo congruit judicantium mucrone percelli. Æquum etenim est, ut, & domestici Fidei copiosius sublimentur, & adversarii eius durius condemnentur; quatenus & illi magisque Domino suffragante proficiant, & isti Deo obtinente deficiant. Et ideo, quia plebs Judæorum nequissima scrilegii nota respersa, & effusione Sanguinis Christi cruenta, ac multotiens iuris iurandi profanatione noscitur maculosa; ut copiosa sunt eorum scelera, sic necesse est, ut gravem sese incurrisse lugeant animadversionis jacturam, qui per alia sua scelera non solum statum Ecclesiæ perturbare maluerunt, verum etiam ausu tyrannico inferre conati sunt ruinam patriæ, ac populo universo; ita nempe ut suum quasi tempus invenisse gaudentes, diversas in Catholicis exercerent strages; unde crudelis, & stupenda præsumptio crudeliori debet exstirpari supplicio; & ita in eis ordinatim debet sævire judicium, quatenus usquequaque puniatur, quod nequiter definitum praenoscitur.

De Judæorum perfidia multa sunt decreta, potissimum autem in Concil. xvj. Tolet. cap. 1. ubi fere eadem quæ hic.

28. Qua de caussa dum in hac Sancta Synodo per aliarum caussarum semitas dirigeremus cautissime gressus, extemplo eorundem infidorum conspiratio ad unionis nostræ pervenit auditus; eo quod non solum contra suam pollicitationem, suorum rituum observatione, tunicam Fidei, qua eos per undam sacri Baptismatis induit Sancta Mater Ecclesia, maculaverint; sed & Regni fastigium, sibi (ut præmissum est) per conspirationem usurpare maluerint.

29. Quod infaustum facinus dum ex ipsorum professionibus noster plenissime nosset conventus, hujus Decreti nostri sententia eos decernimus irrevocabili feriri censura; scilicet, ut ex jussione piissimi, & Religiosissimi Principis nostri Egicani, qui zelo Domini accensus, & Sanctæ Fidei ardore compulsus, non solum injuriam Crucis Christi vindicare vult, sed & gentis suæ, ac patriæ exitium, quod fore illi inferendum * sævius decrevere, acrius exstirpare intendit, suis omnibus rebus nudati, & ipsæ resculæ fisci viribus sociatæ, tam eorundem perfidorum, vel reliquæ posteritatis, a locis propriis exsolutæ, per cunctas Hispaniæ Provincias perpetuæ subjectæ servituti, his, quibus eos jussexit servituros largitæ, maneant usquequaque dispersæ. Nec quoquo pacto eis in infidelitatis suæ obstinatione durantibus, ad ingenuitatis statum detur quandoque occasio revertendi, quos numerosa examussim facinorum suorum macula denotavit.

* Sæpius.

30. Sic tamen decernimus, ut secundum electionem Principis nostri, aliqui ex servis Christianis eorundem Judæorum eligantur, qui de proprietatis eorum peculio, quantum illis sæpe fatus Dominus noster per auctoritatum seriem, aut scripturas libertatis conferri elegerit, accipiant. Et quicquid functionis in rationem publicam ipsi Judæi visi sunt hactenus persolvisse, prædicti illorum servi, quos idem Princeps noster elegerit, sine qualibet excusatione in omni debeant integritate persolvere. Illi denique, qui eotdem Judæos ex largitione sæpe fati Domini nostri donatos perceperint, tale placitum in nomine suæ gloriæ conscribant, quatenus in nullo eos permittant rituum suorum cæremonias celebrare, aut colere, vel quascumque parentalis perfidiæ semitas imitari.

31. Sed & filios eorum utriusque sexus decernimus, ut a septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem, aut societatem habentes, ipsi eorum domini, qui eos acceperint, per fidelissimos Christianos eos contradant nutriendos; ea scilicet ratione, ut & masculos Christianis feminis in

in conjugio copulent, & feminas Christianis similiter viris maritali societate adjungant, & neque parentibus, sicut diximus, neque filiis sit peoitus licentia quoquo pacto Judaicæ superstitionis cæremonias custodire, neque iofidelitatis suæ semitas quibuslibet occasiooibus iterare.

De gratiarum actione.

32. CUnctis denique ad sacræ institutionis, vel aliorum negotiorum ordinem pertinentibus Deo favente consummatis, atque finitis, eidem Regi omnium Domino, & inæstimabiliter gloriosо gratas ineffabiles pandimus, concentus melodieos insonamus, & hymnorum vota continua jubilatione precinimus; pro eo quod universitatem nostram sub sui nominis timore in unum collegit, & vicissim nos nobis visione alterutra præsentaneos reddidit; hujus obnixius omnipotentiam precibus indefessis orantes, ut Orthodoxo, ac Religiosissimo Principi nostro Egicano longævitatem felicium temporum largiatur; per suæ voluntatis itinera ejus dirigat gressus; tribuens ei sibi creditarum plebium phalangas pie regere, moderamine discreto disponere, ac miserationis ore fulcire; quo post innormes temporum cursus, de temporali Regno ad Regnum æternum gestis piissimis opulentum eum transferre dignetur, usquequaque Cælicolis sociandum, cujus jussu, atque imperio ad hunc pacis conventum congregati fuisse dignoscimur.

Lex in confirmatione Concilii edita.

33. COngruum satis genti, ac patriæ nostræ, atque expedibile perpenditur omni Ecclesiæ, si ea, quæ Synodali definiuntur conventu, principali confirmentur stylo. Idcirco per hujus Legis Decretum Serenitatis nostræ mansuetudo decernit, ut omnium capitulorum sententiæ, quæ in hac Sancta Synodo promulgata noscuntur, firmissimæ stabilitatis obtineant robur, idest:

I. *De tribus diebus, quibus in initio Concilii nihil aliud agendum jubemus, nisi tantum de Fide, ac de aliis rebus spiritualibus, nulla sæcularium interposite.*
II. *De * servandis ostiis Baptisterii in initio Quadragesimæ.*
III. *De ablutione pedum in Cœna Domini facienda.*
IV. *De sacris ministeriis, vel ornamentis Ecclesiarum.*
V. *De his, qui Missam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare.*
VI. *De diebus Litaniarum per totos duodecim menses celebrandis.*
VII. *De nutritione conjugis, atque prolis regiæ.*
VIII. *De Judæorum damnatione.*

34. Quarum omnium Constitutionum Decreta quicumque temeranda crediderint, observare noluerint, venerari neglexerint, cujuslibet sint generis personæ, vel ordinis, secundum præcedentium Conciliorum Leges, quæ in confirmatione eorum sunt promulgatæ, sive excommunicatione, seu etiam damno maneant usquequaque damnati.

Sententiæ, quæ in veteribus exemplaribus Conciliorum non habentur, sed a quibusdam in ipsis inserta sunt.

I. *De rebus Episcopi propriis acquisitis.*

Agath. 48. 35. QUicquid Episcopus de suo proprio habet, ad hæredes suos relinquat; quicquid de provisione Ecclesiæ, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in jure Ecclesiæ servare censuimus.

II. *De non alienandis ab Episcopo rebus.*

Idem 49. 36. Diacones, & Presbyteri in parochia constituti, de rebus Ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare; quia res sacratæ Dei esse noscuntur. Similiter & Sacerdotes de rebus Ecclesiæ sibi commissis nihil, ut superius comprehensum est, immutilare præsumant. Quod si facere voluerint, convicti in Concilio, ab honore depositi, nec in fine communionem accipiant, & de suo proprio aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse.

37. Sane si quis pro qualibet conditione, de rebus Ecclesiæ aliquid alienare voluerit; si de suo proprio tantum Ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstulisse; tum demum illud stare licebit. Ita tamen libertos quosquos Sacerdotes, Presbyteri, vel Diacones de Ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus Ecclesiæ prosequi jubemur. Quod si facere contempserint, placuit, eos ad proprium reverti servitium.

De

III. *De Clericis, qui crimen capitale commiserant*

38. Si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, crimen capitale commiserint, aut chartam falsaverint, aut testimonium falsum dixerint, ab officii honore depositi, in Monasterium retrudantur; & ibi tantummodo quamdiu vixerint laicam communionem accipiant. Idem 50.

IV. *De Episcopis, qui per testamentum de rebus Ecclesiæ aliquibus contulerunt.*

39. Si Episcopus condito testamento aliquid de Ecclesiastici iuris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi vel tantum de iuris proprii facultate suppleverit. Idem 51. & Epaun. 17.

V. *De Clericis, qui sine Epistolis sui Pontificis proficiscuntur.*

40. Presbytero, aut Diacono, vel Clerico, sine Antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat. Idem 52. & Epaun. 6.

VI. *De Presbyteris paraecianis res Ecclesiæ distrahentibus.*

41. Quicquid paroeciarum Presbyter de Ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur, & vacuum, venditorem comparantis actione vertentem. Idem 53. & Epaun. 7.

VII. *De eisdem, ut quicquid emerint, in nomine Ecclesiæ comparent.*

42. Presbyter, dum Dioecesim tenet, de his, quæ emerit ab Ecclesiæ nomine, scripturam faciat; aut ab ejus, quam tenuit, Ecclesiæ ordinatione, discedat. Idem 54. & Epaun. 8.

VIII. *Ut Sacerdotes, & Levitæ canes ad venandum, & accipitres non utantur.*

43. Episcopus, Presbyter, & Diaconus, canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus; si Episcopus est, tribus mensibus a communione suspendatur; Presbyter duobus mensibus abstineatur; uno Diaconus ab omni officio, vel communione cessabit. Idem 55. & Epaun. 4.

IX. *De venditionibus, quas Abbates facere præsumunt.*

44. Venditiones, quas Abbates facere præsumpserint, forma servetur, ut quicquid sine Episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi revocetur. Mancipia vero Monachis donata ab Abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut Monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatibus otium potiantur. Agath. 56. & Epaun. 8.

X. *Ne unus Abbas duobus Coenobiis præferatur.*

45. Unum Abbatem duobus Monasteriis interdicimus præsidere. Idem 57. & Epaun. 9.

XI. *Ne Monasterium sine notitia Episcopi construatur.*

46. Cellulas novas, aut Congregatiunculas Monachorum, absque Episcopi notitia prohibemus institui. Idem 58. & Epaun. 10.

XII. *De rebus Ecclesiæ usu collatis ut præscriptione temporis non defendantur.*

47. Clerici, quod etiam sine præceptoris qualibet diuturnitate temporis, de Ecclesiæ remuneratione possederint, cum auctoritate Domini gloriosissimi Principis nostri, in jus proprium præscriptione temporis non vocentur; dummodo pateat, Ecclesiæ rem fuisse, ne videatur etiam Episcopi administrationis prolixæ, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu tentas facultates proprietatis sua posse transcribere. Idem 59. & Epaun. 18.

XIII. *De lapsis, qui de Catholica Fide in hæresim transeunt.*

48. Lapsis, idest, qui in Catholica baptizati, prævaricatione damnabili, post in hæresim transiere, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas; quibus nos annorum multitudine breviata, poenitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus; ut præscripto biennii tertia die sine relaxatione jejunent, & Ecclesiam studeant frequentare; in poenitentiæ loco standi, & orandi humilitatem noverint observandam; etiam cum Catechumenis procedere, cum monentur, abscedant. Hoc si observare voluerint constituto tempore, admittendis ad Altarium observatio relaxetur; quam si arduam, vel duram forte putaverint, statuta præteritorum Canonum implere debebunt. Idem 60. & Epaun. 29.

XIV. *De incestis conjugiis.*

49. De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero neque ullo coniugii nomine prævalendos, præter illos, quos nominare funestum est, hos esse censemus. Idem 61. & Epaun. 30.

50. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror exstiterat, carnali coniunctione violaverit; si quis frater germanam uxoris accipit; si quis novercam duxerit; si quis consobrinæ sobrinæve se societ. Quod ita præsenti

tempore prohibemus, ita ea, quæ sunt ante nos instituta, non solvimus. Si quis relictæ avunculi misceatur, aut patrui, vel privignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.

XV. *De his, qui servos suos extra judicium necant.*

Idem 62. & Epaun. 34. 51. Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii sanguinis se mundabit.

XVI. *De laicis, qui in solennitatibus majoribus ad Civitatem non concurrunt.*

Idem 63. & Epaun. 35. 52. Ut Cives superiorum natalium noti Paschæ, ac Nativitatis Domini solennitatem Episcopis, nec interest in quibus Civitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio; noverint, qui hoc facere neglexerint, triennio priventur Ecclesiæ.

XVII. *De Clericis, qui ab Ecclesiæ officio diebus solennibus desunt.*

Idem 64. 53. Si quis in Clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solennibus defuit; idest, Nativitate Domini, sancta Epiphania, Pascha, vel Pentecoste; dum potius sæcularibus lucris studet, quam servitio suo parere convenit, triennio a communione suspendatur. Similiter Diaconus, vel Presbyter, si tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

XVIII. *De Levitis, ne sine jussu Presbyteri sedeant.*

Idem 65. 54. Quoniam non oportet Diaconum sedere, præsente Presbytero; sed ex jussione Presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur Diaconus a Ministris inferioribus, & omnibus Clericis.

XIX. *De Ministris, ne in Secretario ingrediantur.*

Idem 66. 55. Quoniam non oportet Ministros licentiam habere in Secretario, quod Græci Diaconœeon appellant, ingredi, & contingere vasa dominica.

XX. *De Catholicis, ne hæreticorum connubiis copulentur.*

Idem 67. 56. Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere; si tamen se profitentur Christianos futuros esse Catholicos.

XXI. *De Levitis, & Clericis, ne magi, vel incantatores sint.*

Idem 68. 57. Quoniam non oportet Mistros Altaris, aut Clericos, magos, aut incantatores esse, aut facere, quæ dicuntur philateria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem, qui talibus utuntur, projici ab Ecclesia jussimus.

XXII. *De seditionariis Clericis.*

Idem 69. 58. Seditionarios nunquam ordinandos Clericos; sicut nec usurarios, vel injuriarum suarum ultores.

XXIII. *De scurrilibus, vel jocularibus Clericis.*

Idem Agath. Conc. cap. 70. 59. Clericum scurrilem, & verbis turpibus jocularem, ab officio retrahendum.

N O T Æ D. L O A I S Æ.

60. C*Onfessoris Christi S. Leocadiæ.*) Vitam D. Leocadiæ, ejusque mortem scriptam invenies in Festis propriis Sanctorum Toletanæ Diœcesis a Sanctissimo Papa Gregorio XIII. approbatis.

61. *Implevit cor suum.*] Actuum Apostolorum, 5. Ubi in vulgata editione pro, *implevit*, legitur *tentavit*. In Græca tamen ἐπείρασεν est; quanquam unus apud me ms. Liber ἐπλήρωσεν, habet, ut Latina versio.

62. Ad Cap. II. *Licet in initio Quadragesimæ.*] Baptizare non oportet quemquam ex antiqua institutione post duas hebdomadas Quadragesimæ, ut Syricius PP. ad Hitherium Tarraconensem Episcopum, Cap. 2. & in multis aliis Epistolis, & Conciliis decernitur, præterquam Paschatis, & Pentecostes tempore; nisi maxima necessitate urgente. Unde Baptisteria aliis temporibus clauduntur.

63. Ad Cap. 111. *Cælibe satis.*) Cyprianus de unctione Chrismatis hunc morem innuit: *Hac die*, inquit, *primum commendata est nobis fractio panis; hodie Christus pedes lavit Apostolis; & hoc solenni devotione omni tempore agendum instituit.* Et idem de ablutione pedum: *Mandatum*, inquit, *simul, & exemplum complexus est, ut hoc exemplo instructi non dedignentur in alterutrum agere, quod actum est a Magistro, ut mandato posteris Religionis auctoritas firmaretur.*

64. Isidorus Lib. 1. *Offic. Ecclesiast.* Cap. *De cæna Domini. Eo etiam tempore, & die Salvator surgens a cœna, pedes Discipulorum lavit, propter humilitatis formam commendandam; ad quam docendam venerat, sicut & ipse consequenter exposuit. Quod etiam docebat potissimum, ut facto doceret quod observare Discipulos præmoneret.* Inde etiam in Ecclesia usu receptum fuit, ut pedes lavaruntur ante sumptionem Eucharistiæ; quod tamen abrogatum esse, testatur Divus Augustinus, Epist. cxia. Cap. 8. *Sane*, inquit, *etsi Ecclesia, quod externum erat, remiserit, lotionem scilicet pedum, finem, & rem hujus signi retinet; probationem scilicet, & internam præparationem.* Hæc Augustinus.

Ad

65. Ad Cap. v. *Noli narrare.*) In vulgata editione eſt: *Noli amare.* Niſi ex Græco legas, *noli arare*: Sic anim verba habent: μὴ ἀροτρία ψεῦδος ἀδελφῷ σοῦ &c.

66. Ad Cap. vi. *Litaniarum.*] De Litaniarum uſu, & nomine vide Iſidorum, Lib. 6. *Etymolog.* Cap. ultimo ſub finem; Albinum Flaccum, *De Divinis officiis*, Cap. *De Litania majore*; Amalarium Fortunatum, *De Eccleſiaſt. offic.* Cap. 28. Rabanum Maurum, Cap. 19. Vvalafridum, Lib. *De rebus Eccleſiaſticis*, Cap. 28. Toletanum Concilium v. Cap. i. novas Litanias inſtituit, a die Iduum Septembrium per triduum; & confirmantur Concilio vi. Tolet. Cap. 2. & Concil. Bracatanſi ii. Cap. 9. De hac re ſuperius diximus.

67. *Exomologeſes celebrentur.*) Iſidoros Lib. 6. *Etymolog.* Cap. ultimo: *Exomologeſis*, inquit, *Græce vocabulo dicitur. quod Latine confeſſio interpretatur; cujus nominis duplex ſignificatio eſt; aut enim in laude intelligitur confeſſio; ſicut eſt: Confiteor tibi Pater Cæli, & terræ; aut dum quiſque confitetur ſua peccata, ab eo indulgenda miniſterio Sacerdotis, cujus indeficiens eſt miſericordia.* Vide etiam Rabanum, *De inſtitutione Clericorum*, Cap. 14.

68. Ad Cap. vii. *De munitione conjugis, atque prolis Regiæ.*] De prolis Regiæ incolumitate procuranda, fideque Regi, filiis, uxorique ejus obſervanda, multa invenies Decreta, præſertim Concil. Tolet. iv. Cap. 74. & Tolet. v. Cap. 4. & Tolet. vi. Cap. 17. Concil. Tolet. x. Cap. 2. & Tolet. xiii. Cap. 4. Tolet. xvi. Cap. 10. ubi ſeveriſſima contra eos, qui Regum vitæ, libetis, uxoribus, fortuniſque inſidiantur, decernitur.

69. Ad Cap. viii. *Per cunctas Hiſpaniæ Provincias.*] Id exemplum ſequutus Philippus II. Hiſpaniarum Rex Dominus noſter, anno 1570. omnes Arabes in Granatenſi Regno degentes, ob perfidiam, & immanem conſpirationem, per univerſas Hiſpaniæ Urbes diſpetſit, & bello captos ſervituti tradidit.

70. *Sed & filios eorum utriuſque ſexus.*) Hinc recte Gregorius ix. Argentinenſi reſcripſit Epiſcopo, & habetur in Cap. *Ex literis, De converſione infidelium: Cum filius in patris poteſtate conſiſtat, cujus ſequitur familia, & non matris; & in ætate tali quis non debeat apud eas remanere perſonas, de quibus poſſit eſſe ſuſpicio, quod ſaluti, vel vitæ inſidientur illius; & pueri poſt triennium apud patrem non ſuſpectum ali debeant, & morari; materque pueri, ſi eum remanere contingeret apud eam, poſſet illum adducere ad infidelitatis errorem, in favorem maxime [illegible] Chriſtianæ reſpondemus, patri eundem puerum aſſignandum.* Hæc Gregorius.

71. Cæterum ſunt qui dubitant, an liceat, antequam filii ſunt rationis compotes, eos a parentibus ſuſpectis in Fide ſeparara, magiſtriſque, vel aliis Chriſtianis tradere, ut ſine ſuſpicione in Chriſtiana Religione erudiantur; exiſtimo, hoc licitum, & expediens eſſe. Nam primo licet eos, invitis, & renuentibus parantibus Chriſtianis, in Fida ſuſpectis, baptizare; pari ratione æquum atit, contra voluntatem parentum eos in Fide infotmare, atque cogere, ut eam, quam in Baptiſmo profeſſi ſunt Fidem, obſervent. Secundo, parentes poſſunt impelli, ut obſervent omnia noſtræ Religionis præcepta, etiam inviti, jure Baptiſmatis; inter cætera veto Fidei præcepta, hoc unum eſt, ut in Fide, & Religione Catholica filios alant. Tertio, licitum eſt, renuente marito, mulierem fidelem a viro infideli ſeparare, propter periculum apoſtatandi; & vinculum matrimonii ita ſtrictum eſt in hac re, ſicuti vinculum parentum, & filiorum.

72. Ex quo colligo, nullum efficacius remedium poſſe adhiberi Sarracenorum in Hiſpania infidelitati, quam ut ab eorum domibus, & doctrina filii abducantur, tradanturque Chriſtianis vitæ, & Raligionis probatæ in doctrina Chriſtiana erudiendi. Nam experientia compertum eſt, filios Sarracanorum poſt tot generationes a patribus in infidelitate clam nutriri, atque in antiqua ſecta Agatanorum erudiri. Unde Principas ſæculares, & Eccleſiaſtici tenentur exiſtimare, probabili conjectura ducti, idem in aliis temporibus fore. Præterea quia licet io principio naſcentis Eccleſiæ erat licitum, poſt ſuſceptam Fidem virum fidelem ab uxore infideli non diſcedere, vel contra, iad eadem in domo, & commercio manere, ut conſtat ex Paullo i. ad Corinth. 7. propter ſpem converſionis alterius; tamen ab hinc octingantos annos Eccleſia contratium præcepit; ſicque Lege, conſuetudine, & uſu introductum eſt, ut fidelis non maneat cum infideli, ex Concilio Toletano iv. Cap. *Judæi*, & habetur 28. Quæſt. i. & Can. *Sæpe*, nam jam Eccleſia non habet ſpem converſionis infidelis.

73. Idem Principes tenentur hiſce temporibus de Sartacanis ſentire, quorum cor induratum eſſe, præcapſque ad infidelitatem, uſu retum, & teſtimoniis Virorum comprobatum eſt; ita ut in filiorum tenera indole virus perfidiæ ſuæ quotidie videamus diſtillare altius, quam mariti in cordibus feminarum, vel feminæ in cordibus virorum. Sed dicet aliquis: Quibus ſunt alendi ſtipendiis filii a parentibus abducti? Id facile erit animadvertere parentum ſtipendiis; ſiquidem Lege naturæ inditum eſt, teneri parantes ſuis ſtipendiis in virtute, & regula rationis alere filios; nam ſicuti educatio naturalis parentum eſt opus, ita educatio libera, & rationalis. Et quia Sartaceni deficiunt in his, quæ ſunt juſta naturali Lege, & in his, quæ ſupernaturali, quæ ſpectant ad eruditionem; ideo propriis ſumptibus ſunt alendi eorum filii, ut in Fide, & Religione Chriſtiana informantur; ſeparandique a parentum convictu, & aliorum Sarracenorum, ut educatio ſit utilis.

74. Unde licitum eſſet Principi certum vectigal ſuper omnes Sarracenos imponere, eorumque ſumptibus Scholas erigere, Magiſtros doctos conducere, quorum opera filii in Fide, & Religiona nutriantur. Et audeo dicere hoc, ſi non efficax, ſaltem utile remedium eſſe ad eorum infidelitatam, & apoſtaſiam coercendam, extinguendamque. Alterum eſtat, qood hoc Concilio cautum eſt, ut a parentibus in puerili ætate ſemoti

inter

inter Christianos fideles educarentur, non cognitis parentibus, ignoratoque genere; sed remoti a patria, Christianis fœminis probatæ Fidei matrimonio locarentur.

75. Adde, quod etiam justum esset Sarracenis Lege gravibus pœnis interdicere matrimonia inter se contrahere; nam id experientia constat, eos abuti sacro conjugio, & esse copulatos in perniciem sanctæ, & regiæ majestatis, feminarumque perfidiæ, & apostasiæ. Neque pigebit ultimo scribere, quæ Franciscus Ximenius Vir doctus, & sanctus litteris mandavit, Lib. 5. *De natura Angelica*, Cap. 38. *Hispania propter commercium Sarracenorum multa mala patietur, & innumeris calamitatibus officietur.* Quæ ab Archangelo Michaele prædicta esse affirmat.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Ad Canonem II. nota t. usum obsignandi Baptisteria, quæ solebant aut separata ab Ecclesiis extrui, vel ad earum atrii latus includi, ut omnium Urbis Parochiarum illuc baptizandi adducerentur, sicque non modo Fontes ipsos, sed & Baptismi Ædes, seu Baptisteria clausa, aut reserata fuisse. Ejusmodi communia pluribus Parochiis Baptisteria passim adhuc in Galliis, in Italia vero insignia videntur Romæ, Florentiæ, Pisis, Patavii, & in aliis Civitatibus. Cum enim Baptisma ex mandato Episcopi daretur, ut habet Ignatius Martyr in Epistola ad Smyrnenses, & tot editi Canones decernunt, hinc Baptisteria justa Episcoporum Ædes, aut vicina Templis ædificabantur. Quod non ita semper observatum, quin ex multis argumentis pateat, etiam alibi in singulis fere Basilicis instituta Baptisteria; puta Romæ ad Sanctam Agnetem, ad Sanctum Pancratium, & in ignobilioribus adhuc Ecclesiis. Claudebantur autem, & obsignabantur illa ab initio Quadragesimæ usque ad Cœnæ Dominicæ diem; eo quod toto hoc tempore Baptismus non ministraretur, vel tantum per tres dies; cum per obserationem Christi mortui sepultura, per reserationem vero non tantum ejus Resurrectio, sed etiam nos ipsos ejus sepulturæ, & Resurrectioni consociari, significetur. Nota 2. in quibusdam Hispaniæ Provinciis miraculum quotannis hac die Sabbati contigisse, ut refert Gregorius Turonensis, Lib. 1. Cap. 24. De gloria Martyrum; nempe in die Cœnæ Domini: *Data*, inquit, *oratione, Sacerdos ostio Templi jubet simul muniri signaculis, adventum virtutis Dominicæ præstolans. Die autem tertia, quæ est Sabbathi, convenientibus ad baptizandum populis, adveniens Episcopus cum civibus suis, inspectis signaculis, ostia reserat clausa, & mirum dictu, piscinam, quam reliquerat vacuam, reperiunt plenam &c.* Anniversaria ejusmodi aquarum miracula olim contigisse, S. Epiphanius eorum testis oculatus Hæresi 51. refert; dum ait etiam, quosdam Fontes ea die, qua Christus in Cana Galilææ aquam in vinum mutavit, vinosi omnino saporis fuisse, seque aquam ex iis haustam, talem probasse.

Ad Canonem III. nota usum lavandi pedes tanti habitum, ut nonnulli existimaverint, tamen Christi mandato, & exemplo, quam ex Ecclesiæ praxi pedilavium, si non inter Sacramenta, saltem inter Sacramentalia referendum. Nonnulli tamen volunt, ablutionem illam pedum meram fuisse cæremoniam pro conviviis adhibitam; unde Christus queritur de illo divite, quod aquam pedibus non dederit; hæcque cæremonia in pietatis opus evasit, quod Rex Galliarum Robertus, ejusque successores, ut & Græci quidam Imperatores, ut Codinus refert, annuo ritu observarunt. In Sacramentario Gallicano Musæi Italici habetur collecta ad baptizatorum lavandos pedes, quæ sic habet: *Ego tibi lavo pedes, sicut Dominus noster Jesus Christus fecit Discipulis suis, ita tu facias hospitibus, & peregrinis.* Cujus lotionis mentio, ut notat Mabillonius, habetur in Missali Gothico, & in Gallicano, necnon in duobus Cæsarii Episcopi Arelatensis Sermonibus. Hanc tamen in Ecclesia Romana non observatam, colligitur ex Libro, *De Sacramentis*, quod Opus Ambrosio tribuitur, imo abrogatum hujus lotionis usum in Concilio Eliberitano. De Hadriano I. legitur, quod refecit *formam, quæ vocatur Sabbatina, per quam decurrebat aqua in gratiam pauperum, qui ad accipiendam eleemosynam in Paschalem Festivitatem annue occurrere, & lavari volebant.* Hæcque ipsa aqua cum juxta Baptisteria quandoque curreret, ut vidimus, in ea baptizatorum pedes lavatos conjicere est. Hic equidem lavandi pedes usus aut intermissus est, aut omnino, aut in Capitulavium mutatus, ut in Hispania Isidorus, & in Gallia Lib. *Divin. Offic.* Auctores observatum asserunt, quod ad eluendas ex Quadragesimæ observantia sordes, ut ad Januarium scribens Augustinus monet, capute potius lotione, quam pedes indigerent.

Ad Canonem IV. nota quæ habent Bracarense Concilium III. & Canon, qui refertur ad calcem Concilii Quinisexti cui adscribitur, & in quo agitur de vasorum Ecclesiæ usu profano. Sic & per verbum *naufragare* idem intelligi, quod disperdere. Unde res deperditæ *naufragatæ* dicuntur in Legibus Wisigotthorum.

Ad Canonem V nota quorumdam Sacerdotum impietatem, Missam pro defunctorum tantum requie destinatam, pro vivis etiam celebrantium, ut is, pro quo celebrabatur, cito moreretur. Hunc effectum non extimuit Carolus V. Hispaniarum Rex, qui suis præsens exequiis, quasi pro defuncto Missam celebrari vivus voluit. Idipsum fieri curaverat S. Fridericus Trajectensis Episcopus, qui etiam ad sepulchrum efferri feretro petiit. Albertus Magnus Caroli V. facto jam exemplo suo præiverat. Nonnulli cæremoniam hanc ajunt continere non tantum aliquid ludicri, sed etiam falsi, quod mendacium vere sapit; præsertim in oratione, in qua dicitur de homine adhuc vivo, *quem de hoc sæculo migrare jussisti.* Quæ tamen verba falsi carent culpa, si in genere vera, & eo sensu intelligenda sint, quo alia, quæ passim occurrunt in defunctorum Officio, ubi præteritum, aut præsens pro futuro sumitur. Hactenus Auctor Delectus Actorum Ecclesiæ universalis.

CON-

CONCILIUM TOLETANUM XVIII.

Tempore Vvittizæ Regis celebratum anno Domini DCCI. ſub Joanne VI.

76. DE hoc Concilio ſic Rodericus Toletanus Lib. 3. Cap. 14. *Hic in Eccleſia S. Petri, quæ eſt extra Toletum, cum Epiſcopis, & Magnatibus ſuper ordinatione Regni Concilium celebravit, tamen in Corpore Canonum non habetur*. Exiſtimo, celebratum fuiſſe hoc Concilium ſub Gunderico Toletano Antiſtite, qui, ut Rodericus ait, ſanctimoniæ dono illuſtris fuit, & in multis mirabilibus clarior celebratur. Loaisa.

NOTA CARD. BARONII.

77. WItiza Regni ſui exordio, ut ſpecimen optimi Principis præſeferret, tum pium parentem, tum reliquos prædeceſſores optimos Principes imitatus, ad optimum regimen inſtituendum, ex omnibus Hiſpaniarum Epiſcopis Concilium Generale collegit, quod habitum eſt in Suburbiis Toleti in Eccleſia Sancti Petri; quod quidem cur nequaquam, ut cætera, poſteris ſcriptis traditum reperiatur, ea fere omnium ſententia eſt, quod cum in eo compluria ſancita fuerint piæ inſtitutioni, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ contraria, placuerit æterno ſepeliri ſilentio. Verum ſi (quod omnes tradunt) initia Vvittizæ fuere optima, præbentis ſe ipſum dignum ſucceſſorem parentis, immo & patre in eo clementiorem, quod ab ipſo multatos exilio, atque bonis privatos reſtituit; utique in eo Concilio non niſi pia, ſanctaque oportuit fuiſſe ſtatuta, præſertim ſi habitum eſt ſub Gunderico (ſicut volunt) Epiſcopo Toletano, qui (teſte Roderico) inſignis fuit Vir probitatis. Quamobrem in eam potius ſententiam pedibus imus, ut quæ fuerunt bene in Concilio geſta, poſtea eodem ipſo Rege, a quo cuncta oportuit fuiſſe probata, in tyrannum erumpente, & adverſus omnem ſancitam Legibus diſciplinam vitam probroſam inſtituente, ſuiſque eadem flagitia communicante, ab eodem, quæ tunc erant pie ſancteque ſancita, penitus fuerint abrogata, ipſaque Concilii Acta conſciſſa.

CONCILIUM CORDUBENSE

SEU POTIUS CONCILIABULUM

COACTUM ANNO CHRISTI DCCCLII.

Ex Sancto Eulogio Martyre, & electo Archiepiſcopo Toletano, in *Memoriali* Lib. ſecundo Cap. quintodecimo, cui Titulus:

Chriſtianorum perturbatio, & eorundem variæ ſententiæ, in Concilio Epiſcoporum Cordubæ congregato.

MUlti igitur horreo inutiles Dominico, ejecti foras de rete Apoſtolica, ab eo, qui non ut bonos vaſis recondere, ſed potius ut ſtipula, inextinguibili meruerunt incendio deputari, nobiſcum, vel ſugere, vel compati, vel etiam deliteſcere recuſantes, pietatem relinquunt, Fidem prævaricantur, abdicant Religionem, Crucifixum deteſtantur. Seſe (proh dolor!) impietati tradentes, ſummittunt colla dæmonibus, blaſphemant, detrahunt, ſubvertuntque Chriſticolas. Plurimi etiam, qui pridem nobiſcum ſano ſenſu victorias Martyrum prædicabant, conſtantiam efferebant, laudabant trophæa, extollebant agonem; tam ex Sacerdotibus, quam ex laicis, ſententias mutant, aliter ſentiunt; judicant indiſcretos, quos hactenus feliciſſimos aſſerebant, pro eo quod ipſi Sancti infirmioribus nolentes compati, ſuæ potius tranquillitatis, & pacis commoda, quæ in cæleſtibus Sanguine mercari fidebant, quam nutanti Eccleſiæ inter ſcopulos perfidorum conſulere ſtuduerunt; quibuſdam ex Lege ſententiolis, mutationem oris ſui, ac linguæ verſibilitatem quaſi roborare nitentes. Non perpendentes, quod nullus tantæ præſcriptus militiæ, & cæleſti Curiæ annumerandus, inſtante hora vocationis, neſibus retineri poſſet mortalibus; cum quotidie in Scripturis ſacris nobiſcum perlegant, quod nec vita, nec ſæva pericula, nec ipſa etiam mors, Sanctos a charitate Domini noſtri Jeſu Chriſti avellere unquam prævaleant. *Matth. 13.* *Ad Rom. 8.*

Illi autem, qui ab initio actus non deſtiterunt infirmare Sanctorum, fœdaque ſuſurratione eorum conati ſunt intentionem evertere, bellum quod militibus glorioſis nequiverunt inferre, in nos crudeliter vertunt, noſque auctores hujus rei exiſtere aſſerentes, noſtro inſtinctu illa omnia perpetrata fuiſſe accuſant. Adeo ut quidam illius temporis publicæ rei exceptor, præpotens vitiis, & divitiis, ſolo Chriſtianiſmi nomine denotatus, operibus autem Deo, & Angelis ejus ignotus, a principio certaminibus Beatorum infenſus, detractor, derogator, & infamator eorum, iniquus, tumidus, elatus, ſuperbus, & improbus, quodam die præſenti Concilio Epiſcoporum, multas, adverſum me linguam commovans, exaggeraverit,

contu-

contumelias. Anathemazare Sanctos decernit, talia meditantes maledicere imperat, persequi stylo jubet electos. Verens infelicissimus omnium, ne jacturam honoris patiatur. Qui non solum nullam reverentiam Sanctis exhibere studuit, verum etiam prædicare sinistrum esse quod agunt, in populis, præcepit.

Et quamquam metu compulsi, seu Metropolitanorum judicio, qui ob eandem caussam tunc e diversis Provinciis a Rege fuerant adunati, aliquid commentaremur, quod ipsius tyranni, ac populorum serperet aures; inhibitum esse martyrium, nec licere cuiquam deinceps ad palæstram professionis discurrere, præmisso Pontificali Decreto, ipsæ Literæ nunciarunt. Eademque scheda minime decedentium agonem impugnans, quod futuros laudabiliter extollere milites præcipitur. Verumtamen allegorice edita, nisi a prudentibus adverti non poterat. Non tamen inculpabile illud fuisse putamus simulationi consultum, quod aliud gestans, & aliud sonans, quasi a discursu martyriali plebem compescere videatur; quinimmo nisi legitima satisfactione, saltem pro plebe, nullatenus remittendum esse confitemur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Gens perfida Sarracenorum, quæ in Asia, Africa, & Europa his temporibus dominabatur, anno Domini DCCCL. Cordubæ in Hispania, ubi sedem Regni sui habebant, duos insignes Dei Confessores martyrio affecit; anno sequente Cordubensem Episcopum cum universo Clero, aliisve Episcopis Mahumeti sectam detestantibus, quos nominatim recenset Eulogius in documento martyriali, in carcerem detrusit; ex quibus aliis occisis, alios ad lapsum, & defectionem Fidei reservavit. Cumque ex his nonnulli Regi Arabi crudelissime suasissent, ut curaret convocari Concilium omnium Episcoporum Regni sui, quorum decretis, & constitutionibus Synodalibus Martyrium vetaretur; doloso invento approbato, omnes Episcopi, & Sacerdotes carceribus sunt educti, coactumque est ea intentione Concilium. Antequam convenissent, plurimi Fideles sponte ad confessionem Fidei, & perfidiæ detestationem prosilierunt, Fidemque libere professi, gloriosum Martyrium subierunt. Quibus victoriis Martyrum, Rex Arabum exasperatus, statuerat, Christianas in arctissimum carcerem esse compingendos. Qua occasione Fidelium plerique fugerunt, & latebras quæsiverunt; alii deserta Fide sese infidelibus conjunxerunt. Pseudoepiscopi, qui convenerant, habito conventu satanico, Martyrium prohibuerunt, cultumque Sanctorum Martyrum sustulerunt, dicentes, quod qui violenter ad abnegationem Fidei non adigerentur, sed propria voluntate discrimini se offerrent, inter Martyres non sunt habendi; ideo maxime, quia miracula instar antiquorum Martyrum non ederent, eorumque corpora non incorrupta permanerent. Impium synodale decretum non tantum refutavit, & improbavit doctissimo suo Commentario, quem *Memoriale Sanctorum* inscripsit, Eulogius; verum etiam ipsa Dei ultio in Regem mox sequuta ostendit, quantopere Martyres, eorumque cultus divinæ majestati placeret. Nam cum sublime solarium oppida lustraturus Rex Arabum crudelissimus conscendisset, & e regione pendentia stipitibus Sanctorum corpora intueretur, centumque concremari jussisset; os illius repente eadem hora Divinitus ita obstructum fuit, ut fari non posset, manibusque portantium instratum reductus, eadem nocte extingueretur. Hoc tempore celebratum esse hunc malignorum conventum, testatur in Eulogium Scholiastes, quem Illustrissimus Cardinalis Baronius anno DCCCLII. num. 16. sequitur.

KAROLI CALVI REGIS

Præceptum, de Cella Sancti Juliani, & Sancti Vincentii in Pago Bisuldunensi.

Ex Chartulario Monasterii Balneolensis. Anno DCCCLXVI.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata, Deoque in eisdem famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium æternæ remunerationis ob id nobis rependi non diffidimus. Iccirco noverit omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ Fidelium, nostrorumque, præsentium scilicet, ac futurorum, solertia, quia Augarius dilectus nobis Comes innotuit Serenitati nostræ, qualiter quidam venerabilis Abba nomine Rimila, quandamCellam in Pago Bisuldunense in honore Sancti Juliani, & Sancti Vincentii construxerit, & de inculto eremo ad terræ culturam perduxerit. Quapropter Altitudinis nostræ clementiam humiliter postulavit, ut idem Monasterium cum eodem Abbate, & Monachis, cunctisque sibi pertinentibus rebus, sub tuitionis nostræ munimen, & immunitatis defensionem, sicut & alia Regni nostri Monasteria, susciperemus. Insuper petiit, ut quoddam villare nomine Revidazer in eodem Pago a quibusdam Gotthis, & Guasconibus exaratum, & de eremi solitudine ad culturam perductum, atque constructum, eidem sancto loco pro animæ nostræ absolutione largiri dignaremur. Cujus justis & rationabilibus, animæque nostræ proficuis precibus aurem Celsitudinis nostræ accommodantes, hoc largitionis, atque immunitatis nostræ Præceptum fieri, eidemque sancto loco dari jussimus; per quod prælatum Mona-

Monasterium cum præfato Abbate, ac Monachis, cunctisque sibi pertinentibus rebus, & prædictas res a nostra munificentia sibi largitas, sub immunitatis nostræ defensione, Regiaque tuitione suscipimus. Præcipientes ergo iubemus, ut nullus Judes publicus, vel quilibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones præfati Monasterii, quas moderno tempore in quibuscumque Pagis, vel territoriis infra ditionem Regni nostri iuste, & legaliter possidet, vel quæ deinceps in jure ipsius sancti loci Divina pietas augeri voluerit, ad caussas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fideijussores tollendos, aut homines ipsius Monasterii, tam ingenuos, quam servos, super terram ipsius commanentes, distringendos, nec ullas redhibitiones, vel inlicitas occasiones requirendas, nostris futurisque temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat; sed liceat memorato Abbati, suisque successoribus res prædicti Monasterii sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere. Et quando Divina vocatione prædictus Abba ab hac luce migraverit, quamdiu inter se tales invenire poterunt, qui ipsam Congregationem secundum Regulam S. Benedicti regere valeant, per nostrum consensum licentiam habeant ex se eligendi Abbates. Et ut hæc nostræ largitionis, atque immunitatis auctoritas majorem in Dei nomine per futura tempora obtineat vigorem, manu propria subter eam firmavimus, & de annulo nostro sigillari jussimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis. Uldeboldus Notarius ad vicem Ludovici recognovit. Data octavo Kalendas Martii, Indictione XIV. anno XXVI. regnante Karolo gloriosissimo Rege. Actum Karisiaco Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

EJUSDEM PRÆCEPTUM
PRO MONASTERIO SANCTI ANDREÆ SUREDENSIS.

Ex Chartulario Monasterii Arulensis, Anno DCCCLXIX.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex. Quicquid pro Dei, Sanctorumque amore agimus, profuturum nobis ad præsentis vitæ lubrica curricula feliciter transigenda, & ad futuræ beatitudinis præmia facilius obtinenda, non dubitamus. Comperiat igitur omnium Fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, ac futurorum solertia, quia quidam venerabilis Abba Monasterii S. Andreæ Apostoli in Pago Elenensi super fluvium Tacionem siti, nomine Joannes, ad nostram accedens magnitudinem, ostendit nostræ auctoritatis Præceptum, in quo continebatur, quod piæ recordationis genitor noster, & nos idem Monasterium cum ejusdem Abbatibus, & Monachis, omnibusque ad illud pertinentibus, in suæ, nostræque immunitatis tuitione misisset; humiliter postulans, ut iterum eandem immunitatis auctoritatem renovare dignaremur. Cujus postulationibus ob Dei, Sanctique Andreæ Apostoli amorem, & honorem, assensum præbentes, suscipimus nominatum Abbatem cum suo Monasterio, ac Monachis ibidem degentibus sub nostræ immunitatis præcepto, cum omnibus Cellulis ad eum pertinentibus in supradicto Pago Elenense, unam videlicet in honore Sancti Martini sitam, in qua primitus Miro quondam Abba habitare cœpit, ipsamque vallem cum præfata Cellula cum omni integritate concedimus, necnon & aliam Cellulam concedimus in honore Sancti Vincentii constructam, seu & Villare, quod dicitur Garricia cum ipsis domibus, quas Sisegutus quondam Abba ædificavit per jussionem Domini Ludovici imperatoris, cum ipsis fiscalibus terris, cum terminis, vel adjacentiis suis, vel omnia quæcumque ad eorum pertinent dominium, cum domibus, ædificiis, curtiferis, viridariis, hortis, vineis, sylvis, terris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, farinariis, piscatoriis, exitibus, & regressibus, pecuiis, adjacentiis, & quicquid, aut regali, aut aliorum Deum timentium donatione, aut emptione, aut commutatione, aut eorundem Monachorum manuum propriarum apprehensione, aut quomodolibet adtracto, vel acquisito juste, & rationabiliter possident, aut in futuro acquirere potuerint, in nostræ immunitatis tuitione, ac mundeburdo recepimus, & in futuro firmiter tenebimus. Quapropter præcipimus, atque firmamus, ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, ad caussas audiendas, vel injusta freda exigenda, vel paratas faciendas, aut ullas redhibitiones, vel inlicitas occasiones requirendas, aut fidejussores tollendos, vel homines illorum distringendos, ingredi audeat, nec ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat; sed liceat præfato Abbati, suisque successoribus, absque alicujus inquietudine quiete vivere, & Domino deservire, & pro nobis, conjuge, & proie, totiusque Regni nostri stabilitate Deum exorare. Et quandocumque Divina vocatione memoratus Abba, aut successores ejus, de hac luce migraverint, quamdiu inter se tales invenire potuerint, qui eos secundum Regulam Sancti Benedicti regere, & ordinare valeant, licentiam habeant ex se ipsis eligendi Abbatem. Ut autem hæc nostræ auctoritatis præceptio inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari jussimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis. Atogarius Notarius ad vicem Goslini recognovit. Data VII. Kalendas Martii, Indictione 2. anno XXIX. regnante Karolo gloriosissimo Rege. Actum in Monasterio S. Dionysii in Dei nomine feliciter. Amen.

ALIUD EJUSDEM

PRO MONASTERIO ARULENSI

Ex eódem Chartulario. Anno DCCCLXIX.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex. Quicquid pro Dei, Sanctorumque amore, & honore agimus, profuturum nobis ad præsentis vitæ curricula felicius transigenda, & ad futuræ beatitudinis præmia facilius obtinenda, non dubitamus. Comperiat igitur omnium Fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, ac futurorum, solertia, quod ob Dei, & Sanctæ Mariæ ejusdem Dei Genitricis amorem, & honorem, libuit Celsitudini nostræ quoddam Monasterium, in honore ejusdem Sanctæ Mariæ in Pago Rossilionensi, in valle Asperia fundatum, cum Hilperico venerabili ejusdem Cœnobii Abbate, cunctisque Monachis sibi subjectis, omnibusque sibi pertinentibus, & appenditiis suis, in nostræ immunitatis munimine, defensionisque mundeburdo recipere, ac firmiter Domino protegente tenere. Unde hoc Altitudinis nostræ Præceptum fieri, eidemque sacro loco dari jussimus; per quod præfatum Monasterium cum eodem Abbate, & Monachis sibi subjectis, cunctisque appenditiis suis, cum Ecclesia S. Joannis in loco, qui dicitur Riart sita, & in Comitatu Rossilionensi Cella, quæ vocatur Cotsio, & super fluvium Fullonicas Cella S. Martini cum ipso fontanile, juxta præfatum Monasterium Cella S. Quintini Martyris cum balneis, omnique integritate, & in ipso Pago, super rivum Ferrarii, villara quem ipsi Monachi de Raganteo comparaverunt, & in Pago Bisuldunensi super fluvium Sambucæ Cella S. Petri, & in ipso Pago, qui dicitur Cerasia, Cella S. Michaelis, & Cella, quæ dicitur Casa-Mauri, cum suis terminis, & villare Albaniano cum suis terminis, & in Villa Cuberia Cella S. Cypriani, & in præfato Pago Rossilionensi, in valle Asperia, prope supradictos balneos, villare, qui dicitur Coraletus, cum finibus, & adjacentiis suis, cunctisque sibi pertinentibus, cum omnibus etiam ad præfatum Monasterium aspicientibus, cum domibus, ædificiis, curtiferis, viridariis, hortis, vineis, terris, sylvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, farinariis, piscatoriis, exitibus, & regressibus, omnibusque, aut regali dono, aut quorumlibet Deum timentium largitionibus, aut comparationibus, aut commutationibus, aut omnibus apprehensionibus, quas ipsi Monachi propriis manibus de eremi vastitate traxerunt, aut quolibet adtracto, vel acquisito, quæ juste, & rationabiliter possidere videntur, aut in futuro acquirere potuerint, in nostræ immunitatis mundeburdum, tuitionem, ac defensionem recepimus, & pleniter in futuro retinere volumus. Quapropter præcipimus, atque firmamus, ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, ad causas audiendas, vel injusta freda exigenda, vel paratas faciendas, aut ullas redhibitiones, vel illicitas occasiones requirendas, aut fidei-jussores tollendos, vel illorum homines distringendos, ingredi audeat, nec ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat; sed liceat præfato Abbati, suisque successoribus absque cujuspiam inquietudine quiete cum Monachis sibi subditis vivere, Deo deservire, ac pro nobis, conjuge, & prole, totiusque Regni nostri stabilitate Deum exorare. Licentiam etiam habeant ipsi Monachi secundum Regulam S. Benedicti ex sese Abbatem eligendi. Ut autem hæc nostræ auctoritatis præceptio inviolabilem firmitatem obtineat, manu propria subter eam firmavimus & annuli nostri impressione sigillari jussimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis. Yrogius Notarius ad vicem Gosiini recognovit. Data VII. Kalendas Martii, Indictione II. anno XXIX. regnante Karolo gloriosissimo Rege. Actum in Monasterio S. Dionysii, In Dei nomine feliciter. Amen.

SCRIPTURA CONTRACTVS CVJVSDAM

Inter Monasteria Benedictina SS. Facundi & Primitivi, ac S. Petri de Exlonza in Regno Legionensi, facta anno Christi MLXXIII.

In qua memoratur antiquitas ejusdem Monasterii S. Facundi trecentorum retro annorum, nimirum, circa annum Christi DCCLXXI. in quo illud instauratum, aut reparatum fuit tempore Alphonsi III. Hispaniæ Regis, cognomento Magni.

IN Era millesima centesima undecima orta fuit intentio inter Fratres de Domnis Sanctis, & Fratribus S. Petri de Exlonza pro Ecclesia Parochitana vocabulo S. Mameris, Territorio Melgare, super agmen vocitato Cea, quæ fuerat diruta ab Ismaelitica hoste, tenentes, & regentes eam Fratres SS. Facundi, & Primitivi, jure suo absque alia aliqua Inquietatione, annis plusquam sunt trecenti. Post multum autem tempus surrexerunt Fratres de Sancto Petro de Exlonza, ad inquirendum Ipsam Ecclesiam cum omnibus

bus

bus hæreditatibus suis, in præsentia Domini, & gloriosissimi Adephonsi Principis, & gloriosissimam sororem suam Dominam Urracam, & omnes Magnates Palatii, & exigerunt inde judicio, ut dedissent Fratres S. Petri de Eslonza sacramentum pro ipsa Ecclesia, & ipsa hæreditate, & redintegrassent omnibus hæreditatibus suis. Postea elegerunt intra se Concilium, ut fecissent concamiationem Fratres de domnos Sanctos pro illa, quæ erat prope ipsa hæreditate de omnibus suis divisionibus Sanctorum Facundi, & Primitivi. Ita ei fecerunt, & dederunt pro eo duobus Monasteriis in territorio Legionensi. Nos vero Fratres, qui sumus Sancti Petri de Exlonza, annuente, & consentiente Domina nostra Urraca, prolis Ferdinandi Imperatoris, facimus vobis chartulam concamiationis de ipsa hæreditate vocabulo Sancti Mametis; licet largiente lege commutationis ordo, vel concamiationis obtineat vires, tamen appertunum & hoc pro futuris temporibut per scripturæ conscribere tramitem, ut & pro consecranda memoria Ecclesiis pateat series, & ea, quæ sponte conveniunt, nullius manente obstaculo, perenniter sumant vigorem; ac pro bona electione alterutras convenit, ut tibi Julianus Abba, cum omni Collegio Sanctorum Facundi, & Primitivi, vocabulo domnos Sanctos faceremus chartulam concamiationis. Ego Urraca prolis Fredenandi Imperatoris, una cum Fratribus Sancti Petri de Eslonza, de ipsa nostra Ecclesia vocabulo Sancti Mametis, cum omnibus suis hæreditatibus ab omni integritate pro suis terminis eunctis determinsmus. De prima parte via, quæ discurrit de Gallecuellis, & figet in termino de Elena. De secunda namque limite per amnis Cea, & figet in termino Gotos. Tertia quippe divisio de valle Ratari, & figet in termino de valle Farcello. Quarta vero pars de termino de valle Farcello, & figet in valle de Elena. Omnia illa hæreditate, quæ intra ipsos terminos supra ab omni integritate juris nostri causa concamiationis dare deberemus, quod & dedimus, manifestum est. Pro quo igitur, & contrario titulo concamiationis, a vobis accepimus de ipsis Monasteriis duobus Sancti Pelagii in rivulo Porma, vocabulo villa Burgala, cum sua divisione. Alio Monasterio vocabulo Sancti Vincentii inter amnes Pormas, & Turio; quas igitur hæreditates superius memoratas a nobis utraque voluntate in singulorum jure translatas habendi, tenendi, possidendi, cum ædificiis, vineis, sylvis, pratis, pascuis, paludibus, aquis, aquarumque ductilibus, vel omni jure Ecclesiæ deservientes pro luminaria Ecclesiæ vestræ, atque stipendia pauperum, vel substantia sua, absque Episcopali impedimento, & post iure Ecclesiæ vestræ perpetuo tempore debeant vindicare, & nec vendere, neque donare, neque modice amplius alienare præsumat, sed integrum sit, & intactum iure Ecclesiæ deserviendum, Quod si forte (quod fieri minime credimus) contra hunc nostrum factum venire tentaverit, primitus judicium Dei incurrat, & a sacrosancto Altario efficiatur estraneus, & sicut Dathan, & Abiron vivus in infernum descendat, & cum Juda Escharioте participium sumat, & insuper inferat vobis auri libras quinquies binas, & nec sic quoque hanc scriptionem irrumpere permittatur.

Ego Iam supra taxata Urraca hanc scriptionem fieri elegi, & signavi.

JOANNIS PAPÆ VIII. EPISTOLA I.

AD ADEPHONSUM HISPANIÆ REGEM

EX HISTORIA SAMPIRI.

Ovetensis Ecclesia Gallæciæ Metropolitana efficitur.

Joannes Episcopus Servus Servorum Dei, Aldephonso Regi Christianissimo, seu cunctis Venerabilibus Episcopis, Abbatibus, vel orthodoxis Christianis.

Quia igitur in cura nos totius Christianitatis B. Petri Apostolorum Principis sempiterna providentia efficit successores; ea Domini nostri Jesu Christi constringimur adhortatione, qua Beatum Petrum Apostolum monuit, dicens quadam [a] voce [b]: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo Claves Regni cælorum.* Et reliqua. Hinc rursus imminente Domini nostri articulo gloriosæ Passionis, inquit: * *Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos.* Ideoque quia vestræ notitiæ fama per hos Fratres, Limina Apostolorum lustrantes, per Severum, [c] & Synderedum Presbyteros nobis miro odore bonitatis est revelata; paterna vos adhortatione commoneo, in cœptis bonis operibus, gratia duce, perseverare; quatenus copiosa vos Beati Petri protectoris vestri, & nostra protegat benedictio. Et quotiescumque Filii charissimi, ad nos venire quilibet vestrum, aut transmittere voluerit; tota cordis exultatione, & animi gaudio, de ultimis Gallæciæ finibus, cui vos præter me Dominus Rectores constituit, tamquam jure Filios nostros vos colligimus; & Ecclesiæ Ovetensi, quam vestro consensu, & assidua petitione Metropolitanam constituimus, omnes vos subditos esse mandamus. Et concedimus etiam prædictæ Sedi, ut ea, quæ Reges, seu [d] Fideles juste obtulerunt, vel in futurum, Domino opitulante, contulerint; rata, firma, & inconcussa manere in perpetuum præcipimus: Hos quoque latores Literarum nostrarum omnes hortor, ut habeatis commendatos. Bene valete.

a Vice.
b Privilegii.
* *Matth.* 16.
* *Luc.* 22.
c Presbyterum & Synderedum
d Quilibet Fidelis.

JOANNIS PAPÆ VIII. EPISTOLA II.

AD ADEPHONSUM HISPANIÆ REGEM

Monet, Ecclesiam S. Jacobi consecrari.

a Adefonso.

Joannes Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio a *Aldephonso glorioso Regi Gallæciarum.*

b Abunde.

c Det.

d Nimium.

LIteras devotionis vestræ suscipientes, quia devotum vos esse cognoscimus erga vrstram Sanctam Ecclesiam, gratias vobis multiplices referimus, Dominum eaorantes, ut vigor Regni vestri b abundet, de inimicis vestris victoriam vobis concedat. Nam nos, Fili charissime, sicut petistis, sedulas preces Domino fundimus, ut Regnum vestrum gubernet, vos salvos faciat, custodiat, & protegat, & super inimicos vestros erigat. Ecclesiam autem B. Jacobi ab Hispanis Episcopis consecrari facite, & cum eis Concilium celebrate. Et nos quidem, gloriose Rea, sicuti vos, a Paganis jam constringimur, die, ac nocte cum illis bella committimus. Sed Omnipotens Deus c dat nobis de illis triumphum. Hujus rei gratia rogamus dilectionem vestram, & d animum deprecamur, ut quia, ut diaimus, valde a Paganis opprimimur, aliquantos utiles, & optimos Mauriscos cum armis (quos Hispani *ravallos Alpharaches* vocant) ad nos dirigere non omittatis. Qualiter nos recipientes, Dominum collaudemus, vobis gratias referamus, & per eorum portatorem de benedictionibus S. Petri vos remuneremus. Bene vale, dilectissime Fili, & clarissime Rex.

CONCILIVM OVETENSE

Anno Christi, non DCCCLXXII. sed DCCCLXXIII. aut aliquo proxime sequenti, die XVIII. Kalend. Julii, Era non CMX. sed CMXI. aut alia quavis consequente; si vere, ut ajunt Hispani Scriptores, celebratum fuit sub Joanne VIII. Papa, & Adelphonso Gallæciæ Rege.

Ex Sampiri Asturicensis Episcopi Historia, a Prudentio Sandovalio Episcopo Pompejopolitano edita.

1. CUm tantis triumphis (Adelphonsus III. Rex) lætatus est nimis, & velociter Presbyteros suos Severum, & Synderedum Romam ad Papam Joannem cum Literis suis misit. Et reversi a Domino Papa una cum Raynaldo gerulo suo, & cum subscriptis Epistolis, licentiam consecrandi Ecclesiam Beati Jacobi Apostoli, sive & Concilium celebrandi cum Hispanis Episcopis.

* *Scribendum fuit*, CMXI. *hoc est an. Chr.* CCMLXXIII.

* *Scribendū est* CMXI.

2. Hanc Epistolam asportatam de Urbe Romensi a duobus Presbyteris Severo, & Synderedo mense Julio Era * DCCCCIA.

Joannes Episcopus &c. *Vide supra pag. præcedenti.*

3. Item alia Epistola de eodem Papa Romense directa per Raynaldum gerulum mense Julio Era * DCCCCIA.

Joannes Episcopus &c. *Vide supra pag. præsenti.*

Episcopi, qui affuerunt.

4. Visis itaque Rea Epistolis, magno gaudio gavisus est. Tunc constituit diem consecrationis jam dictæ Ecclesiæ, sive & Concilium celebrandum apud Ovetum, cum omnibus Episcopis, qui in illius erant Regno. Ii sunt, Joannes Oscensis, Vincentius Legionensis, Gomerus Aduricensis, Hermegildus Oventensis, Dulcidius Solmanticensis, Jacobus Cautiensis, Naustus Conimbriensis, Argimirus Lamecensis, Theodemirus Vesensis, Gumadus Portugallensis, Argemirus Bracarensis, Didacus Tudensis, Egila Auriensis, Sisnan Iriensis, Reccaredus Lucensis, Theodesindus Britonensis, & Eleca Cæsaraugustensis Episcopus ibi interfuit.

Comites totius Regni Adelphonsi.

Consecratum est templum D. Jacobi 7. die Maji. At era Cæsaris hic ad scripta, aliique temporum characteres videntur mendosi.

5. Igitur auailiante Domino, venit Rea ad statutam diem cum uaore sua, & filiis, & prædictis Episcopis, & cum universis Potestatibus, sive & cum subscriptis Comitibus suis pernominatis: Alvarus Egunensis Comes, Veremundus Legionensis, Sarratinus Astoricæ, Berizo Comes, Veremundus Torrensis Comes, Betotus Indezæ Comes, Hermegildus Tudæ, & Portugalliæ Comes, Arias filius ejus in Minio Comes, Pelagius Bregantiæ Comes, Ordarius Castellæ, & Ausecæ Comes, Sylus Prucii Comes, Erus in Lugo Comes. Et cum istis omnibus omnis plebs Catholica, ubi facta est turba immodica ad videndum, sive & audiendum verbum Domini in prima die, quod erat nonas Maji, anno Incarnationis Domini Era 979 secunda feria deducebat animum ad lunæ cursum IV. luna XI. Consecratum est jam dictum Templum a prædictis Pontificibus hoc ordine subscripto. Imprimis consecraverunt Altare in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi, & ad dextram prædicti Altaris consecraverunt Altare in honorem Apostolorum Petri, & Paulli, ad lævam jam dicti Altaris consecraverunt Altare in honorem S Joannis Apostoli, & Euangelistæ. In Altari quoque quod est super Corpus B. Jacobi Apostoli, quod consecratum fuerat a septem Discipulis ejus, quorum nomina sunt hæc; Calocerus, Basilius, Pius, Chrysogonus, Theodorus, Athanasius, Maaiminus,

tamen

tamen nemo ex dictis Episcopus ausus fuit aliquid in eo agere, nisi tantum orationem, Missamque cantare.

6. Peracta die dedicationis, prædicti Pontifices jussu Regis secus flumen Ulliam, montemque, qui ab antiquis vocatur *Ilianarias*, consecraverunt Ecclesiam in honorem S. Sebastiani Martyris; & ab illa die usque hodie vocatum est nomen ejus *Mons farratus*. His peractis abierunt omnes.

7. Transactis itaque XI. mensibus, prædictus Rex una cum uxore, & filiis, & cum prædictis Episcopis, & Comitibus, & Potestatibus, venerunt Oveto ad celebrandum Concilium cum auctoritate Domini Papæ Joannis, & cum consilio Caroli Principis Magni. Memorati itaque Episcopi, Rege præsente, & universalis Hispaniæ Concilium, illis faventibus, Ovetensem Urbem Metropolitanam elegerunt Sedem, & in ea Hermegildum consecraverunt Archiepiscopum. Et dixerunt.

8. Infestatione namque, & incursione gentili extra Asturiarum montes nonnullis Præsulum a suis penitus Sedibus pulsis, nos vero in nostris nimium inquietati, ad ipsam Domum Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi de hostium faucibus confugimus erecti, ubi ipsius protectione muniti, ad ejus laudem, qui nobis præsideat, constituimus Archipræsulem, quo præsenti Concilio, præmisso triduano jejunio, decernimus, unumquemque nostrum pastorali cura secundum Canonum instituta regere populum sibi commissum. Ad hoc sancimus, ut consilio Regis, & Optimatum Regni, & Ecclesiæ plebis eligamus Archidiaconos, boni nominis Viros, per Monasteria, & Parochiales Ecclesias eundo, bis in anno Concilia celebrent, & lolium exstirpando, ad gregem Domini prædicationis semina ministrent, ipsaque Monasteria, sive Ecclesias ita disponant, quatenus nobis fideliter rationem reddant. Si vero quispiam eorum negotium sibi commissum indigne, & fraudulenter tractaverit, Canonia sententiæ subiacebit.

Ovetensis Ecclesia Metropolis erigitur post Nativitatem Domini, ab Incarnatione CCMLXXIII.

9. Tunc inquit prædictus Rex: Rogandus est itaque ipse Dominus noster Jesus Christus, ut omnes istas Sedes supradictas, tam populatas, quam etiam a gentibus dirutas, pia miseratione restituat, eisque tales Episcopos conferat, qui ei placeant, Sedemque Ovetensem Metropolitanam, & præsidium habeant, Tunc dicunt prædicti Episcopi: Nunc igitur quicumque in præfatis Sedibus fuerunt Episcopi, ad Concilium vocentur, eisque in Asturiis mansiones singulæ de Sede Sancti Salvatoris dentur, quibus quisque sua necessaria teneat; ne dum ad Concilium tempore statuto venerit, victus supplementum ei deficiat. Asturias enim patria tanto terrarum spatio est distenta, ut non solum Christi Episcopis in ea singulæ mansiones possint attribui; verum etiam (sicut prædictus Princeps Magnus Carolus per Theodulphum Episcopum nobis significavit) Christi Præsulibus ad vitæ subsidia valeant impendi singula loca, cum ad Concilium celebrandum venerint.

10. Tunc Rex inquit iterum: Vos ergo venerandi Pontifices in solitudinem redactas restaurate Sedes, & per eas ordinate Antistites; quia qui Domum Dei ædificat, semetipsum ædificat; unde Daniel loquitur dicens: *Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates*. Et Dominus in Euangelio ait: *Gratis accepistis, gratis date.*

11. In Asturiarum vero circuitu posuit montes firmissimos Deus, & Dominus est custos in circuitu populi sui ex hoc nunc, & usque in sæculum; infra quorum montium ambitum (qui quidem via x. dierum spatio valet circui) possunt Christi Episcopi mansiones singulas datas vobis ex Sede Sancti Salvatoris obtinere, vestrisque Sedibus extra honeste providere.

12. Tunc iterum loquiunt prædicti Pontifices: Roma namque ab hominibus ædificata, simili modo plures habet Episcopos, qui foris præsunt, & provident decenter suis Sedibus, quæ eis necessaria ministrant in Civitate morantibus, & Romano Pontifici famulantibus; cujus Romani Pontificis Joannis jussu, & consilio congregati Oveto sumus. Quo sane loco (ut præmisimus) montium munimine, manu Domini firmato, si in Domo Domini Salvatoris nostri, ejusque gloriosæ Genitricis Mariæ Virginis, necnon & duodecim Apostolorum, quos ipse Dominus jussit Euangelium prædicare, & Ecclesiam suam toto Orbe terrarum congregare, vera humilitate, & fideli devotione convenerimus; quemadmodum super ipsos Apostolos Spiritus Sanctus in igne descendit, eosque linguis variis magnalia Dei loqui edocuit; ita proculdubio idem Spiritus Sanctus super nos veniet, qui nos doceat, & ignem suum cordibus nostris infundat, & gentes, quæ nos infestant, reprimat, nosque ad Cælorum Regna perducat. Si quis autem nostrum se obliviosus Concilii unitate subtraxerit, a vera, & integra societate Sanctorum segregatus, pariterque anathemate cum Juda Domini proditore, cum diabolo, & angelis ejus in perpetuum sit damnatus.

13. Modo ergo nos Episcopi, vel reliqui Sacerdotes, Ovetensem Sedem, quam Deus elegit, Metropolitanam colligimus, ac pro posse nostro fideliter erigimus, & sicut superius diaimus, locis, qui nobis ab ipsa Sede per Asturias attribuuntur, rei nostræ rectos Procuratores ponimus, ut prædiffinito tempore ad Concilium Oveto recurramus.

14. Dationem illam in fine Libri huius invenies eam, ea videlicet ratione manente, ut per ipsas Sedes, quæ foris sunt, communi consilio laboremus; in hac Civitate, videlicet Asturiis, quam Deus fortissimam fundavit, substantiam nostram reponamus, & contra hostes Sanctæ Fidei concordi mente dimicemus; nam Dominus, & Salvator noster ad suorum Fidelium refugium, & Ecclesiæ firmamentum, eam firmissimam elegit, in qua si omnes charitatis vinculo vincti fuerimus, ipso auxiliante, adversariis nostris resistere, camposque defendere, ex quibus intus victum poterimus habere. Scriptum quippe est: *Civium concordia in hostes est victoria*.

15. Tunc inquit Hermegildus Ovetensis Ecclesiæ Archiepiscopus: Hoc ergo, Reverendi Epi-

Episeopi, una cum Romanis Epistolis unusquisque vestrum diligenter scribite, & per Concilia celebrate, legiteque. Quod si aliter feceritis, & a nostro Præcepto alienos vos habueritis, videte (quod absit) ne in judicium Domini incurratis. His peractis, jam dictus Rex surrexit, & faventibus eunctis, qui aderant in Concilio, tam Ecclesiasticus ordo, quam sæcularis, subscriptam Diœcesim jure perpetuo tradidit Ovetensi Ecclesiæ. In Gailæcia Suarnam cum possessionibus Sancti Martini, & Sanctæ Mariæ de Villavoli, cum omnibus suis appenditiis, Vallem-longam, & possessionem S. Mariæ, eum omnibus suis appenditiis. Neram cum possessionibus S. Martini de Asperella, & S. Jacobi de Corias cum omnibus appenditiis earum. Flantosam, & possessionem S. Martini de Perellinos, eum omnibus suis appenditiis. Totam Sarriam, & possessionem S. Mariæ de Corvella, eum omnibus suis appenditiis. Paramum usque ad flumen Mineum, totam Lamostum, Vintio, & Verosino, & Saviniano, & Frojane, usque ad flumen Sylum. Totam Luneam cum Ecelesiis de Pattajo, quæ ædificatæ sunt, vel fuerint inter Ornorium flumen, & Sylum, terminum montis Baron, & per aquam Zore, usque in fluvium, & fundum Arnole, & per ipsum discursum usque in flumen Mineum. In Voze usque in Porteilam de Vanati; & Ecclesias de Saiiar, inter Arnoiam, & Sylum, cum Ecclesiis de Barrosa Callellani, & possessiones S. Salvatotis de Ilbasmœsas, cum Saucam; Barvantes, Aura, & Avion, Asina, Camba, Aviancos, & possessionem Ecclesiæ S. Crucis de soto Senatori, cum omnibus suis appenditiis. Sicut prædictam Sedem hæreditaverunt nostri prædecessores, & Vvandali Reges stabilierunt, ita nos eam præcipimus stare, & confirmamus.

Ovetensis Ecclesia auctsis.

Tunc omnes, qui erant in Concilio, una voce dixerunt: Plaeet, placet omnibus.

56. Deinde tractaverunt ea, quæ pertinent ad salutem totius Regni Hispaniæ. His peractis, soluto Concilio, abierunt unusquisque in sua cum gaudio.

Actum Concilium xviii. Kal. Julii, Era * dcccca.

* Immo 911. aut aliqua sequenti.

NOTÆ VARIORUM IN HOC CONCILIUM

57. Supra jam monuimus, Eram illam Hispanicam corruptam esse, atque Amanuensis incuria excidisse saltem unitatis notam, scribendumque esse 911. aut 912. Neque enim Joannes VIII. Hadriani II. Kalendis Novembris anni 872. defuncti, in Pontificia dignitate succes-or electus dumtaxat die XIV. Decembris ejusdem anni, duas ad Adelphonsum, quæ initio Concilii memorantur, Epistolas mense Junio Juliove scribere potuit, antequam Pontifex fieret, neque Concilium ab eo indictum celebrari, nisi vel anno 973. aut aliquo ex proxime sequentibus. Sandovalius in Notis meminit Diplomatis Callisti Papæ II. anno 1122. concessi in hæc verba: *Ecclesiam Ovetensem, pro qua nos exorasti, cujus privilegia, regaliaque testamenta, & Diœcesis determinationes nobis præsentare studuisti, sicut Rex Adelphonsus Ordonii filius, & omnes illius temporis Episcopi Hispanienses cum auctoritate* (sic enim legendum, non *ante*) *prædecessoris mei bonæ mem: Domni Joannis Papæ constituerunt, & confirmaverunt eis, in perpetuum stare præcipimus, & auctoritatis Apostolicæ privilegio sancimus.* Cæteros temporum characteres, qui in Historia Sampiri mendosi apparent, excutientur a nobis accuratius alio in loco. PHILIPPUS LABBE.

18. Concilium Ovetense, anno Christi 873. aut aliquo ex proxime sequentibus, die 18. Kal. Julii, Era 911. aut alia quavis consequente, celebratum est. Aliter enim haberi non potuit, ut Scriptores Hispaniæ tradunt, tempore Joannis VIII. Papæ; utpote qui, teste Aimoino, & consentientibus aliis, anno Christi 872. decimo nono Kalendas Ianuarii ex Archidiacono creatus fuit Pontifex; atque adeo non potuit eius tempore haberi hoc Concilium eodem anno, die 18. Kalendas Julii, idest, quinque mensibus ante ipsius electionem, prout in editionibus frequentibus habetur. Adfuerunt Concilio Episcopi XVII. præsente Adelphonso Rege, & multis Proceribus. Qui postquam consecraverunt Ecclesiam S. Jacobi, perrexerunt Ovetum ad celebrandam Synodum, undecim postea mensibus, & ejus Urbis Sedem constituerunt Metropolitanam, juxta mandatum Joannis VIII. Papæ; & præterea plura spectantia *ad salutem totius Regni Hispaniæ*, ut ibidem dicitur.

19. Rem totam habes apud Rodericum Archiepscopum Toletanum Lib. 4. *De rebus Hispaniæ*, Cap 18. qui postquam Joannis VIII. Epistolas adduxit, ita narrare pergit: *Rex itaque visis Epistolis gaudio est gavisus, & constituit diem, in qua convenirent Nobiles, & Magnates, & Pontifices, qui Ecclesiam Beati Jacobi dedicarent. Et celebrata dedicatione omnes cum gaudio ad propria redierunt. Et fuerunt ibi in dedicatione multi Episcopi; Vincentius Legionensis, Gomellus Astoricensis, Hermegildus Ovetensis, Didacus Tudensis, Egila Auriensis, Sisnandus Iriensis, Reccaredus Lucensis, Theodosindus Britoniensis. Horum Civitates jam per Dei gratiam a Christianis possidebantur. Fuerunt ibi alii Episcopi, quorum Civitates aliquæ desertæ, aliquæ ab Arabibus tenebantur. Joannes Aucensis, Dulcidius Salmanticensis, Jacobus Cauriensis, Faustus Coimbriensis, Ardimirus Lamecensis, Theodemirus Visensis, Guimagus Portugalensis, Argimirus Bracarensis, Heleca Cæsaraugustanus. Horum Urbes etsi aliquando Asturiarum Reges obtinuerunt; propter impotentiam retinendi ab Arabibus occupatæ, aut retentæ, aut dirutæ remanserunt usque ad tempora Aldephonsi, qui cœpit Toletum. Et earum Episcopi ad Asturias fugientes, tam in Civitate, quam Diœcesi Ovetensi, partitis sibi territoriis, ut poterant, victitabant. Unde in aliquibus Libris antiquis Ovetum dicitur Civitas Episcoporum. Transactis autem undecim mensibus, prædictus Rex una cum uxore, & filiis, Episcopis,*

Co-

Comitibus, & Magnatibus, auctoritate Domini Papæ Joannis, Ovetum ad celebrandum Concilium convenerunt, in quo cum universali convenientia Civitas Ovetensis dignitate Metropolitica insignitur, & Hermegildus in Archiepiscopum sublimatur; quia Hispania, captivatis quinque Sedibus Metropolitanis, silebat officio Metropolitico destituta. Incursantium enim hostilitate fugati, intra Asturiarum angustias Prælati qui gladium effugerant, confugerunt; & ut tanta angustia tolerabat, antiqua Toletana Concilia instituta solicite continentes, Ovetensem Ecclesiam, & cæteras, quibus jam ut Metropolis præeminebat, ordinabant, juxta Canonum sanctiones. Multisque secundum Deum utiliter ordinatis, soluto Concilio, ad propria redierunt. CARD. DE AGUIRRE.

Templum Compostellanum sub dicto Alphonso Magno dedicatum fuisse, Auctor est Sampirus Episcopus Asturicensis; cui solemnitati interfuerunt *Hermenegildus*, aliis *Ermenildus Tude & Portugalliæ Comes, & Arias filius ejus in Minio Comes*, sive ad Minium fluvium; in qua ditione ab S. Rudesindo, ejusque matre est Cella-nuva exstructa. Tempus in Privilegio consecrationis ab eodem Alphonso dato ita indicatur: *Era* (scilicet Hispanica) *congruit novies centena, sexies sena addito tempore uno*. Et in Privilegio donationis dicitur *facta donationis charta die consecrationis Templi, nonas Maji, anno XXXVI. Regni Religiosi Principis Adephonsi, Era DCCCCXXXVII.* quæ convenit in annum Christi DCCCXCIX. quando cyclo solis XII. litera Dominicali G. Nonæ Maji inciderunt in Feriam secundam, & apud Sampirum, & in Privilegio consecrationis indicatam. Eandem dedicationem nonis Maii inscripsit Martyrologio Hispanico Tamajus Salazar, additque Acta consecrationis ex Sampiro, & Privilegiis Regis jam indicatis. Ambrosius Morales Lib. 15. Cap. 25. eumque sequutus Baronius, ad annum nongentesimum dictam dedicationem referunt, rati interim, cum aliis passim Scriptoribus, facultatem peragendæ dedicationis indultam ab Joanne VIII. Pontifice Romano, cujus Epistolis apud Sampirum apponitur Era DCCCCVIII. uti Concilio Ovetensi Era CMX. quod transactis XI. mensibus post dedicatam Ecclesiam Compostellanam inceptum scribit Sampirus, ac XVIII. Kalendas Julii absolutum; additque, *congregato magno exercitu, ac triennio peracto, Era CMLX Urbes desertas, & jussu Regis populatas*, quæ cum magna annorum confusione afferuntur. Morales, & Baronius Concilium illud, quo Ecclesia Ovetensis dignitate Metropolitana aucta est, referunt ad annum CMI. quo putarunt Joannem IX. constitutum Pontificem, cujus initium ad annum DCCCXCVII. tradunt Carolus Sigonius Libro VI. Regni Italiæ, & Alphonsus Ciaconius in Vitis Pontificum, ad annum sequentem Hieronymus Rubeus Lib. 5. *Historiæ Ravennatum*; ut ex Epistolæ videantur a Joanne IX. scriptæ fuisse, quæ solum in appendice post alias Joannis VIII. Epistolas num. 309. & 310. absque ulla temporis, aut anni notatione leguntur. Hæc de tempore dedicatæ Ecclesiæ Compostellanæ; cui adfuerunt pater, & avus S. Rudesindi, Comites circa annum nongentesimum illustres. Interfuit inter XVII. Episcopos Naustus Conimbricensis post Urbem Mauris ereptam constitutus, cum aliis Episcopis ibidem relatis, Bollandus Tomo I. Martii pag. 106.

ACTA CONCILII OVETENSIS

Nunc primum edita ex mss. Ecclesiæ Toletanæ, & Ovetensis.

1. SUmmi dispositoris providentia permanente, plerisque Hispaniensium a Gentilibus subversis Urbibus, mole peccaminum exigente, gloriosissimi Regis Adephonsi Casti, & Adulphi Ovetensis Episcopi solerti consideratione, necnon piissimi Francorum Principis Caroli consilio, quem equidem missa legatione, super hoc convenimus Oveti negotio nos hic subscripti Pontifices: Theodemirus Columbriensis, * Argimundus Bracarensis, Didacus Tudensis, * Theoderindus Iriensis, Vincentius Legionensis, Vvimaredus Lucensis, Gomellus Asturicensis, Abundantius Palentinus, & Joannes Oscensis, * Rege præsente, & Universali Hispaniensium Concilio nobis favente, Ovetensem Urbem Metropolitanam eligimus Sedem. Infestatione namque, & incursione gentili extra Asturiarum montes nonnullis Præsulum a suis penitus Sedibus pulsis, nos vero in nostris nimium inquietati, ad ipsam Domum Domini, & Salvatoris nostri de hostium faucibus confugimus erecti, ubi ipsius protectione muniti, ad ejus laudem, qui nobis præsideat, constituimus Archipræsulem.

2. Quo præsenti Concilio, præmisso triduano jejunio, decernimus, unumquemque nostrum pastorali cura, secundum Canonum instituta, regere populum sibi commissum.

3. Ad hæc sancimus, ut consilio Regis, & Optimatum Regni, & Ecclesiæ plebis, eligamus Archidiaconos, boni nominis Viros, qui per Monasteria, & Parochitanas Ecclesias eundo, bis in anno Concilia celebrent, & lolium exstirpando, gregi Domini prædicationis semina ministrent; ipsaque Monasteria, sive Ecclesias ita disponant, quatenus nobis fideliter rationem reddant. Si vero quispiam eorum negotium sibi commissum indigne, & fraudulenter tractaverit; si forte Ecclesiæ servus exstiterit, a dignitatis honore publice remoto, septuaginta ei flagella conferamus, & initio servitiique infimo redigamus, & ad gradum pristinum nullo in tempore revocemus. Si autem ingenuus fuerit, nos Episcopi cum Comitibus, & plebe Ecclesiæ conjuncti, ut superius ab honore sublato septuaginta flagella ingeramus, & juxta sententiam Canonicam, & Librum Gotthorum, quicquid de facultatibus Ecclesiæ illicite distraxerat,

* Agila Augiensis. Argim. in ms Ovet.
* In ms. Ovet. Theodesindus.
* & Heleca Cæsaraugustanus, & Rege præs. in ms. Ovet.

rat, pro quantitate culpæ persolvat, communique consilio alius loco ejus succedat. Quod si quis Episcoporum veritatis contemptor injuste objecerit crimen Archidiacono, quod ratione nequeat probari; tantum de suis facultatibus false accusato impendat, quantum si ipse Archidiaconus foret convictus, persolvere debuerat. Insuper communi decreto Concilii pro foribus Ecclesiæ quadraginta dies pro commisso facinore pœniteat.

4. Præterea Monasteria, quæ de Sancti Salvatoris Ovetensis Archiepiscopali datione, & Regali concessione, nobis singulis conferuntur, singula Fidelibus dispositis provisoribus ædificare curemus, ne aliquam victus inopiam toleremus, dum ad celebranda Concilia Ovetum venerimus; quæ quidem Sedes Metropolitana ea Lucensi Sede Archiepiscopali est translata. Lucensis namque Sedes prius Metropolitana, Bracaræ fuit deinde subdita; Bracara vero a Gentibus destructa, Lucensis Sedes in Concilio sancto Ovetensi Archiepiscopo pio est subdita.

5. Omnes igitur Episcopi ordinati, seu in subscriptis Sedibus ordinandi, idest, in Bracara, in Tude, in Dumio, in Iria, in Conimbria, in Aquas-calidas, in Veseo, in Lamego, in Cœlenes, in Portugale, in Bœne, in Auriense, in Britonia, in Astorica, in ambas Legiones, quæ sunt una Sedes. in Palentia, in Auca, in Saxomone, in Segovia, in Oxoma, in Avela, in Salmantica, subditi sint Ecclesiæ Ovetensi Salvatoris nostri Jesu Christi, qui pacificavit omnia ea Patre genitus ante sæcula, qui ipsum locum muro firmissimo, montium videlicet munimine valiavit, & ante sæcula ad Fidelium salvationem præscivit, quos per servum suum Pelagium liberavit. Rogandus est itaque ipse Dominus noster Jesus Christus, ut omnes illas Sedes supradictas, tam populatas, quam etiam a gentibus dirutas, pia miseratione restituat, eisque tales Episcopos conferat, qui ei placeant, Sedemque Ovetensem Metropolitanam, ut præsidium habeant. Si vero antiquas Sedes, quæ in Canonibus resonant, vel alias, quas modo nominavimus, idest Legionem, Sasomonem, Cœlenes, vel alias, quas nec Suevi, nec Gotthi restaurare potuerunt, scire volueritis, Idatium Librum legite, & per ipsas Civitates annotatas invenietis Sedes.

6. Nunc igitur quicumque in præfatis Sedibus inventi fuerint Episcopi, ad Concilium vocentur, eisque, sicuti & nobis, in Asturiis mansiones singulæ dentur, quibus quisque sua necessaria teneat; ne dum ad Concilium tempore statuto venerit, victus supplementum ei deficiat. Asturiarum enim patria tanto terrarum spatio est distenta, ut non solum viginti Episcopis in ea singulæ mansiones possint attribui; verum etiam (sicut prædictus Magnus Rex Carolus per Theodulphum Episcopum nobis significavit) triginta Præsulibus ad vitæ subsidia valeant impendi singula loca. Vos ergo, Venerandi Pontifices, in solitudine redactas restaurate Sedes, & per eas ordinate Antistites; quia qui Domum Dei ædificat, semetipsum ædificat; unde & Daniel loquitur, dicens: *Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuum æternitates*. Et Dominus in Euangelio ait: *Gratis accepistis, gratis date*.

7. Ne igitur cuiquam videatur dissonum, & quasi rationi contrarium, Lucensem, seu Bracarensem Archiepiscopatum Oveso fuisse translatum; legimus Gotthos dignitatem Carthaginis Toleso transtulisse, eique Sedes viginti subdidisse. Judicio autem Divino propter peccata retroacta cecidit Toletus, & elegit Asturias Dominus. Toletus quippe in ambitu habet quinque, vel sex millia passuum, cujus Civitatis ambitus humano artificio actus, fuit destructua, quia valuit dissipari a gentibus. In Asturiarum vero circuitu posuit montes firmissimos Dominus, & Dominus est custos in circuitu populi sui ex hoc nunc, & usque in sæculum. Infra quorum montium ambitum (qui quidem via * viginti dierum spatio valet circui) possunt viginti Episcopi mansiones singulas obtinere, suisque Sedibus extra honeste providere. Roma namque ab hominibus ædificata, simili modo plures habet Episcopos, qui foris præsunt, & provident decentur suis Sedibus, quæ eis necessaria ministrant in Civitate morantibus, & Romano Pontifici famulantibus, cujus Romani Pontificis Joannis jussu, & consilio congregati sumus Oveto.

* In ms. Ovet. decem.

8. Quo sane loco (ut præmisimus) montium munimine manu Domini firmato, si in Domo Domini Salvatoris nostri, ejusque gloriosæ Genitricis Mariæ Virginis, necnon & duodecim Apostolorum, quos ipse Dominus misit Euangelium prædicare, & Ecclesiam suam toto Orbe terrarum congregare, vera humilitate, & fideli devotione conveneritis, quemadmodum super ipsos Apostolos in Sancta Civitate Hierusalem propter metum Judæorum in unum congregatos, Spiritus Sanctus in igne descendit, eosque linguis variis magnalia Dei loqui edocuit; ita proculdubio idem Spiritus Sanctus super vos veniet, qui vos doceat, & ignem suum cordibus vestris infundat, & gentes, quæ vos infestant, reprimat, vosque ad Cœlorum regna perducat. Si quis autem nostrum se ab hujus Concilii unitate subtraxerit, a vera, & integra societate Sanctorum segregatus, parique anathemate cum Juda Domini proditore percussus, cum diabolo, & angelis ejus in perpetuum sit damnatus,

9. Adhuc etiam, ut omnes invidos, & refragatores Oveto Metropolitanæ translationis leviter convincamus, alia exempla adducimus. Nulli quidem est dubium, olim Babyloniam mundi Urbium tenuisse principatum. Destructa vero a Domino Babylonia, mundi principatum obtinuit Roma, quam Beatus Petrus accepit in sorte sua. Sic & Hierosolyma, quæ antea Romæ, & Babyloniæ fuit subdita, omnium Provinciarum facta est domina, in qua Dominus noster Jesus Christus pro nostra omniumque redemptione pati, & in ejusdem confinio Bethlehem est dignatus nasci. Postquam autem idem Redemptor noster victor Cælos ascendit, culpa infidelitatis est derelicta, velut tugurium in vinea, & crevit Fides Christi per universa-

mun-

mundi elimata. Simili etiam modo Toletus totius Hispaniæ antea caput extitit, nunc vero Dei judicio cecidit, cujus loco Ovetum surrexit.

10. Modo ergo vos Episcopi, vel reliqui Sacerdotes, Ovetensem Sedem, quam Dominus elegit Metropolitanam, colite, ac pro posse vestro fideliter erigite, & sicut superius diximus, locis, quæ vobis ab ipsa Sede per Asturias attribuuntur, rei vestræ rectores Procuratores ponite, & definitu tempore ad Concilium Ovetum recurrite, ea videlicet ratione manente, ut per ipsas Sedes, quæ foris sunt, communi consilio laboremus, & in hac Civitate videlicet Asturiis (quam Dominus fortissimam fundavit, substantiam nostram reponamus, & contra hostes Sanctæ Fidei concordi mente dimicemus. Nam Dominus, & Salvator noster ad Fidelium refugium, & suæ Ecclesiæ firmamentum erexit, in qua si omnes charitatis vinculo juncti fuerimus, ipso auxiliante, adversariis nostris resistere, campos etiam defendere, ex quibus intus victum poterimus habere. Scriptum quippe est: *Civium concordia in hoste est victoria*.

11. Verumtamen nisi prius fuerit dissensio in Domini filiis, non revelabitur filius perdionis; quia si in Asturiis non fuisset dissensio, & duorum Principum electio, aut in Episcopis, & ceteris Servis Dei sanctæ charitatis fuisset dilectio; profecto gladius furoris non immineret Oveto, qui circa adjacentem Ecclesiam Beati Petri plerosque ex utraque parte divino judicio interfecit. Surrexerunt namque alienigenæ, & plerique falsi Christiani cum Duce Mahamut, ministro diaboli, & filio perditionis, tunc temporis principiante Asturiensibus Christianis Mauregato invasore Regni Adephonsi Casti, invaserunt fines Asturiarum, quibus Rex Catholicus occurens cum multitudine Christianorum, loco prædicto commiserunt bellum. Peracta itaque, ut præmisimus, strage utrinque infinita, Salvatoris nostri Jesu Christi clementia, cui mente devota nostra famulatur patria, Christianis tandem cessit victoria. Hostes igitur terga vertentes, partim sunt gladio cæsi, partim vero ad exemplum Ægyptiorum, alveo Minei fluminis sunt submersi. De qua victoria, Fratres, Dominum collaudantes, conjuncti simus summæ charitatis dilectione; nec recedamus a præceptis Dei, & Salvatoris nostri, qui nobis super Sanctæ Ecclesiæ hostibus consolationem dabit; insuper cum Sanctis, & Electis in Regno cælorum nos annumerabit.

12. Hoc ergo, Reverendi Episcopi, Privilegium unusquisque vestrum diligentius scribet, & per Concilia celebrata legat. Quod si aliter feceritis, & a nostro Præcepto alienos vos habueritis; videte (quod absit) ne judicium Domini incurratis. Actum Privilegium XVII. Kalendas Julii, DCCC. Z VIIII.

SUBSCRIPTIONES.

Adephonsus Serenissimus Princeps hoc Privilegium confirmo.

Adulphus Ovetensis Episcopus confirmo.

Theodemirus Colambriensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Argimundus Bracarensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Didacus Tudensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Theoderindus Iriensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Vuimaredus Lucensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Gomellus Astoricensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Vincentius Legionensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Abundantius Palentinæ Ecclesiæ Episcopus confirmo.

Joannes Oscensis Ecclesiæ Episcopus confirmo.

NOTÆ CARDINALIS DE AGUIRRE.

HÆc Acta nunquam hactenus edita, ex Libro antiquissimo Ecclesiæ Ovetensis eruta, ad nos misit Cl. Vir. D. Antonius de Llanes, & Campomanes, Archidiaconus Tineensis, & Cathedræ Decretorum Professor in Academia Ovetensi. Præterea integrum illorum exemplar habuimus ab illustriss. Capitulo magnæ Ecclesiæ Toletanæ; in quo refertur hoc Concilium ad Eram DCCCCX. cui respondet annus Christi 872. Sunt vero valde notanda eadem Acta, propter plura, quæ in eis decernuntur, & memorantur. Subscribunt Rex, & a. Episcopi. In fine autem hæc habentur: Actum Privilegium XVII. Kalendas Julii, Era DCCC. Z. VIII. In qua temporis notatione non levis difficultas apparet, quæcumque ratione accipiatur. Sandovalius in *Historia Alphonsi VII.* vult Concilium illud coactum fuisse anno 877.

EPISTOLA STEPHANI PAPÆ VI.

Nomine scripta adversus Selvam, & Hermemirum falsos Episcopos Ecclesiarum Urgellensis, & Gerundensis.

Ex Archivis Ecclesiarum Tarraconensis, & Narbonensis.
Anno DCCCLXXXVII.

STephanus Servus Servorum Dei, Selvæ, & Hermemiro, atque Frodoino Barchinonensi. Noveris, inquam, noveris, Selva Frater (si fas est fraterno te vocari debere vocabulo) quod ex Præcepto gloriosissimi & Catholici Imperatoris Oddonis nuper venerim Trecas, Concilium inibi de multis, ac diversis celebraturus negotiis, cum reliquis Coepiscopis,

pis, & Consacerdotibus Pontificalibus Infulis insignitis quinquaginta duobus, qui eidem nobiscum interfuere Concilio. Nam eum de quibusdam Ecclesiasticis caussis a nobis solicite tractaretur, riteque qualiter se habere deberent, disponeretur; inter cætera, quæ a nobis juste disponebantur, atque statuebantur judicio, ventum est ad tuæ insolentissimæ, nimisque præsumptuosæ arrogantiæ indecentissimum dedecorum dedecus, quo inflato elationis tuæ stomacho rebellare, immo resistere præsumpsisti Dei omnipotentis perpetuæ dispositioni, volens ipsius, Sanctorumque Apostolorum ejus instituta, specialiter vero Beati Petri Apostoli, convellere, ac penitus evacuare. Denique ut ejusdem rei caussam tibi exponam diligenter, ipsi olim a Domino nostro Jesu Christo universalis Ecclesiæ non solum generaliter, ut cæteris, sed etiam specialiter præ omnibus Coapostolis ejus commissa, & illius fidei credita est, sicut habes scriptum: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Et idem cum interrogaretur ab eo post resurrectionem ejus, an eum amaret; tertio contestatus est ab eodem Domino, ut pasceret oves ejus. Qua auctoritate idem fultus, & successores illius post eum, semper Ecclesiastica negotia disponunt, atque determinant. Tu autem adhuc perseverans in malitia tua, plenus insania, non ut sapiens, sed desipientis more, existimas Dei æterni constitutionem, qui, ut scriptum est, mutat tempora, & ætates, transfert Regna, atque constituit, atque etiam priscorum Decreta convellere Patrum, dum Tarraconensis Ecclesiæ Archipræsulatum in tuum jus, Ecclesiæque tuæ subripere moliris, qui divina dispositione in Narbonensis Ecclesiæ transiit ditionem, non subreptione, vel violentia qualibet, sed voluntate, & electione, atque contraditione omnium ejusdem Terræ indigenarum, tam nobilium quam & ignobilium, præcipue quoque Episcoporum, & Comitum, atque etiam Regum Francorum, ad quos Celsitudo Principatus ejusdem terræ specialiter pertinet. [Adeo enim, & hac conditione jus Ecclesiæ Tarraconensis in jus, & obsequium ditionis Ecclesiæ Narbonensis transiit, ut nunquam a subjectione illius ullo pacto, ullave ratione recedere queat, etiamsi Tarraconensis Provinciæ Metropolitana Ecclesia in pristinum reformetur statum, eo quod Narbonensis Ecclesia tutoris loco semper fuerit Ecclesiis prædictæ Diœceseos, quæ vastationem Paganorum vis evadere potuerunt Porro si jam dicta Metropolis adhuc in antiquum redeat statum, & cunctæ ejusdem Diœcesis Ecclesiæ, quæ prius illi paruerant, revertantur in mancipatum obsequelæ illius, juxta Catholicorum Patrum determinationem; ipsa tamen Metropolis secundum Romanæ Ecclesiæ Pontificum instituta, atque Apostolica privilegia, in hac semper Narbonensis Ecclesiæ ditione, ac perpetuo famulatui subcumbat; ut omnis, qui Pontificatus illius arcem sortitus erit electione totius Ecclesiæ ejusdem Cleri, & populi, non prius ulla ratione ordinetur, vel consecretur, donec prædictæ Narbonensis Ecclesiæ Pontifex veniens consecret eundem, qui electus fuerit in Archipræsulatus honorem. Quod si aliqua difficultate compulsus venire nequiverit ad consecrandum prælibatæ Metropoleos Episcopum, mittat vice sua aliquem ex Suffrageneis suis Episcopis, qui diligenter eandem rem peragat, atque in Solio Pontificali collocare, & inthronizare solenniter satagat. Unde & idem qui consecratus fuerit, munus debitæ obedientiæ Narbonensi Ecclesiæ semper in omnibus cedat; tantum ut a Romano Pontifice Pallium cum privilgii auctoritate suscipiat. Semper enim Tarraconensis Pontifex, Clerus quoque, & populus omnis, si res ipsa effectum capiat, reminisci debebunt, quod illarum Parochiarum Ecclesiæ, quæ de potestate, & jure Narbonensis ditionis, sub qua diutina educatione nutricis more alitæ fuerant, postquam in maternum transierant sinum, si res eadem quandoque capiat illud agendi effectum, nutricatus ejusdem gratia rependere laudifluas gratiarum actiones debet, & insuper educationis prædictæ caussa eam, ac si matri, mercedem impendere subjectionis, atque honoris.] Quod si redeamus ad antiquos priscarum institutionum a Primatibus Sanctæ Ecclesiæ, haud dubium quin Petro, & Paullo caussas divino nutu patratas non solum Tarraconensis Metropolis, verum & Hispania omnis, quantum ad jus Ecclesiasticum spectat, Narbonensi semper debet prælationi subjici, ejusque patrociniis, ac si materno lacte, ali. Nam sacræ Fidei documenta primum ab eadem accepit, & Fidei lumine illustrata, si de mortis perpetuæ somno excitata, in æternæ vitæ evigilavit splendorem; prout hactenus in Beati Petri Armario diligenter servantur reposita, quemadmodum & illa, quæ a Discipulo Apostolorum Petri, & Paulli Sergio, nihilominus Paullo, gesta fuisse memorantur; quæ, ut videris, prorsus ignoras. Nam si ea perfecte nosses, æstimo, quod non ad tam turgidæ inflationis vecordiam animatus suspirare unquam auderes. Nunc quoque, quia huc usque te latuerunt, a nobis tibi, licet brevi, & compendioso sermone, veridico tamen, intimanda sunt, ut non deinceps talia agere præsumas. Ut ergo quomodo eadem res se habeat, evidenter ostendam; cum Beatus Apostolus, & Doctor Gentium Paullus Roma egressus in Hispaniam prædicationis caussa proficisceretur, juxta quod idem in Epistola sua prius Romanis, qui crediderant, significaverat; assumptis secum Trophimo Ephesino, nec non & prudentissimo Viro Sergio Paullo, quos idem ante lucratus fuerat Christo, Torquato quoque, Secundo, & Endelvio, & quibusdam aliis; Cisalpinam Galliam postquam devenit, Arelatem, quæ est Metropolis Provinciæ, quantocius adiit. Cumque in eadem Civitate aliquandiu moraretur prædicans, & annuncians Regnum Dei, & multi per ejus doctrinam converterentur ad Christum; reliquit ibi, ad confirmandas eorum, qui crediderant, animas, mentesque, Trophimum a Petro Apostolo prius ordinatum Episcopum. Ipse vero cum cæteris Narbonam usque pergens, inde prædictum Torquatum, seque alios illius comites, & condiscipulos Gallæciam ad prædicandum juxta Petri Apostoli præceptum illico destinavit. Ipse vero postquam multos, non solum ex eadem Urbe, sed etiam ex nonnullis Civitatibus ad eum confluentibus, una cum prædicto Sergio euangelizans, sedulo docuit, & egregie convertit ad Christum. Cum autem

jam

jam fortes in Fide, ac penitus immobiles, quos docuerat, agnovisset; misit ex eis quosdam prædicare per diversas Galliarum Regiones Dominum nostrum Jesum Christum. Post hæc autem profectus inde una cum Sergio Paullo, ad ulteriorem ambo usque pervenerunt Hispaniam, euangelizantes per singulas Urbes, ut prædiximus, futuri gloriam Regni Dei. Peracto itaque prædicationis suæ non modico tempore, contestabantur eos, qui crediderant, ut quam acceperant Fidem, fideliter conservarent, & cæteris, quibus nondum prædicata fuerant, magnopere eam erogare studerent. Igitur post hæc Romam deliberavit reverti prædictus Apostolus; atque in consulationem, confirmationemque credentium, socium eis, & coeuangelistam suum Sergium Paullum misturum denuo repromisit, quibus & præcepit dicens, ut illi in omnibus ac per omnia obsequium præberent, & monitis illius libentissime parerent. Cumque his ac talibus per singulas Civitates Apostolus fratres, qui crediderunt, hortaretur; commendans eos Domino, & valefaciens eis, Rumam redire solicite satagebat. Qui rediens, cum venisset iterum Narbonam, dispositis omnibus, quæ agi oportebat, reliquit ibi collegam suum nihilominus Paullum, præcipiens ei, ut quos jam Domino per Fidei gratiam, ac si parturientes, genuerant in diversis regiunibus Hispaniæ, lacte eos consolationis tamdiu nutrire studeret, donec cibo solido perfectæ credulitatis vesci indubitanter cognosceret. Unde & totam regionem illam in Apostolatus ejus officium Domino cooperante ipsis commisit. Galliarum autem populos iccirco prædicandos illi credidit, quoniam ad hoc ipsum agendum Beatus Petrus eum miserat, & vice sua hujus rei gratia Episcopum consecraverat, atque etiam prædictam Narbonam insignem Metrupolim Galliarum specialiter ad docendos, euangelizandosque tradiderat populos. Nam post hæc, consummatis omnibus, quæ communi utriusque egregii prædicatoris intentione agenda erant, a se mutuo dilectionis affectu cum recessissent, alternis eshortationibus, atque amplexibus Domino commendare se studuere. Atque sic sibi valefacientes, post oscula, & fletus ab invicem divisi, Apostolus Romam profectus est, Sergius vero Narbonæ resedit. Uterque enim officium sibi prædicationis injunctum adeo strenue exercuit, ut nullis terroribus, vel pœnis illud relinqueret, quoadusque per Martyrium quisque eorum ad se vocantem Christum intrepidus accederet, ut talentum sibi creditum quinquies duplicatum offerret, & ab eo centies multiplicatam perpetuæ mercedis recompensationem perciperet. Si autem nosse vis quid post discessum Apostoli Sergius Paullus commendato sibi gregi, quem cum Apostolo Christo acquisierat Domino, fecerit; notum sit tibi, & universis Hispaniarum utriusque sexus indigenis, quoniam tam per se ipsum, quam etiam per suos, quos in Fide Christi jam nutrierat, docueratque discipulos, omnes Hispaniarum regiones peragrando, earumque habitatores indesinenter docendo, adeo quosdam eorum in Christianæ Fidei culmen, & cultum subvexit, quatenus nullius, prætarquam sui, indigerent, vel ipsi, vel quidam successorum eorum sanæ doctrinæ. Lege igitur Beati Leandri, Isidori quoque, nec non Braulionis, itemque Juliani, ac cæterorum ejusdem Provinciæ Doctorum Catholicorum Libros, & sic forsitan me vera dicere comprobabis. Quod si nec ita satis tibi factum esse credideris; gestorum illius volumina ab ejusdem Paulli discipulis tribus voluminibus comprehensa, diligentissima curiositate recense; & tunc quæ prius, nisi fallor, penitus ignorabas, patulo postmodum recognosces ejusdem rei effectu. Quod si nec ita consulum tibi præbere volueris, sed semper obstinatione perversa Romanorum Pontificum censuram, quorum Decreto Divina auctoritate firmato omnis Christi Ecclesia toto persistens Orbe regitur semper, atque disponitur, plenus insania contemptibilem duxeris, in tantum ut ab injuria, quam impudenti facie, & immodersta rapacitate prædicto Archipræsuli Theodardo irrogas, recedere nullatenus patiaris; notum sit tibi, & universis, qui aliquod suffragium, adjutoriumve præbent tibi super his, quibus a nobis juste impeteris, quod anathematis vinculis jugiter colligati eritis, atque insolubiter innodati. Quo circa, ne injuriam tibi facere videamur, constituimus ego, & qui mecum sunt quinquaginta, & duo Episcopi, terminum tibi satisfaciendi ei, cui injuriam jugiter facis, Narbonensis Ecclesiæ Pontifici, usque in festivitatem Sancti Michaelis Archangeli. Quod si usque ad prædictam, proximamque memoratam Archangeli solennitatem non ei satisfeceris, ita ut in ejus jus proprium, Ecclesiæque ipsius, totum quod abstulisti ab ejusdem Pontificis jure, ac ditione, integerrime, & sine qualibet reservatione, vel redhibitione restituas, Dei omnipotentis auctoritate, Sanctorumque Apostolorum Petri & Paulli, necnon cunctorum Romanæ Ecclesiæ Pontificum, nostra quoque, & omnium, qui huic Trecassinæ Synodo intersunt, Episcoporum, escommunicando excommunicamus, & maledicendo maledicimus, ac perpetuo anathematis vinculo insolubiter colligamus, & te, & maledictum tuum Hermemirum, & Frodolnum perjurum, & apostatam Antiscopum, & omnes, qui aliquod tibi adjutorium circa tam injustam præsumptionem præbent, uti a statuto, vel præfinito a nobis tempore ab omni cœtu Christiano semper extorres habeamini, atque esfortes.

ACTA DEDICADIONIS ECCLESIÆ

SANCTÆ MARIÆ RIVI-PULLENSIS

Ex Chartulario Monasterii Rivi-pullensis, anno DCCCLXXXVIII.

IN nomine Domini Dei summi, ac Regis æterni, sub anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXXVIII. Indictione VI. seu sub anno primo imperii Odonis Regis, seu XII. Kal. Maji, epacta XIV. In diebus illis, & tempore præfato veniens ei-

mius Vir, almusque, pacificus, Reverentissimus quoque Pater, Summus Sacerdos, Gotmarus Episcopus, In Comitatu Ausona, in valle, quæ nuncupant Rio-pullo, ad consecrandam Ecclesiam Dei, quæ sita est in eodem loco, in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ dicatam, quam corde contrito, & nutu divino ædificare conatus est videlicet Vir illustris, idest, Vvifredus Comes, & Vvidinilles Comitissa, in cujus merito surrexit limina Templi, atque tradiderunt eidem Ecclesiæ Pontifici, vel prædicti, idest Calicem, & Patenam de auro, Missalem, Lectionarium, Planetam, & Albam, Stolam, & Manipulo. Et alaudo tradimus ibi in Comitatu Cerdania una villa, cui vocabulum est Loci, cum omnes fines, & terminos suos, & adjacentias suas, sicut nos eam retinemus, & nobis advenit ex compatatione de partibus Sesenando, qui eam tenebat per Præceptum Regis. Et tradimus ibi servum nostrum, nomine Aigfredo. Et ego Gotmarus Episcopus dono ibidem cortina I. palleam ad honorem Sanctæ Mariæ jam dictæ Virginis ad ipso Altare cooperiendum. Hæc omnia superius meminita tradimus ad jam dicta Ecclesia fundata, & dedicata propter absolutionem peccaminum, & propter amorem cælestis patriæ, & propter metum gehennæ ignis, & propter remedium animarum parentum nostrorum. Et tradimus ibi filio nostro Radulfo cum omni hæreditate sua quod divisimus ei cum fratres suos, ut ibi habitaturus sit omnibus diebus vitæ suæ. Hæc omnia tradimus sub manibus Dagini Abbatis, & omnes Monachos ibi commorantibus, tam præsentes, quam futuros, sub jugo regulæ militantibus, & de jure nostro in jus illorum transfundimus habendos, tenendos, atque possidendos, sicut jam supra diximus, propter remedium animæ nostræ, vel parentum nostrorum, & propter dedicationem Sanctæ Beatæ Mariæ Virginis. Quod si nos ipsi donatores, aut ullus homo ex adverso irruens, persona, vel inruere certaverit, qui contra hanc dotem Beatæ Mariæ Virginis facta, & ad nos tradita usurpaverit, vel ausus fuerit usurpare; primum ab agmine Sanctorum, & divino consortio extraneus reperiatur, seu accidat ei maledictio, & qui descendit super Dathan, & Abiron. Ita fiat. Amen. Si quis hæc inquietare ausus fuerit, vindicare non valeat, sed plenissimam ubique in omnibus obtineat firmitatem, & tentator, vel inquietator hæc omnia in duplo corporaliter ad eandem domum, & ibidem commanentibus sine mora restitui faciat. Facta dote Beatæ Mariæ Virginis sub priscum datarum III. Kal. Maji anno I. Odonis Regis, & anno DCCCLXXX. & VIII. epacta prædicta XIV. Vvifredus subscripsit. Signum Vvidinillis, qui hanc dotem fecimus. Godemarus Episcopus. Recemirus Abba.

PRÆCEPTUM ODONIS REGIS FRANCORUM PRO ECCLESIA AUSONENSI

Ex Archivo Ecclesiæ Ausonensis. Anno DCCCLXXXVIII.

IN nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi, Odo misericordia Dei Rex, Si servorum Dei vota prompta voluntate recipimus, atque utilitati eorum omnimodis providemus; sine dubio æternæ retributionis præmi a a pio Deo nobis largiri confidimus. Quocirca noverit omnium Fidelium Dei nostrorumque solertia, quia adiit aures clementiæ nostræ Venerabilis Archiepiscopus Teodardus a parte Godemari Ausonensis, & Manresensis Episcopi, & deprecatus est, ut matrem Sedis Ecclesiæ jam dicti Episcopi longo incursu * paganorum, proprio Pastore, & Christianitate frustratam, de rebus nostris ad jam dictam Ecclesiam, quæ est constructa in honore Sanctæ, & intemeratæ Virginis Mariæ, atque Petri Apostolorum Principis, ditaremus. Quod quidem libenti animo & fecimus. Concedimus igitur jam dictæ Ecclesiæ, ejusque Episcopo cum omnibus successoribus ejus, in Ausonensi Pagu omnes Regias dignitates de Manresæ Civitate, quantum ipse Comes consensivit, ad ipsam Ecclesiam de ipsa Civitate, & vallem, quæ dicitur Artese, cum Ecclesiis, villis, & villaribus, & cum finibus, & adjacentiis illorum, hoc est, de ipso rivo de Olone, qui funditur in rivo lato, deinde per ipsos montes super villa * Torcana, usque in Balso rubio, deinde ad ferram longam, sicut aquæ vertuntur; deinde per stratam per serram longam discurrentem super villam Maracanis, & pervenit ad ficturam, qui discurrit in Lubricato; deinde a rivo lato usque in Lubricatum, & pervenit ad rivo de Olone. Hæc omnia cum Ecclesiis, & decimis, & teloneis mercatorum terræ, tertiam partem usque in fines Cardonæ, & usque ad ipsos fines de Bergitano; & usque in Eramala, cum pascuariis de Comitibus, prædicto Episcopo, ac sequacibus ejus concedimus canonico more cuncta habenda. Habitatores vero locorum illorum servitium, & obsequium, quod Comitibus hactenus impendebant, ab hinc jam dicto Episcopo impendant, ac successoribus ejus. Nullusque de præfata Terra vendere sine licentia Episcopi præsumat. Nullusque exactor Reipublicæ, nec in teloneis, nec in fredis, nec in ullis redhibitionibus eum lædat. Et qui de Ecclesiis, aut decimis sine licentia proprii Episcopi se præsumpserit, in victus solidos DC. componere faciat jam dicto Episcopo, & successoribus suis; & hoc quod apprehenderit, sine dubio restitui faciat; sed quietum pro salute nostra, & conjugis, ac prolis Domini misericordiam exorare delectet. Ut vero hoc auctoritatis nostræ Testamentum firmius, veriusque credatur, manu nostra id firmavimus, & Anulo nostro insigniri jussimus.

Signum Odonis gloriosissimi Regis.

Datum VIII. Kal. Julii anno Incarnationis Domini 888. Indictione VI. anno secundo, regnante Domno Odone gloriosissimo Rege.

Actum Aurelianis feliciter amen.

Theodardus Narbonensis Archiepiscopus.

* In alio ms. Agarenorum.

* In alio ms. Cottona.

ACTA

ACTA DEDICATIONIS ECCLESIÆ SANCTI STEPHANI BALNEOLENSIS

Ex Archivo Monasterii Balneolensis, Anno DCCCLXXXIX.

ANno Incarnationis Dominicæ 889. Indictione quinta veniente, sive residente Domno, atque venerabili Episcopo Servo. Dei nomine in Cœnobio, qui vocatur Balneolas, una cum inclyto, atque excellentissimo Abbate Sugnefredo, Viro egregio, advenientes Cœnobitæ præfati loci, qui est situs in Pago, sive in Comitatu Bisuldunense, proclamaverunt se res sibi debitas, atque multo tempore ab illis prædictis Monachis deservientibus, atque militantibus Deo, & Protomartyri Beato Stephano injuste abstractas, Ecclesias videlicet, quas patres illorum, qui supra taxatum Cœnobium construxerunt, manibus propriis de eremi vastitate extraxerunt, fabrili construentes arte, sanctas scilicet Ecclesias, quæ sunt dicatæ, una in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, estque sita in capite stagni prope adjacentiis Cœnobii miliario distante uno, altera autem in honore Sancti Martini Præsulis, quæ subjacet in valle Miliatias, Bonitus primus Abbas illorum cum Monachis sive servientibus Deo constituente, illam quam primitus taxavimus. Elias autem similiter Abbas ejusdem Cœnobii, exemplo illius bono imitans, construi fecit similiter Ecclesiam Sancti Martini, asseverantes hæc omnia, & insuper Præceptum piissimi Caroli Augusti Imperatoris ostendentes, continentem tam de illas Ecclesias, quam etiam de aliis rebus, sive terris cultis, & incultis. Hanc autem reclamationem audientes, sive perscrutantes, ac studiosi ingenioli investigantes, invenimus per veridicos homines ac Religiosorum illius Comitatus, tam Clericorum, quam etiam cæterorum laicorum, ita in omnibus esse ut prædicti Cœnobitæ asseverant. Quam assertionem verissime cognoscentes, decernimus, atque constituimus, ut præfatæ Ecclesiæ, quæ injuste ramdiu substractæ ad matrem servitio Sancti scilicet Stephani Protomartyris fuerunt, nos remisimus, cogitantes, atque meliorem vitam sperantes, sive considerantes sanctas, ac sanctissimas illorum orationes, quas pro nobis, & pro omni scilicet Ecclesiastico gradu die noctuque non cessant fundere; volumus, atque sancimus, ut prædictæ Parochiæ cum omnibus decimis, & primitiis Cœnobitarum subjungerunt imperio omni tempore persolvendi, sive habendi, possidendi, perpetualiterque possidendi, ea videlicet ratione, ut omni anno modios duos inter vinum, & annonam ad Sedem Matrem Genitricis Dei Mariæ persolvant, secundum consuetudinem cæterorum Sacerdotum; cæterum vero omnes decimas, & oblationes Ecclesiasticas absque alicujus contradictione accipiant; supradictam autem conventionem sicut cætari compresbyteri non audeant violare. Quod si fecerint, excommunicentur usque ad satisfactionem. De repetitionibus autem nobis inserere placuit, ut si ego, aut ullus deinceps venturus convenerit Coepiscopus, seu aliqua intromissa persona, quæ contra hanc firmitatis chartam venire, aut contradicere, seu irrumpere voluerit; non vindicet quod repetit, sed contradictor, & adversator, sive destructor Sanctæ Dei Ecclesiæ sub anathemate omni tempore permaneat, & hæc concessio firma ubique consistat. Et ut firmior, & stabilior omni tempore perseveret, manibus propriis, ac bonorum Virorum hominum, tam Clericorum, quam laicorum, decrevimus corroborari. Facta hæc charta confirmationis Kalendas Martias anno secundo, quo mortuus est Karolus Imperator, regnante Domino nostro Jesu Christo, nobis autem exspectante Rege ab ipso largitore. Servus-Dei humilis Episcopus Sedis Gerundensis manu propria mea firmavit, & firmare rogavit. S. Suniarius Presbyter. Arabi Presbyter. Fasila Presbyter. Gibmirus Presbyter. Bonisiua Presbyter. Cixila Presbyter. Siniofredus Presbyter. Avianus Presbyter. Vigila Presbyter. Involatus Presbyrer. Salvator Presbyter. Armeteo Presbyter. Vviuldus Presbyter. Julius Presbyter. Ermemirus Presbyter. Gescafredus Presbyter. Sendrerus, Altimirus. Gauzorarus Sacerdos rogatus, scripsit.

PRIVILEGIUM VVIFREDI

COMITIS BARCINONENSIS

In gratiam Monasterii Rivi-pullensis in Catalonia.

Ex quo constat, eo tempore rationem habitam fuisse Montis-ferrati.

ANNO DOMINI DCCCLXXXVIII.

Ex Tcpio in Appendice Tomi IV. *pag.* 446.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Hæc est gesta sive charta, quæ fieri jussit Vvifredus Comes de Alaudes Sanctæ Mariæ Monasterii Rivi-pollensis, ad diem consecrationis Sanctæ Mariæ, quando ibidem tradidit filium suum nomine Rodulphum cum omni

omni hæreditate sua, & terminavit ibidem terminos in ejus Monasterio, vel in suis cellulis. Imprimis in Comitatu Flusonensi, ubi ipse Monasterius fundatus est, habet affrontationes ex latere uno in serra supra Hamarim, & pervenitur per ipso torrente usque in fluvium Fezer; de alio latere descendit de monte super simellos, & pervenit per torrentem qui est ultra villa Jordanos, & infundit in Fezer. De alia vero parte descendit de cacumine montis per turrentem qui ait ultra Ordina, & infundit in fluvio Febreti. Ex alio vero latere descendit de serra super eorale, & pervenit per ipsa grita usque in flumine Febreti. Et in eadem valle in locum quem vocant Mala-matta ipsa Ecclesia S. Mariæ, & Sancti Petri, ejus fines & terminos, & habet affrontationes, ex latere uno per riolo qui discurrit per villas Palliares, & pervenit usque in torrentes, qui descendunt de serra Vineolas. Deinde ascendit per ipso torrente usque in serras Vineolas, deinde pergit per ipsa serra usque in ipsa portella de Villa-longa, & descendit in torrente qui venit de ipsa loberica, & pervenit in torrente qui est infra fines Sanctæ Mariæ, & terminos Vvadamiros, & ascendit per ipso torrente usque villas Palliares. Et in Comitatu Daniæ villa quæ dicitur Lori cum ipsa Ecclesia consecrata, cum fines, & terminos suos, sicut eam comparavit de homine nomine Sesenando, unde ibidem scripturam fecit, & in eodem Comitatu villa quæ dicitur Garazer, cum ipsa Ecclesia consecrata, cum fines, & terminos suos, habet fines de ipso portu usque ad ipsa portella, & in Pago Bergitano, in locum qui dicitur Brositano, Ecclesias consecratas ipsa alode, cum fines, & terminos suos, sicut in ipso judicio resonat, quem acquisivit per vocem liberto suo, nomine Sarratino, qui fuit de amita sua, nomine Eilone, habet affrontationes de duas partes in rio Peireto, de alio vero latus in cacumine montis auditurо, & descendit per ipso torrente, qui est inter albares, & alodes Sanctæ Mariæ, & pervenit usque in rivo Peiredo. Et in eodem Comitatu Ecclesias Sancti Vincentii, quæ est consecrata, & Sancti Joannis cum ipso alode, habet affrontationes ex latere uno in medio Lubricato, ex alio vero latere pergit per ipsa serra, & vadit per aquaducto, qui intrat in rivo de Amizano, & pergit per ipsa Amedula, & infundit in Lubricato; de alio vero latere per ipsa serra superius nominata, & infundit per ipsa serra, usque in rio de Notero, & pervenit usque in flumine Lubricato. Et in Comitatu Origello, villa quæ dicitur Exeeduci, cum ipsa Ecclesia, & ipso alode, cum fines, & terminos, unde scriptum fecit ad domum Sanctæ Mariæ, & in ipsa marcha, Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ est ad Partos, cum ipso alode, cum fines, & terminos suos, & habet affrontationes ex latere uno in fluvium Segen; de alio vero latere in ipso Congollo, vel in fluvium Seger; de tertia vero parte pergit per ipsa summa serra superiora, sicut aquas vergunt contra ipsas Ecclesias; de quarto vero latere finit in ipso jungente, vel in fluvium Seger, & in alio loco in ipsa marcha, Ecclesias Sanctæ Mariæ, cum aliis Ecclesiis, quæ sunt in suburbano, cum ipso alode, cum fines & terminos suos, unum scriptum docet ad domum Sanctæ Mariæ, in alio loco, in ipsa marcha juxta Civitate Tarragona, locum, quem vocant Centum-cellas, cum miliarios quatuor in gyro, cum decimis, & præmitiis, & cum exiis, & regressis suis, & cum omni libertate. In alio vero loco in ipsa marcha, locum quem nominat Monte-ferrato, Ecclesias, quæ sunt in acumine ipsius montis, vel ad inferiora ejus cum ipso alode, habet affrontationes per ipsa serra de Molela; sicut aquas vergunt contra ipsas Ecclesias, & venit in rio Meranos, & infundit in Lubricato. De alia vero parte descendit de cacumine montis, & venit per ipsa Molela, & pergit per ipsa serra, quæ vergit in rio suco, & infundit in Lubricato. Et insuper concessit homines de Stiula, & de Ordina ad servitium faciendum, vel ad recuperationes ipso Monasterio. Hæc omnia superius inserta donamus, atque concedimus ago Vvifredus Comes, & Vvidinillis Comitissa, ad domum Sanctæ Mariæ Monasterii Rivipullensis, propter remedium animæ nostræ, ad diem consecrationis ejus. Facta gesta, vel donatione XII. Kalendas Maji, anno primo regnante Odone Rege, Jesu Christi Domini nostri anno 888. Vvifredus. Vvidinillis hæc gesta, & donatione facimus, & testes firmare rogavimus. Gotemarus Episcopus. Raemirus Abbas. Fastila Presbyter, qui hanc gestam, vel donationem scripsit, die, & anno, quo supra.

PRIVILEGIUM BERENGARII

COMITIS BARCINONENSIS

In quo Abbatiam S. Cæciliæ in Monte-ferrato sitam, Monasterii Rivi-pollensi subjectam esse declarat. Anno circiter DCCCXC.

Ex eodem Tepio ibidem pag. 447.

IN Dei nomine. Ego Berengarius gratia Dei Comes, notum esse volo omnibus, præsentibus, & futuris, qualiter venit Oliva Pontifex Ausonensis, & Abbas Sanctæ Mariæ Rivipollensis, in Civitate Barchinonensi, tempore octavarum Pentecostes, nostram adiens Celsitudinem per Gondeballum Bisaverensam, & Vvildum de Monteniola, obnixe rogans, ut ego, & mater mea Ermensendis Comitissa, justitiam faceremus pro dicto Cœnobio Sanctæ Mariæ de ipsius Alodem Abbatiæ Sanctæ Cæciliæ, cum omnibus sib

sibi circumjacentibus Ecclesiis, quæ sitæ sunt in monte, qui dicitur Serrato, quas atavus meus Vvifredus Comes tulit de manibus Agarenorum, & dedit prædicto Cœnubio per scripturam donationis, & proavus meus Suniarius, proles jam dicti Vvifredi, confirmavit eundem locum, cum Ecclesiis suis, per scripturam donationis suæ, in potestate jam dicti Cœnobii, in quo etiam permansit usque ad tempus Cæsarii, qui profitebatur se Archiepiscopum Tarraconensem esse, cui uxor dicti Suniarii, nomine Richillis Comitissa, dedit omne prædictum Alodem, auferens da potestate, & donatione Sanctæ Mariæ. Cum vero in tempore illo nihil aliud potuissemus respondere, impediente negotio, quod inter me, & matrem meam intererat, nisi quod promisimus ei justitiam facturos; conquievit tandem ista quærela, donec veniente proxima Sancti Petri festivitate ego iam dictus Berengarius Comes ad limina Beatæ Mariæ, & gloriosæ Virginis, pro placito, quod inter me, & Comitem Vvifredum, ac nepotem eius Vvillermum iungebatur; & ostenderunt mihi Monachi Sanctæ Mariæ, Ellesindus Prior, & Bonifilius Fredoli, atque Lanfrancus, & cæteri in jam dicto loco Deo servientes, suprascripta documenta præsentibus Bernardo &c. Et ego supradictus Berengarius Comes, & Ermendis Comitissa, & uxor nostra Sancia, recognoscimus rectitudinem in is documentis, esse Alodem Sanctæ Mariæ, & propter amorem Dei, & Genetricis ejusdem Christi, & præmium vitæ æternæ, confirmamus prædictum Cœnobium Sanctæ Cæciliæ in potestate, & donatione Sanctæ Mariæ, cum omnibus sibi pertinentibus alodibus, VI. nonas Junii, anno XXVII. regnante Roberto Rege.

SCRIPTURA MONASTERII SANCTI VINCENTII DEL PINO

Apud Montem-fortem in Gallæcia, in qua fit mentio Concilii apud Ovetum celebrati, quando ejus Ecclesia erecta fuit in Metropolim, & prædicto Monasterio data fuit ordinaria jurisdictio. Anno DCCCXCI.

Ex Tepio in appendice Tomi IV. pag. 443.

ERa 829. sumptus est in Regno prædictus Rex magnus Adephunsus XIX. Kalendas Octobris, Era quo supra; anno Regnum ejus I I I. Arabum exercitus ingressus est Asturias cum Ducem quendam nomine Mugayt, qui in loco Luto ab Asturias prævenit, cum idem suo Duce LXX. fere millia sunt interfecti. Iste Solium suum Oveto firmavit. Basilicam quoque in honore Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi, cum bisseno numaro Apostolorum Altaris adjungens, seu & Ecclesiam in honore Sanctæ Mariæ semper Virginis, cum singulis hinc, atque inde titulis, in ro ordine, atque fortitudine instructione fabricavit, sive & aliam fabrica vit Ecclesiam Beatissimi Martyris Thyrsi, prope domum Sancti Salvatoris; fundavit nec non satis procul a Palatio, ædificavit Ecclesiam in honorem Sancti Juliani & Basilisæ, cum binis Altaribus, magnopere, & mirabili compositione locavit.

Post quæ Rex magnus Adephonsus jussit congregare Collegio Episcoporum Regni sui, una cum consensu servi servorum Dei, & jussionem Papæ Joannis Romanæ Ecclesiæ, ad consecrandam Ecclesiam domus Sancti Salvatoris Ovetensi, & fuit ibi in ipsum sanctum Concilium Spasandus, Abba deceno S. Vincentii de Pino, & dederint ad ille in ipso Concilio, & ad sua Ecclesia licentiam ligandi, atque solvendi in tota terra de Lemabus ut calligasset, & seminasset semen vitæ æternæ ...... Dividerunt inda ad ille Abbas Spasandus, & ad suam Ecclesiam Sancti Vincenti del Pino ...... unde adjutorium habuissent, & obedientiam præbuissent, & ad suo Episcopo Ovetensis .... terminaverunt illas per terminos antiquos, & concluserunt eas per ipsum montem Vultuaria, Vo. ...... cent Nebolario, & descendit ad illum rogium, quæ descendit de Remeiiar, & discurrit Santay am, & deseit ad illum portum de Porrarium, & feret in illum rivolum de Humanum, & conclude de per illum rivolum, & descendit cum ille per Vaor, & item per ripas, & pergit per terminos de Populeros, & ferer in rivolum Chave, ad illa villa, quæ dicent Purcis, & vadit quomodo venit Chave, usque ad fornelas, & vadit per illum rivolum, qui dicent Ceroisa, usque feret, & item per illum portum de Ferraria, & vadit in directum per illa aqua de Cerasia, usque in purtum, quæ vocitant Portoessia, & feret in illa semita antiqua, quæ venit de Castro-sancto, & conclude inde per illa semita antiqua, quæ vadit sub illa villa de Pignario, totum per illa semita usque cira de Lupos, & item pergit de alia parte Lor, usque ad cacumen montium, quæ vocitant villar Solaun, & conclude per verticem montium, & perveniat ad illas travesas inter Lor & Chayroga, & per castro de Arias, & descendit ad flumen Sylæ, & conclude per illum flumen usque intrat Lor in Sylæ, & item per Lagares, deinde ad Peñalva, & item ad Aquiaria, & per vannios, usque Paratella, & descendit ad illum portum de Donadi, & descendit ubi intrat arrogio, quæ dicent Rubisco in Sylæ, & conclude per illum arrogium de Rubiscum, & pergit per illo, quæ exiit in Donati, ad illas veredas de Mamonela, & pergit per illa verada antiqua, usque vadit ad terra Tremu, & item per illa Lucensa quæ descendit ad ille fontano de Mauterma, & feret in ipsum rivolum, quæ dicent Neyris, & descendit per illum rivolum usque in Chave

Chave, & conclude per Chave, usque in Serpentina, & incipit per Serpentina, & pergit per Toldanos, usque ad Panton, & item ad Castellum, & item per iter Ambaria, & per fontanum, & vadit per illo monte de Linaru, & vadit ad illas archas, vadit in directum ad Asperela, & intra in arrogio de Regulfi, & vadit per illo valle ad Cavanelas, & concludit ad ipsum montem de Rebulavlo, unde se incipiunt. Si quis tamen, quod non credimus, homo, contra hunc factum insurgere voluerit; si quis super viam facere tam Regia potestas, quam Pontificium majestas, simulque populorum diversitas, nec vocem enim habeant, nec licentia, & fronte propriis careat liceris, non videant, quæ bona sunt in Hierusalem Cælestem, sed conteratur quasi lignum infructuosum, & pro temporali damno, in quocumque judicio, & fideli concilio ad judicibus, vel ......, strictus, & componat ad partem Sancti Vincenti de Pino II. millia solidos, & ad partem Regis auri talenta exsolvat in fisco, ut qui adfirmaverit, & decreverit .... beat autem Deum factam scriptum firmissimum die Sabbatho VII. quod erit VII. Kalend. Junii.

Sub Dei gratia Nostiani Episcopo confirmo.
Sub Divino auxilio Martinus Dominiensis confirmo.
Sub auxilio Divinæ Trinitatis Ildeolus Legatus Romanæ Ecclesiæ confirmo.
Joannes Episcopus confirmo.
Adalelfus Episcopus confirmo.
Nevoranus Comite confirmo.
Petrus Comes confirmo.
Santius Comes confirmo.
Adephonsus Rex Magnus confirmo.
Petrus ipsius Regis Notarius.

CONCILIUM COMPOSTELLANUM
OCTO EPISCOPORUM.

Habitum Era DCCCCXXXVIII. tertio Kal. Decembris, idest anno Christi DCCCC.

S*Ynodi hujus Summam habe excerptam ab Illustrissimo Petro de Marca Archiepiscopo Parisiensi, ex Actis ipsius, quæ in Ausonensis Ecclesiæ Tabulario servantur.*

Era 938. tertio Kalend. Decembris, Concilium apud S. Jacobum in Gallicia celebratum est, cui interfuerunt octo Episcopi. In eo Cæsarius Abbas electus, & consecratus est Archiepiscopus Provinciæ Tarraconensis. Verum huic institutioni intercesserunt Narbonensis Archiepiscopus, & Hispani Episcopi Narbonensi Metropoli subjecti. Quare Cæsarius Romanum Pontificem appellavit.

CONCILIUM OVETENSE
XVIII. EPISCOPORUM

Præsente Theodulpho Episcopo Legato Regis Francorum Era DCCCCXXXIX. idest, anno Christi DCCCCI.

C*Oncilium*.] Joannes Papa VIII. ad petitionem Adephonsi Regis, inter alia, quorum fit mentio in Epistola ad prædictum Adephonsum, concesserat, ut Ovetensis Ecclesia Metropolitanam dignitatem acciperet; ideo imprimis, quia Adephonsus Magnus illic Regiam Sedem collocaret. Interfuit inter alios huic Concilio Theodulphus Episcopus, Legatus missus a Rege Francorum. Reliqui autem, qui ex propinquis Ecclesiis convenere, numerati sunt decem & septem Episcopi. Primum igitur omnium (quod dictum est) constituta Sede Metropolitana Ecclesia Ovetensi, Ermenegildus ejus Antides Archiepiscopus est appellatus; sicque ea dignitas, quæ antea inhærebat Ecclesiæ Lucensi illi proximæ, in Ovetensem tunc est translata. Actum est etiam, ut invigilarent Episcopi, atque Ministri eorum, Ecclesiasticæ disciplinæ; cujus rei perficiendæ caussa, bis in anno, ut antiqui Canones docent, Synodum cogerent, in qua ea, quæ essent emendanda, corrigerent. Additum præterea, ut Episcopi illarum Ecclesiarum, quæ fuerant a Sarracenis destructæ, Ovetum se conferentes, in ea Ecclesia militantes stipem consequerentur, si alias circumpositas sub eadem Diœcesi constitutas Ecclesias curarent. His constitutis, appositum est anathema ea non servantibus. Post hæc Rex, & Ermenegildus ad Episcopos sermones hortatorios dixerunt. Quibus absolutis, Episcopi ex more Regi acclamantes, Regem laudarunt, quod ingentia latifundia Ovetensi Ecclesiæ tribuisset, ejusque immunitates a prædecessoribus acceptas confirmasset. Decima quinta Junii, Era 939. Synodus absoluta fuit. Card. Baronius ad hunc annum.

Ovetense.] Ovetum est Civitas in Gallæcia sita, quæ ab antiquis Civitas Episcoporum dicta reperitur, ideo quod dum Sarraceni Gallæciam incursionibus suis inquietarent, Episcopi plurimi Sedibus suis destituti Ovetum confluxerunt, ibique tamdiu morati fuerunt, donec ad proprias Sedes tuto redire liceret. PHILIPPUS LABBE.

CON-

CONCILIUM BARCINONENSE

SEPTEM EPISCOPORUM,

Præside Arnusto Archiepiscopo Narbonensi.

Celebratum anno Domini DCCCCVI.

C*Oncilium.*) Constat Ausonam excisam fuisse, ejusque agrum venisse in potestatem Sarracenorum, tum Christianos in ea loca reductos victricibus armis Karoli Augusti; non tamen restitutam tum Civitatem, aut Cathedram Episcopalem, quæ circa annum tantum 883. recuperata est studio & munificentia Vvifredi Comitis Barcinonensis. Nam tum Theodardus Archipiscopus Narbonensis, ad cujus Diœcesin pertinuerat Ausonensis Pagus quamdiu sine Episcopo fuit, illic ordinavit Episcopum nomine Godmarum, ea conditione adjecta in ordinatione, ut Ecclesiæ Narbonensi per singulos annos libram argenti persolverent Episcopi Ausonenses. Quam conditionem ab Idalchario quoque, qui Godmaro successerat, exegit Arnustus Theodardi successor. Tandem cum anno 906. convenisset Synodus Episcoporum in Ecclesia Sanctæ Crucis Barcinensis, in qua cum Arnusto consederunt Servus-Dei Episcopus Gerundensis, Renardus Biterrensis, Nantigisus Urgellitanus, Idalcharius Ausonensis, Theudericus Barcinonesis, & Aquinus, seu forte an Adulphus, Episcopus Palliarensis, cui etiam suam præsentiam exhibuit eximius Princeps, & Marchio Vvifredus; surrexit in medio idem Idalcharius rogans Episcopos, uti viderent, *si æquum est Episcopum fiscalem esse, vel si Cathedra Episcopalis alicui Ecclesiæ tributum debeat persolvere, nisi tantum, quod jura Canonum resonant, humilem subjectionem, atque debitum honorem proprio deferre Metropolitano.* Interloquutus est Arnustus, Synodum plenam non esse, & caussam esse differendam usque ad *perfectum duodenarium numerum confratrum.*

Anno igitur sequenti 907. apud Cesseronem ad Araurem fluvium in Diœcesi Agathensi, in Monasterio Sancti Tiberii, rursum pro caussa Ecclesiæ Ausonensis, de qua actum fuerat anno proximo in Synodo Barcinonensi, congregati sunt Arnustus Archiepiscopus, Audkarius Lodovensis, Guntenus Magalonensis, Reginardus Biterrensis, Guimera Carcassonensis, Gerardus Agathensis, Riculphus Helenesis, Guido Gerundensis, & Nantigisus Urgellensis. Non adfuerunt ergo omnes Episcopi Provinciæ, quod tamen fieri debere interloquutus erat Arnustus in superiore Synodo, aut reliquorum nomina exciderunt librario, qui ista descripsit. Nulla enim illhic mentio Tolosani, Uceticensis, Barcinonensis, Ausonensis, & Nemausensis Episcoporum: *Universi igitur qui inibi residebant*, inquiunt Acta, *Sancti Spiritus illustratione afflati, decernentes pariter decreverunt, non debere Episcopum tributarium esse, neque Cathedram Episcopalem, qua domina, & mater est proprii Cleri, & plebis, alicui servitio mancipari; sed liberam esse ab omni jure fiscali.* Tunc Arnustus pro se, suisque successoribus renunciavit huic tributo, decernens, Episcopos Ausonenses in posterum fore immunes ab omni jure fiscali. Petrus de Marca, *ex utriusque Synodi Actis, quæ sunt in Tabulario Ecclesiæ Ausonensis.*

PRIVILEGIUM GARSIÆ I. REGIS

In gratiam Monasterii S. Isidori juxta Oppidum de Dueñas, ejusque Abbatis Ovecci, & Monachorum sub Regula S. Benedicti. Anno Domini DCCCCXI.

Ex Tepio in Appendice Tomi IV. fol. 444.

G*Loriosos*, & post Deum nobis fortissimo Patrono Sancto Isidoro, cujus Basilica fundata est in suburbio Legionensi, juxta Castellum vocitatum Donans, inter duo flumina Pisorica, & Carrion, nos famuli vestri Garsia Dei gratia Rex cum conjuge Miona Domina Regina, ut Sceptrum Regni nostri Dominus corroboret, augeat, stabiliat in terris, Sanctorum patrocinium quærimus in Cælis, quatenus post hujus violabile tempus, eorum mereamur adipisci consortium, quorum nunc obsequentes devoti exhibemus famulatum. Offerimus denique sancto Altario vestro, pro sustentatione Fratrum Deo ibidem militantium, quorum Abbas Ovecco dignoscitur, sive & pro susceptione hospitum, & peregrinorum illuc advenientium; imprimis ipsam Ecclesiam cum ædificiis cunctis, hortis, pratis, aquis, molendinis, terris, vineis, pascuis, adjacentiis, vel cunctis utilitatibus, & prælationibus suis. His quoque terminis circumdatur ab Oriente, strata de vado Regis in Pisorica, usque ad vado de Perales, & de Albunginis in ripa fluminis Carrion; undique ab utrisque fluminibus circumdatur, concedimus, atque donamus illud ex integro ad partem supradicti Monasterii; ea dumtaxat ratione servata, ut tam jam dictus Ovecco Abbas cum Fratribus suis, quam qui post eum loco ejus successerit, qui vitam sanctam secundum Regulam Beati Benedicti ibidem duxerint, habeant, possideant, vindicent, & defendant. Et pro nobis, Regnique nostri inco-

incolumitate orare non pigeant, & oblationem Christo Jesu offerant. Si quis autem hoc nostrum votum infringere, aut commutare conatus fuerit, sit anathema in conspectu Dei Patris, & Sanctorum Angelorum, & a coetu Ecclesiæ extraneus, & alienus, Corpore Christi privetur, præsens in sæculo ulcere percussus, victum, vestitumque indigus, incognitas carpat vias, & in futuro eum diabolis, sociisque suis æternas perferat pœnas; insuper sæcularia damna multatus conferat ipsi Ecclesiæ auri libras quinas. Notum xv. Kalend. Martii Era CMXLVIIII. anno feliciter Regni nostri primo, commorantes in Dei nomine in Civitate Legionense. Garsia Dei gratia Rex. Annadius Episcopus confirmat. Adilia Episcopus confirmat. Susila Episcopus confirmat. Theudegundus Archidiaconus confirmat. Aldephonsos Abbas confirmat. Balaciano testis. Nanmo Adolphet. Ordonius Agilano. Regina Muma Domina. Ego Imirus Presbyer. Parlectus Abbas. Roderico. Ermigildus. Belasco Presbyter. Garsias filius Didaci. Munio Vela Cidon. Piniol. Maurel. Ramirus Presbyter, Sancia Regina confirmat.

PRIVILEGIUM ORDONII II. REGIS

In gratiam Monasterii S. Martini Compostellani, ubi plura observatu digna. Anno Domini DCCCCXII.

Ex Tepia in Appendice Tomi IV. pag. 435.

IN Christi nomine. Ego Ordonius Rex, cum conjuge mea Regina Domina Gelvira, vobis Domino Guto Abbati Monasterii S. Martini de Pignario, cum omni congregatione Monachorum ejusdem Monasterii tecum persistentium, salutem. Per hujus nostræ preceptionis serenissimam jussionem damus, atque concedimus vobis pro stipendio Fratrum, Domum Besulii, ubi ædificata est Ecclesia in honorem Beatissimi Martini Episcopi; damus vobis ipsum locum, qui vocatur Pignario, ab omni integritate, cum omnibus suis adjunctionibus, & hæreditatibus, & attestationibus, & ingressibus, & regressibus; & etiam confirmamus vobis ipsam Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Cortecella, ubi prius fuit vestrum Monasterium, cum suis Altaribus S. Stephani, S. Sylvestri, S. Columbæ, cum omnibus suis bonis, & domibus, & officinis circa ipsam Ecclesiam, & sepulturam in toto circuitu ipsius Ecclesiæ, cum suis ingressibus, & exitibus, & cum familia, quæ ad ipsam Ecclesiam deservit, sicut tenuit eam in preteritis temporibus Ranualdus Abbas ipsius loci Sanctæ Mariæ, & illud confirmamus vobis per consilium, & consensum Domini Sisnandi Episcopi loci Sancti, cum omni suo Clero; ita ut habeatis eam firmiter de nostro dato vos, & successores vestri, & omnes Monachi concurrant ad vestram disciplinam, pro utilitatibus nostris peragendis; nulli damus licentiam serviendi, nisi soli Deo, & Regulæ Beati Benedicti. Imprimis confirmamus vobis, ut dixi, totum illud Monasterium, cum suis domibus, & officinis, & beneficiis, & cunctis, quæ videntur habere, cum Sancta Maria de Cortecella (sicut supra diximus) & cum S. Sebastiano, & S. Laurentio de Monte-sacro, cum omnibus suis rebus, & hæreditatibus, & attestationibus, & familia, quæ debet servire ad ipsum Monasterium S. Sebastiani de Monte-sacro, & cum sua concurrentia, & cum suo cauto in circuito ipsius concurrentiæ, & cum Ecclesia Sancti Georgii de Belegia, cum omnibus suis directuris, & familia; & est ipsa Ecclesia cautata, & cum S. Ecclesia de Areña-longa, & cum S. Christophoro, qui vocitatur de Alobre, cum omnibus suis bonis, & cum suo stario integro, & cum suas combonas integras, quæ sunt inter ambas ipsas Ecclesias, & intus in Passales in toto circuitu de ipsas Ecclesias, sicut intrant in mare, & sunt ipsæ Ecclesiæ cautatæ in toto gyro per petras erectas, & scriptas; & Ecclesiam Sancti Vincentii de Ogrove cum totis suis directuris, & familia, & est ipsa Ecclesia cautata per petras erectas, in concurrentia ipsius Ecclesiæ villa de Antas, cautata per petras erectas, & scriptas; & Ecclesiam S. Mariæ de Fratribus, cautata cum omnibus suis directuris, & adjunctionibus, & hæreditatibus; insulam de Aroucia integra cautata per petras erectas, & cum sua Ecclesia, & cum suas salmas; & insulam de Cortegata integra, cautata cum sua Ecclesia villa de Gañon integra cautata per circuitum per petras erectas; & alias Ecclesias, & hæreditates, & villas, & homines quocumque modo habetis, & habere potueritis; cuncta (ut supra retulimus) bona voluntate, & communi consensu Episcopi Domini Sisnandi confirmamus vobis domino Abbati Guto, Religioso Viro, & successoribus vestris, & Monachis ad Dei servitium faciendum, & Regulam Beati Benedicti conservandam. Neminem tamen ordinamus, qui vobis ibidem aliquam disturbationem faciat. Similiter damus vobis ipsam nostram cortem de villa Patrono cautatam, cum suis domibus, & ædificiis, cum sua cortina, quomodo concludit per ipsum flumen Saris, liberam, & absolutam ab omni nostro fisco. Similiter damus vobis duas partes de ipso fluvio de aqua levata, cum suis fontibus, & cum suo aquæductu usque ad præfatum Monasterium S. Martini de Pignario, medietatem ad claustrum vestri Monasterii, & medietatem ad rigandum vestros hortos. Et totum istud beneficium offerimus Deo, & Sanctæ Mariæ Virgini, & Beato Martino Confessori, & pro animabus nostris, & parentum nostrorum Regum Hispaniæ; & hoc quod vobis est ad temporale subsidium, sit nobis ad premium sempiternum ante Deum in sæcula sæculorum. Et quicumque de cætero (quod fieri non credimus) sive de Regibus, sive de Episcopis, sive alicujus

cujus generis hominibus, quisquam fuerit, qui Regulam Sancti Benedicti Abbatis inde auferre præsumpserit, aut sibi subjugari voluerit, aut acquisita, vel acquirenda, inde abstrahere ausus fuerit, aut invadere tentaverit, & quod nos damus, & concedimus, inde auferre præsumpserit, aut in contempta miserit; quisque ille fuerit, sit maledictus, & excommunicatus, & cum Datan, & Abiron, & cum Juda traditore Domini, in inferno participationem habeat, & in hoc mundo lumine oculorum careat, & insuper quingentas auri libras Regio fisco persolvat, & quod commiserit, in duplo componat. Et hoc nostrum factum semper maneat firmum, salva semper permanente nostra reverentia, & dignitate. Noto die quinta Kalend. Julii, currente Era DCCCCL. Ego Ordonius Rex cum conjuge mea Regina Domina Gelvira, hanc donationem a nobis factam confirmamus. Ego Domina Gelvira Regina hanc donationem confirmo. Sub Christi nomine Sisnandus Dei gratia Episcopus confirmat. Naulii Dei gratia Episcopus confirmat. Sub Christi nomine Ovecco Ovetensis Sedis Episcopus confirmat. Sub Christi nomine Fortis Asturicensis Sedis Episcopus confirmat. Sub Christi nomine Sabaritus Dumiensis Sedis Episcopus confirmat. Sub Christi nomine Reccaredus Lucensis Sedis Episcopus confirmat. Sub Christi nomine Brandericus Tudensis Sedis Episcopus confir. Sub nomine Christi Ermogius Portugalensis Sedis Episcopus confir. Didacus Columbriensis Sedis Episcopus confir. Sub Christi nomine Gundelindus Presbyter confirmat. Fredamundus Presbyter testis. Odorici testis. Fafila Oderici testis. Martinus Furtenis testis. Saracinus Nuñez testis. Murmius Froila testis. *Hic absolvitur primus ordo confirmantium, & testium privilegii. Secundus ordo incipit:* Froila Rex confirmat. Ramnirus Ordonii prolis confirmat. Garsia Ordonii prolis confirmat. Gimara Presbyter confirmat. Mumius Decanus confirmat. Vermudus dens conf. Gundisalvus Abbas conf. Cresconius Presbyter confir. Alvitus dens confirmat. Vistrila dens confir. Visclamundus Presbyter confir. Sentarius Presbyter confirm. Gundisalvus Presbyter confirmat. *Tertius ordo confirmantium, & testium.* Didacus Presbyter confirm. Theodomirus Presbyter confirm. Alarico Presbyter confirm. Balsmiro Presbyter confirm. Gundisalvus Presbyter confirm. Mundinus Abbas confirm. *Quartus ordo.* Saidinus testis. Albedon testis. Tedon dens testis. Segeredus Abbas testis confirmat. Salamirus Salamiro Presbyter confirmat. Gudesteo Fernandici confirmat. *Quintus ordo.* Orebus testis. Adephonsus. Gundisalvus confirmat. Oduario Guntemirici confirmat. Adaulphus dens testis. Gundesindus Lupeiei dens confir. Matrainus testis. Didacus Fradulfici confirm. Sarracinus Nunici confir. Sandinus Abbas confir. Sagatus Presbyter confir. Gradila Abbas confir. *Sextus ordo.* Garsia Diaconus confirm. Gusfiusus dens confir. Vistrarius dens confirm. Edoromus Presbyter confirmat. Eduarius Gutierici confirmat. Cresconius dens confir. Muninus Didaci dens confirm. Ranirus dens confirmat. Didacus Alvarez confir. Guntenus Presbyter confirmat. Fredenanus Guntadi confir. *Sub finem omnium adsunt sequentia.* Ego Fulgentius Presbyter, & Notarius Domini Regis Ordonii, jubente Domino Rege Ordonio, per consensum Episcopi Domini Sisnandi, qui hæc omnia vidi, libenter scripsi, & confirmo.

TESTAMENTUM S. GENNADII EPISCOPI ASTURICENSIS.

Valde notandum. Anno Christi DCCCCXV.

Ex Ambrosio Morale Tom. I. pag. 15. & Yepio in Appendice Tomi IV. pag. 447.

SAnctissimis, gloriosissimis Dominis triumphatoribus post Deum mihi fortissimis Patronis, cælorum Claviculario, in arce Apostolatus constituto, electissimo Petro, æquali vocatione Andreæ almifico, Iberiæ terminis Jacobo clarissimo, atque hero Thomæ, asseclis Christi, & ejus Martyribus a constitutione mundi Deo notis Apostolis.

Cliens servus vester Gennadius, pauper meritis, abundans sceleribus, indignus Episcopus, certissime credo, firmiter teneo, & indubitanter scio, quod vos, o pissimi, & strenui Patroni, ad unam Domini vocantis vocem, statim omnia, quæ mundi sunt, mundo reliquistis, indefesse adhærentes vestigiis Salvatoris, ut neque puncto quidem secederetis ab illo, etiam neque ad funus patris * septimæ divinæ sapientiæ haurientes Prædicatores egregii effecti, universum mundum lumine veritatis illustrastis; & quod ore docuistis, opere complevistis, & per effusionem sacratissimi cruoris vestri roborastis. Quid igitur ego miserrimus agam? Quod immeritus in hac vocatione addictus, neque opere, neque prædicatione sum idoneus? Illam comminantis Prophetæ, immo Domini vocem expavesco dicentis: Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, & assumis Testamentum meum per os tuum; tu vero odisti disciplinam. Nam vas electionis, Præceptor Gentium mirificus, qui supra cælorum visibilia raptus sydera, verbo Domini pastus, ac refertus, metuens nostri detrimentum, de se ipso dicebat; Ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar; conscientiæ meæ testimonio perterritus, & piaculorum pondere gravatus, patrocinium vestrum exopto humillimus, umbraculum culminis vestri exspecto, obnixius defendi, ac tueri interventu vestro, Fide intrepidus, nihil hæsitans, ni-

* *Forte* sempiternæ.

nihil dubitans, ut quicquid petieritis a Patre cælesti, fiet vobis; & ideo dum Pastor pastorum apparuerit, dum in gloria majestatis advenerit, dum in conspectu ejus ignis præcesserit, cum in throno claritatis simul, & formidinis ad judicium sederit; & vos, & omnes Sancti cum eo sessuri supra thronos judicantes, quæso, ut ad optimum Regem pro me interpelletis, ut superemineat misericordia judicium, & transferat a sinistrorum hœdorum gregibus, sim dexter agnus vellere indutus, & qui sessionis non mereor cathedram, astare conspectibus Divinitatis absque pavore meritis vestris valeam. Cumque adhuc sub parte Apostoli, & Abbate meo Arandisselo, in Ageo Monasterio degerem, vitam eremitarum delectatus, cum duodenis Fratribus, & benedictione supradicti, scilicet ad Sanctum Petrum, ad Sanctum eremum perresi, qui locus positus a B. Fructuoso, & institutus; post quem S. Valerius eum obtinuit. Quantæ autem vitæ sanctitates fuerint, & quanta virtutum gratia, & miraculorum emolumenta enituerint, historiæ, & Vitarum eorum scripta declarant; nam suprafactum loculum in vetustatem reductum, pene oblivioni deditum, vepribus, seu densissimis sylvis opertum, & qui magnis arboribus ex immensitate annorum adumbratum, ausiliante Domino, cum fratribus restauravi; ædificia instrusi, vineas, & pomares plantavi, terras de Scalido ejeci, horta, & omnia, quæ ad usum Monasterii pertinent, imposui. Sed æmulus virtutum vitam nostram invidens, quasi pro ædificatione multorum, mentes plurimorum excitans, ad Pontificatum Astoricæ, ad suburbia adtractus sum, in quæ multis annis involens, & magis in principium perdurans, quam spontanea mente, sed neque plene corporis ibidem commoravi. Omnem sollicitudinem, omnemque industriam erga supradictum eremum exercens, Ecclesiam S Petri, quam dudum restauraveram miris reædificaminibus revolvens ampliavi, & in melius, utpotui, eresi. Deinde autem in montibus illis aulam nomine S. Andreæ construsi, aliudque Monasterium ad ordinem Monasticum, intervallum distendens, in memoriam S. Jacobi tertium construxi, quod vocatur Penalba; inter utrumque vero locum est, qui dicitur ad silentium. In honorem S. Thomæ quartum oratorium fabricavi, & unaquæque Ecclesiarum donaria, munuscula, vel Libros, unicuique nunc offero segregatim; & in nunc habeant, per hoc testamentum disponere opto, & Præsulum, seu Principum p. æceptione adfirmare decerno, atque secus infinitis diu valitura persistere, & permanere jubeo. Imprimis Monasterium S. Petri, omnia quæ in circultu ejus sunt, pomares, & terras, cunctaque per terminos suos.

Item in Oza villa, quæ dicitur S. Maria de Valle de Scalius, cum tota sua hæreditate, seu etiam alia Ecclesia SS. Justi & Pastoris, terras, vineas, pomares, horta, molina, ex integro validitatibus præstitis, & adjacentes per terminos suos ab integritate sint propria Monasterii S. Petri, & nihil communionis ibidem habeant. Sed præ cæteræ Ecclesiæ, quæ in supradicto eremo constructæ sunt, nisi forte unanimitans gratia, aliquid pro misericordia concessum fuerit. Io thesauro denique memoratæ Ecclesiæ S. Petri offero Calicem cum Patena, insuper Evangeliarium, & Coronas argenteas, lignum Crucero, & Lucernam ex ære, Libros Ecclesiasticos, idest, Psalterium, Comicum, Antiphonarium, Manuale Orationum, Ordinum, Passionum, & Horarum. Ecclesiæ vero Sancti Andreæ omnes terras quascumque habet per terminos suos, & pomares, vel quicquid ab hodierna die ibidem Fratres augmentare maiuerint. Similiter Libros Ecclesiasticos, idest, Psalteriom, Antiphonarium, Orationarium, Comicum, Manuale Ordinum, Passionum; vasa autem Altaris, Calicem argenteum cum Patena, & Coronam, signum Crucem, & Lucernam æream. Eidem Monasterio Ecclesiæ S. Jacobi terras, pomares, quas per circuitum ejus, & terminos habet, Libros, Psalterium, Comicum, Antiphonarium, Orationum Manuale, Ordinum, Passionum; in thesauro Ecclesiæ, Calicem, Coronam, & insuper Evangeliare argenteum, Lucernam, & signum æreum. Item Ecclesiæ S. Thomæ terras, & pomares par terminos suos, Libros, Psalterium; in thesauro Ecclesiæ Calicem, Coronam, Lucernam, & signum æreum. Hæc omnia supra comprehensa, unaquæque locum singillatim, & separatim proprium vindicet suum, neque unum cum altero communionem habeat; sed unaquæque Ecclesia sibi vindicet, quod segregatim offero. Restat autem, quia non in solo pane vivit homo, sed omni verbo, quod procedit de ore Dei; ut cæteros Libros, tam Divinos, idest, Bibliothecam totam, Moralia Job, Pentateuchum, cum Historia Ruth Liber unus; sive etiam & specialiter Doctorum, idest, Vitas Patrum, item Moralium Ezechielum, Prosperum, genera officiorum, etymologiarum, cata Joannis Libro, Trinitatis, Liber Apryngii, Epistolæ Hieronymi. Item etymologiarum, glossematum, Liber Cominis. Liber Regularium Virorum illustrium. Hos omnes Libros jubeo, ut omnibus Fratribus in illis locis communes sint, neque quisquam eorum pro dominatione sibi vindicet; sed, sicut dixi, per partes, & in commune possidentes videant Lege Dei, & ad suprascriptas Ecclesias percurrant, verbi gratia, ut quantoscumque fuerint, & eis in S. Petro, alios tantos in Sancto Andrea, & alios tantos similiter in S. Jacobo, & multo eos disponentes, istos quos qui legerint in uno Monasterio, commutent eos cum alio, ita per singula loca discurrentes, ut totos eos communiter habeant, & totos per ordinem legant; eâ dumtaxat ratione servata, ut nulli liceat ex his in alio loco transferre, donare, vendere, aut commutare; sed tantum in his locis permaneant, & in hac eremo fundatæ sint; seu etiam si adhuc alia constructa fuerint, habeant participationem in his specialibus Libris. Si quis autem Frater, aut Abba, de his locis egressus alium Monasterium in alio loco ædificare voluerit, non habeat licentiam asportare, neque ejicere ex omnibus, quæ in hoc testamento resonant, neque transferre de proprio loco, ubi nunc illud confero, sed tantum in his locis, quæ fuerint de termino San-

Sancti Petri, usque ad Pannalbam, semper ea ibi consistere decerno, instituo, & jubeo. Si quis præruptor Princeps, vel Judex, Pontifex, Abbas, Presbyter, Monachus, Clericus, seu laicus, hoc votum meum infringere, aut immutare voluerit, aut secus quam hæc scriptura continet, agere disposuerit, imprimis orbatus hac careat luce, ulcere pessimo divinitus ultus a planta pedis usque ad verticem capitis, rivos vulnerum percurrentes madefactus, scaturiens vermibus, terror & horror fiat omnibus risibus, & in futuro cum impiis, & sceleratis obrutus tradatur flammis ultricibus; insuper sæcularia damna multatus, coactus a Judice, conferat ipsi Ecclesiæ quantum auferre conaverat, per undecuplum; & hoc testamentum firmiiumum vigorem retineat in perpetuum. Factum, & confirmatum testamentum Era 953. Sub Christi gratia Gennadius Episcopus in hoc testamentum, quod fieri volui, manu mea roboravi. Ordonius Serenissimus Princeps confirmat. Geloira Regina confirmat. Ermigius Dei gratia Episcopus. Didacus Dei gratia Episcopus confirmat. Segeredus confirmat. Dulcidius confirmat. Sarracinus qui Notarius.

ERA CMLXII.

DE OFFICIO HISPANÆ ECCLESIÆ

Romæ laudato, & confirmato.

Ex ms. Ecclesiæ Toletanæ.

1. REgnante Carolo Francorum Rege, ac Patricio Romæ, & Ordonio Rege in Legione Civitate, Joannes Papa Romanam, & Apostolicam Sedem tenebat. Sisenandus vero Iliensi Sedi retinenti Corpus B. Jacobi Apostoli præsidebat, quo tempore Zanellus Presbyter reverentissimus & prudentissimus a præfato Papa Joanne ad Hispanias est missus, ut statum Ecclesiæ religionis ejusdem regionis perquireret, & quo ritu ministeria Missarum celebrarent, diligenter perquireret, & comperta fideliter Apostolicæ Sedi referret. Quod injunctum sibi officium præfatus Zanelius Presbyter solerter complevit, & Hispanias veniens, omnem ordinem Ecclesiastici officii, & regulam consecrationis Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi perspicaciter perscrutatus, requisivit. Canones & omnes Libros Sacramentorum perlegit. Quæ cuncta catholica Fide munita inveniens, exultavit, & Domino Papæ Joanni, & omni conventui Romanæ Ecclesiæ, ut invenerat, retulit. Officium Hispanæ Ecclesiæ laudaverunt, & roboraverunt. Et hoc solum placuit addere, ut more Apostolicæ Ecclesiæ celebrarent secreta Missæ.

2. Ergo hac auctoritate mansit ratum, & laudabile officium Hispanæ Ecclesiæ usque ad tempus Domini Aleaandri secundi Papæ. Quo Alesandro Papa Sedem Apostolicam Era * TLXIII. obtinente, & Domino Ferdinando Rege Hispaniæ regione imperante, quidam Cardinalis, Hugo Candidus vocatus, a præfato Papa Alexandro missus Hispaniam venit; officium Ecclesiæ ejus a supra nominato Joanne Papa laudatum, vel roboratum evertere voluit. Sed Apostolica auctoritate munitum, & confirmatum inveniens, intactum, ut invenit, reliquit.

*Hoc loco Era sumitur pro communi epocha Christiana, Litera vero T. in hac scriptura, & aliis, millesimum numerum denotat estque idem ac M. Porro Alexander II. rexit Ecclesiam ab anno 1061. ad 1063.

3. Cui Cardinali succedentes quidam Cardinales alii, hoc idem facere laboraverunt; sed nullo modo facera potuerunt. Pro qua re Hispaniarum Episcopi vehementer irati, consilio inito, tres Episcopos Romam miserunt, scilicet Munionem Calagurritanum, & Eximinum Aucensem, & Fortunium Alavensem. Hi ergo cum Libris officiorum Hispaniarum Ecclesiarum se Domino Papæ Alexandro in Generali Concilio præsentaverunt; obtulerunt, idest, Librum Ordinum, & Librum Missarum, & Librum Orationum, & Librum Antiphonarum. Quos Libros Dominus Papa, & omne Concilium suscipiens, diligenter perscrutantes, & sagaci studio perquirentes, bene catholicos, & omni hæretica pravitate mundos invenerunt; & ne quis amplius officium Hispanæ Ecclesiæ inquietare, vel damnare, vel mutare præsumeret, Apostolica auctoritate prohibuerunt, & etiam interdixerunt; & data benedictione super præfatos Episcopos, cum lætitia ad propria redierunt.

4. Ex Libris, quos portaverunt ad Romam, unus fuit Ordinum majoris, Albaildensis Cœnobii, ubi continentur Baptismus, & sepultura; tenuit Papa Alexandrus, & fuit bene laudatum; alium Librum Orationum de Monasterio Irazæ; & tenuit Abbas S. Benedicti, & fuit bene laudatum; & Librum Missale fuit de S. Gemma, & Librum Antiphonarum de Iraze ita divise runt, decem & novem diebus tenuerunt, & cuncti laudaverunt.

PRIVILEGIUM FERDINANDI GONZALEZ

Comitis Castellæ, in gratiam Monasterii S. Sebastiani de Silos (nunc S. Dominici appellati) Ordinis S. Benedicti. Anno CMXIX.

Ex Tepio in Appendice Tomi IV. pag 457.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Domini Sancti, invictissimi, ac triumphatoribus Martyribus gloriosis, atque venerandis, nobisque post Dominum fortissimis Patronis, Sanctorum Sebastiani, & Sanctorum Apostolorum Petri & Paulli, & S. Æmilia-

ni

nì fidelissimi testis Christi, quorum Reliquiæ conditæ requiescunt, & in quorum honore Basilica fundata est in suburbio, quæ vocitant Tablatiello, super crepidinem fluminis, quem dicunt Ura; nobisque indignis Fredenando Gundisalviz, & uxor mea Sancia. Licet primordia bonorum operum, quæ, inspirante Domino, in mente gignuntur, justitiæ operibus deputentur; tamen ea, quæ majori cumulo, & potiori crescunt, ampliori remuneratione easpectantur in præmio. Digne igitur eam suæ spei vota in domo cœlica mansionum multarum collocat, qui Domum Sanctæ Ecclesiæ restaurat, vel in melius construere provocat.

Nos igitur Fredenando, & Sancia, piaculorum nostrorum oneris pro gravatione cupientes expiare flagitia, & peccatorum nostrorum mole, propterea orationes vestras desidarantes adjutorium sublevare; inde parva pro magnis offerimus munuscula, nulliusque idem in hoc sæculo hominum vos indicere censum scimus, quia jam pro satisfactione Dominus noster in suo vos Regno proprio ditatos munere cumulavit.

Ideo pro luminaria Ecclesiæ vestræ, atque stipendia earum, vel pauperum, aut qui in Altaria Beatitudinis vestræ, & Reliquias jam nominati deservire quotidianis diebus videntur, Monachorum omnium ibidem degentium, cuncturumque obedientium, id offerimus sacrosancto Altari vestro ad integro, sicut a nobis dignoscitur nunc usque fuisse possessum.

Imprimis fundamentum ipsius, locum in quo hæc eadem Ecclesia sita est, vel Monasterio fundatus cum omnibus adjacentiis, vel præstationibus suis, domibus, atriis, hortis, molinis, pratis, paludibus, cum suis antiquis productilibus aquis, quorum termini hæc sunt; de parte Orientis Peña-rubia, & poço antiquo semper manante, & fosca angusta, unde venit aqua de Carazo, ex alia parte Peña-focaba ta, & exiet ad foce de Peña-coba. De parte Occidentis, ubi stat Crux in peña ante Altare S. Jacobi, & discurrit deinde via ad S. Maria, & exiet usque ad summo monte, & de tertia parte via, quæ discurrit de ipsa Crua jam dicta, & vadit pro medio campo inter ambas villas de Silos, & Altare S. Julii, & exiet usqua ad summo monte.

Istos terminos jam dictos, cum suis productillbus aquis, vel ligna, seu promiteris, donavimus, ut cum ampliora ædificetia, omnia determinata, quæ continentur a parte Ecclesiæ vestræ, cuncta ad integro delimitata, jure perenni vestræ Ecclesiæ concedimus, vel confirmamus.

Igitur hæc optime munere censemus votum Ecclesiæ, quam & omne nostrum, quæ ibidem tribuimus, concessione ad Regulam S. Sebastiani, & S. Petri Apostoli, & Sancti Æmiliani Presbyteri, facimus donationem, & hunc eundem Placenti Abbati, cum Fratribus suis, concedimus regere, tenere, & Monasticam vitam, & secundum docet S. Benedicti Regula, ibidem exercere. Nullusque in aliquo eum salubriter inquietare decernimus; sed quiete, & secure perenniter manere præcepimus, & viris, quæ eis ministraverint, ædificare, plantare, procurare non desinant, & in suis stipendiis, ac utilitatibus, prout opus eis fuerit, vendere, expendere, licentiam non denegamus eis habere

Taman monemus, ut tam iste supranominatus Abbas Placenti, seu Fratres, qui post eum in ejus loco successerint, votum hoc nostrum quemlibet tepida consideratione audeat dissolvere. Optamus etiam eos, qui post obitum nostrum fecerint de nostris oblationibus, quibus Deo placere studuimus, nihil mutare, nihil minuere præsumant. Quod si quis (quod absit) ad disrumpendum venerit illos terminos, purget ad parte Comite quinque libræ aureæ in cauto. Factum, & confirmatum hoc Testamentum scriptionis, vel confirmationis notum die Era 957. Regnante Domino nostro Jesu Christo in Cælis, & Princeps Terræ hujus Rea Ordonio in Legione, Comite vero Gundisalvo in Castella. Ego Fredinando Gundisalvez, & uxor mea Sancia, quod fecimus, roboravimus, & signum Crucis fecimus ††. Munio Didaz manu mea roboravi, & † feci. Sarracina Scinioniz confirmavi, & manu mea feci ††. Garcia Bencimaloce confirmavi, & manu mea † feci. Frande Arguiso confirmans manu mea † feci. Garcia Alvarez confimavi, manu mea † feci. Didaco Simplicio hic testis. Alphonso hic testis. Munnie Albarez hic testis. Veilla Revellez hic testis. Tello Marillez hic testis. Joannes titulavit.

PRIVILEGIUM VOTORUM FERDINANDI GONZALEZ

Supremæ Castellæ Principis, in gratiam Sancti Æmiliani, ejusque antiquissimi Monasterii, ob miraculosam victoriam Hispanorum de Sarracenis habitam. Anno Christi CMXXXIV.

SUb nomine Patris, necnon & ejus Prolis pariterque S. Flaminis, in unius potentia Deitatis, incipit charta devotionis, quam ego Comes Ferdinando Gundisalviz, universæ Castellæ principatum tenens, unanimiter cum Principibus primariis omnis meæ dominationis, nobilibus, & ignobilibus, ad memoriam nostræ posteritatis tradere curavi, ac perpetua stabilitione cum eisdem mihi subjectis subscriptum ageus Privilegium confirmavi. Nam in istis fere temporibus talia in terra apparuerunt signa, quod furor Domini venturus credebatur esse in ea.

In Era nongentesima septuagesima secunda,

da', xiv. Kal. Augusti, solis die vi. feria, amittens lucendi virtutem obscuratum consilit ab hora secunda in tertiam iv. fer. Idus Octobris. Colorem ejusdem solis multi cognoverunt effectum pallidum. Signa magne facta sunt in Cælo vento Africo; porta flammea aperta est in Cælo, & ibant stellæ, & commovebant se huc, atque illuc maxime, plus discurrebant contra vento Africo; & miratæ sunt geotes de his signis noctis mediæ usque mane, & fumleus vapor magnam terræ partem combusit. Qui cum talia perterriti cerneremus, ad Dominum misericordiam petendam cum tali devotione properavimus. Cum favente Deo nostro sublimitas totius Castellæ, vel aliquorum in ejus circuitu finium, obtineret consulatum, forte nostræ Christianitatis obsistentibus culpis, contigit bellicam virtutem paullatim imminui nostrorum, atque vigorem audacitatis, parumque viribus augeri barbarum. Unde factum est, ut tempore Abderrahaman Regis Sarracenorum, barbarorum gens innumera congregans exercitum, in suorum confidens numerositote militum, vel peditum, Christianorum fines, cunctis paratis armorum machinis incessisset, ad depopulandum; hujus primum evallationis impetum ad Legionense novimus pertingere Regnum. Quo cognito, Principe Ranimiro, qui tunc temporis illius Regni sceptrum tenebat, quamvis robustum in hostem animum habere consueverat; formidans tamen tantæ multitudinis copiam, auxilium nostrum, & Alavensium virorum adversum gentiles hostes iu prælium convocavit; atque ut benignus Dominus suis fidelibus tanto periculo positis, ob patrocinia Sanctorum ad conterendum hostem Christi credulitati adversantem, cælitus juvantem inferret; Regiones, & Provincias totius sui Regni secundum qualitatem, & abundantiam rerum, & fertilitatem possessionum, ex eis studiose disposuit, atque devotionem census, venerandæ Basilicæ Beati Jacobi Apostoli, quem caput totius Hispaniæ noverat, ut patriam a Domino Christo sibi commissam, tunc, & semper sua protectione tueretur, spopondit. Eodem modo, cum tam dignum devotum divulgata relatio nostris auribus innotesceret; visum fuit nobis, atque universitati nostrorum militum, & rusticorum, fore Cœnobium S. Æmiliani simili oblatione venerari debere, cujus reverentissimum Corpus, apud confinium nostrorum divina dispositione tumulatum noveramus esse; cujusque meritis, & suffragiis apud Deum hostium propulsionem, civium tuitionem, frugum ubertatem, patriæ defensionem, noxarum propitiationem, procul dubio nobis non diffidebamus adesse. Quapropter quantitatem universæ nostræ dominationis, sicut supposita fecerint divisio, assensu præbente Legionense Rege, incipientes a fluvio Carrionense, secundum modum facultatis uniuscujusque territorii curiose ordinavimus, ac devotionis donationem ab ea Cœnobii præfati Patroni, sub Privilegii notatione perenniter solvere censuimus; plurersque undique ad fines, quamvis non hostium formidine, sicuti nos, terrerentur, tamen ore protectionem sui, & suorum operum, ut hoc idem sua sponte facerent, tanta exempli divulgatione monuimus. Igitur taliter facta Deo, & Sanctis ejus devotione, ipse prius Legionensis Princeps cum suis hostes aggressus est in certatione, ante quorum conspectum cælestes duos equites, candidis sedentes equis divina dispositione armatis, visi sunt priores bellum committentes. Quos fidelibus Domini bellatoribus audacter sequentibus, plurima de innumeris pars Angelico gladio, pluraque humano prælio corruit; reliqua vero Domini potentiæ resistere non valens, in velocitate equorum fugam contra fines suos arripuit, qui residui, qui in primo bello non adfuimus, in ipsis extremis jam nostros fines egredienti occurrimus; pluribusque de illis adversis gladiis cæsis, librum suæ perditionis, ac Pontificem, caput sui erroris, cum omnibus tentoriis suis cœpimus; sicque de ingenti hoste divino auxilio triumphantes, ac cum victoria quique ad sua revertentes, devotionem dudum pollicitam, sic subsequens denotat ordo. Perpetualiter ordinavimus: Fromesta, Avia, Ferrera, istæ prædictæ, cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, carneros, domus octo faciunt se ad unum. Maja Oppia, cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, sajales per omnes domos singulos cubitus. Valle de Vieeso cum omnibus suis villis, ex utraque parte aquæ, per omnes domos singulos cubitos de lienzos. Ovvirnia, Rivu de Ulbere, villa Didaco, cum tota Trivinio, Castro, istæ prædictæ, cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, carneros, domus octo faciunt se ad unum. Ambobus Fitueros, Fænojosa, vilia Godrero, villa de Laco, istæ prædictæ sajales per omnes domos singulos cubitos. Melgare, Stutiello, cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulus pozales de vino. Sancta Maria de Pelago, sajales per omnes domos singulos cubitos. Valle de Salze, cum Valle de Olmiellos, & suis villis, Rinoso cum suis villis, & ville Flain, Billia, Quintana, Totiemada cum suis villis. Quintaniella de Morgare, de illa Freita de Tariego ad sursum. Palantia, Montson, Baltauas, cum suis villis, istæ prædictæ cum omnibus suis villis ad suos alfozes pertinentibus, per omnes domus linguios auriensos cera. Valbuena, Palentia de Comite, Seuteros de rivo de Arlanza, Agosin, Monio, istæ prædictæ cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, carneros, domus octo faciunt se ad unum. Burgis, cum suis villis ad suam alfozem pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos. Benevivere, rivo de Ulbere, cum suis villis ad suam alfozem pertinentibus, per omnes domus, carneros, domus octo faciunt se ad unum. Castroverde de Castriello de Ovecodiez, cum toto rivo de Aguseva, usque villa Teresa, omnes villas ex utraque parte aquæ per omnes domos singulos arienzos cera. Lerma, S. Petri, Para, Tabladiello, in duodecim ceriolos. Clunia, Castriello de Aranda, Gomiel de Mercato, Roda cum suis villis, & Rubiales, istæ prædictæ cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arien-

arienzos. Inaza juga boum, Langa, Sacramenia, Avila, Sacobia, Buitrago, Petraza, Septempublica, Agellon, S. Stephani, Gormaze, Ozima, Uzero, Fuente, Almascicum, Bocigas; istæ prædictæ, cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos. Meciella, Argamea, Fuenteoria, Quintanare Bivestre, Canecosa, Cobalieta, Durolo, Villagndomert, Neila, Orta cum suis, & villæ, quæ Siivellria in illo confinio videntur positæ, Canales, Ventosa, cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos caseos. Monte-Rubeo, Villanova, Barbatiello, Rivo-cabato, Aslanzone cum suis villis ad suam alfozem pertinentibus, istæ prædictæ per omnes domus domul duæ una rexa de ferro. Salas, Fezinas, Cabezon, Monte-calbiello, Vea, Atapuerca; istæ prædictæ cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos. Valle de Fojos, Monesterio, Oca, Birviesca, Poza, Valle de Patrones, Borveva; istæ prædictæ, cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos, arienzos. Cerezo cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos. Valle de S. Vincenti, cum Petroso, Granione, cum suis villis. Valle de Ogga, Castro, de vertice montis usque ad Iberum flumen, omnes villæ ex utraque parte aquæ, per omnes domus in singulos arienzos cera. Spinosa, Castro Sequenza, Bocos Maganicos, Tetega, Valle de Rama, Petra-lata, Cadegas, Valle de Samances, Setano, Siero, Rivo de Vallerone, Repa, istæ prædictæ, cum omnibus suis vill s ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos. Bricia, cum suis villis ad suam alfozem pertinentibus, per omnes domus domul duæ una rexa de ferro, Tota Campo, Tota-ripa, Iber, Paredes. Rubeas, Orcejon, Sancta Agatea, istæ prædictæ, cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos. Sova, Allon, Ruesga, Mienzo, istæ prædictæ per omnes domus singulas libras de cera. Colindes, Lareto, singulos utres olei. Aras, cum suia villis, ad suam alfozem pertinentibus, per omnes domus singulas libraa de cera. Pelagos per omnes domua singulos pisces. Lumbreraa, idest Garranzo, omnes villaa per omnea domus singulas libras de plumbo. Villa de Gunna, Valle de Velria, Valle de Toranzo, cum suis villis ad suas alfozes pertintibus, per omnes domos singulas libras de cera. Ogorienzo, Samano, Campigo, cum suia villia ad suas alfozea pertinentibua, per omnes domus singulos pisces. Salceto, Supuerta, Carranza, Bardeles, Tabison, Ayala, cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulas libras de cera. Ordunia, omnes villas. Mena, cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos, aut singulos cubitus de lienzos. Et quoniam non æqualiter cunctis manet facultas pecuniæ, jubemus, habentes jugum boum unum argenteum; habentem autem nullum quantum in hac devotione reddere, ne ditiores parum videantur agere in offertione, ne pauperes eautentur opprimi in spontanea donatione, sed cuncti mediocriter exigantur in sui possessionum qualitate. Losa, omnes villas per omnes domus singulas heminas de tritico, & singulas de hordeo; sin autem, singulas agnas. Rivo de Flumenziellos, de vertice aquæ usque Iberum, omnes villæ, ex utraque parte aquæ. Sancti Saturnini cum suis villis, & illis villis, quæ sunt apud Iberum ad alfozem pertinentibus, carneros, domus octo faciunt se ad unum. Lataron, omnes villas, per omnes domus singulas metitas de vino in oblatione, & singulos panes in offerta. Termino Cellorico, Villivio, Burden, illæ prædictæ cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, carneros, domus octo faciunt se ad unum. Cabuerneca, tota, Subserra tota Berrocia, Maragon, Punicastro, cum Sporanceta, Sancti Stephani de Deo, Arroniz, Migarin, Barbarin, Rivo de Moreta, Valle de Ullona, & Portella, illæ prædictæ, cum omnibus suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulas metitas de vino in oblatione, & singulos panes in offerta. Omnes villas de rivo de Alesanco, & rivo de Cardinis, de vertice aquæ usque ad Najaran, & de rivo de Tubia, & Najara cum suis villis, & omnes villæ de rivo de Ruegga, Metrano, Bequera, Clavijo, rivo de Leza, & rivo de Jubera, per horum rivorum omnes villas, es utraque parte aquæ, de vertice usque ad Iberum, & etiam de Buradon, Castro, usque Sarta acuta, omnes villæ ex utraque parte aquæ Iberi, per omnes domus singulas metitas de vino, & singulos panes in offerta. Et in Lucrunio per omnes domus singulos denarios. Omnes villæ de ambobus cameris, per omnes domus singulos caseos. Orticosa, per omnes domus singulas gallinas, & singulos panas. Enciso, Arnatielos, Okone, cum suis villis, Penaacha, Herce, Presano, Arneto, Kele, Abtole, Bea, Calahorra, Andosilla, Carcaras, Lerin, Zaharra, & Monesterio, & Funes, cum suis villis ad suam alfozem pertinentibus, & aliæ, quæ sunt sitæ per litora Arguæ fluminis, istæ prædictæ per omnes domus singulas metitas de vino in oblatione, & & singulos panes in offerta. Et Resa per omnes domus singulas arencatas de anguilas. Cornago, Cervera, Titigon, Agreta, Finistriella, Cetronica, Borga, Tarazona, Cascanto, Tutella, illæ prædictæ per omnes domus de ferro azero singulas libras, medium ferro, medium pimienta. Lava cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, ideit, de Losa, & de Buradon, usque Eznate, ferrum, per omnes villas inter domus decem una rexa. De tivo de Galharraga usque in flumen de Deva, idest tota Vizcaya, & de ipsa Deva usque ad Sanctum Sebastianum de Hernani, idest tota Ipuzcoa, a finibus Alavæ usque ad ora maris, quicquid infra est, de unaquaque alfoze singulos boves.

Sed quia magna numerositas regionum, locorum, & villarum, unumquodque sigillatim non finit nos nominare, quæ non sunt scripta, taquam scriptas huic dignæ devotioni, præcipimus interesse, & secundum potentiam,

tiam, & qualitatem sui, venerabili Cœnobio almi Æmiliani censum, cum aliis jubemus reddere. Ordinatis igitur, ac dispositis præfatis regionibus, tale statutum omnibus illis decernimus, ut omni anno a Pascha Quadragesimæ usque Quinquagesima, a Sajone uniuscujusque villæ, vel territorii, ejusdem devotionis fiat inquisitio, & ab omnibus Primatibus, & Majoribus cujusque loci illius census sit congregatio, & ut per manum eorundem missis, ad Cœnobium Sancti Æmiliani fiat deditio, & super ejus Altare devota fiat offertio. Quod qui neglexerit, sub consulari imperio terribilis de eo fiat contritio; insuper incauto LX. solidos ad Comitis partem reddat, & quod retinuit tantum, per tres annos triplicatum Monasterio solvat. Sed quia longinquis temporibus nostrorum successorum voluntates ab hac permissione declinare formidamus, & deviare, decrevimus ex consensu omnium Sanctorum, violatores hujus Privilegii tali anathemate percutere, ut si quis nostri gradus, superioris, vel inferioris, Regum, Consulum, Principum, Episcoporum, Abbatum, militum, vel rusticorum, violator, immutator, invasor, rebellis, aut mutator extiterit; a communione Christianitatis sit alienatus, & a Corporis, Cruorisque Christi participatione semotus, atque hoc sæculari tempore miseriæ, & abominationi deditus, postque perpetua Domini ultione perculsus, inextinguibiles pœnas æterni incendii cum Juda Domini traditore consultuiturus. Amen. Factum Privilegii primordium, & perpetuum ejus firmamentum, in Era æterna centena septiesque dena binaque super adaucta. Domino nostro Jesu Christo Cæli terræque obtinente Regnum, sub ejus ditione Fredinando Gondisalviz Comite torios Castellæ Consulatum. Garsea Sancionis vero Pampilonense, & Ranimiro Legionense regentibus Regnum. Ego autem Fredinando Comes, cum universitate meæ dominationis, peractis stabilimentis hujus devotionis, manu propria sic depinxi signum † credulitate personis totius nobilitatis. Inclyta Sancia Comitissa confirmat. Vincentius Episcopus confirmat. Belascus Episcopus confirmat. Benedictus Episcopus confirmat. Munio Abbas confirmat. Senior Gundisalvo Ferdinandez confirmat. Senior Sancio Ferdinandez confirmat. S. Garsea Ferdinandez confirmat. S. Gundisalvo Arderice confirmat. S. Didaco Sarracinez confirmat. Oriolus Episcopus confirmat. Maurelius Abbas confirmat. Joniti Abbas confirmat. S. Alvaro Sarracinez confirmat. Senior Didaco Semenez. S. Gutier Gomez Armiga Comitis confirmat. S. Beila Dolquitiz confirmat. S. Sarracini Alvariz. Sen. Munio Gustroz.

Ego autem Garsea Sancionis, Rex totius Pampilonensis Regni assensum præbui tantæ devotionis, & partem Regni mei, quæ vicinior illi est Monasterio, sicut supra notatum est in illa devotione stabilivi, & cum subjectis meis devoto animo confirmavi.

Tarasia Regina. Sancio Garseanis Regis filius. Ardericus Episcopus. Tudemirus Episcopus. Biva Episcopus. S. Fortun Garseanis. S. Eximino Vvigilanis. S. Lupe Garseanis. S. Fortunio Semenonis. Gomesanus Majordomus confirmat.

Donatur offerta S. Æmiliano de flumine Carrionensi usque ad flumen Argam, & de ferra Araboya usque mare Vizcayæ,

Jungar electis ego Stephanus scriptor. Deo gratias.

PRIVILEGIUM SEU DONATIO

S. RUDESINDI EPISCOPI

In gratiam Monasterii Sancti Salvatoris de Cella-nova in Gallæcia. Anno Christi CMXXXV.

Ex Yepio in Appendice Tomi V. pag. 424.

O Lumen verum a vero lumine ineffabiliter oriens, & omnem hominem in hunc mundum venientem illuminans! O verum ex ore Patris plenum gratia, & veritate progrediens, qui cum eo, & Spiritu Sancto, sic personaliter in singulis manes, ut unus adoreris, lauderis, atque confitearis; qui ita te nobis misericorditer ostendisti, ut quod Cælorum mysteria nesciebant, nostro in tempore revelares! Quod illi in ænigmate, nos cerneremus in veritate, qui Israelitico populo per Prophetas, nunc nobis per te Filius Dei loqueris. Dum illis Deus videaris in rubo, nunc appares ex Virgine homo. Dum in illis eras ignis populo peccata consumens, nobis autem Deus, & homo populi peccata donans, atque dimittens. Hæc gratia, quam in nos superabundare cognoscimus, non nostris meritis, sed misericordia donantis est. Qui Sanguine tuo reconciliasti nos tibi, donans delicta nostra, & delens, quod erat chirographum mortis, affigens illud Cruci. Quæ autem potest major esse clementia, quam ut Filius Dei hominis filius nascereris, atque pannis involvereris, subjicereris parentibus, singulis adoleres ætatibus; postea contumeliis, alapis, sputis, flagellis, Crucem, cuncta propter nos sustinens; factus pro nobis maledictus, ut nos a maledicto Legis absolveres, Patri factus obediens usque ad mortem. Hæc vero unam te cum Patre veneramur substantiam, secundum te loquente in Evangelio: *Ego & Pater unum sumus, & qui me videt, & Patrem.* Nec Personis trinum diffidimus, cum quondam unus Filius tonitrui, eloquii sui tuba insonans dicat: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat*

Verbum. Et iterum: *Et tres unum sunt, & tria*. Omnia enim quod Pater operatur, quod jubet, quod illius voluntas est, tu facis, imperas, tu etiam misereria similiter, & omnia, quod tu operaris, quod mortis impedimenta dissolvis, quod silentium ventis tu ponis, quod Lazarum excitas, quod calorem detrahis febribus, quod puerum Centurioni donas, quod mutis, vel surdis verbum, auditumve committis, quod post mortem ad inferos descendens, ferreas tartari feras infringis, quod verbo de secretis baratri mortuos vocas, quod diabolum flammea oris romphæa trucidas, hæc tota Patris est virtus, cum quo tibi unum, & coæquale manet nomen, in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Post nomen pii Redemptoris mei gloriosissimi, & validissimi, advocandi mihi sunt ea hia, qui testes illius sunt verbo, & sanguine. Id sunt gloriosæ, & semper Virginis Genitricis Factoris mei Mariæ sanctissimæ, Patronia mei Domini Martini Episcopi, & Confessoris pii, Sanctorum Petri & Paulli, Sancti Joannis, S. Jacobi, & S. Jacobi, Sancti Andreæ, Apostolorum, & Martyrum, Sancti Romani, Sancti Vincenti, Sanctorum Facundi & Primitivi, Sanctorum Adriani & Nataliæ, Sancti Michaelis Archangeli, vel cæterorum Sanctorum tuotum prece, a criminum liberatione omnibus modis speramus attingere. Hos ergo in corpore positos credimus mortuis vitam dedisse, vel multis, quod plurimis virtutibus, & signis mox illis petentibus a Domino tribuisse; majora nunc nobis petentibus, & in eos sperantibus, tribuere potuere, post corporum resolutionem post certaminis agonem, post victorias, vel triumphos, dum cum Deo spiritu fructificantur, & æterno Agno fulgore radiantur. Unde & eorum cineribus, vel loca conspicientes, tanquam præsentes viventesque veneramur; nec dubitamus, eos adesse, ubi voluerint, vel deprecati fuerint, secundum scriptum est: *Sequuntur Agnum quocumque ierit*. Ergo si Agnus ubique, & qui cum Agno ambulant, ubique credendi sunt. Jam vero eorum interventu speramus, a malis erui, & quæque sunt bona, a Deo omnino impetrare. Adeo ego Rudesindus Dumiensis Episcopus cum peccatorum mole depressus, in sola mediatoris pietate respirans, ut non patiatur ovem suam intra inimici fauces interimi, qui perditam per desertum tellatus est inquisiisse, & inventam suis humeris ad ovile proprium revesisse. Denique reminiscens, ea in quibus ab ineunte ætate versavi, magis unde opprimi, quam unde levari possim invenio; & ob hoc factus sum mihi metipsi gravis; quid agam nescio; quoniam si locutus fuero, non quiescet dolor meus, & si tacuero, non recedet a me. Eo undique caligo iniquitatis turbatus non intellexi, unde averterer non animo evigilans, quo conarer non manu operans, qua gratularer, non spiritu animadvertens, qui peccarem, & datam animam tantis tentationibus avertens aurem, dormitavit pro me, qui custodit Israel. Quis mihi nunc ausum tribuat deprecandi, ut cum Propheta clamem: *Exsurge, quare obdormis Domine?* dum super contritione insanabilis dolor persistit, & adest judicii dies, in quo Rex debellaturus Orbem, & operum, cogitationumque ultor apparens, in cujus vindicta ignis flammabit, & in cujus circuitu a variis tentationibus collisi, tribus, ac tribuum pectora feriunt, cui terrorem Prophata insinuat dicens: *Dies iræ, dies illa*; in qua & die Dominus minatur torrentes Sion. Convertere in picem ardentem. Quis tunc gloriabitur castum habere cor, cum Propheta dicat: *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens?* Unde & in Job dicitur: *Cœli non sunt mundi in conspectu Dei*. Quanto magis homo, putredo, & filius omnis vermis? Quid acturus sum ego arundo, diversis tentationum flatibus agitata, & bonis orationum fructibus infœcundas, dum cuncta fortitudo, & proceritas nutant, dum tot Cœli luminaria stelligero lumine radiantia, ob veri solis lumen offuscantur? si eorum justitia vix salvabitur, ego peccator ubi apparebo? Nunc autem audito terrore judicii, spes nobis resumenda est in eo, qui dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat*. Atque iterum: *Omnis, qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis*. Et alibi: *Vende* (inquit) *omnia, quæ habes, & da pauperibus, & vade, & sequere me, & habebis thesaurum in cælo*. Atque addidit: *Facite vobis amicos de mammona iniquo, qui vos recipiant in æterno tabernacula*. Igitur his salutaribus monitis edocti, ut non videamur solummodo recte offerre, & non recte dividere, & pro justitia peccatum accumulare; idest ut non solum quæ foris sunt; scilicet Deo etiam & ipsam animam cum operibus offeramus; qualiter effectum operis cum promissione concordet sermonis, & fides in opera reviviscat. Iccirco in nomine prædicti Redemptoris mei, & meorum supradictorum Dominorom, construi Monasterium ad calcem montis Leporarii, olim dictus Villari, nuper autem Cellæ novensis nomine perhibetur. Et ita gestum paratumque est, quod totum per manum famuli Dei Franquilani Abbatis, hæc oblatio offerre nisus sum, quem elegi Patrem, & Rectorem super ipsam domum, vel commorantes in ea. Ideoque ex successione genitorum meorum Gutierris, & Ilduaræ offero Monasterio sancto, & Fratribus ibidem habitantibus per veram humilitatem, & charitatem dignam, per jugem orationem, & piam sanctitatem viventibus. Id sunt villas in Buballo, Caneto de Auriense, ad viso, cum Porto de Reza, & suos saltus, er utraque fluminis parte. Io Caldelas pimaria media. In torno Sancta Eulalia, cum Sisnandi, & Gerasio medio. In Salienes arra. In Carinotæ Taviru, & Curis, & Genecen, cum suo monte sacro. In suburbio Conimbriæ, Potton, & quinta parta de Riagios. In villas de Lampacas quinta parte. In Bergido in Villa sica quinta parte. In terra de Foris, in Hordas in ripa Rubea, in Alisonza, in Sulantio, in Autarios terras, quæ fuerunt, de domno Hero. Et in Peso juxta Zamora quinta parte. Alias vero villas, vel Ecclesias, quas

quas mihi Dominus largitus est. Id sunt in Bubalo, in ripa Minei villa Fegio, cum villis suis Arenti, & Castrello, secundum claudunturper antiquiores terminos suos. Sic in ripa Minei alia villa, quam inquiunt Pinna, sub monte Leporario, villa quam dicunt Sabuceto, cum duabus in ea fundatis Ecclesiis, Sanctum Petrum, & Sanctum Vincentium, cum eacundem ambitu destro. Item in vertice prædicti montis Leporarii villa, quæ nuncupatur Foramentanoa, cum suos viliares, quæ habemus ex concessione Domini Gutierris, & Dominæ Ilduntiæ. In Lemos Sancta Eulalia. In Armena Bonata, & Ecclesia ibidem Sanctæ Mariæ, quam habeo ea concessione Patris Ailueri Episcopi. In Nemitoa Ecclesia Sancti Salvatoris, & villa Cercebre, quod mihi concessit pius Pater Dominus Sabaricus Episcopus. In ripa fluminis Mandi Ecclesia Sancti Vincentii, & villa ipsa, Monasterio integra. In Faro ex dato thiæ meæ Dominæ Gunterodis. In Bregantinos, quo in Nemancos insula Tauriula. In Salienes Villarino, cum Armantaria media, vel omnes nostras salinas illuc in confinio ipso existentes. In Portugal villa Puteo, cum Ecclesia Sancti Juliani. Omnes has Ecclesias, vel villas, cum cuncta præstantia earundem, integras pro parte Dei, & Monasterii firmas manere decernimus. Ministeria Ecclesiæ, tam certa, quam perfecta, Cruces argentas duas, ex quibus unam fusilem auro, & gemmis ornatam, candelabros argenteoa duos, & tertio æneo, coronas argenteas trea, ex quibus unam gemmis, & auro comptam. Lucerna, idest thuribolorum, es auro cum sua offerturia, capsas argenteas exauratas duas, ea quibus una major videtur, diptagos argenteos inmaginatos, & deauratos, Calices argenteos exaratos tres, ex quibus unum Franciscum, & eorum pateris, & quatuor auratos subminores, quintum de Almafil cum sua Patena. Signos cum agiscos duos, & tertium ministrandissimum, campanas duas, cingulos auro gemmatos duos, alios argenteos exauratos, ex quibus unum gemmatum, alias lineas a. casulas, si lineas a. alias Casulas XIII. quinque de alchaa, sex seray cardena, septima barragan, VIII. cardena mer'yce, IX. vermelia ea ageg. a. linea cardena, atque duas Planetas urtiunes, orales st. ex quibus unum auro, atque argento compositum, quatuor Libros Ecclesiasticos Ordinum, Psalterios, Antiphonarios duos; orationum, Comicum, Manuai precum, alioa spiritales, Bibliotheca Moralium, Dialogorum, Pastoralis, Ezechielem, Etymologiarum, Sententiarum, Epistolarum, ingerarium, geriæ, historia Ecclesiastica, Heptamaron, Geronsicon, Expositio Trinitatis, & Collationum. Adjicimus etiam stramina lectulorum, gagnapes paleas antionum VII. subminores S. plumatios digniores paleos x. alios subminores VIII. Aliphafes vulturinos v. almocallas morgomes VI. fatoles paleos II. Concedimus etiam phyalas argenteas Franciscas II. foparia exaurata, lopas exauratas cum copertoriis II. litones II. scalas exauratas VI. litones VII. moyolos exauratos tres, Calice ex auro, & gemmato uno, dente elephantino, & soparias bubalinas II. servitio mensæ argenteo integro, vasa ænea, hydrias IV. & V. cerbu. Cuncos immaginatos VII. catticalca II. vasa vitrea, chончas acyralis II. arrodomas sic acyralis IS. & orabecela, vizach, sautas de mensa tandem AI. Adjicimus, & inter mulos, & caballos Em. equos majores sic C. secundo greges vaccarum, & celticos v. Innemilos, idest Zumalzisii in nave fracta, idest in Barrosa I. in Viliarino, In Leporario VIII. fiunt gregea AVII. & vaccas majorea num. cccc. juga boum II. & per omnia loca, quæ in hoc testamento resonant, greges ovium, caprarum, & suillorum, apibus, vel cætera volatilia, quod per fratrum disponuntur solertia, & eis maneant habitura, atque pauperibua, hospitibus, & peregrinis distributa universa sit eis amodo, & deinceps temporale victum, & tegumentum, & nobis ante Dominum præmium indefensum. Si quis ex regia potestate, L. quamlibet generis homo, Pontifex, Comes, prupinquus, vel quisquis infaustus, judex, exsurgere quiveris ad convellendum quod Deo, & Servis, cujus per hoc testamentum concedimus; imprimis sit excommunicatus, & perpetua confusione multatus, in conspectu Sanctæ Trinitatis, & Sanctorum Apostolorum, & Martyrum sit ab auditu malo territus, atque captus, & cum diabolo, & Juda a sinistris descendens pari pœna damnetur, & insuper temporali coactus discrimine, pariat tantum quantum hoc ferre conaveris. Observetar denique a fratribus, & Dei cultoribus Cellæ novæ degentibus, quæ quod obtinetur versi illi supra adnisi, idest, ut omne tempore studeant in memoria Sancti Patris mei spiritalis, Sabarici Episcopi festa Sancti Romani Monachi persolvere functionem, proprii genitoris mei Gutierris, munimensum in Sanct. Vincentii Levitæ, reddatur obsequium pro genitrice mea Ilduara Sanctorum Adriani, & Natalıæ; faciant obsequelam Sanctorum Facundi, & Primitivi. Natale pro peccatore Rudesindo exerceant opus simile; festa vero Sancti Archangeli Michaelis dedicetur sæpe in memoria filii mei, ut in præsenti communiter pie vivendo, futuro cum Sanctis meramur Dei suffragio, & illius Regno. Facta series Testamenti sexto Kalendas Octobris, Era * 930. gloriosi, & orthodoxi Ranimiri pollente regimine anno feliciter a. in sedem Regum Oveto.

* Era corrupta forte 971.

Veremundus serenissimus, & pius Princeps quod fieri elegi, manu mea roboravi, & ✝ injeci. Ilduara hanc dotem, vel concessionem filii mei Rudesindi Episcopi prona mente confirmavi.

Ego Obeto gerens pastorali cura Ovetensi

Ego Obeto gerens pastorali cura Ovetensi Ecclesiæ, & regia fidæ.

Ego Ermoigius Episcopus confessor subscripsi.

Ego Dulcidius Episcopus Neumanciensis Ecclesiam curam gerens subsripsi.

Ego Hermigildus miseratione divina Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego Herus Bracarensis Episcopus * Metrovincens subscripsi.

* *Forte*, Metropolitanus Provinciæ.

Ego Obecus Urbis Legionensis Episcopus, dispensans plebi jura Sacerdotii, subscripsi.

Ego Salomon Cathedræ Astoricensis ducatum se-

ferens, subscripsi.
Ego Didacus Auriensis Episcopus subscripsi.
Ego Dulcidius Visensis Episcopus subscripsi.
Ego Gundesindus Coimbriensis Episcopus subscripsi.
Ego Vimara Tydensis Episcopus subscripsi.
Recesvindus Abbas Dicobus, regens scisterium, subscripsi.
Abitus Decanus, & conf. qui & notas dictavi, & scripsi.
Theodoricus Lucidi Comes, & Dux.
Rudericus Lucidi Comes, & Dux.
Nunus Osoriz Comes, & Dux.
Aloitus Lucidi Comes, & Dux.
Arias Aloytiz Comes, & Dux.
Soharius Lucidi Comes, & Dux.
Munius Armintari Comes, & Dux.
Froila Gondelinde Comes, & Dux.
Erus Gundesinde Comes, & Dux.
Rudericus Guttierri Comes, & Dux.
Pelagius Theodorici Comes, & Dux,
Menendus Gavini nunc Comes, nunc Dux.
Rodericus idem Gavini similiter confirmo.
Vimara Vistrari Comes, & testis.
Erus Gundesindi Comes, & testis.
Aaenae Nlcoel Comes, & testis
Monendus Gundisalvi Comes, & testis.
Munius Sandin Comes, & testis.
Suarius Gutierri Comes, & testis.
Osorius Gutierrix Comes, & testis.
Pepi Pepiz Comes, & testis.
Vimara Obecozi Comes, & testis.
Hodarius Sandini Comes, & testis.
Gundisalvus Armentari Comes, & testis.
Fredenandus Gundesindi testis.
Pepi Teitai Comes testis.
Froila Gutierriz ex tuto corde optans, & fieri confirmo.
Scemenus Didaci confirmo.
Pelagius Gundisalvi interfui, confirmo.
Fredenanda confirmo.
Sarracina confirmo,
Amita supra memorati Latoris Episcopi Ildonzia confirmo.
Didacus Archidiaconus confirmo.
Fortis Cubicularius.
Sisnandus Decanus.
Leodigus Presbyter.
Guttierre Clericus.
Rudesindus Gavini Decanus testis.
Gugibertus Decanus.
Froyla Alotiz Decanus testis,
Gulfarius Presbyter testis.
Sigeredus Presbyter testis.
Æricus Presbyter testis.
Viliusonsus Presbyter testis.
Senior Presbyter testis.
Odoarius Decanus testis,
Herius Decanus testis.
Adephonsus Decanus testis,
Afuri Decanus testis.
Rintila Decanus testis.
Veremundus Nunnez.
Hermenegildus Major-domus.
Aspidius Presbyter,
Fredenandus Prebyter.
Arcilus Presbyter.
Fortunius Cubicularius.
Felix Presbyter de Purice.

Ranimirus divina gratia fultus, atque gloriosus, & vera clementia, dignitate perspicuus, cui gloria regnum corroboret usque ad ultimam senectutem, pro Ecclesiæ utilitate firmavit hanc oblationem. Ordonius proles Domini Adephonsi Regis. Sancius serenissimus Princeps confirmat.

CONCILIUM HELENENSE
IN FONTANIS.

Habitum circa annum Domini DCCCCXLVII.
Præside Aymerico Narbonensi Archiepiscopo.

Circa annum DCCCCXLVII. habitum est Concilium in Fontanis, Diœcesi Helenensi, sub Aymerico Narbonensi Archiepiscopo. Quo in Concilio secundum sententiam Romani Pontificis, depositi sunt Episcopi Gerundensis, & Urgelensis; sed statim Patrum clementia restituti. In eodem statutum, ut Episcopus Helenensis post Narbonensem Archiepiscopum primas obtineat, tam in Conciliis, quam in ordinationibus Episcoporum. *Ex schedis Petri de Marca Parisiensis Archiepiscopi, qui summam hanc Helenensis istius Concilii exscripsit ex Actis ipsius, quæ in Helenensi tabulario servantur*

DEDICATIO MONASTERII
S. BENEDICTI DE BAGIIS

(vulgo *Baxes*) in Diœcesi Ausonensi.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXII.

Anno 972. III. nonas Decembris, dedicata est Ecclesia Monasterii de Bagiis prope Minorissam in Diœcesi Ausonensi, quod paulo ante fundatum fuerat a viro quodam eximio, & prædivite vocato Sailano, & uxore ejus Richarde femina religiosissima. Obierunt illi antequam perfecta esset Ecclesia, quam filii eorum Isarnus, & Vvifredus perfici curarunt. Tum vero rogarunt Frugiferum Episcopum Ausonensem, ut eam

eam dedicaret. Ille vero ad eam solennitatem (ut tum solebant) evocavit vicinos Episcopos Vvifadum Urgellensem, & Petrum Barcinonensem. Præter Episcopos, & Isarnum filium Sallani, interfuerunt etiam Vvadaldus Vice-comes, Aigo, & Chixilo viduæ filiæ Sallani, Filmera Abbatissa, filia Aigonis. Non adfuit Vvifredus frater Isarni *præ nimia infirmitate*, ut inquiunt Acta. *Hæc summatim ex Petro de Marca Archiepiscopo Parisiensi, qui ea Acta vidit, & asservantur in Archivo dicti Monasterii.*

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Monasterium Rivi-pollense (vulgo *Ripoll*) in Diœcesi Ausonensi.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXVII.

Anno 977. 15. Kal. Decembris, dedicata est nova Ecclesia Monasterii Rivi-pollensis a Mirone Episcopo Gerundensi, & Frujano Ausonensi, præsentibus Olibano Marchione præcipuo, sive Comite Ceritaniensi, & Borrello Comite Barcinonensi. Erat autem tum Abbas illius Monasterii Guidiscius. Sequitur deinde Decretum Episcoporum Provinciæ adversus invasores bonorum ejusdem Monasterii, missum ad singulos, ut in eo quisque nomen suum apponeret. Nam in eo nominantur, præter illos tres, qui consecrationem peregerunt, Suniarius Helenensis, & Vivens (alias Vivanus) Barcinonensis. *Ex Illustriss. Petro de Marca, qui ea Acta evolvit, asservata in dicto Monasterio.*

TESTAMENTUM S. RUDESINDI

Factum Era MXVI. idest anno Christi DCCCCLXXVIII.

Ex Yepio in Appendice ad Tomum V. fol. 425.

Salvatori hominum, ac Redemptori, cujus Sanguine pretioso se mundus congaudet redemptus, quem omnigena rerum sibi suum collaudat, cum Patre & Spiritu Sancto Dominum, in Trinitate Auctorem, Redemptoremque unum, qui Cælorum Regna, Angelorumque creaturæ sustentando præsides, qui Terram, Terrarumque patentia, insensibilia, & videntia, atque viventia præsidendo fullentas, qui Cælestia, & Terrena ineffabili tuo nutu communicas, & conjungis, qui fabricam totam mundi, & maris, Cælique ante omnia sæcula, sæculorumque, spiritualia, & temporalia inæstimabili tuo arbitrio contines, Regisque, cujus cruore se universum genus humanum incomparabiliter purificatum tripudiat, & lætatur præsenti, & futuro in ævo. Qui cuncta, quæ patent, & invisibilia existunt, extra intraque circumdando penetras, penetrandoque circumdas, & sic omnia simul divinitus possides, divinitusque invivitura vivificas, sanctaque & inæstimabilis Trinitas, quæ sine initio, & per nunquam sæcula finienda regnabas, & regnas ubique, qui hominibus nunc, & in ævo gratiam dare promittis, qui superbis rigore liberato resistis, atque eorum superbiæ ducem potestatis censura in ima præstando demergis, qui humana plasmata singulos per dies, singulis, momentisque, & horis nasci ad lucem, & iterum reverti in cinerem mandas, qui hominum te deprecantium, ut pius Pater exaudibilem præstas auditum, & majori, quam rogaris, fide, totoque animo te petentibus mirifice, mirabiliterque, & ut pius auditor, præstando concedis, & donas. Suscipe quæso humillimam precem tui, licet indigni, famuli Rudesindi, prolis Gutierris, & Ilduaræ, & da in eorde meo vota, quæ suscipias, da in ore verba, quæ compleas, & in manibus meis opera, quæ complenda adprobes, atque operata justifices; da iniquitatibus meis veniam, da sceleribus meis indulgentiam, & ea, quæ animæ meæ sunt impedimenta, & justissimis operibus contraria, præsenti in vita post posita tua me fideliter gratuito animo, assiduoque congressu, fac sequi vestigia; ita ut in præsenti sæculo Evangelicam vocem non surdus auditor audiendo, a me impleam, quæ dicit: Date quæ vestra sunt temporalia, & percipite, quæ Cælestia sunt bona, nullatenusque finienda; dare mihi libeat ea his, quæ mihi a te donata sunt, & mercare mihi libeat pro Cælestibus terrena, ut ea, quæ tibi ferventibus, & juste nomen tuum invocantibus donare decerno, tanquam pio Redemptori nostro, tibi ipsi Domino data, atque litata sint, præstator æquissimus, clemens collator, gratiam præsta. Quam dationem, vel litationem pavidi, pavoreque perterriti minime niteremur offerre, nisi tuis piissime Pater roborarremur, per Unigenitum tuum sæculi præsentis divitibus clamantem, & loquentem: Quamdiu aliquid ex minimis meis, vel mihi adhærentibus donaveritis, illis præstando, mihi ministratis. Etenim ambiguum quidem nulli est, sed cunctis manet notissimum, & creditum, Monasterium esse fundatum, sub nomine Sanctæ Trinitatis constructum, ad venerationem Sanctorum Apostolorum, & Sancti Martini, vel plurimorum aliorum Martyrum ædificatum, atque Sancti Salvatoris abeuntibus, & redeuntibus nominatum. Cellæ-novæque usu locutionis humanæ vocitatum. Ibidemque Dominum, & Re-

& Redemptorem hominum caſte, & pie, & religioſe congregatio, ſeu Monachorum cœtu degentium, & per antiquorum Patrum normam viventium, Evangelicaque itinera gradientium, Deoque fideli devotione militantium, in Domino Deo æternam ſalutem. Denique Domine adeo * elibus, ac puſillus ſervus tuus Rudeſindus Epiſcopus, una ſimul pariter cum genitrice mea Ilduara, conſtruximus locum ſupra taſatum, ædificamus Eccleſiam in honore piiſſimo, ac tutiſſimo Sancti Salvatoris, & omnium Apoſtolorum, & Martyrum, idem & eum Archangelo Michaele Summi Dei Nuncio, & inſtrualmus Cœnobia domorum, & omnia intrinſecus, & extrinſecus neceſſariorum ad normam regulari, apte vel compoſite plantatio vinearum, & omnigena nemorum arborum conſitorum. Ad opus Sanctuarii Cruces dipertagas, Capas, Calices, & Coronas, Candelabra argentea, & ænea, Lucerna, thuribulus, & inſerturia es auro, argento, & omni lapide pretioſo ornatos * vellis de Templa, & Altaria, indumenta Sacerdotum & Levitarii, cum balteis, & homorariis auro texta * viſinia purpurea, & linea, in admonitione converſorum ſignos, & campanas, eſaratio Librorum, in horis diurnis, & nocturnis, ſeu & expoſitio de orthodoxis Patribus inventa memoria. Ad miniſterium refectionis, menſas, mandibula, ſabana, aquamanilia, & ſacitergia, diſcos, & panraſidas, fialas, & inſerturias argento ſculptas, & auro perlucidas, lectiſternia ex omni polimito confecta, jumenta quoque, & armenta, pecora, & altilia apium, & gregibus ſuillorum, victum, & tegumentum ad abundantiam. Hoc omne geſtum, paratumque eſt totum per manum ſamuli Dei Patris mei Franquilani Abbatis. Poſt per annorum ſpatia Monaſtica norma adeptus, & actualem vitam, cum pluribus Servorum Chriſti pari glutino aſcitus, prævidens vitæ meæ quotidie expletæ, robur corporis marceſcere, & in certum extremum diem imminere, cœpi intra arcana cordis mei reminiſcere, in quibus ab ineunte ætate verſavi, & magis unde opprimi quam unde levari invenio, & factus ſum metipſi gravis. Et dum inter tot tantiſque fluctibus ſtupefactus elanguerem, ſtantibus cunctis Fratribus, qui aderant, cœperunt eum fletibus unanimiter dicere: Domine Pater, prævide, & conſidera, de tantorum agminibus, quos acquiſiſti, nutriſti, & erudiſti, cui nos derelinquere debeas, aut quem Patrem, vel tutorem eidem Eccleſiæ reſtituas. Scis enim Domine, quia ſemper per ſpatia annorum mutantur omnia rerum actionum. His verbis, & fletibus commotus, & Evangelica eruditione inſtructus, nec non & Canonum decreta compulſus, hac eis fletibus voce reſpondi: Confidite, o filioli, & domini, & ſpem veſtram in Domino ponite, quia non vos relinquam orphanos. Imprimis commendo vos Creatori meo Domino Jeſu Chriſto, cui vos acquiſivi, & in cujus amorem hunc locum conſtruai, & ad Regem, qui in Urbe Legionenſe unctus fuerit ad ſalvandum, & tuendum potius, quam ad imperandum, & inſtituo vobis Patrem hunc, filiumque meum ſpiritualem Mamilanum Abbatem, & poſt ipſum, qui vicem Chriſti agere videretur, ſapientia eruditus, vita probatus, & omni collatione prælectus. Multi quoque magnorum, & alii Pontifices magni qui tunc nobiſcum aderant, videntibus hæc, & audientibus, optime, & ſatis digne eligi cum eis pari conſilio, ex legali præcepto, ut facerem de ipſo loco teſtamentum olographum, ſicuti & Deo juvante conceſſum eſt mihi licentiam adimplere. Ideoque ſervus Redemptoris mei audiens præcepta Evangelica, tonantem, & dicentem: Omnis qui honorificaverit me coram hominibus, honorificabo & ego eum coram Patre meo. Et quicumque reliquerit omnia hujus mundi propter me & propter Evangelium, centuplum accipiet & inſuper vitam æternam poſſidebit. Et in judicio nobis dicturus eſt: Quamdiu feciſtis Fratribus meis, mihi feciſtis. Hæc audiens, & adimplere cupiens præcepta Domini mei, offero, dono, atque concedo vobis, Dominis & Fratribus meis in Chriſto, & tibi Patri ſpirituali Mamilani Abbati, locum ſupra taxatum cum omnibus villulis, & vicis ſuis, & omnem quantum ibidem eſt conceſſum, tam de Fratribus noſtris, quam de ſucceſſione parentum meorum, vel ex munificentia Regis; vel & quantum adhuc ganatum, vel conceſſum fuerit, integrum & interminatim illud habeant, & poſſideant ſervi Chriſti, qui mundum cum operibus ſuis reliquerint, & Crucem Chriſti humiliter in corde geſtaverint, & ſub regulari jugo colla ſubdiderint, de quibus Dominus dicit: *Beati pauperes ſpiritu*. Et de quibus Paullus Apoſtolus dicit: *Tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes in Chriſto*. Neminem quidem vobis ibidem alium donatorem, vel hæredem inſtituo, nec conſanguineis, propinquis, vel extraneis, ſed quicumque inter vos major voluerit fieri, ſit omnium ſervus. Obſecro, & ore oro Domine tuæ pietatis clementiam, & Sanctorum tuorum ſuffragia, ut hujus devotionis meæ factum ſancto conſpectui tuo efficias glorioſum, & in locum ſuperius taxatum, te protegente, maneat ſtabilitum. Rogo & iterum Domine, & te Creatorem univerſitatis efflagito, ut ſi quis fuerit temerarius, tam Regia poteſtas, quam populorum univerſitas, propinquis, vel extraneis, vel quiſquis infauſtus, & ardore cupiditatis accenſus Judex exſurgere quieverit ad convellendum, & de hoc teſtamento, quod Deo, & ſervis ejus conceſſum eſt, aliquid extorquere, vel infringere tentaverit; quiſquis ille fuerit præſenti, cum Chriſto homine, valida, & terribilis ultio Divina, ſcatebra vermium carnalium, exutus tunica, anima illius cum teterrimo ululatu ſit ex corpore extorta. Obviam hoc præſentiat, & poſtmodum, cavi pœnas perpetua miſericordia evadat, & inſuper damna ſæcularia multatus, patriæ voci idem Eccleſiæ, quantum abſtrahere conaverit, triplum, ſicut Lex Canonica narrat, & poteſt, parte Regis duo talenta auri abſolvat; & hanc ſcripturam in cunctis diebus roborem firmitatis obtineat. Facta hujus ſeries teſtamenti ſub die & tempore avi. Kalendas Februarii, Era poſt milleſi-

* Forſ. byſſina.

lesimam in decima feria.
Sub divina providentia ego Rudesindus Episcopus, hunc testamentum a me factum, & post nomen Salvatoris mei, & ejus cultoribus ultro firmavi.
Ranimirus Rex hoc vere manum dexteram post partem Redemptoris mundi.
Munus Gutierri omnem arem testamenti confirmat.
Froyla Gutierri, ex toto corde optans, & fieri confirmat.
Adosinda in matris, & fratrum meorum voluntate confirmat.
Aldephonsus Princeps prolis Veremundi Regis confirmat.
Sub divina potentia Didacus Auriensis Episcopus confirmat.
Theobegildus Abbas de Cimeterio Sancti Stephani confirmat.
Adaulphus Abbas de loco Sancti Cypriani confirmat.
Rudericus prolis Velasconi hoc vere conf.
Pelagius Dracenus proles Ruderici confirmat.
Aloytus, qui tunc Præpositus erat, & confirm.
Pelagius Gundisalvi interfuit, & confirmat.
Sanctius serenissimus Princeps confirmat.
Ordonius prolis Adephonsi confirmat.
Fredenanda Sarracina confirmat.
Vitisani Præpositus, & confessor confirmat.
Gresconius Præpositus confirmat.
Veremundus Abbas.
Ausup Abba confirmat.
Auvis primus Clero confirmat.
Munioni confirmat.
Odorius Diaconus confirmat.
Veremundus serenissimus Princeps, & plus, quod fieri elegi manu mea roborem injeci.

SCRIPTURA FUNDATIONIS

Monasterii Bisuldunensis in Catalonia, facta ab Episcopo Mirone anno Domini DCCCCLXXVIII.

Ex Yepio in Appendice ad Tomum V. fol. 441.

Si famulorum meritis debite compellimur compensare lucra mercedis, quanto jam copiosius pro remediis animarum divinis cultibus terrena debemus impendere, & impensa per scripturas legaliter confectas decentissime affirmare? Quapropter ego Miro, nutu Dei Gerundensis Ecclesiæ humilis Episcopus, una cum conniventia meorum catervæ Clericorum, laicorumque fidelium, elegi quandam Ecclesiolam a dominatu omnium Ecclesiarum liberam, quam venerandus habet propriam Beatissimus Apostolorum Princeps Petrus, eodem nomine, sub cujus sanctificationem nitet, sita videlicet juxta Oppidum quem olim Bisuldunensem voluit vocitare vetustas. Sub cujus meritum scimus currere mundum, hujus ubique iure fulgere Templa decet; & quidem ab ipso Domino nostro Jesu Christo didicimus, quodcumque vinclis super terram strinxerit, erit ligatum in Cælis fortiter &c. Ob tanti igitur patroni amorem, pro remediis animarum meorum parentum, meæque, & super omnia pro remedio animæ Domini Seniofredi Comitis, & fratris mei, qui mihi copiosa dona, dum vixit, contulit, quem Deus omnipotens ad illud perducat Regnum, quod primus homo perdidit. Pro remedio igitur animæ prædicti Comitis, & pro salute animarum, corporumque meorum fidelium in hac Terra degentium, qui in illo Cœnobio aliquod præstiterunt beneficium, seu pro statu Celsitudinis suæ, sive salute Domini Olibani Comitis, suæque conjugis, suorumque filiorum, quorum vitas omnipotens Deus multis protelare dignetur temporibus, ut vivant Deo feliciter, &c. Ob præfatam igitur rationem in prælibata Ecclesia conatus sum fieri Cœnobium, quod per scripturam donationis tradidi Ecclesiæ Beatissimi Apostolorum Principis Petri, ad proprium alodium, & ut sub ejus defensione, atque munimine consistat in perpetuum & quinos solidos per singulos annos Abbas qui præerit præfato Monasterio, eidem Sancto Petro Romæ persolvat. Adductus est igitur in eodem Cœnobio (Deo disponente) Corpus venerandi Martyris Christi Primi, pro cuius intercessionibus omnipotens Deus multas in eodem loco dignatus est operari virtutes, & laudatus, glorificatusque omnipotens Deus ab omni populo, qui talem dignatus est contulere patronum; oportet enim tantorum Sanctorum patrocinia quærere, & de rebus transitoriis eorum ditare Basilicam, ut annuente Deo, per eorum intercessiones ab omnibus liberemur adversis, & in æterna beatitudine eorum mereamur adipisci consortia. Proinde igitur ego prælibatus Episcopus dono in subsidium Monachorum egenorum ad præfatum Cœnobium alodes meos, quos fratres mei post eorum obitum mihi reliquerunt jure hæreditario, & illi eos acquisierunt de nefandissimis transgressoribus, qui scandala, vel conturbationes nefarias, in quantum potuerunt, in contrarietate eorum, in prædicto Comitatu Bisuldunensi conati sunt agere, & ob hanc caussam res eorum legaliter in fisco contraxerunt, quemadmodum insertum est in Legibus mundanis, de his qui contra Principem, vel gentem, vel patriam refugiunt, & insolentes existunt. *His dictis, Episcopus varia bona, & possessiones Monasterio offert, atque, ut illis temporibus mos erat, dictarum possessionum invasoret diris devovet. Denique finem imponit hisce verbis.* Exarata est igitur hæc Scriptura die sexto Nonarum Julii, Era 1016. Incarnationis 978. indictione sexta, anno bisdeno quarto, quo Francorum Rex Leutharius regnandi sumpsit exordium.

Miro Dei gratia Comes, atque Episcopus.

EPI-

EPISTOLA BENEDICTI VII. PAPÆ

Ad Guifpedum Abbatem Monafterii Bifuldunenfis, in qua plura largitur privilegia, & libertates. Anno Chrifti DCCCCLXXIX.

BEnedictus Epifcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Guifpedo Abbati Monafterii de Bifulduno, quod eft fitum infra Caftrum Bifulduni, ad flumen Fluviani, ejufque Fratribus, tam præfentibus, quam futuris, regularem vitam profeffis, falus, pax, & benedictio quoad mundus permanet. Amen. Cum conftet, Dominum Deum noftrum, honorem fanctæ univerfalis Ecclefiæ inceffanter a propagantibus beatæ Fidei augmentare, neceffe eft accipientibus ab illo totius curiæ regiminis &c. Icirco ego Benedictus Papa cum cœtu Epifcoporum, Presbyterorumque, cum omni caterva Clericorum in Romana Sede degentium, fub norma Beatiffimi Petri Deo militantium, in noftra protectione fufcipimus, & præfentis fcripti privilegio roboramus illud donum quod dilectus filius nofter Miro Epifcopus Gerundenfis, & Comes Bifuldunenfis, per paginam donationis Romanæ Ecclefiæ tradidit, pro remedio animæ fuæ, fuorumque parentum; videlicet, Ecclefia Sancti Petri de Bifulduno, cum omnibus Ecclefiis, prædiis, & villis, & dominicaturis ab eo datis, feu ab aliquibus fidelibus in futuro conceffis adipifci potuerint, noftro in hoc præfenti Privilegio in perpetuum confirmamus, & in omni libertate difponimus. Statuentes etiam, ut Ordo Monafticus, qui fecundum Deum, & Regulam Beati Benedicti ab eodem Epifcopo inftitutus effe dignofcitur, femper inviolabiliter fub regimine proprii Abbatis obfervetur. Præterea quæcumque bona idem Monafterium in futurum donatione, & Pontificum conceffione, Regum, vel Principum oblatione, multorumque fidelium dante Deo poterint adipifci, amodo firma nobis fub tutela Beati Petri, & noftra illibata in fempiternum permaneant. Concedimus, ut fi quis de illis regionibus alodia, vel aliqua oblatio mercedis fanctæ Romanæ Ecclefiæ relinquetur, præfatum Monafterium per noftrum beneficium poffideat in fempiternum; & Abbas, qui præeft, vel qui præfuerit in eodem Monafterio, per fingulos annos quinque folidos Sancto Petro Romæ perfolvat in cenfu; & fi minime annuatim venire non poffunt, ad quartum annum viginti folidos perfolvant. Statuimus etiam, ut quando Abbas ipfius Monafterii obierit, neque a Regibus, neque a Comitibus, neque a quacumque perfona ibidem Abbas conftituatur; fed a cunctis ibi degentibus fervis Dei (juxta P. Benedicti Regulam) eligantur Abbates, qui a Romano Pontifice, vel a fuo mandatore benedictionem fufcipiant. Confirmamus igitur, & ftabilimus, ut nullus Archiepifcopus, nullus Epifcopus, in ipfum Monafterium, five fuas Ecclefias, a prædicto Epifcopo datas, neque Clericos in eis ftantes, & in eodem Monafterio, neque Abbatem, Monachos, & Converfos fuos, audeat & præfumat fententiam excommunicationis inferre, vel a nullo poffint interdici, vel excommunicari, nifi a Romano Pontifice. Item etiam concedimus, ut fi qui cauffa orationis ad prædictum Monafterium venerint, habeant licentiam introeundi, & omne officium audiendi, nifi forte quis reatu fuo proprio fuerit excommunicatus. Concedimus quoque ipfius loci Abbati correctionem cunctorum fuorum Clericorum, inftitutionem Ecclefiarum fuarum, & Clericorum, ut nullus Epifcopus, nulla Ecclefiaftica, vel laica perfona, dominationem ibi habeant; fed quicquid Ecclefiafticum eft, per manum illius Abbatis, & fub regimine ipfius cuncto fubfiftant tempore. Oleum vero, feu fanctum Chrifma baptizantium, confecrationes Altarium, a quocumque voluerit Catholico Epifcopo fufcipiat. Cœmiterium de omni villa Bifulduni, & de omnibus circumitantibus villulis, ficut a fupradicto Epifcopo conftitutum eft, confirmamus, & roboramus &c. *Poftquam autem anathemtis fulmine percuffit ejus mandati transgreffores ftatim hifce verbis finem facit.* Datum octavo idus Majas, imperante Domino noftro Othone, a Deo coronato, magno, & pacifico, anno XII. & indictione VII. anno Dominicæ Incarnationis nongentefimo feptuagefimo nono, Era 1017.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Urgellum anno Chrifti DCCCCXCI.

ANno 991. Salla Epifcopus Urgellenfis ad fe evocavit Vivanem Epifcopum Barcinonenfem, & Aimericum Ripacurtienfem, tum etiam Canonicos, & Sacerdotes, Monachofque Diœcefeos Urgellenfis; & cum eorum auctoritate, & confenfu excommunicavit, & alligavit, feu Interdicto fuppofuit, ut pofteriorum temporum verbis utamur, *omnem Epifcopatum Cordanienfis, vel Berchitanenfis*, id eft, Pagos Cerdanienfem, & Bergitanenfem pertinentes ad Diœcefim Urgellenfem. Quia pravi homines auctoritate ufi Ermengardis Comitiffæ Ceritanienfis, filiorumque ejus, eofdem Pagos, eorumque Ecclefias perruperant, & cenfum exinde Epifcopo debitum ei denegabant. Ne tamen in fe concitarer odia eiufdem Comitiffæ, filiornmque eius, difpenfatione ufus eft, eofque excipiens ab excommunicatione, eam tulit in Confiliarios, & Miniftros eorum, Arnaldum fcilicet, Radulphum, & omnes fequaces eorum. Tum Literæ encyclicæ rem geftam continentes miffæ ad omnes Epifcopos, ut & ipfi quoque eam excommu-

municationem sua auctoritate confirmarent. *Ex Illustriss. Petro de Marca, qui summatim hæc narrat ex Actis a se lectis in Archivo Ecclesiæ Urgellensis.*

EPISTOLA I. S. ODILONIS ABBATIS
ANNO CHRISTI DCCCCXCIX.

Igne Divini amoris fervido Domno Paterno gregis Christi affectu paterno Procuratori provido, Frater Odilo cum Domno Episcopo Sancio, omnisque Cluniacensium pauperum Congregatio, Monastici laboris bravium a Christo.*

SIcuncta circa vos sunt prospera, & pacata, gaudemus, & exsultamus, & ut semper de bono proficiatis in malius, votis omnibus præoptamus. Pro statu quoque Regni, ut liberetur ab incursione paganorum, & a persecutione falsorum Christianorum, omnipotenti Deo supplices, & continuas preces omni devotione cordis assidue offerimus. Et ut firmissima pax inter filios divæ memoriæ Domini nostri Sanctii Regis defuncti a Deo reformetur, & continuis orationibus, & indefessis die, ac nocte precibus exoramus; præcipueque pro charissimo nostro, & visceribus totius amoris, ac dilectionis Domino Redimiro, de cujus benignitate, & probitate, morumque paternorum in cunctis repræsentatione, Domnus Episcopus, ipsi per omnia fidelissimus, & devotissimus, tanta, & talia ad nos veniens narravit, ut indissolubilibus vinculis charitatis ita nos ejus familiaritati, & fidelitati colligaverit, quatenus nulla unquam oblivione ipsius memoria a nostris cordibus avelli possit in divinis obsequiis. Nam quotidie pro ejus pace, & salute corporis, & animæ post matutinas recitamus omnes generaliter Psalmum: *Domine quid multiplicati sunt*. Et per omnes alias horas: *Levavi oculos meos*. Dominus eripiat animam, & corpus ejus ab omni malo, custodiatque introitum, & exitum illius, non solum in præsenti, sed & in sæculum sæculi. Rogamus præterea, ut hos missos, quos Dominus Sanctius Episcopus, & nos mittimus, usque ad Sanctum Joannem conducatis. Vult enim Domnus Episcopus sua omnia, quæ ibi dimisit, secum habere. Argentum, ut opus, quod in nomine ipsius, & in nomine Regis defuncti super Altare Sancti Petri cœpimus, ad perpetuum memoriale sui, & supradicti Regis perficiat. Ornamenta vero Divinis Officiis consecrata penes se, quamdiu vixerit, vult esse. Nam de auro, quod ad nos veniens secum detulit, duas listas tabulæ majoris Altaris, dexteram videlicet, & sinistram, quæ destructæ erant, sicut scitis, iam perfecit, inferiorem vero, quæ remanet, & de vaccis, quas apud Sanctum *.........

EPISTOLA JOANNIS PAPÆ.

JOannes Servus Servorum Dei Odiloni Abbati salutem charissimam cum benedictione Apostolica. Docente Beatissimo Gregorio, multa videntur bona, & non sunt. Verumtamen cum dicatur: Si rogas, audies; quia omnia tua, quæ videbantur bona, bona non esse sentimus. Quid enim in Monacho obedientia sanctius? Quid in Christiano acceptabilius? Nonne *melior est obedientia Sacrificio?* secundum Propheticum judicium; & voce Dominica dicitur: *Obedientiam volo, & non Sacrificium*. Quantum vero B. Benedictus eam suis præconiis estollat, non est dignum hic inserere, cum te non lateat. Per cepimus igitur injuriam sanctæ Ecclesiæ Lugdunensis petentis te in conjugium, quia competebat, cui etiam salivam in facie jecisti. Omittimus injuriam sanctæ plebis, cui regimen parcendo soli vitæ tuæ refugisti, & refugis. Tacemus quod auctoritatem tantorum Præsulum monentium, & rogantium ad Episcopalem dignitatem accedere posthabuisti; quod S. Romanæ Ecclesiæ, & nobis inobedientem te reddidisti, & inultum relinquere nec debemus, nec possumus. Nisi forte obedientia diluat quæ inobedientia maculavir. Satisfactione purgetur quod transgressione inquinatum est. Idem nisi expetitur regimen jam dictæ Ecclesiæ, quod inobediendo usque hactenus sprevisti, obedienter susceperis; quid amaritudinis, vel severitatis erga meritos sciat Romana Ecclesia injicere, senties. Nam hoc sacrum regimen, sicut a nullo est temere usurpandum, ita petente Ecclesia a nullo tuo simili est vitandum. Quoniam tantorum perditionis reus eris quantorum saluti exemplo, & doctrina prodesse potuisses. Nota loquimur, & quæ te scire pleniter confidimus. Ideoque taceat iam charta, & lingua loquatur, verum Episcopi Gaudfridi, cui luce clarius voluntatem meam referandam tam tibi, quam Confratribus tuis, & omni Ecclesiæ commisimus. Vale.

EPISTOLA II. S. ODILONIS

Morum probitate regalia decenter sceptra regenti, Domno Garseæ religioni ...... Odilo cum grege Cluniacensium pauperum sibi commisso, firmari cum Fratribus, & amicis, omnibusque vobis jure subjectis, pacem in Domino, ac de cunctis inimicis victoriam cum triumpho.

GAudemus, & omnipotenti Deo gratias referimus, quod vos sublimiter, & gloriose tam in sui dilectione, & notitia, quam in sæculari semper audimus crescere, & proficere potentia. Scimus itaque es indissolubili familiaritate, & societate, qua olim

Patri vestro probamur copulati, ita in vestra fidelitate devoti, ut pro vestra, vestrorumque salute, & incolumitate, atque de cunctis inimicis vestris victoria, Deum exoremus assiduis precibus, poscentes ejus clementissimam benignitatem, ut sic cuncta vestra secundum tuam voluntatem nobiliter disponat, quo post præsentem gloriam, & felicitatem ad cælestia gaudia vos perducat. Præterea, licet non sine rubore, pandere cogimur vestræ sublimitatis munificentiæ nostræ inopiæ necessitatem, qua iam per duos, & eo amplius annos affligimur continue. Nam generalis totius Regni paupertas, famis quoque, & inopiæ nos opprimit calamitas, sicut & alios nostræ vicinitatis compatriotas. Quod periculum ut evadere possimus, vestro adminiculo, si placet, perquamplurimum indigemus. Pacem, & victoriam, atque perpetuam vitam, ut Dominus vobis concedat, tota nostra Fraternitas, & optat, & orat. Vale.

EPISTOLA III. S. ODILONIS

Nobilissimæ Matronæ R. Frater Odilo fideles orationes.

Mirarer, Domina, valde, cur me ignotum, & immeritum toties salutationibus tuis lætificas, muneribus amplificas, nisi illam maternam bonitatem agnoscerem, & in te sentirem, quæ omnibus, tam notis, quam ignotis, pro meritis, & immeritis, communis, & æqualis esse soleat. Unde non admirandum, sed ad gratias referendum totus convertor, scilicet de omnibus bonis, quæ tua charitas nobis, & nostris semper solet impendere. Orationibus nostris, Fratrumque nostrorum per Fratrem Lutteridum dignata es te commendare, in quibus scias devotissime te esse susceptam, atque ascriptam, & non solum te, sed etiam charissimum amicum nostrum seniorem tuum A . . . . . , . . . ac dulcissimum Fratrem ejus E . . . . de quibus semper bene audivi, & adhuc Deo gratias, audio. Quos utrosque ut officiosissime ex nostra parte salutes, multum tuam rogo charitatem. Vale, & memor tui, nunquam immemor esistas.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Barcinonem anno Christi MIX.

Anno 1009. factus est insignis Conventus apud Barcinonem, cui, præter Raymundum Comitem, & uxorem ejus Ermesindem, interfuerunt etiam Ermengaudus Comes Urgellensis Raymundi Frater, & Bernardus Comes Bisuldunensis. Aderant etiam imprimis Æthius Episcopus Barcinonensis, Arnulphus Ausonensis, Odo Gerundensis, Salla Urgellensis, & Oliba Helenensis. In eo Conventu actum est de restaurando statu canonico in Ecclesia Barcinonensi, qui per incuriam, & ignaviam superiorum temporum, & oppressionem Sarracenorum deperierat. Nam vita canonica illic instituta fuerat a Karolo Calvo Rege Francorum, & a Ludovico filio ejus eo tempore, quo Frodoinus sedebat Cathedram Barcinonensem, ut patet ex Præcepto ejusdem Ludovici dato anno 878. tempore Concilii Trecensis. Anno ergo præsenti restaurata est suasu imprimis Roberti cujusdam negotiatoris, qui moriens apud Barcinonem, merces suas omnes reliquerat ei mente, ut traderentur usibus Canonicorum canonice viventium. Factum est, quod Vir bonus animo conceperat, datumque Canonicis, ut *inter se eligant Abbatem, vel Præpositos, sive Deconos, & Ministros, qui fideliter distribuant, & serviant operibus illorum.* Ex Illustriss. Archipræsule Marca, qui hæc refert ex Actis asservatis in Archivo Ecclesiæ Barcinonensis.

CONCILIUM LEGIONENSE

Era ML. ideſt anno Christi MXII. celebratum

SUB ALPHONSO V. LEGIONIS REGE.

Decreta Alphonsi Regis & Geloiræ Reginæ.

PRÆFATIO.

Sub Era millesima quinquagesima, VIII. Kal. Augusti, in præsentia Regis Domini Alphonsi, & uxoris ejus Geloiræ Reginæ, convenimus apud Legionem in ipsa Sede B. Mariæ omnes Pontifices, & Abbates, & Optimates Regni Hispaniæ, & jussu ipsius Regis talia decrevimus, quæ firmiter teneantur futuris temporibus.

CA-

C A N O N E S.

1. Imprimis censuimus, ut in omnibus Conciliis, quæ deinceps celebrabuntur, caussæ Ecclesiæ prius judicentur, iudiciumque rectum absque falsitate consequantur.

2. Præcipimus etiam, ut quicquid testamentis concessum, & roboratum
aliquo tempore Ecclesia tenuerit, firmiter possideat; si vero aliquis inquie-
tare voluerit illud, quod concessum est testamentis (quicquid fuerit) testa-
mentum in Concilio adducatur, & a veridicis hominibus, utrum verum sit,
exquiratur; & si verum inventum fuerit testamentum, nullum super * eum * illud.
agatur judicium; sed quod in eo continetur scriptum, quiete possideat Ec-
clesia in perpetuum. Si vero Ecclesia aliquid jure tenuerit, & inde testamen-
tum non habuerit; firment ipsum jus cultores Ecclesiæ juramento, ac deinde
possideat perenni ævo; * pareat triennium iure habito, seu testamento. Deo * præjudicet tricennium.
etenim fraudem facit qui * per triennium rem Ecclesiæ rescindit. * post tricennium

3. Decrevimus etiam, ut nullus contineat, seu contendat Episcopus Abbates suarum Diœceseon, sive Monachos, Abbatissas, Sanctimoniales, resuganos; sed omnes permaneant sub ditione sui Episcopi.

4. Mandavimus adhuc, ut nullus audeat * rapere ab Ecclesia; verum si * aliquid rapere
aliquid * infra Cœmeterium per rapinam sumpserit, sacrilegium solvat; & * * intra. * quidquid.
si quid inde abstulerit, ut rapinam reddat. Si autem extra Cœmeterium * * injuste abstulerit.
abstulerit rem Ecclesiæ; reddat eam, & calumniam * ipsius Ecclesiæ, more * cultoribus ipsius.
terræ.

5. Item decrevimus, ut si forte aliquis hominem Ecclesiæ occiderit, &
per * se ipsam Ecclesia iustitiam adipisci non potuerit, concedat. * ...... * se ipsa. * majorino Regis.
vocem iudicii, * dividant per mediam, calumniam homicidii. * ditadatque.

6. Judicato ergo Ecclesiæ iudicio, adeptaque iustitia, agatur caussa Regis, deinde populorum.

7. Decrevimus iterum, ut nullus emat hæreditatem servi Ecclesiæ; qui autem emerit eam, perdat eam, & pretium.

Hic multa Decreta sequebantur in Codice ad civilem potius quam Ecclesiasticam Regni gubernationem pertinentia, quæ ideo omisimus. Hæc Baronius anno 1012.

NOTA SEVERINI BINII.

Acta hujus Coucilii ex ms. Codice Hispanico per Valerium Serenum Lovaniensem anno Christi 1565. excerpta accepi a reverendo, & doctissimo Viro Domino Jacobo Huttero, sacræ Theologiæ Doctore, & Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis Canonico Presbytero. Contuli eadem cum excusis Baronianis, quæ etiamsi parum, & nonnisi locis in margine notatis discrepent; hoc tamen singulare habent, quod lacunam illam apud Baronii Annales relictam impleant, verbaque apud ipsum omissa restituant ista: *Concedat majorino Regis vocem judicii; dividatque per mediam, calumniam homicidii.* Item quod post sextum Capitulum, cui initium est: *Judicato ergo Ecclesiæ &c.* additur in nostro Codice septimum i.lud Capitulum: *Decrevimus iterum, ut nullus emat hæreditatem servi Ecclesiæ; qui autem emerit eam, perdat eam, & pretium.*

Post quod immediate subjungitur: *Reliqua quadraginta Decreta pertinent ad res civiles.* Hujus Concilii meminit Rodericus Toletanus his verbis: *Rex autem Adelphonsus Concilium celebravit, & ædificavit Legionem, quam Almanzor, & Habdelmalich filius ejus destruxerunt; & Leges Gothicas reparavit, & alias addidit, quæ in Regno Legionis etiam hodie observantur.*

Alia Decreta ejusdem Concilii Legionensis ad regimen populorum spectantia, nunc primum edita ex mss. Toletano, & Mondexarensi.

8. Item mandavimus, ut homicida, & rausos omnium ingenuorum hominom Regi integra reddantur.

9. Præcipimus etiam, ut nullus nobilis, sive aliquis de benefactoria, emat solare, aut hortum alicujus junioris, nisi solummodo mediam hæreditatem de foris, & in ipsa medietate quam emerit, non faciat populationem usque in tertiam villam. Junior vero, qui transierit de una mandtione in aliam, & emerit hæreditatem alterius junioris, si habuerit in ea, possideat eam integram; & si noluerit in ea habitare, mutet se in villam ingenuam, usque in tertiam mandationem, & habeat medietatem præfatæ hæreditatis, excepto solare, & horto.

10. Et qui acceperit mulierem de madatione, & fecerit ibi nuptias, serviat pro ipsa hæredi-

reditata mulieris, & habeat illam. Si autem noluerit ibi morari, perdat ipsam hæreditatem. Si vero in hæreditate ingenua nuptias fecerit, habeat hæreditatem mulieris integram.

11. Item decrevimus, quod si aliquis habitans in mandatione, asseruerit se nec juniorem, nec filium junioris esse; majorinus Regis ipsius mandationis per tres bonos homines ea progenie * inquietati, habitantes in ipsa mandatione, confirmet jure-jurando cum juniorem, & ** Locus corruptus.* junioris filium esse. Quod si juratum fuerit, moretur in ipsa hæreditata junior, & habeat illam serviendo pro ea. Si vero lo ea habitare noluerit, vadat liber ubi voluarit cum caval-lo, & atondo suo, dimissa iotegra hæreditate, sua bonorum suorum mediatate..

12. Mandavimus iterum, ut sicot alicujus pater, aut avus soliti fuerint laborare hæreditates Regis, aut reddere fiscalia tributa, sic & ipse faciat.

13. Præcipimus adhuc, ut homo, qui est de benefactoria, cum omnibus, & hæreditatibus suis eat liber quocumque voluerit.

14. Et qui injuriaverit, aut occiderit sayonem Regis, persolvat quingentos solidos.

15. Et qui fregerit sigillum Regis, reddat cantum solidos; & quantum abstraxerit de subsigillo, solvat ut rapinam, si juratum fuerit ex parte Regis; medium autem calumniæ Regi, aliud autem medium domino hæreditatis; & si jurare noluerit ex parte Regis, criminatus habeat licentiam iurandi; & quaotum iuraverit, tantum ut rapinam reddat.

16. Item si aliquis sayo pignuram fecerit in mandamento alterius sayonis, persolvat quemadmodum si noo esset sayo; quia voa eius, & dominium non valent, nisi in suo mandato.

17. Illi etiam, qui soliti fuerint ire non fossatum cum Comitibus, cum maiorinis eant semper solito more.

18. Mandavimus iterum, ut in Legione, seu omnibus cæteris Civitatibus, & per omnes alfoces, habeantur Judices electi a Rege, qui iudicent caussas totius populi.

19. Et qui aliquem pignoraverit, nisi prius domino illius conquestus fuerit, absque iudicio reddat in duplum, quantum pignoravarit. Et si prius facta querimonia aliquem pignoraverit, & aliquid ea pignore acciderit; plane absque iudicio reddat in duplum. Et si facta fuerit quereia ante iudices de superstitione; ille quem suspectum habuerint, defendat se iuramento, & calida aqua per manus bonorum; & si querimo nia vera fuerit, & non per suspectionem, perquirant veridici homines; & si non potuerit inveniri vera exquisitio, parentur testimonia ea utraque parte talium hominum, qui viderunt, & audierunt; & qui convictus fuerit, solvat more terræ illud unde qoerimonia facta fuerit. Si autem aliquis testium falsum testificasse probatus fuerit, reddat pro falsitate Regi sexaginta solidos; & illi contra quem falsum protulit testimonium, quicquid suo testimonio pertulit, reddat integrum; domusque illius falsi testis destruatur a fundamentis, & deinceps a nullis recipiatur in testimoniis.

** Locus corruptus.* 20. Constituimus etiam, ut Legionem * Civitas, quæ depopulata fuit, ad hos foros subscriptos, & nunquam violentur isti fori in perpetuum. Mandamus ergo, ut nullus Junior, cuparius, ac vendarius, adveniens Legionem ad morandum, inde extrahatur;

21. Item præcipimus, ut servus incognitus similiter inde non extrahatur, nec alicui detur

22. Servus vero, qui per veridicos homines servus probatus fuerit, tam da Christianis, quam de Agarenis, sine aliqua contentione detur domino suo.

23. Clericus, vei laicus non det ulli homini rausum, fossatariam, aur manariam.

24. Si quis homicidium fecerit, & fugere potuarit de Civitate, aut de sua domo, & usque ad novem dies captus non fuerit, veniat securos ad domum suam, & vigilet se de suis inimicis, & nihil sayoni, vei alicui homi pro homicidio, quod fecit, persolvat; & si infra novem dies captus fuerit, & habuerit unde integrum homicidium reddere possit, persolvat illud; & si non habuerit unde reddat, accipiat sayo domus eius medietatem substantiæ suæ de mobili; altera vero mediatas remaneat uxori eius, & filiis, vei propinquis, cum casis, & integra hæreditate.

25. Qui habuerit casam in solare alieno, & non habuerit cavallum, vel asinam, det semel in anno domino soli decem panes frumenti, & mediam cannatelam vini, & unum lumbum bonum; & habeat dominum quala mcumque voluarit, & non vendat suam domum, nec exigat laborem suum coactus; sed si voluerit ipse sua sponte vendere domum suam, duo Christiani, & duo Judæi appretiantur laborem illius; & si voluerit dominus soli dare diffinitum pretium, det hoc, & suum alvoroch; & si noluerit, vendat dominus laboris laboram suum cui voluerit,

26. Si miles vero in Legione in solo alterius casam habuerit, bis in anno eat cum domino soli ad junctam. Ita dico, ut eadem die ad domum suam possit reverti, & habeat dominum qualemcumque voluerit, & faciat de domo sua, sicut supra scriptum est; & ulli domino non det nutio.

27. Qui autem equum non habuerit, & asinos habuerit; bis etiam in anno det domino soli asinos suos; sic tamen, ut eadem die possit reverti ad domum suam; & dominus soli det illi, & asinis suis victum; & habeat domioum qualemcumque voluerit, & faciat de domo sua, sicut supra scriptum est.

28. Omnes homines habitantes infrascriptos terminos (per Sanctam Martham, per Quintanellas de via de ... per centum-fontes, etiam per villam-auream, per villam felicam, & per villas Nilieras, & per Cascantes, per villam Velite, & per viliar Masaresa, & par villa da Ardone, & per Sanctum Julianum) propter conditiones, quas habuerunt contra Legionenses, ad Legionem veniam accipera, & facere judicium, & in tempore belli, & guarræ veniant ad Legionem vigilare illos muros Civitatis, & restaurare illos, sicut Cives Legionis, & non dent portaticum de omnibus caussis, quas ibi vendiderint.

Om-

29. Omnes habitantes intra muros extra prædictæ Urbis semper habeant, & teneant unum forum; & veniant in prima die Quadragesimæ, ad capitulum S. Mariæ de Regula, & constituant mensuras panis, & vini, & carnis, & pretium laborantium, qualiter omnis Civitas teneat iustitiam in illo anno. Et si aliquis præceptum illud prætierierit, quinque solidos monetæ suo maiorino Regis det.

30. Omnes vinatarii ibi commorantes bis in anno dent suos asinos maiorino Regis, ut possint ipsa die ad dumos suas redire; & dent illis, & asinis suis victum abunde, & per unumquemque annum ipsi vinatarii semel in anno dent ses denarios maiorino Regis.

31. Si quis mensuram panis, & vini minoraverit, quinque solidos persolvat maiorino Regis.

32. Quicumque cibariam suam ad mercatum detulerit, & maquilas Regis furatus fuerit, reddat eas in duplum.

33. Omnis morator Civitatis vendat cibariam suam in domo sua per rectam mensuram sine calumnia.

34. Panatariæ, quæ pondus panis falsaverint, in prima vice flagellantur; in secunda vero quinque solidos persolvant maiorino Regis.

35. Omnes carnizarii cum consensu Concilii carnem porcinam, hircinam, arietinam, vaccinam per pensum vendant, & dent prandium Concilio una cum Zaunorres.

36. Si quis vulneraverit aliquem, & vulneratus dederit vocem sayoni Regis; ille qui plagam fecerit, persolvat sayoni Regis cannatellam vini, & componat se cum vulnerato; & si sayoni vocem non dederit, nihil illi persolvat; sed tantum componat se cum illo vulnerato.

37. Nulla mulier ducatur invita ad fingendum panem Regis, nisi fuerit ancilla eius.

38. Ad hortum alicuius hominis non vadat maiorinus, sed sayo invito domino horti, ut inde aliquid abstrahat, nisi fuerit servus Regis.

39. Qui vinatarius non fuerit per forum, vendat vinum suum in domo sua, sicut voluerit, per veram mensuram; & nihil inde habeat sayo Regis.

40. Homo habitans in Legione, & infra prædictos terminos, pro ulla calumnia non det fideatorem, nisi in quinque solidos monetæ Urbis; & faciat juramentum, & calidam aquam per manum bonorum Sacerdotum, vel inquisitione per iuridicos inquisitores, si ambabus partibus; sed si accusatus fuerit fecisse iam furtum, aut per traditionem homicidium, aut aliam proditionem, & inde fuerit convictus; qui talis inventus fuerit, defendat se iuramento, & per litem cum armis.

41. Et mandamus, ut majorinus, vel sayo, aut dominus soli, vel aliquis senior, non intrent in domum alicujus hominis Legione commorantis, pro ulla calumnia, nec portas auferant a domo illius.

42. Mulier in Legione non capiatur, nec judicetur, nec insidetur, viro suo absente,

43. Omnes macellarii de Legione per unumquemque annum in tempora vindemiæ dent sayoni singulos utres bonos, & singulas arrelas de suo.

44. Monatariæ dent singulos argentos sayoni Regis per unamquamque hebdomadam.

45. Piscatum maris, & fluminis, & carnes, quæ adducentur ad Legionem ad vendendum, non capiantur per vim in aliquo loco a sayone, vel ab ullo homine; & qui vim fecerit, persolvat Concilio quinque solidos, & Concilium det illi centum flagella, in camisia ducens illum per plateas Civitatis per funem ad locum ejus; ita & de cæteris omnibus rebus, quæ Leginnem ad vendendum venerint.

46. Qui mercatum publicum, quod quarta feria antiquitus agitur, perturbaverit, cum nudis gladiis scilicet, ensibus, & lanceis; sexaginta solidos monetæ Urbis persolvat sayoni Regis.

47. Qui in diebus prædictis a mane usque ad vesperum pignoraverit, nisi debitorem, aut fidiatorem suum, & istos extra mercatum; * pectet sexaginta solidos sayoni Regis, & duplet pignuram illi, quem pignoravit; & si sayo, aut maiorinus ipsa die pignuram fecerint, aut per vim aliquid alicui abstulerint, flagellet eos Concilium, sicut supra scriptum est, centum flagellis, & persolvant Concilio quinque solidos; & nemo sit ausus ipsa die contradicere sayoni directum, quod Regi pertinet.

* *Locus depravatus.*

48. Quisquis ex nostra progenie, vel extranea, hanc nostram constitutionem sciens frangere tentaverit; fracta manu, pede, & cervice, evulsis oculis, fusis intestinis, percussus lepra, una gladio anathematis, in æterna damnatione cum diabolo, & angelis eius luat pœnas.

CONCILIUM LEYRENSE

Celebratum XI. Kal. Maji, anno Domini MXXII.

1. *Concilium Leyrense.*) Sanctius Major Rex Concilium celebrari jussit apud Monasterium S. Salvatoris Leyrensis in Regno Navarræ XI. Kalendas Maji, Era 1060. id est, die 21. Aprilis, anni 1022. Inter cætera, quæ in hoc Concilio decreta fuerunt ad Fidei Catholicæ augmentum, confirmavit Sanctius privilegia eidem Monasterio concessa ab avo suo Sanctio, & Urraca Regina, ipsius avia; necnon a Garsia, & Ximena parentibus suis. Statutum item fuit, ut anno proximo Concilium Pampilonæ celebretur. Id privilegium confirmarunt Garsia, Ferdinandus, & Gundisalvus, ejus filii; ac Ramirus frater. Adfuerunt autem Sanctius Guillelmus Vasconiæ Comes, & Beren-

rengarius Comes Barcinonensis. Garibayus in *Compendio Hist. Hisp.* Lib. 22. Cap. 24.

2. *Concilium Leyrense.* In Monasterio Leyrensi educatus fuit Sanctius Major Rex; quare deinceps incredibili amore illud prosequutus est. Nam cum Garsia Rex, ejus pater, Monachi cujusdam, Sanctii nomine, (qui postmodum ad Cathedram Pampilonensem evectus est) curæ ac solicitudini educandum commendasset; Rex postea in gratiam magistri nonnulla fecit memoratu digna; præsertim vero anno Domini MXXII. Concilium apud idem Monasterium convocari jussit, prout anno proxime sequenti MXXIII. aliud apud Pampilonam. In quibus illuc inter alia constitutum fuit, utSedes Episcopalis, quæ tunc penes Monasterium S. Salvatoris Leyrensis erat, ad antiquam Ecclesiam Pampilonensem transferretur, cum incommoda propter quæ illuc translata erat, penitus cessassent. Yepius in *Chronico Benedict.* ad annum 840.

3. Cum Monachi Abbatiæ Leyrensis sumum in religiosum secessum admisissent Episcopos Pampilonenses, atque ita eos subduxissent incursionibus barbarorum; illis a Papa Joanne XIX. & a Rege Sancto concessum est hoc privilegium, ut soli Episcopum eligerent Pampilonensis Ecclesiæ. Sancti Regis fortitudine, & victoriis ubi postea regio illa Christianæ Fidei, & paci reddita est, lo Concilio Provinciali Pampilone habito eius Urbis Episcopus restitutus est pristinæ suæ Sedi. Eadem ipsa de caussa, ut alibi retulimus, Episcopi Arragonii, seu Jaccenses eligebantur semper ex Monachis Cœnobii Jaccensis, ex statuto Concilii Arragonii anno 1060. Thomassinus, *De Benef.* Tomo 2. Lib. 2. Cap. 35. n. 3.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Monasterium Rotense in Catalonia, quando nova ejus Ecclesia consecrata est anno Christi MXXII.

ANno 1022. tertio nonas Octobris nova Ecclesia Monasterii S. Petri Rotensis consecrata est a Vvifredo Archiepiscopo Narbonensi, *ad vicem Petri Gerundensis Episcopi*; tum etiam a Stephano Aptensi, Stephano Agathensi, & Oliba Ausonensi. Decreverunt autem eodem tempore Episcopi, ut salva eidem Monasterio essent bona sua, *& ut juxta decreta Romanorum Pontificum, & Sanctorum Canonum, sit subditum Sanctæ matri Romanæ Ecclesiæ.* Quod Decretum uti verum erat habita ratione privilegiorum ei Monasterio concessorum a Romanis Pontificibus, ita valde nutabat ex alia parte; cum certum sit Canones non iubere, ut Monasteria sint in potestate Romani Pontificis. Sed ita tum plerique putabant, quia distinguere nesciebant Decreta Canonum a Decretis Pontificum Sedis Apostolicæ. Addunt Episcopi pœnam excommunicationis adversus eos, qui hoc eorum Decretum violaverint. In eodem conventu lecta est Epistola Benedicti VI. Papæ de libertate ejusdem Monasterii, subscriptionibusque Episcoporum firmata. Post quæ Petrus Abbas Epistolam ad Benedictum VIII. Papam scripsit, in qua conqueritur, contemni a populo excommunicationes ab Episcopis illis auctoritate Apostolica decretas adversus invasores bonorum Monasterii sui. Rogat eum, uti Vvillelmum Comitem Bisuldunensem, qui publice dicebat, se nihill facere excomm unicationem Papæ, privet alodibus, qui ad eum pervenerant beneficio Monachorum ejusdem loci. Monet vero, ne excommunicet Hugonem Comitem Emporitanum, qui jam resipuerat, sed tantum admoneat, ut in melius proficiat. Petit etiam, ut sub excommunicatione mandet universis Episcopis Provinciæ illius, ut de hoc Concilium agant, ut quod non rectum est, in melius dirigatur; quod si non fecerint, eos ab omni Pontificali, vel Sacerdotali ministerio suspendat. Epistolæ tenor hic est.

Benedicto Patri Petrus gratia Dei Abbas, omnesque subditi vestræ sublimissimæ potestati, vobis salutes, & multimodas dirigimus preces. Anno transacto vidistis coram vobis ex nostris fratribus Monachis querelam deferentibus, quod noster locus, qui sub tutione, & defensione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ constabat, devastaretur, atque conculcaretur ab iniquis hominibus, idest, potestatibus, eorumque subditis habitantibus nostræ confinia Regionis. Quod vos ut audistis, benigne annuistis nostris precibus, & unicuique Comiti sub excommunicatione mandastis, ut prædicto loco omnia sua restituerent, & nihil sibi extra voluntatem nostram retinerent. Hæc igitur omnia postponentes, exprobrantes vestram jussionem, atque excommunicationem, dicentes, nihil facturos ad vestrum imperium, adducentes nos in magnam confusionem, atque improperium, ut jam pene universus populus, necnon & vulgus dicat, se nihil facturum per excommunicationem Sacerdotum, a Principibus eorum vestra postposita. Heu proh dolor! quam male tractantur Sancta, deteriusque conculcantur, cum a Principe totius Orbis, idest Papa Romano, excommunicationes factæ ita sunt postpositæ, nec sunt observatæ! Irrevocabilis nempe est lapsus, quum justitia contemnitur, pietas respuitur, misericordia denegatur. Pro certo nihil aliud constat, nisi ut abrenuncient omnes Christo, & sequatur diabolum, ipsius opera imitando, ejusque vestigia sequendo, detrudantur cum ipso ad ima infernalis barathri, perpetim luituri, cum a vobis excommunicati nullatenus ad recta sunt conversi, sed in deterius mutati. Episcopi vero, quibus præcepit vestra sublimitas, ut conciliabula agerent, & prædictum locum in pristinum statum informarent, & suis exhortationibus ipsos Comites, eorumque subditos cogerent, ut nihil si-

bi

bi prædicto loco retinerent, contemptores vestræ jussionis effecti; nihil agentes, insuper etiam subtrahentes se a consecratione ejusdem loci novæ ædificatæ Ecclesiæ, præter solum Oliba Episcopum Ausonensem, & primæ Sedis Vvifredum Narbonensem Episcopum, & Stephanum Agatheosem, atque Stephanum Attensem. Hi omnes cum consensu Comitum, idest, Ugonis, Vvifredi, Villermi, atque Comitissæ Ermessindis, atque plorimarum illustrium personarum hoc collaudantium, per vestram jussionem in vestra vice taliter excommunicaverunt. Anno MXXII. Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, indictione quinta, tertio nonas Octobris, venit Vvifredus Narbonensis Archiepiscopus ad vicem Petri Gerundensis Episcopi, atque nomine illius cum cæteris Coepiscopis, idest, Stephano Attensi, atque Stephano Agathensi, Oliba Ausonensi, ad consecrationem novæ Ecclesiæ Sancti Petri Rodensis. Confirmamus ergo nos omnes prædicti Episcopi illi venerabili Cœnobio sua prædia, cunctaque mobilia, quæ hodie habet, atque Dei misericordia in antea acquisierit, sicut in suis scripturis juste resonat; & ut ab omni censu cujuslibet servitutis liberum sit in perpetuum, eo scilicet tenore, ut justa Decreta Romanorum Pontificum, & sanctorum Canonum, sit subditum sanctæ Matri Romanæ Ecclesiæ. Si quis autem hujusmodi nostri Decreti, quod non credimus qualitercumque violator extiterit; tamdiu vinculo excomunicationis de parte Dei omnipotentis, & Sancti Petri Apostolorum Principis, & nostra innodatus maneat, & ab Ecclesia separatus existat, donec pœnitendo, & emendando pleniter satisfaciat. Actum in prædicto B. Petri Rodensi Cœnobio, tempore, vel die supra nominato. Quam etiam prædictam excommunicationem præfati Episcopi subscripserunt, necnon etiam absentes confirmarunt, idest Deus-dedit Barchinonensis Episcopus, omnesque Canonici prædictæ Sedis Gerundensis. Vestram itaque excommunicationem eorum subscriptionibus subnixam spernentes, ad hoc usque nos habent deductos, nisi ut circum Provincias mendicando, & nec ullus superfit, qui in eodem loco residuus sit. Proinde petimus, ut hunc Comitem Vvilielmum scilem, qui in suis verbis dicere cœpit vestram excommunicationem nihil se facturum, ut iam amplius nihil sibi retineat ex alode Sancti Petri prædicti, nec ullo modo inquietare pertentet. Nostrum vero Comitem Ugonem, qui nobis jam recte fecit, & melius facturus est, rogamus, non ut compellatis, nec etiam excommunicetis, sed ut filium admoneatis, ut in melius proficiat. Homines vero ipsius terræ, ut cæteros escommunicetis. Si vero in hoc nobis non succurritis, priusquam hunc nuncium nostrum viderimus...... nos ex eodem Monasterio egressuros, & nunquam per vestram fiduciam in prædicto Monasterio habitaturos. Propter inopiam ergo, quæ nos obsidet, nequivimus vestræ præsentiæ factitores, vel meliores nuncios dirigere, sive etiam propter metum, atque timorem Comitum non fuimus ausi alium mittere. Per hunc ergo nobis quicquid nobis utile, & vobis placitum sit, mandate. Petimus etiam, ut sub excommunicatione mandetis universis Episcopis Provinciæ nostræ, ut de hoc Concilium agant, & quod non rectum est, in melius dirigant. Quod si non fecerint, ab omni Pontificali, vel Sacerdotali ministerio eos suspendite, ut per hunc districtum vestram impleant jussionem, usquequo vobis se præsentent, vosque per vestram excommunicationem illos discutiatis, ut contemptores, ac rebelles sacrorum Canonum, ac vestræ jussionis.

CONCILIUM PAMPILONENSE

SEPTEM EPISCOPORUM

Celebratum tertio Kal. Octobris, anno Christi MXXIII.

In quo de restauratione Ecclesiæ Pampilonensis actum est.

Regale simul, & Pontificale Privilegium, ob honorem S. Mariæ Sedis Pampilonensis, necnon & Cœnobii S. Salvatoris Legerensis, Decretum a Clarissimo Rege Sanctio in Pampilonensi Concilio III. Kal. Octobris.

EGo Sanctius clementissima omnipotentis dignatione Rex, licet nemini sanctorum Regum merear adæquari, desinere tamen erubesco eos in aliquo sanctitatis, justitiæque facto nolle imitari. Præsertim cum illud tempus ad essequendum adsit congruum, quod si proferero apparebit, ut ajunt mihi Pontifices, opus justum, & idoneum. Promulgatum enimvero est, quod quamplurimæ Sedes Episcoporum desertæ, & sine nomine jacent multitudine prædatorum, & paucitate defensorum; & nullus fortasse status, vel honor maneret modo Episcopalium Sedium, nisi eas ab ingruentia vastatorum, Regum bonorum, & Principum retraxisset Concilium. Proinde concessa mihi Divina subveniente potentia securitate de hostibus, quamvis Divinis beneficiis nihil æquale possit recompensari, neque id donum comparari, quod receptum habeo Creatoris largitate, congregans tamen Præsules Ecclesiarum, & Catholicos Viros Concilium ad celebrandum secundum præcepta Canonum conari decrevi pro Cælesti præstitu Iruniensem Sedem restaurare, & sanctam illam Ecclesiam præter sponso idoneo maritare. Proh dolor! una enim

enim de illis est hæc Sedes, quæ pene sunt sine nomine, vel quæ omnis honoris multatæ, videntur ingloriæ. Gra ssante quippe barbarorum nequitia, pessime quoque illius gentis sævientiæ perfidia, facta est sine tutore misera, omnium bonorum indiga, & sine marito vidua. Quapropter grata mente, sana sponte, placido consensu meæ conjugis dominæ Majoræ Reginæ; communi affectu nostrorum filiorum, vel consilio Episcoporum, atque Abbatum, sive omnium seniorum, juxta Præcepta Canonum, & Decreta Sanctorum Patrum dantes tertiam partem cunctarum frugum decimarum, & reddentes sibi omnes suas Diœcesis scilicet villas, Ecclesias, domos, necnon & hæreditates terrarum, & vinearum, quæ olim dignoscebantur in ejus potestate consistere, concedo illa dominatui Sancti Salvatoris posthac creditura pertinere, & tibi Domino, & Magistro meo Sancio Abbati, & Episcopo, ut Deo juvante tu cum nostro auxilio renoves, & restaures, & Canonicum Ordinem ibidem constituas, & disponas, qualiter nobis inde ab æquissimo recompensatore, & justo Judice Deo mereamur criminum nostrorum in die retributionis remedium acquirere. Post nostrum vero obitum, hæc ne ulterius, ut nunc usque, sancta Ecclesia pro indignis periclitetur Rectoribus, ne vel a nobis inchoatus * renovaturus Episcopatus exhæreditetur; potius Ecclesiasticus status hactenus nostra in patria ignorantiæ caligine offuscatus renovetur, & melioretur vitæ regularis ordo, ab antecessoribus Regibus, scilicet meis parentibus, & ab Episcopis, Abbatibus in Cœnobio Legerensi, ad honorem Sancti Salvatoris, & Sanctarum Martyrum, & Virginum Nunilonis, & Alodiæ constitutus, continendo conservetur, & inde propagando per Monasteria Regni nostri dilatetur; Regali auctoritate *præcipimus sequentibus Regibus novis, ut sanctæ matris hujus prælibatæ Ecclesiæ Iruniensis futuros Episcopos, Rectores, & Gubernatores, de præfato Cœnobio cum electione Comprovincialium Episcoporum, cum favore omnium seniorum, & militum, vigilantissima cura præcipiatur ordine de regulari eligere egregios sponsos*, prudentissimos Viros, bonæ operationis sedulitate probatissimos, Sacerdotalis, & Pontificalis honore dignissimos; qui cum totius populi præconio asserentis eos idoneos esse, sint ad Episcopalem sublimitatem commodi, utpote bonitate largissimi, affabilitate mitissimi, humiles, amabiles, desiderabiles, probabiles, celebres Oratores, benefactores, concordes, misericordes, pii, justi, mansueti, benigni, pacifici, castissimi. Sint præterea bene instructi ad Ecclesiastica officia, psalmistæ, computistæ; cantores, lectores, & fide sancta pleni. Ergo magni pendenda Episcoporum, cæterorumque ordinum, quos supra nominavimus, electione, & Regali Decreto, omniumque tandem favore, quicumque acquieverint, & consenserint, consecrentur, ordinentur, & in Episcopatum sublimentur, & Pontificali adornati Infula, atque intra dealbati mundissima, Autistites in Cathedra collocentur. Si quidem prius voveant, atque promittant animo puro, & corde vero, Deo, & Sanctæ Mariæ semper Virgini, cujus glorioso nomine est vocitata Mater eorum Ecclesia, atque omnibus Sanctis, cunctis se audientibus, Fidem Catholicam Sanctæ Trinitatis & Unitatis, scilicet Patris, & Filii, & Spiritus Sancti credituros, observaturos, & firmiter prædicaturos. Promittant præterea secundum instituta Canonum catechizare, baptizare, & cunctum ordinem Christianitatis dare, & Diaconos, atque Presbyteros, cunctosque gradus Ecclesiasticos sine pretio ordinare, peccata castigare, plebem ad pœnitentiam convocare, infirmos, & carcere clausos visitare, pauperibus eleemosynam dare, discordes ad concordiam revocare, miseris subvenire, querelantes audire, pie, juste, sobrie, & caste vivere, & terras, atque mandationes ad eorum Diœcesim pertinentes assidue perquirere, & ut non cessent clamare apud Reges, & Principes, quorumcumque violentia eorum sancta fuerit Ecclesia fraudata. Item promittant, & voveant Regi, cujus donatione hunc acceperint honorem, fidem integram, & sine fraude servare, & suo Metropolitano obtemperare, atque obedire, & sicut discipuli Magistro suo, servire. Ad hæc vero concludant in votis, quod sint soliciti secundum rectas horas dierum, ac noctium, Divinum in suis Ecclesiis celebrare Officium, & cunctas eis oves commissas, in quantum valuerint, a faucibus luporum rapacium liberare, & servare. Quicumque futurorum Regum successorum nostrorum transgredientes, & deviantes ab hoc Regali simul, & Pontificali Decreto tentaverint dissolvere hanc scripturam; in præsenti sæculo omnipotens Deus, qui est justus Judex, & Regum Rex, dissolvat, & dividat regalem honorem, & potentiam Regni eorum, detque illud se diligentibus, & tementibus; & in futuro separati a consortio omnium Christianorum, interpellante pro eis Beata semperque Virgine Maria, cum omnibus Sanctis, participent societatem cum Dathan & Abiron, & Juda traditore, in inferno inferiori luentes pœnas perpetui incendii sine fine, per æterna sæcula sæculorum. Ego vero supradictus Sanctius Rex, qui hanc chartam Episcopalis, & Cœnobialis honoris scribere mandavi, intercedente gloriosa, & Beatissima Maria cum omnibus Sanctis, justis, & electis Dei, merear remissionem peccatorum meorum consequi, & Cælesti in Regno feliciter cum Christo lætari. Amen.

Facta charta, & confirmata in præsentia Episcoporum, Abbatum, & Potestatum, & totius populi congregati in Pampilonensi Concilio, currente Era LXI. post T. die III. Kalend. Octobris. Regnante supradicto Sanctio Serenissimo Rege in Pampilona, in Aragona, in Supra-arbe, in Ripa-corza, in omni Gasconia, in Alaba, in cuncta Castella, in Asturias, in Legione, sive in Astorka. Imperante Divina clementia Domini nostri Jesu Christi, qui vivit, & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen. Sunt testes Eximina Regina, & mater Regis, Regina Domna Majora cum filiis suis, Domino Garsia, & Ferdinando, & Gundesalvo, & fra-

fratre eorum Ranimiro. Mancius Aragonensis Episcopus. Sancius Pampilonensis Episcopus. Garsia Najarensis Episcopus. Arnulphus Ripa-gorcensis Episcopus. Munio Alabensis Episcopus. Julianus Castellensis Episcopus. Pontius Ovetensis Episcopus. Arduinus Grammaticus, & Scriptor hujus Testamenti testis. S. Fortunio Sana. S. Eximino Garceis. S. Fortunio Sanz. S. Azenari Fortunionis. S. Garsia Fortunionis. S. Lope Enecionis.

NOTÆ IN HOC CONCILIUM.

EX hoc Privilegio patet, jam tempore hujus Concilii Ripa-curtiam in Navarræorum Regum potestatem devenisse, cum Sanctius Rex ejus titulo utatur, & *Arnulphus Ripa-curtiensis Episcopus* sub scripserit.

Julianus Castellensis Episcopus.) Scilicet *Aucensis*, ut alibi sæpius reperitur. Josephus de Moret in *Annal. Navarræ*, Lib. 12. Cap. 3.

Julianus Castellensis Episcopus.) Scilicet *Burgensis*. Garibayus.

Pontius Ovetensis Episcopus.) Haud levis dubitandi caussa oritur ea hac subscriptione, an Rex Sanctius Oveto etiam dominaretur, atque ea Civitas ex illarum esset numero, quas Alphonso V. regnante armis captas propriæ ditioni subdiderat; præsertim cum in hoc ipso Privilegio regnasse in Asturiis dicatur. Sunt qui velint, præfuisse veluti Metropolitanum pro Archiepiscopo Tarraconensi, cujus Sedes a Mauris detinebatur. Quod mihi incongruum videtur, cum non primo loco, qui quidem Metropolitano, & Præsidi debebatur, sed ultimo subscripserit. Forte interfuit uti Legatus Alphonsi V. Regis Legionensis, ut matrimonium Ferdinandi, Regis Sanctii filii, cum Sanctia Alphonsi filia, de quo tunc agebatur, ad optatum finem perduceret, ac Civitates, & Oppida in Regno Legionensi a Sanctio capta per matrimonii vinculum restituerentur. Hoc enim constat, præfatum Episcopum Ovetensem diu apud Sanctium fuisse moratum; unde suspicari possumus de gravi aliquo negotio consilium inivisse. Josephus de Moret ibidem.

Concilium Ovetense.] Cardinalis Baronius integra annorum decade hoc Concilium posterius facit; ait enim ad annum Christi 1032. *Hoc anno Joannes Papa concessit ad preces Sanctii Majoris, Regis Navarræ, atque Castellæ, Monachis Monasterii Leyrensis facultatem creandi Episcopum Pampilonensem. Nam antiquis temporibus Pampilonenses Episcopi ob barbarorum incursiones, Sedem transtulerant in Leyreuse Monasteriam; quod in Pyreneis jugis situm est. Cujus concessionis occasione Pampilonæ Concilium habitum est, cui interfuerunt Pontius Ovetensis Archiepiscopus, Garsias Anagari, Nunnius Alavæ, Arnulphus Ripagorsæ, Sancius Aragoniæ, hoc est Jaccæ, Julianus Castellæ, hoc est Aucæ, Episcopi, Actum in ea imprimis, ut antiqua Sedes Pampilonensi Episcopo redderetur; quod post obitum ejus, qui tunc erat Pampilonensis Episcopus, tempore successoris fuit exsecutioni mandatum.* CARD. DE AGUIRRE.

SYNODUS HELENENSIS

IN PRATO TULUGIENSI ANNO CHRISTI MXXVII.

In qua de treuga, & pace actum, atque alia, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam spectant, instaurata.

Edita ex Tabulis Ecclesiæ Helenensis a Stephano Baluzio V. Cl. Tom. I. De concordia Sacerd. & Imp.

1. ANno Dominicæ Incarnationis [a]xvII. post millesimum, xvII. Kalend. Junii, convenit Oliba Pontifex Ausonensis, ad vicem Berengarii Helenensis Episcopi, tunc temporis in transmarinis partibus peregrini, una cum Udalchero sanctæ Helenensis Ecclesiæ Archipresbytero, & Gancelino Archidiacono, & Ellemaro sacriscrinio, & choraule, Gauzberto, & cæteris præfatæ Sedis Canonicis, cœtuque sacrorum Ducum, caterva quoque Fidelium, non solum virorum, sed etiam feminarum. Convenerunt autem in Comitatu Rossilionense, in prato Tuluges.

2. Quo cum convenissent, primo rogantes Domini misericordiam, ut corda Fidelium suorum ad se converteret, mentes quoque, & actus dirigeret; dein requisierunt, si quæ [a] hactenus a præfatis Episcopis [b] statuta fuerant, observarentur. Sed eum pene omnia invenissent, [c] nisi solum pedibus conculcata, sed etiam oblivioni dedita; iterum reparare studuerunt eodem tenore, quo fuerant hactenus condita.

3. Constituerunt [d] itaque præfati Episcopi simul cum omni Clero, & fideli populo, ut nemo in toto supradicto Comitatu, vel Episcopatu habitans, assaliret aliquem suum inimicum ab hora Sabbathi nona usque in die Lunis hora prima, ut omnis homo persolvat debitum honorem diei Dominico; neque ullo modo aliquis assaliret Monachum [e] cum Clericum sine armis incedentem; neque aliquem hominem ad Ecclesiam cum Concilia [f] euntem, vel redeuntem; neque aliquem hominem cum feminis euntem; neque aliquis [g] auderet Ecclesiam, vel domos in circuitu positas a xxx. passibus violare, aut assalire. Hoc autem pactum, sive treugam ideo constituerunt, quoniam Divina Lex, & pene omnis Christiana Religio ad nihilum

[a] Legebatur, *sicque*; cujus emendatio, & perspicua, & necessaria.

[b] Nempe ab Oliva, & Berengario, in Synodis prius celebratis.

[c] Corr. *non solum*.

[d] For. *constituerant*, hoc est Berengarius & Oliva prius in Synodis suis ediderant statutæ, quæ sequuntur, quæque nunc Oliva servari mandat.

[e] Corr. *aut Clericum*.]

[f] For. *cum familia*.

[g] Male legebatur. *aliquid*.

hilum deducta, ut legitur, abundabat iniquitas, & refrigescebat charitas.

4. Et ideo nos præcipimus supradicti, Episcopus, Clerus simul, & omnis Ordo serviens Divinis cultibus, & coram Deo interdicimus, ut nullus homo, vel femina, de suprascriptis aliquid voluntarie temerare, vel infringere præsumat; nec invadat res sanctæ Matris Ecclesiæ Helenensis, sive cæteris Ecclesiis, vel Monasteriis debitas; neque aliquis, se sciente, in incestu usque ad VI. gradum permaneat; neque aliquis uxorem propriam dimittat, nec alteram feminam habeat. Quod qui fecit, sive in antea fecerit, nisi resipuerit, & pro posse emendaverit, & ad plenam satisfactionem sanctæ Matris Ecclesiæ coram supradictis Canonicis infra mensium trium spatium venerit; a liminibus sanctæ Ecclesiæ, & omnium Christianorum cœtu excommunicatus permaneat.

5. Et ut noveritis omnes, quale peccatum sit jungi excommunicatis, nullus Christianus debet manducare cum eis, vel bibere; neque osculum eis porrigere, neque cum eis loqui, nisi de satisfactione; neque si excommunicati defuncti fuerint, debentur ad Ecclesias sepeliri; neque aliquis Clericus, vel Fidelis debet pro eis orare.

6. Si vero pro nihilo duxerint excommunicationem; transactis tribus mensibus anathematis vinculo, idest, ut perditi, sicut Iudas proditor, damnentur. Et si, quod Deus avertat, in hac perfidia obierint, corpora illorum cum Psalmis, & Hymnis, vel spiritalibus Canticis, non ducantur ad sepulturam, nec inter Fideles mortuos eorum nomina ad sacrum Altare recitentur. Et quia peccatum perpetraverunt ad mortem, nisi pœnituerint, sine fine damnentur in æternam damnationem.

7. Omnibus Canonicis suprascriptæ Sedis interdicimus coram Deo, & Sanctis ejus, ut nullus eorum de his aliquid solvere audeat sine consensu præfati Archipresbyteri, vel Archidiaconorum, sive sacriscrinii, & caput scholaris, vel cæterorum Fratrum Canonicorum.

8. Ministeria autem Divina sine intermissione fiant pro excommunicatis per spatium trium mensium; ut *det illis Deus pœnitentiam, & resipiscant a laqueis diaboli, a quibus capti tenentur, ad ipsius voluntatem.*

9. Quod qui noluerit perficere, noverit se multandum, nisi resipuerit, suprascripta excommunicatione. Omnibus autem supradicta observantibus pax, & misericordia concedatur a Domino Jesu Christo hic, & in perpetuum. Amen.

OBSERVATIO GABR. COSSARTII.

10. AD annum 1047. rejecit hanc Synodum eruditissimus illius editor, cum existimaret posteriorem esse Concilio Helenensi celebrato a Guifredo Narbonensi Archiepiscopo, quod ipse anno 1045. affigit. Ego vero & Concilium illud anno circiter 1065. tribuendum esse, alibi demonstrasse mihi videor; & ad illud cur respexisse Synodus nostra dicatur, caussam nullam video; & anno 1047. celebratam non esse, hoc maxime persuadet, quod ejus Præses Oliva Ausonensis anno 1045. Garibayo teste, obierit.

CONCILIUM AUSONENSE

TRIUM EPISCOPORUM

Celebratum anno Domini MXXVII.

11. COncilium *Ausonense.*] Anno 1027. habitum est Concilium in Civitate Ausonensi, cui interfuere Oliba Episcopus Ausonensis, Amelius Vrgelensis, & Guadallus Barcinonensis. *Ex Didaco, & Pujadesio refert Petrus de Marca ad hunc annum.*

CONCILIUM COMPOSTELLANUM

Contractum die XIX. Kal. Februar. Era MLXIX. anno Christi MXXXI.

Ex Cod. Conciliorum Lucensi ms. Biblioth. Reg. S. Laurentii editum a Tamayo Salazar in Martyrol. Hisp. ad diem x. Martii.

1. IN nomine D. N. Jesu Christi. Hoc est Decretale Concilium apud Compostellam Urbem, intra Basilicam Sancti ac Beatissimi Jacobi Apostoli a tribus Episcopis editum, cum Presbyteris, & Clericis, atque Abbatibus, qui inferius subscripti sunt.

CAPUT I.

2. Ut per illas Sedes Episcopales juxta Sanctos Canones Canonici erigi studeant, ita ut ab ipsis Episcopis electi sint cum consensu cæterorum Clericorum, quibus cura Diœcesum delegare procurent, & ex illis Monasteria Monachorum adimplere. Omni autem tempore omnes orent intra Ecclesiam,

simul

ſimul celebrent. Unum Refectorium, unum Dormitorium, & dum in propinquo fuerint, quamvis Canonici, cum Epiſcopis habeant. Ut ubique unum de his tribus nunquam deſit Monachis; & in his omnibus ſilentium obſervent, nec non & ad menſam lectiones ſanctas ſemper audiant. Veſtimentum Epiſcoporum, atque Clericorum uſque ad talos induatur. Cilicium omnes Canonici apud ſe habeant, & capellos nigros; ut eum opportunitas fuerit, ne ſit eis neceſſitas inquirendi, videlicet omnibus diebus Decembris menſis Litaniarum, & IV. & VI. Feriis, & quando pœnitentiam tentaverint, induant. Sacrificium ipſi Epiſcopi, & omnes Presbyteri omni die offerant Domino, præter languorem, & debilitatem corporis; & qui non potuerit pro ſe offerre per dictam fragilitatem, omnibus diebus audiat. Pſalmos qui potuerit plus recitare, recitet; qui non plus, quinquaginta omni die perſolvat, cum omnibus Horis, t. III. VI. Veſpertinis, & Completoriis, media nocte Nocturnis, & Matutinis. Super rebus ipſius Eccleſiæ Canoniæ nullus laicus diligentiam habeat. Diſciplinam, & nutritionem Clericorum faciant, & ſuper omnes ordines Archipresbyteri, & Primicleri. Sub munere Epiſcoporum duo, vel tres diſpenſatores exiſtant. Ita æquum eſt, ut omnibus intra galeriam ſtantibus, pacis oſculum ſibi invicem tribuere. Et in omnibus communionibus majoribus, Nativitatis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, quiſquis, de quo habuerit, munera offerat.

CAPUT II.

3. Adjungimus, ut per omnes Diœceſes tales eligantur Abbates, quod Miniſterium SS. Trinitatis ratione fideliter faciant, & in Divinis Scripturis, & ſacris Canonibus ſint eruditi. Ii autem Abbates proprias Eccleſias canonicas faciant, Scholam, & diſciplinam componant, ut tales deferant ad Epiſcopos Clericos ordinandos. Subdiaconus annos XXIV. habeat, Diaconus XXV. Presbyter XXX. Ipſique totum Pſalterium, Canticorum, & Hymnorum partem, Baptiſterium, inſufflationem, commendationem, & ipſas Horas, & Officium cantare de Martyribus, unius Confeſſoris, unius Virginis, de defunctis, unius defuncti, & omnia Reſponſoria perfecte ſciant. Nec ullus præſumat ſimoniacus eſſe, quia ſibi ipſam ordinationem nec ab Epiſcopis, nec Presbyteris, nec Decanis, nec ab omnibus miniſtris Eccleſiæ, emere, nec vendere, nec ipſa ſacra miniſteria, nec oleum, nec alius ordo Eccleſiaſticus poterit. Quod qui fecerit, ſimoniacum ſe eſſe cognoſcat, non veriſſimum Chriſtianum. Nec ullus Miniſter Eccleſiæ veſtes ſæculares portet; & omnis Canonicus detonſo deſuper capite circulo coronæ incedat, nec comas ſupra dorſum dimittat, & abſciſſas habeat barbas.

CAPUT III.

4. Intromittimus, ut in omni Eccleſia Infra LXXII. dexteros nullus laicus, vel mulier, nec refuganus, ſortem habeant, nec aliquis ex eis recipiat, ſed ſtent coopertæ a tegulis, & constructæ. Cruces, Capſæ, & Calices ex argento ſiant; & Libros habeant de toto anni circulo. Mulieres extraneæ nullum communium, neque conſortium cum Epiſcopis, neque cum Monachis habeant, neque ad habitandum permittimus. Per neceſſitatem, matrem, amitam, vel ſororem, morem, & habitum Religioſarum habentes, non vetamus. Omnibus diebus Dominicis ſaliſperſionem faciant, omnes Hymnos cantent. Sed pro refugientibus, qui ordinem Eccleſiaſticum dimiſerunt, & uxoribus ſe ſociaverunt; ſi dimittant eas, in confeſſionem admittantur. Si quis talis fuerit, ut propter infirmitatem, aut propter debilitatem, impoſſibile videatur; ſub ipſis Presbyteris de ipſis Eccleſiis intret, & omnia peccata manifeſtet, & pœnitentiam accipiat, extra eos habitet, extra eos dormiat, ut nunquam de ejus cuſtodia ſecedant. Ex omnibus Chriſtianis, de minimis uſque ad maximos, omnes Symbolum, & Orationem Dominicam memoriter teneant. Nullus Chriſtianus duas uxores habeat; nec uxorem fratris ſui accipiat; quod qui præſumpſerit, & tale ſcelus commiſerit, ab Eccleſia, & a communione privetur.

CAPUT IV.

5. De Sanctimonialibus adteſtamur, ut ordinem regularem penitus obſervent, charitatem invicem teneant, proprias pecunias dimittant, ad ſæculum non revertantur, in negotiis ſæcularibus alios eligant; qui judicia, & intentiones cunctas Monaſterii adſervent, & diſcutiant. Illi vero, qui regulari ordini in Monaſteriis inſervire propoſuerunt, & poſt ad ſæculum regreſſi ſunt, ſicut

ſicut canis ad vomitum ſuum; tamdiu ab Eccleſiis, & Chriſtianis ſeparentur, quouſque priori ſtatu a Monaſteriis recipiantur; quod qui eos patrocinari, aut detinere voluerit, & eos non ſecum ad proprium locum reduxerit, excommunicetur.

CAPUT V.

6. Informamus, ut Poteſtates, & Judices in plebe oppreſſionem non faciant, & judicium cum miſericordia teneant, & obtemperent. Munera, & offertiones ante diſcuſſum judicium non accipiant; poſt diſcuſſum autem de vera juſtitia, & auctoritate Legis partem accipiant, & partem dimittant. Item interdicimus, ut nullus Chriſtianus auguria, & incantationes faciat, nec lunæ * pro femina, nec animalia immunda, nec mulierculas ad telaria ſuſpendere; quæ omnia cuncta idololatria eſt, quam S. Mater Eccleſia anathematizat, Sed cuncta omnia in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti debent Chriſtiani facere.

* Locus corruptus.

CAPUT VI.

7. Edictum adjicimus, ut ii conſanguinei, qui ſunt conjugati, a conjugio ſeparentur, & pœnitentiam expleant, aut ab Eccleſia, & conſortio Chriſtianorum expellantur. Ita etiam diſpoſuimus de Presbyteris, & Diaconibus conjugatis.

8. Data, & confirmata hæc Lex die XIX. Kalend. Februar. Era 1069. Anno XXI. regnante Sereniſſimo Principe Ferdinando.

Divino auxilio Fulturnus Comes.

.... Compoſtellanæ Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus confirmat.

Auxilio Chriſti protectus Suarius Britonienſis, & Dumienſis Sedis Epiſcopus confirmat.

In Dei nomine electus Vimaraſius * Metropolitanus Lucenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmat.

* Alias Vvidmiſius, vel Vvirmandus.

NOTA TAMAYI DE SALAZAR.

9. S*Variar Britonienſis, & Dumienſis Sedis Epiſcopus.*) Britonia Sedes fuit Epiſcopalis, ejuſque Antiſtites, & Britonienſes, & Dumienſes dicti ſunt ad uſque Eram 1069. tempore Ferdinandi cognomento Magni, Legionis, Gallæciæ, & Caſtellæ Regis, hoc eſt, anno Domini 1031. ut conſtat ex hoc ConcilioCompoſtellano eodem anno habito, cujus copiam propria manu ex Codice Conciliorum ms. D. Garſia de Loaiſa exſcripſit, & inter alia Conciliorum Hiſpaniæ volumnia a ſe ex mſſ. tranſcripta, & Notis illuſtrata, e Monaſterio PP. Prædicatorum Placentino extraximus, cum aliis Chronicis, & Hiſtoriis mſſ. vitulina pelle exaratis. Et quia hocce Concilium a nullo ex Hiſpanis Scriptoribus cognitum autumamus, ne temporum oblivione deperea, hoc loco ſubjicere cenſuimus.

10. *Suarius.*) Hunc Suarium inter Antiſtites Mindonienſes, qui primo Britonienſes & Dumienſes vocabantur, invenies, ut patet ex Catalogo Epiſcoporum Ægidii Gonzales Tom. 3. *Theat. Eccleſ.* fol. 320. Tamayus in *Martyrolog. Hiſp.* ubi ſupra.

11. *Concilium Compoſtellanum.*) Hoc Concilium coactum eſt anno milleſimo quinquageſimo ſexto. Actionum præſes Creſconius Compoſtellanus, qui ſe Apoſtolicæ Sedis Epiſcopum dicit. Affuere Suarius Dumienſis, & Vviſtrarius electus Lucenſis Metropolitanus. Præterea Presbyteri, Diaconi, Clerici, Abbates. In eo multa ſunt conſtituta præclare, cum illud: Ut Epiſcopi, & Presbyteri quotidie divina hoſtia ſacrificarent. Canonici cilicium penes ſe haberent, quod induerent jejunii tempore, & quoties Divino Numini Litaniis placando datur opera. Mariana *De rebus Hiſpaniæ* Lib. 9. Cap. 5.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Monaſterium Rivi-pullenſe, in quo Baſilica ejuſdem Monaſterii quarto dedicata eſt, anno Chriſti MXXXII.

ANno 1031. XVIII. Kal. Februarii facta eſt quarta dedicatio Eccleſiæ Rivipullenſis, quam magnifice ædificaverat Oliba Epiſcopus Auſonenſis, & Abbas ejuſdem Monaſterii. Celebris enim, valdeque ſolennis fuit illa dedicatio. Ei enim interfuit etiam Vvifredus Comes Ceritaniæ frater Olibæ cum filio ſuo Vvillelmo. Conſecrationem ergo novæ Baſilicæ peregerunt ibidem Oliba Epiſcopus Auſonenſis, in cujus ea Diœceſi ſita erat, Berengarius Helenenſis, Vvadaldus Barcinonenſis, Vvifredus Carcaſſonenſis, & Amellus Albienſis. Confirmarunt autem illi Privilegium, quod Benedictus VIII. eidem loco conceſſerat, ut ſi feſtum Purificationis Beatæ Mariæ eveniret *poſtquam dimiſſa fuerit Alleluia*, idest, ut ipſi Epiſcopi explicant, *poſt Septuageſimam*, liceat tamen, & *Alleluia*, & Hymnum Angelicum canere in eadem Eccleſia. Porro in actis illius dedicationis ſubſcri-

pil

pti reperiuntur plures Episcopi præter eos, qui supra nominati sunt, etiam qui diu postea vixere. Nimirum quia hic mos olim erat, ut absentes, & sequentes Episcopi subscriberent actis superiorum temporum, eaque subscriptione sua firmarent. Actorum prædictæ dedicationis, ab Illustrissimo Petro de Marca ex Archivo ejusdem Monasterii erutorum, tenor est.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1032. Era millesima 70. Indictione xv. viii. Kalendarum Februariarum, anno primo, quo post decessum venerabilis memoriæ Roddeberti Regis Francorum suscepit regni gubernacula filius ejus Henricus, factus est Conventus Episcoporum in Cœnobio S. Mariæ perpetuæ Virginis territorii Rivi-pollensis ad dedicationem basilicæ ipsius Dei Genitricis, simulque Principum patriæ, ac reliquorum fidelium utriusque sexus, ætatis, ordinis. Actum est autem hoc instinctu, & ordinatione Domni Olibani Pontificis Ausonensis, ad cujus Diœcesim prædictus pertinet locus; qui progenitorum venerandis assensum præbere cupiens documentis, atavi scilicet sui beatæ memoriæ Comitis, & Marchionis Vvifredi, qui prædictum Cœnobium a fundamentis extrusit, exemplo quoque avi sui reverendæ memoriæ Comitis Mironis, qui eandem Ecclesiam admodum parvulam destruens, majori sumptu, & opere ædificavit, servans etiam instituta patris sui Domni Olibani Comitis, fratrumque illius, qui hanc secundo majoris operis culmine sustulerunt, ut omnes pietate, sic universos etiam ædificii transgressus est magnitudine. Omne enim superpositum ejusdem Ecclesiæ solo tenus coæquavit, & a fundamentis eastruens, multo labore, & miro opere divina se iuvante gratia ipse complevit. Ut autem sui desiderii satisfaceret votis, vicinarum regionum Episcopos congregavit, & eandem, quam construxit Ecclesiam in nomine Domini, cum suis Coepiscopis venerabiliter dedicavit, atque in die eodem cum omnibus, qui aderant, Episcopis, nec ne clarissimis, & venerandis Comitibus, Domno videlicet Vvifredo fratre, Domnoque Vvillermo nepote, ad stabilimentum præfati Cœnobii hanc ordinationem dotis fecit, construxit, atque firmavit.

Oliba Sanctæ Ausonensis Ecclesiæ Præsul, & Berengarius Episcopus Elenensis, & Guadaldus Episcopus Barchinonensis, & Vvifredus Episcopus Carcassonensis, & Amelius Episcopus Albiensis omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, cujuscumque ordinis, & ætatis, hæreditatem, & gaudium Regni Cælestis. Notum esse volumus vestræ fraternitati, dilectissimi fratres, & filii, quoniam convenientes ad dedicationem Ecclesiæ Dei Genitricis Cœnobii Rivi-pollensis, ipsius Domus decorem, & statum, ut in melius proficeret, qua valuimus perficere instantia peregimus. Nam & sacris Reliquiis venerabilium Sanctorum illam cum Divina gratia sanctificavimus, & per invocationem nominis Jesu Christi, quatenus potuimos, benedictionibus eam ad alta sustulimus; quatenus diligentibus amor, & Dei auxilium, & odientibus maneat timor, atque judicium. Hanc quoque constitutionis nostræ dotem prædictæ Ecclesiæ fecimus, manibusque nostris, ut intacta permaneat, insignire curavimus; statuentes sub divini judicii obtestatione, & anathematis interdictione, ut nullus audeat hoc violare quod nostra auctoritas ad stabilimentum Domus Dei voluit confirmare. Igitur, sicut venerabilium Apostolicorum, quæ prædicto facta sunt Cœnobio, continent privilegia, & sicut Regum Francorum demonstrant regia præcepta, & quemadmodum ostendunt dotes, quæ a nostris antecessoribus ei firmata sunt per retroacta tempora, sic illi confirmamus, & stabilimus omnia sua, videlicet cuncta, quæ quorumlibet dono fidelium usque hodie juste acquisivit, vel quolibet modo usque in finem sæculi juste acquisierit. Concedimus etiam, & confirmamus Abbatibus, & Monachis ipsius loci omnem libertatem sua placita distringendi, vel iudicandi in omnibus excessibus, vel malefactionibus, quæ facta fuerint infra terminos omnium prædiorum præscripti Cœnobii; & ut nullus iudex, vel vicarius, vel cuiuslibet potestatis homo, habeat licentiam caussas eorum distringendi, vel quolibet modo sine illorum iussione dijudicandi, neque in telonio ipsius mercati, neque in omnibus omnino locis, quæ præfato Cœnobio pertinent, aliquam violentiam inferendi. Inter hæc interdicimus omnibus universi ordinis hominibus, vel ipsius loci, vel extraneis, ut de ornamentis ipsius loci nullus præsumat aliquid auferre, commutare, vel donare, ad damnum, vel dehonestamentum prædictæ Ecclesiæ. Concedimus quoque, & firmamus prædicto Monasterio, iuxta constitutionem Domni Papæ Benedicti, sicut ipse eidem Cœnobio per auctoritatem Beati Petri Apostoli, & suam firmavit, ut si festivitas Hypapanti Domini, quam Purificationem Sanctæ Mariæ dicimus, post Septuagesimam evenerit, habeant in perpetuum licentiam habitatores ipsius Cœnobii *Alleluja*, & *Gloria in excelsis Deo* solenniter decantare. Si quis ergo hujus nostræ constitutionis adiutor extiterit; hunc de parte Dei omnipotentis, & Beatæ Mariæ Virginis, & nostra, benedicimus, & ut in perpetuum salvus permaneat, peroptamus. Si quis autem, quod absit, ausu temerario effrangere vel violare quolibet modo hoc, quod constituimus, voluerit; hunc a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ extraneum judicamus, & ab omni consortio Christianorum illum segregamus, atque de parte Dei omnipotentis, & Sanctæ Virginis Mariæ illum excommunicamus, donec digna pœnitudine Deo, & Beatæ Mariæ Virgini satisfaciat; insuper & districtione venerandorum Principum legalis illum pœna coerceat, & sacrilegii censura constrigat, & in antea hæc dos nostræ constitutionis stabilis, & inconvulsa permaneat. Oliba Episcopus, Vvifredus nutu Dei Carcassonensis Episcopus, Amelius Episcopus Albiensis, Berengarius nutu Dei Sanctæ Elenensis Ecclesiæ Præsul, Eriballus Episcopus Urgellensis, Bernardus gratia Dei Episcopus Coseranensis, Guilabertus gratia Dei Episcopus Barchinonensis, Petrus Episcopus Gerundensis, Arnallus Episcopus Tolosensis, Guifredus sanctæ primæ Sedis Narbo-

nen

nensis, Vvillelmus Episcopus Ausonensis, Rambabus gratia Dei Episcopus, Berengarius Gerundensis Episcopus, Villelmus gratia Dei Urgellensis Episcopus, Arnulphus Episcopus Roteusis, Berengarius gratia Dei Tarraconensis Archiepiscopus. Ego Gualterius Indignus Albanensis Ecclesiæ Episcopus, atque Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ac Legatus, quicquid continetur in privilegiis, & in dotis hujus Ecclesiæ laudo, & confirmo, atque corroboro. Arnallus gratia Dei Ausunensis Episcopus, Gulfredus gratia Dei Comes, Vvillelmus Comes gratia Dei, Ermengaudus gratia Dei Comes, Berengarius Raymundi, Ermessendis gratia Dei Comitissa. S. Fulconis Vice comitis, S. Vvifredi Vice-comitis. S. Seniofredi Vice-comitis. Petrus Vice comes. Scriptum per manum Isarni ad vicem Arnalli Olibæ Pontificis Notarii. Vvillelmus Archidiaconus. R. Abba. Vvifredus Levita, qui, & judea, subscribo Presbyter. Raymundus Presbyter. Vivas Levita, Sacerdos, & iudea. Senderedus Sacerdos Olottensis. Ermemirus Levita, & sacriscrinii. S. Dalmatii Levitæ. Arnallus Archilevita. S. Poncii Bonifilii Marei præpositi, & iudicis Barchinonensis, qui hæc, quæ supra scripta sunt, iusta sciens subscripsit. Arnallus iudea. Bonifilius Sacerdos. Ricardus Sacritta. Berengarius Sacritta.

CONVENTVS EPISCOPORVM

APUD GERUNDAM

Pro consecratione novæ Ecclesiæ Gerundensis, anno Christi MXXXIIX.

ANno 1042. xi. Kal. Octobris consecrata est nova Ecclesia Gerundensis, quam Ermesindis Comitissa Barcinonsis, & frater ejus Petrus Episcopus Gerundensis ædificari curaverant, & latifundiis, ac possessionibus locupletaverant ad instituendam illic vitam canonicam. Peracta est autem ea consecratio a Guifredo Archiepiscopo Narbonensi, Petro Episcopo Gerundensi, Oliba Ausonensi, Heribaldo Urgellitano, Bernardo Conseranensi, Guilaberto Barcinonensi, Berengario Helenensi, Guifredo Carcassonensi, & Arnaldo Magalonensi. Acta dedicationis, ea schedis D. Petri de Marca, ita se habent.

QUoniam sanctæ Religionis, Divinique cultus verum, summumque exstat proprium, incessanter, inofensoque calle ad suæ provectionis tendere gradum, suppeditante caterva Deo religiose militantium virorum, quorum unanimitas inhianter æstuat optatum æternitatis adipisci gaudium, utile duximus, & necessarium, ut quicumqua Christicolarum æternæ beatitudinis cupit percipere Regnum, primitus summopere studeat sanctæ Matris Ecclesiæ inviolate corroborando observare statum, quæ ubivis terrarum humanæ salutis exstat initium. Unde quoniam quidem nil in humanis rebus ex omni parte constat perfectum, & ad capessenda æterna minus idonea invenitur rationalis anima sorde peccatorum; pro exstirpanda, effugandaque propagine mortalitatis animæ conglutinatæ amore temporalium rerum, convenit infinitus sexus utriusque cœtus in Gerundensem Urbem ad venerabilem Genitricis Dei Mariæ Sedis Ecclesiæ dedicationem. Quam vero dedicationem Domna Ermessendis Comitissa Dei amatrix, sanctæque Religionis servatrix, ac magnificus, & venerabilis Sedis præfatæ Præsul, Domnus videlicet Petrus, undique evocatis aliarum Ecclesiarum Pontificibus, rogaverunt fieri. Dignum siquidem erat, ut post consummationem Ecclesiæ, quam cœperant a fundamentis decenter renovare, ejusdem dedicationem accelerarent, priusquam mors improvisa accideret; hac scilicet spe, ut pro temporali Domo Ecclesiæ, Domum æternam in Cœlis ædificatam, interventu Beatæ Mariæ, a Christo postmodum læti, ac securi acciperent, bonorum omnium retributore. Nam & domos, in quibus, qui Deo militare cuperent, canonice viverent, prædicta Domna Ermessendis venerabilis Comitissa, Frater quoque ejus Antistes magnificus, Domnus videlicet Petrus, ea spe, qua prædictum est, cum Domno Raymundo Comite, ac Marchione struxerunt; quibus non solum de rebus Ecclesiasticis, sed etiam de suis ad in commune vivendum ita sufficienter dederunt, ut absque excusatione, & in sanctis locis frequentiam habere, & divinum Officium possent peragere. Tali quippe facto imitati sunt Dominum, qui populo Israelis promittens felicitatis gaudia terrenæ, priusquam ad hæc pervenissent, pavit in itinere, ut majora se postmodum accepturos certius sperarent præmia, qui jam in eundo sufficienter vitæ necessaria percipiebant. Sic prædicta Comitissa Dei timurata, & Antistes inclytus frater ipsius, cum Raymundo Comite, Clerum Ecclesiæ ipsius, in præsenti vita rebus sustineant necessariis, quasi in via, ut facilius ad promissa perveniant cælestia, quæ dudum per promissionis terram fuerant figurata. Ita etiam tam ipsi, quam & prædicti Pontifices, universas præfatæ Ecclesiæ facultates, & congregationis ejusdem canonicæ, cum utrumque una sit Ecclesia propter Fidei unitatem, & alterum utriusque diversum videatur habere nomen, pro melius vivendi consuetudine, sub benedictionis perpetuæ præmio confirmavere; & nihilominus maledictionis vinculo innodaverunt æternæ, ut quisquis aliquid præfatæ Ecclesiæ, vel Canonicæ tentaverit minuere, ac præsumpserit vi retinere, primitus Dei omnipotentis iram percipiat, deinde Ecclesiasticæ sit societatis exclusus conventione; quin etiam possessio ipsius, si quam habere videtur, cum ipso depereat, ita quod ad nihilum deveniat cum eis, qui tali visi fuerint patrocinari, ut quandocumque infeliciter ipsius infelicem maligni spiritus ingredien-

dicmem repiant animam, & eum proditore Domini, & eis qui diserunt Domino Deo: *Recede a nobis; scientiam viarum tuarum nolumus*, perpetuis ælluandi averni ignibus concremandus, & vermibus flammivomis depascendus, nisi priusquam defungetur, resipiscat; & hæc, quæ tulit, vel injuste pussedit, canonica seti-factione, aut Pontificis prænominatæ Sedis, vel Cleri ipsius assensu, vel auctoritate, restituerit. Pontificem vero prælibate Sedis, Domnum scilicet Petrum, ac ſororem ejus Ermellendem Comitissam, necnon etiam dictum Comitem ejus nepotem, ut diu, & beate vivant, Dei clementiem exoremus supplices, quos vere ejusdem Ecclesiæ novimus fundatores, ac acerrimos defensores, & nunc, & esse, & affuturoe * Deum humo tenus expostulamus. His ergo expeditis, quicumque a prædictarum rerum rapacitate, sicut prædictum est, manus continuerit, aut relaseverit illicite possessione, vel etiam easdem res de suis bonis auserint, præsentis vitæ longæve cumulentur sanitate, & quum luce caruerint præsenti, ditentur felicitate cælesti. Inter hæc vero Religiosi Pontifices, Domnue scilicet Guifredus, Sanctæ primæ Sedis Narbonensis Archiepiscopus, hujusque Sedis Antillea Illustrissimus, Regalique stirpe satus, ac etiam Deo dilectus, & populo, summisque virtutum meritis æquiparandus Oliba, jure pro debito Ausonensis Episcopus, necnon & egregius Domnus Heribaldus Urgellitenus Episcopus, atque etiem senctæ Religionis amator Domnus Bernardus Coseranensis Episcopus, Præsulque Guilabertus illustris, & præclarus Barchinonsis, pius in omnibus, hisque pari voto conjunctus Domnus Berengarius Elnensis Episcopus, similique assensu Guifredus Carcessonensis Episcopus, quin etiem conversetionis bonæ famanotus omnibus Arnaldus Magalonensis Episcopus, admonuerunt sane, ut quicumque cupit cum Fidelibus cælestis vitæ hæreditate perfrui, nihil de rebus Ecclesiæ, quæ Regali, seu Apostolicali auctoritate, sive per vota Fidelium Sedi jam dictæ sunt collatæ, vel erunt scriptis, aut collatione quecumque, furtim teneat, ac vi quelibet minuet, seu, quod non optamus, secrilego ausu diripist; & eos, quos furtive, seu dolose noverit tenere, Pontifici, aut Clero hujus illius Sedis publicare non differat. Alioquin hujus institutionis servatorem cælestis patriæ optaverunt fieri sortitorem, e contra quippe rebellem in ignibus perpetuis stabilem. Ut vero liquidius peteat nostræ dispositionis series, nee posteros quedam confusione quicquam de prædictis moveat; succincte, & compendiose, nec non & absolute cuncte ad explicenda utile, & pernecessarium duximus, ut concludendo diffiniet. Hujus dotis quidem corroboretores imprimis admittimus, ut irrefragabili perpetuitate ea, quæ hac continentur dote, eorum Pontificali auctoritate confirmeta sub divina obtestatione eorum secrati ordinis absque inquietudine permeneant inconvulse, scilicet omnes Ecclesiæ, vel universa prædia, quantaeumque, vel ubicumque quorumlibet Deo devote militantium virorum donu juste sanctæ matri Ecclesiæ sunt concessa, vel in perpetuum absolute erunt concedende, cum sylvis, & pretis, cultis vel incultis, aut horum pascuariis, undecumque habet, vel hebere debet, aut habuit, sive rafigis, vel monetis, eut teloneis, vel piscatoriis, stagnis, aut salinariis, locis, vel maritimis piscariis, & navium mercimoniis, sive naufragiis, quæ cuncta noscitur hebere jam sæpe prænominata Sedes, sive in Comitetu Gerundensi, vel Bisuldunensi, eut Impuritanensi, nee non etiem Petra-letensi, absque ambiguitate. Verumtamen hujus dotis confirmatores hi sunt, videlicet venerabilis primæ Narbonensis Sedis Archiepiscopus Guifredus, Olibe Ausonensis Sedis Episcopus, Arnaldus Magalonensis Episcopus, Berengerius Elnenlie Episcopus, Bernardus Coseranensis Episcopus, Eribeldus Urgellitanus Episcopus, Guifredus Carcassonensis Episcopus, Guilabertus Barchinonensia Episcopus, obsecrante, & corroborante ineffabilis pietetis Petro Episcopo hujus Sedis fundatore largissimo. Qui Canonum auctoritate fulti, hanc conlaudendo confirmant, & confirmando eam observare prædicant, sic quidem ut si quis quicquam de prælibatis præsumpserit minuere, aut minuendo surripere, aut surripiendo retinere, Deum primitus flexis poplitibus lacrymabiliter exorantes, ut Dei iram incurrat, & Plutonis regna possideet, & a sacrosenctis matris Ecclesiæ liminibus sequestretus abscedat, nullemque cum Fidelibus portionem obtineat, qui matrem Ecclesiam infestis nisibus opprimere captat. Ne vero prætermittam quoddam, & proprium hæreditarioque jure perpetualiter possidendum, & ut ita dicam, tertiem partem de supratexatis rasigis, & monetis, aut teloneis, vel piscatoriis, stegnis, sive pascuariis, naviumque mercimoniis, quod hactenus visa est sancta Ecclesia possidere in prædictis Comitatibus, Regali, sive Apostolicali censure. Quibus vero terminibus summa contineatur hujus Episcopatus, sat patet omnibus. Equidem his quatuor Comitatibus, Gerundensi, Bisuldunensi, Empuritanensi, Petra-letensi, cum eorum finibus, propriisque terminibus. Istius quidem dotis pagina st. Kal. Octobris facta, & a prædictis Patribus confirmata est, anno quidem Dominicæ Incarnationis 1038. Indictone v. Era millesime 76. Regni Henrici gloriosissimi Regis VIII.

Oliba Episcopus, Berengarius Episcopus, Guifredus sanctæ Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, qui hanc Ecclesiam nostræ Diœcesis dedicavi, subscripsi. Petrus Episcopus, Eribellus Episcopus, Arnaldus Episcopus, S. Ermessendis Comitissæ, quæ eadem die ad honorem Dei, & metris Ecclesiæ trescentas auri contulit uncias ad auream coostruendam tabulam.

CON-

CONVENTUS EPISCOPORUM

APUD URGELLUM

Pro dedicatione Ecclesiæ Urgellensis, anno Christi MXL.

ANno 1040. x. Kal. Novembris, Ecclesia Urgellensis dedicata est a Guifredo Archiepiscopo Narbonensi, Heribaldo Episcopo Urgellensi, Berangario Helenensi, Guifredo Carcassonensi, Bernardo Conseranensi, & Arnulpho Rotensi. Interfuit etiam huic cæremoniæ Constantia Comitissa Urgellensis, cum filio suo Hermengaudo admodum parvulo. Acta hujus dedicationis subjicimus ex schedis Tabularii Urgellensis, quæ ita se habent.

Cum venerabiles Doctores nostri amici Dei, & electi ab ipso Discipuli irent in mundum pro prædicatione Fidei, placuit illis, ut communiter viverent in unum congregati cibo carnali, sicuti unanimiter vivebant cibo spirituali, ut nihil esset, propter quod possent ad alterutrum dividi. Actus quidem ita dicunt Apostolorum, quia quotquot erant possessores domorum, ac prædiorum, vendebant, & ponebant pretia ante pedes Apostolorum; distribuebantur autem prout opus erat unicuique eorum; & erat illis cor unum, & anima una. Hujus causæ exemplum sequens Christianissimus Ludovicus Rex Francorum, unum constituit locum, ut ministri Ecclesiæ coadunarentur in illum, & sumerent carnalem victum, quatenus sine excusatione agerent Dei ministerium. Qui locus recte appellatur Canonica, quia ibi Ecclesiastica, atque Divina observatur regula. Canon enim Græce, regula dicitur Latine. Igitur ego Guifredus primæ Sedis Narbonensis Archiepiscopus, una cum Domno Heriballo Urgellensis Sedis perpetuæ Virginis Mariæ Episcopo, atque cum Domno Berengario Elenensis Ecclesiæ Pontifice, & Guifredo Carcassonensis Ecclesiæ Præsule, & Bernardo Coseranensis Ecclesiæ Antistite, atque Arnulpho Rotensis Ecclesiæ venerabili Pontifice, agens, atque celebrans dedicationem gloriosæ, ac perpetuæ Virginis Mariæ, pari voto, parique consensu, simul cum Constantia Comitissa ejusdem Urgellensis Terræ, & filio ejus Ermengaudo Comite, quamvis in puerili constituto ætate, aliisque Principibus Terræ, peracta dedicatione sanctæ Urgellensis Sedis prædictæ Beatæ Mariæ, atque peracta ab omnibus ejusdem Ecclesiæ sanctæ Sedis dote, hanc scripturam factam ejusdem Sedis Canonicæ confirmavi cum prædictæ Sedis Pontifice, & aliis præscriptis in ordine. Hæc autem scriptura ita in perpetuum sit valitura, cum omnibus rebus, quas ipsa acquisivit Canonica, & quas deinceps est acquisitura. Res vero ejusdem Canonicæ, quæ scriptæ habentur in ea, quam fecimus dote, hic iterum sunt rescriptæ, & eidem Canonicæ nostra manu confirmatæ. Imprimis confirmamus alodia omnia, atque castella, & Ecclesias cum Parochiis, & primitiis, & decimis, & omnibus sibi pertinentibus, quæ Religiosissimus reverendæ memoriæ Ermengaudus Episcopus dedit ad prædictæ Sedis, seu ejus Canonicæ opus, ob quam meriti caussam Deus retribuat requiem, & vitam, & Christi Mater Virgo acquirat delictis eius in Cælis veniam, quod ipse in terris illi fabricavit Ecclesiam ipsam Sedem Beatæ Mariæ iam dictam. Post cuius discessum venerabilis, & nobilissimus successor eius Eribaldus, prædictæ Ecclesiæ opus transtulit in melius, & suis locupletavit muneribus, insuper & ad honorem Sedis Canonicam constituit Dei Fidelibus Ecclesiæ servientibus, sicuti ibi factæ testantur domus novis subsistentes ædificiis, ac parietibus; quem Deus pro tantis gestis remuneret donis vitæ præsentis, & clarificet in Civibus Angelicis luce vitæ perennis. Confirmamus ergo, ut prædisimus, alodia, seu castella, quæ Ermengaudus Præsul dedit, & omnia hic nominatim expressa. In Comitatu Urgellensi castrum, quod est Jessona cum terminis ejus, & castellis, quæ sunt in terminis ejus, & omnibus sibi pertinentibus. Ipsa castella hæc sunt, castellum Villæ-muri, castellum Fluviani, castellum de Rubeolis, castrum de Tapeolis, castellum Moranæ, castellum Gradiani, castellum Concabellæ, castellum Guandalor, castellum Guarda-si-venen, castellum Vrson, castellum Coscoliosæ, castellum Espalargii, castellum de Figuerola, castellum Sadaonis, castellum Turris-tractæ, castellum Turris-rubeæ, castellum Belli-vicini, simulque cum aliis castellis, & turribus, quæ jam constructa sunt, sive quæ deinceps construentur, atque omnibus ad eadem castella, & turres pertinentibus cum suis terminis, & finibus. Insuper castrum Fontaneti cum primitiis, ac decimis, cum finibus, ac terminis, & castrum de Bordello, cum primitiis, ac decimis, ejusque terminis. Insuper castrum de Petra-rua, cum primitiis, ac decimis, cum finibus & terminis. Præterea castrum de Cornellana cum finibus, & terminis. In Comitatu Confluenti alodium de Aqua-tepida cum Caguzac, cum villis & villulis, ac terminis, & primitiis, ac decimis & tascis, & alodium de Astover cum omnibus sibi pertinentibus. In Comitatu Rotlelionensi alodium de Pontelllano. In Comitatu Paliarensi Parochiam de Siarb cum primitiis, & decimis, & cœmeteriis. In Comitatu Cerdaniensi, medietatem alodii de Pino, & de Villa vetere cum Cirinnano. In Comitatu Urgellensi, alodium, de Aqua-mortua, & de cruces de Pontelliane. In Comitatu Bergitanensi, alodium quod est in Parochia Sancti Cucufatis, sive intra terminos castelli Etralis. Hæc sunt hactenus, quæ dedit Ermengaudus Episcopus prædictus præfatæ Sedi, & Canonicæ eius. Confirmamus etiam alodia cum Parochiis, quæ Ermengaudus egregius Urgellensis Comes dimisit, seu dedit Canonicæ cum consensu, & voluntate dignissimi, ac magnificentissimi Præsulis Eribaldi jam dicti. In

Co-

Comitatu Urgellensi Parochiam de Oliana, & Parochiam de Etral, & Parochiam de Maciana, quæ est in valle Andorræ. In Comitatu Cerdaniensi Parochiam de Montelliano. Istas Parochias cum primitiis, & decimis, & villis de Tusen, & Parochia ejusdem loci, cum primitiis, & decimis, & tascis, & cum omni redditu censuali, & cum cœmeteriis Ecclesiarum, & Ecclesiis, & terminis, & finibus sibi pertinentibus. Et in prædicto Comitatu Urgellensi alodium de Mora cum vineis de Brolia. Hæc sunt hactenus, quæ dimisit, seu dedit Comes prædictus Ermengaudus cum tertia parte telonei, & mercati prædictæ Sedis, quem Deus merito caussæ hujus gaudiis remuneret Cælestibus. Confirmamus etiam Parochiam de Bar, & medietatem alodii de Pino, & de Villa vetere, & tertiam partem de censu defunctorum ad sanctam Sedem sepultorum, & alias duas partes, quas Canonici habebant. Hæc sunt hactenus, quæ dedit Sanla Episcopus ad Canonicæ opus cum alodio de Elas; quem Episcopum Deus faciat hæredem Cælestium gaudiorum propter illud donum, & merito, quia ipse constituit ipsius Canonicæ primordium. Confirmamus quoque Parochiam de Eguils, quam Præsul insignis sanctæ Sedis Urgellensis prædictus Heriballus dedit, & alodium de Erolis, & de Aranel, & entruas, & de Stamariz & de Villa-mediana, quæ dedit Sauctia Vicecomitissa, & alodium de Ventenago, quod fuit de Guadaldo Episcopo, & alodium de Ilinga, quod fuit de Livani Presbyteri, & alodium de Vallicella, cum alodio de Traverseri, & alodium de Tolon, quæ fuerunt Senfredi Vice-comitis, & quatuor mansos in Meranicis, & alodium de Ger, & Moniolum, & alodium de Oceia, & duos mansos in Cereja, qui fuerunt Arnaldi Vice comitis. Et in prædicto Comitatu Urgellensi alodium de Enargon, & de Salent, & de Torel, quæ fuit Bernardi Saniæ, & mansum de Vineolis, & alodium de Timoneta, quod dedit Borrellus Tartavalensis, & sertam partem castri Cabannæ bonæ, seu alodium de Picafolets, quod dicitur turris Enegonsis, & alodium de Olius, & alodium de Monte Leddan, & alodium Scacibot in Celsona, & ipsa alodia, quæ sunt in Bar. Hæc omnia suprascripta nos omnia suprascripti confirmamus præfatæ Sedi, atque ejus Canonicæ in perpetuum habituræ. Id sunt castra, castella, alodia, Ecclesias, Parochias, villas, villulas, primitias, decimas, cœmeteria, census, oblationes, cum casis, terris, cultis, & incultis, arboribus, vineis, campis, pratis, pascuis, sylvis, salictis, aquis, puteis, molendinis, aquarumque discursibus, piscariis, montibus, vallibus, collibus, & adjacentiis eorum, & decimis ferri, & piscis, simulque cum omnibus ad eandem Sedem, & Canonicam pertinentibus, quæ hodie habent, vel habituræ sunt, & quod acquisierunt, vel acquisituræ sunt. Præterea ego Heriballus gratia Dei Episcopus, constituto in meæ Sedis Urgellensis Canonica cum Domnis religiosissimis Episcopis, ut quadraginta Canonici illic habeantur de illis qui in Ecclesia majores esse videntur, cum suis Clericis sibi subjectis, qui statores sunt. Constituo quoque, & sub anathematis vinculo cum omnibus hominibus, Episcopis, & Clericis totius ordinis subjungo, ut nullus Clericorum meæ Urgellensis Sedis, qui nunc sunt, & erunt, recipere, nec acclamare successorem, seu successores meos, nec consortium habere intra claustra Canonicæ, seu in Ecclesiis, quæ ibi sunt, & erunt, audeat, nisi prius, ipse Episcopus juret, & jurent jurejurando, fideliter super Altare Beatæ Mariæ promittat, seu promittant, quod in omnibus, & Sedem, & Canonicam cum omnibus rebus bene regere, & dispensare ad honorem Sedis, & Canonicæ, & Clericorum, procuret, seu procurent. Hæc omnia suprascripta ita constituo ego Heribaldus gratia Dei Episcopus pariter cum omnibus Episcopis jam dictis; omnes facultates Sedis, & Canonicæ confirmo, ita ut nulla persona cujuslibet hominis utriusque sexus hoc in quocumque evellere audeat, aut evelli faciat, aut assentiat, aut assensum præstet. Quod si fecerit, escommunicationi perpetuæ subjaceat, nisi pœnitentia ductus, Sedi, & Canonicæ illi satisfaciat, seu ejus Clero Canonicali satisfaciens se præsentare studeat. Quicumque vero hanc constitutionem, & confirmationem servaverit, cælestium bonorum hæreditatem accipiat, & hic, & in æternum gaudeat. Acta hæc confirmatio, atque constitutio decimo Kalendas Novembris, anno decimo, regnante Henrico Rege Francorum. Eriballus Episcopus subscripsit. Arnulphus gratia Dei Episcopus subscripsit. Constantia gratia Dei Comitissa subscripsit. Raymundus Levita, & caput Scholæ. Gerallus Archilevita. Borrellus Scholasticus hoc scripsit die, & anno, quo supra.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud S. Michaelem Fluvianensem in Comitatu Emporitano.

Pro consecratione dictæ Ecclesiæ, anno Christi MXLV.

ANno 1045. die xxvi. Julii consecrata est Ecclesia S. Michaelis Fluvianensis in Comitatu Emporitano. Peracta est ea consecratio a Guifredo Narbonensi Archiepiscopo, Bernardo Conseranensi, Petro Episcopo, Oliba Ausonensi, Arnaldo Magalonensi, Froterio Nemausensi, Berengario Helenensi, Arnulpho Rotensi, Vuifredo Episcopo; & subsequentibus temporibus Vuilelmo Ausonensi Episcopo, Berengario Gerundensi, & Berengario Barcinonensi. Diu vero post hæc tempora decretum confirmavit Giraldus Ostiensis Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus. Acta consecrationis ex Archivo Monasterii Cuxanensis sunt.

Guifredus sanctæ Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, & Oliba Episcopus Ausonensis, universis in obedientia, & aspersione Sangui-

nis Jesu Christi sanctificatis, & fonte regenerationis per Spiritum Sanctum emundatis, atque per totam Hispaniam in gremio Catholicæ Ecclesiæ constitutis, gratiam, & pacem, salutem, & benedictionem. Innotescimus dilectioni vestræ, charissimi, quoniam locum a Deo electum ad se glorificandum, & ad cælestis militiæ Principem gloriosissimum Michaelem Archangelum coram oculis mortalium mirificandum in Comitatu Impuriensi, loco, qui ad ripam alvei Fluviani dicitur situm adeuntes, dignumque summa veneratione ducentes, una cum Illustrissimo præfati Pagi Comite Pontio, astanta utriusque sexus, & ætatis non minima populi multitudine, prænominatum locum divino cultui perpetim mancipare decrevimus, & per traditam nobis a Deo potestatem hac privilegii lege roboravimus. Statuimus namque, & sub divini nominis contestatione hanc immunitatis legem firmamus, ut infra terminos prætaxati loci per infixas Cruces designatos, nullus Fidelium quempiam persequi, calumniare, deprædare, vel injuriare præsumat, quatenus omnes infra prædictos terminos constituti, ab omni hostilitatis incursu liberi divinæ gratia freto, & Beatissimi Archangeli Michaelis ejusdem loci, ut credimus, custodis, ac omnium, quæ ibi geruntur, inspectoris, gaudeant juvamine fultos. Quicumque vero hujus constitutionis nostræ temerator violentus extiterit, tamdiu excommunicatus, & ab omni sit Ecclesiarum ingressu extraneus, atque anathematis vinculo colligatus, quousque in eodem loco digne satisfacere, & quicquid deliquerit, juste studeat emendare. Concedimus etiam, ut ille locus omni pœnitenti sit pervius, & cuicumque aliarum Ecclesiarum ingressus negatur, hic ob vota orationis solvenda, & divina mysteria audienda, libere ingredi permittatur. Omnes quoque, qui præfati loci adjutores, & visitatores extiterint, & qui de rebus suis eidem contulerint, atque in ædificando adjutorium impenderint, totius beneficii in Cœnobio Cuxanensi, ad quod eidem locus pertinere dignoscitur, facti decernimus esse participes, & divinæ benedictionis augmento, ac gloriosissimi Archangeli Michaelis patrocinio fieri optamus felices. Ceterum eos, qui corpora sua hic sepulturæ tradenda decreverint, tradita nobis a Deo ligandi, atque solvendi potestate absolvimus, ac felicitatis æternæ consortes, & per Beatissimi Archangeli Michaelis omnium animarum Fidelium ad divinum examen, ut credimus, præsentatoris, intercessionem, Beatorum Spirituum, ac æternæ requiei, simul & perpetuæ lucis oramus fore cohæredes, auxiliante Christo Jesu Salvatore benigno, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat sine termino. Nos ergo hujus constitutionis cum jam dicto totius prudentiæ Viro strenuissimo Comite Pontio, auctores propriis manibus hanc confirmamus, & Domnum Patrum Episcopum, in cujus Diœcesi idem locus, de quo agitur, esse dignoscitur, cæterosque Coepiscopos, in quorum manus davanerit, confirmare rogamus. Factum est hoc anno Incarnationis Domini 1045. die Julii mensis XXVI. Regnique Regis Henrici anno XVI. Guifredus sanctæ primæ Sedis Narbonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Bernardus gratia Dei Episcopus Coseranensis. Poncius gratia Dei Comes. Petrus Episcopus. Gausfredus gratia Dei Comes. Oliba Episcopus. Arnaldus Episcopus Magalonensis. Froterius Episcopus Nemausensis. Berengarius sanctæ Elenensis Ecclesiæ Episcopus. Arnulphus gratia Dei sanctæ Rotensis Ecclesiæ Episcopus. Vvifredus gratia Dei Episcopus. Vvillelmus gratia Dei Episcopus Ausonensis Ecclesiæ. Berengarius Dei gratia Gerundensis Episcopus. Berangarius Episcopus Barchinonensis.

Ego Giraldus Dei gratia Hostiensis Episcopus, Sedis Apostolicæ Legatus, longo post tempore visa, & perfecta canonice constituta laudavi, & scripto corroboravi.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Monasterium Arulense in Diœcesi Helenensi.

Pro consecratione Ecclesiæ S. Mariæ Arulensis, anno Christi MXLVI.

ANno MXLVI. XVII. Kal. Decembris, Ecclesia Monasterii Arulensis in Diœcesi Helenensi consecrata est a Vvifredo Archiepiscopo Narbonensi, Berengario Episcopo Helenensi, & Vvifredo Carcassonensi. Aderant etiam Vvillelmus Comes Pallarensis, & Stephania Comitissa ejus uxor, Raymundus Guifredi Comes Ceritaniæ, Gauzfredus Comes Ruscinonensis, Adalais Comitissa, Pontius Abbas Sancti Gennesii, Petrus Abbas Sancti Petri Rodensis, Raymundus Abbas S. Andreæ Suredensis, & Vvillelmus Dalmatius Vice-comes. Acta consecrationis eruit Illustrissimus Petrus de Marca ex Chartulario Monasterii Arulensis, quæ hic subjicio.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo quadragesimo sexto, Era millesima octogesima quarta, Ind ictione decima quinta, decimo septimo Kalendarum Decembrium, anno decimo sexto, quo post decessum venerabilis memoriæ Roberti Regis Francorum suscepit Regni gubernacula filius ejus Henricus, factus est Conventus Episcoporum in Cœnobio Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis territorio Arulensi ad dedicationem Basilicæ ipsius Dei Genitricis, simulque Principum patriæ, ac reliquorum Fidelium utriusque sexus, ætatis, & ordinis. Actum est autem hoc institutu, & ordinatione Domni Vvifredi sanctæ primæ Sedis Narbonensis Archiepiscopi, & Domni Berengarii Pontificis Elenensis, ad cujus Diœcesim prædictus pertinet locus, qui eandem Ecclesiam religiosorum Virorum eidem Cœnobio vicinorum studio, instantiaque perfectam, in

in nomine Domini cum suis Coepiscopis venerabiliter dedicavit, atque in die eodem cum omnibus, qui adetant Episcopis, nec ne clarissimis, & venerandis Comitibus, Domno videlicet Villelmo inclyto Comite, Domnoque Raymundo Vvifredi, nec ne & Gauzfredo, ad stabilimentum præfati Cœnobii hanc ordinationem dotis fecit, constituit, atque firmavit.

Petrus Episcopus omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, cuiuscumque ordinis, & ætatis, hæreditatem, & gaudium Regni Cœlestis, Notum esse volumus vestræ fraternitati, dilectissimi fratres, & filii, quoniam convenientes ad dedicationem Ecclesiæ Dei Genitricis Cœnobii Arulensis, ipsius Domus decorem, & statum, ut in melius proficeret, qua valuimus instantia, peregimus. Nam & sacris Reliquiis venerabilium Sanctorum illam cum divina gratia sanctificavimus, & per invocationem nominis Jesu Christi, quantis potuimus benedictionibus, eam ad alta sustulimus; quatenus diligentibus amor, & Dei auxilium, & odientibus maneat terror, atque judicium. Hanc quoque constitutionis nostræ dotem prædictæ Ecclesiæ fecimus, manibusque nostris, ut infracta permaneat, insignire curavimus; statuentes sub divini iudicii obtestatione, & anathematis interdictione, ut nullus audeat hoc violare, quod nostra auctoritas ad stabilimentum Domus Dei voluit confirmare. Igitur sicut venerabilium Apostolicorum, quæ prædicto facta sunt Cœnobio, contioent privilegia, & sicut Regum Francorum demonstrant regia præcepta, & quemadmodum ostendunt dotes, quæ a nostris antecessoribus ei firmatæ sunt per retroacta tempora, sic illi confirmamus, & stabilimus omnia sua, videlicet cuncta, quæ quorumlibet Fidelium dono votive, & potentialiter usque hodie juste acquisivit, vel quolibet modo usque in finem sæculi juste acquisierit. Concedimus etiam, & confirmamus Abbatibus, & Monachis ipsius loci omnem libertatem sua placita distingendi, vel judicandi in omnibus excessibus, vel malefactionibus, quæ facta fuerint infra terminos omnium prædiorum præscripti Cœnobii; & ut nullus judex, vel vicarius, vel cujuslibet potestatis homo, habeat licentiam caussas eorum distringendi, vel quolibet modo sine illorum jussione dijudicandi, neque in teloneo ipsius mercati, neque in omnibus omnino locis, quæ præfato Cœnobio pertinent, aliquam violentiam inferendi. Inter hæc interdicimus omnibus universi ordinis hominibus, vel ipsius loci, vel extraneis, ut de ornamentis ipsius loci nullus præsumat aliquid auferre, commutare, vendere, vel donare, ad damnum, vel dehonestamentum prædictæ Ecclesiæ. Si quis etenim hujus nostræ constitutionis adjutor extiterit, hunc de parte Dei omnipotentis, & Beatæ Mariæ Virginis, & nostra, benedicimus, & ut in perpetuum salvus maneat, peroptamus. Si quis autem, quod absit, ausu temerario effrangere, vel violare quolibet modo hoc quod constituimus voluerit; hunc a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ extraneum judicamus, & ab omni consortio Christianorum illum segregamus, atque de parte Dei omnipotentis, & Sanctæ Virginis Mariæ, & Sancti Petri Principis Apostolorum, & omnium Sanctorum illum excommunicamus, donec digna pœnitudine, Deo, & Beatæ Virgini Mariæ satisfaciat, insuper & districtione venerandorum Principum legalis illum pœna coerceat, & sacrilegii censura constringat, & in antea hæc dos nostræ constitutionis stabilis, & inconvulsa permaneat.

Igitur tempore Christi præscripto, ego gratia Dei Vvifredus Metropolis Narbonæ Sedis Archiepiscopus, & Berengarius Elenensis Præsul, atque Vvifredus Carcassonæ, pariter convenimus in Cœnobio Arulensi ad consecrationem Ecclesiæ perpetuæ Mariæ Virginis ejusdem loci, cum innumera multitudine virorum, utriusque sexus, ætatis, & ordinis. Cumque sane illi præscriptas concederemus libertates, allatum est privilegium oculis nostris, auctoritate Apostolica roboratum, per manus scilicet Sergii Romanæ Sedis Pontificis, qui tunc fungebatur vicem Apostolorum Principis, in quo jubetur, ut adveniens ibi quique pœnitens segregatus pro facinoribus suis a sanctæ Dei Ecclesiæ liminibus, licentia sit illi eandem Ecclesiam matris Christi ingredi, & divina mysteria, quæ ibi celebrantur, audire, quamdiu ibi steterit. Quod nos quoque illi auctoritate nostri Pontificatus concedimus, & confirmamus, ut omnibus pateat pœnitentibus. Illos vero homines, qui adjutores sunt, vel fuerint ad perficiendum ædificium præfixæ Domus, quæ manet adhuc imperfecta, absolvimus eos a peccatis illorum, de quibus agunt, vel egerint pœnitentiam usque ad circulum anni. Si cui vero ex illis infra prælibatum terminum mors advenerit, intercedu gloriosæ Virginis, & Sancti Archangeli Michaelis, Sanctique Petri Apostolorum Principis, & omnium Sanctorum, absolvat eos Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & nos quantum permissu nostro est. Vvillelmus Comes gratia Dei. Stephania gratia Dei Comitissa. Guazfredus Comes. Azalaicis Comitissa. Bernardus Albuinus. Petrus Bligdarius. Deusde Albuinus. Pontius Abba S. Gennesii. Petrus gratia Dei Abbas S. Petri Cœnobii Rodensis. Raymundus gratia Dei Abbas Sancti Andreæ. Riguaidus Guntarius Filius Vvilaberti Comitis. Guillelmus judex. Bernardus Vvillelmus de Ultraria. Vvillelmus Dalmatius Vicecomes. Pontius Oliba. Bernardus Raymundus de castro Albera. Gauzbertus Adalbertus Mir. Raymundus Adalbertus. Berengarius nutu Dei Episcopus. Guifredus sanctæ primæ Sedis Narbonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Vvifredus gratia Dei Præsul.

Adveniente tempore consecrationis Templi præfati Cœnobii, ego Berengarius nutu Dei Præsul munire jussi eum ab utrisque partibus immunitatis signum, propter quorundam temeritatem, vel pravitatem infidelium, qui sacra venerari, prout sanctitas exigit, negligunt loca; eo videlicet tenore, ut si quis homo persequens aliquem, illius insidiator existens, qualibet ex caussa; priusquam infra prænotata fuerit ingressus immunitatis nostræ signa, non præsumat ei vim in-

ferre, nec in aliquo calumniari vel injuriari sive dehonestari; sed sint hæc signa omnibus fugientibus inimicis suis ad pactum firmissimum, & tutamen pacis, quamdiu infra præfixa manserit signa immunitatis. Si quis vero huius nostræ immunitatis ausu temerario violator, vel interruptor exstiterit; nisi satisfaciens iuxta legem pœnituerit, imprimis iram Dei omnipotentis, eiusque Genitricis, ac omnium Sanctorum incurrat; & deinceps auctoritate Pontificali excommunicationis vinculo se irretitum sciat.

Ego Bernardus Languardi donator sum Deo, & Sanctæ Mariæ Cœnobio Arulensi, decimum quem habeo in parochia Sancti Michaelis, quæ vocatur Molletello ad proprium; in tali vero conventu, ut nullus homo vel femina iam non teneat inferum, sed Sanctæ Mariæ sit proprium ipsum decimum. Quod si fecerit, ad me revertatur, aut uni ex consanguineis meis. S. Bernardi Languardi

CONCILIVM COYACENSE

PRO REFORMANDIS ECCLESIÆ MORIBUS

Celebratum in Diœcesi Ovetensi, tempore Ferdinandi I. Regis Castellæ, cognomento Magni, Era MLXXXVIII. anno Christi ML.

SUB LEONE IX. PAPA.

Nunc collatum cum exemplari Toletano ms.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut Episcopi, & Clerici munus suum rite obeant.*
II. *Ut Abbates, & Monachi suis obediant Episcopis.*
III. *De jure Ecclesiarum, & vestibus Clericorum.*
IV. *De pœnitentia adulteris, incestis &c. imponenda.*
V. *De ordinandis, & ne Presbyteri ad nuptias edendi gratia eant. Et de illis, qui defunctorum conviviis assistunt.*
VI. *Ut vespere Sabbathi omnes ab opere cessent; & cum Judæis non habitent, nec cibum cum eis sumant.*
VII. *Ut populus a potentibus cum justitia regatur.*
VIII. *De Legibus quibusdam Alphonsi, & Sanctii Regum observandis.*
IX. *Quod Ecclesiastica veritates triennio non includantur.*
X. *De eo, qui contentiosum fundum coluerit.*
XI. *Ut omnes die Veneris jejunium observent.*
XII. *De asyli jure Ecclesiis concesso.*
XIII. *De jure Regis.*

DECRETA

Ferdinandi Regis, & Sanctiæ Reginæ, & omnium Episcoporum in diebus eorum in Hispania degentium, & omnium ejusdem Regni Optimatum, Era MLXXXVIII.

PRÆFATIO.

1. IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego Ferdinandus Rex, & Sanctia Regina, ad restaurationem nostræ Christianitatis fecimus Concilium in castro [a] Coyaca, in Diœcesi scilicet Ovetensi, cum Episcopis, & Abbatibus, & totius Regni nostri Optimatibus. In quo Concilio [b] præsentes exstitere Froilanus Episcopus Ovetensis, Cyprianus Legionensis, Didacus Asturicensis, Syrus Palentinæ Sedis, [c] Gomes Visocensis, Gomestus Calagurritanus, Joannes Pampilonensis, Petrus Lucensis, Cresconius Iriensis.

a *Ms. Tolet.* Coyanca.
b *Deest in ms. Tolet.*
c Forte *Gomesius Oscensis*, vel *Visensis*, ut est in Capitulis Hispanico idiomate infra exhibendis.

CAPITULA.

I.

2. In primo igitur Titulo statuimus, ut unusquisque Episcopus [d] Ecclesiarum ministerium cum suis Clericis ordinate teneat in suis Sedibus.

d *Ms. Tolet.* Ecclesiasticum Monasterium.

II.

3. In secundo Titulo, ut omnes Abbates se, & Fratres suos, & Monasteria; & Abbatissæ se, & Moniales suas, & Monasteria, secundum Beati Benedi-

nedicti regant statuta; & ipsi Abbates, & Abbatissæ cum suis Congregationibus, & Cœnobiis sint obedientes, & per omnia subditæ suis Episcopis. Nullus eorum recipiat Monachum alienum, aut Sanctimonialem, nisi per Abbatis sui, & Abbatissæ jussionem. Si quis hoc Decretum violare præsumpserit, anathema sit. III.

4. Tertio autem Titulo statuimus, ut omnes Ecclesiæ, & Clerici sint sub jure sui Episcopi; nec potestatem aliquam habeant super Ecclesias, aut Clericos laici. Ecclesiæ autem sint integræ, & non divisæ, cum Presbyteris, & Diaconis, & cum totius anni circuli Libris, cum ornamentis Ecclesiasticis; ita ut non sacrificent cum Calice ligneo, vel fictili. Vestes autem Presbyteri sint in Sacrificio [a] Amitus, Alba, Cingulum, Stola, Casula, Manipulus. Vestes Diaconi [b] Amitus, Alba, Cingulum, Stola, Dalmatica, Manipulus. Altaris vero Ara tota sit lapidea, & ab Episcopis consecrata. Hostia sit ex frumento [c] sana, & integra. Vinum sit mundum, & aqua munda, ita ut inter vinum hostiam & aquam Trinitas sit significata. Altare sit honeste indutum, & desuper lineum indumentum mundum. Subtus [d] Calicem, & desuper Corporale lineum mundum, & integrum.

5. Presbyteri vero, & Diacones, [e] qui ministerio funguntur Ecclesiæ, arma [f] belli non deferant, semper coronas apertas habeant, barbas radant, mulieres secum in domo non habeant, nisi matrem, aut sororem, aut amitam, aut novercam. Vestimentum unius coloris, & competens habeant. Intra [g] etiam dextros Ecclesiæ laici uxorati non habitent, nec jura possideant. Doceant autem [h] Clerici filios Ecclesiæ, & infantes, ut Symbolum, & orationem Dominicam memoriter teneant. Si quis autem laicus hujus nostræ institutionis violator exstiterit, anathema sit. Presbyter vero [i], & Diaconus, si hujus jussionis destructor exstiterit, sexaginta solidos Episcopo persolvat, & gradu Ecclesiastico careat. IV.

a Ms. Tolet. Amictum, Albam, Cingulum, Manipulum, Stolam, Casulam.
b Amictum, Albam, Stolā, Dalmaticam, Manipulum. ms. Tolet.
c Ex triticum electo. ms. Tolet.
d Calix. ms. Tolet.
e Et qui. ms. Tol.
f Bellica. ms. Tol.
g Infra. ms. Tol.
h Deest vox, Clerici. ms. Tol.
i Aut. ms. Tol.

6. Quarto vero Titulo statuimus, ut omnes Archidiaconi, & Presbyteri, sicut sacri Canones præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, incestuosos, sanguine mistos, fures, homicidas, maleficos, & qui cum animalibus se inquinant. Et si pœnitere noluerint, separentur ab Ecclesia, & a communione. V.

7. Quinto autem Titulo decrevimus, ut Archidiaconi tales Clericos constitutis quatuor temporibus ad Ordines ducant, qui perfecte totum Psalterium Hymnos, & Cantica, Epistolas, Orationes, & Evangelia sciant. Presbyteri ad nuptias caussa edendi non eant, nisi ad benedicendum. Clerici, & laici, qui ad convivia defunctorum venerint, sic panem defuncti comedant, ut aliquid boni pro ejus anima faciant; ad quæ tamen convivia vocentur pauperes, & debiles pro anima defuncti. VI.

8. Sexto vero Titulo admonemus, ut omnes Christiani die Sabbathi advesperascente ad Ecclesiam concurrant, & [k] Dominica matutina; Missas, & omnes Horas audiant, opus servile non exerceant, nec sectentur itinera, nisi orationis caussa, aut sepeliendi mortuos, aut visitandi infirmos, aut pro Regis secreto, aut pro Saracenorum impetu. Nullus etiam Christianus cum Judæis in una domo maneat, nec cum eis cibum sumat. Si quis autem hanc nostram [m] constitutionem fregerit, per septem dies pœnitentiam agat. Quod si pœnitere noluerit; si major persona fuerit, per annum integrum communione careat; si inferior persona fuerit, centum flagella accipiat.

k Die Dom. ms. Tol.
l Missam. ms. Tol.
m Institutionē. ms. Tol.

VII.

9. Septimo quoque Titulo admonemus, ut omnes Comites, seu majorini Regale populum sibi subditum per justitiam regant, pauperes injuste non opprimant, in judicio testimonium, nisi illorum præsentium, qui viderunt, aut audierunt, non accipiant. Quod si testes falsi convicti fuerint, illud supplicium accipiant, quod in Libro Judicum de falsis testibus est constitutum.

VIII.

10. Octavo autem Titulo mandamus, ut in Legione, & in suis terminis, in Gallæcia, & in Asturiis, & Portugale, tale sit judicium semper, quale est constitutum in Decretis Adelphonsi Regis pro homicidio, pro rauso, pro sayone, aut pro omnibus calumniis suis. Tale vero judicium sit in Castella, quale fuit in diebus avi nostri Sanctii Ducis.

IX.

11. Nono quoque Titulo decrevimus, ut [n] triennium non includat Ecclesiasti-

n triennium, ms. Tol.

siasticas veritates; sed unaquæque Ecclesia (sicut Canones præcipiunt, & sicut Lex Gotthica mandat) omni tempore suas veritates recuperet, & possideat.

X.

12. Decimo vero Titulo decrevimus, ut ille, qui laboravit vineas, aut terras in contentione positas, colligat fruges; & postea habeant judicium super radicem; & si victus fuerit laborator, reddat fruges domino hæreditatis.

XI.

13. Vndecimo autem Titulo mandamus, ut Christiani per omnes sextas Ferias jejunent, & hora congrua cibo reficiantur, & faciant labores suos.

XII.

14. Duodecimo quoque Titulo præcipimus, ut si quilibet homo pro qualicumque culpa ad Ecclesiam confugerit, non sit ausus eum aliquis inde violenter abstrahere, nec persequi infra dextros Ecclesiæ, qui sunt triginta passus; sed sublato mortis periculo, & corporis deturpatione, faciat quod Lex Gottica jubet. Qui aliter fecerit, anathema sit, & solvat Episcopo mille solidos purissimi argenti.

XIII.

15. Tertio decimo Titulo mandamus, ut omnes majores, & minores veritatem, & iustitiam Regis non [a] contemnant; sed, sicut in diebus Domini Adelphonsi Regis, fideles, & recti persistant, & talem veritatem faciant Regi, qualem illi fecerunt in diebus suis. Castellani autem in Castella talem veritatem faciant Regi, qualem fecerunt Sanctio Duci. Rex vero talem veritatem faciat eis, qualem fecit præfatus Comes Sanctius. Et confirmo totos illos foros cunctis habitantibus Legione, quos dedit illis Rex Dominus Adelphonsus, Pater Sanctiæ Reginæ uxoris meæ. Qui igitur hanc nostram constitutionem fregerit, Rex, Comes, Vice-comes, maiorinus, sago, tam Ecclesiasticus, quam sæcularis Ordo, sit excommunicatus, & a consortio Sanctorum segregatus, & perpetua damnatione cum diabolo, & angelis eius damnatus. & dignitate sua temporali sit privatus.

[a] Contendant. ms. Tol.

NOTÆ VARIORUM.

CONCILIUM *Coyacense*.] Anno Domini ML. Ferdinandus Magnus, cum ob tumultus bellicos Ecclesias in suo Regno Hispaniæ collocatas, excrescentibus vepribus, sylvescentes cerneret; convocatis Episcopis, Dominici agri cultoribus, eum ad optimam frugem revocare laborans, Concilium colligendum curavit, cuius Decreta reperta in Ecclesia Cordubensi Antonius Augustinus exscripsit, nosque eius Codicem nacti, et hic tibi (quod cuius adhuc nesciamus) reddenda curavimus. Card. Baronius.

17. Ad Cap. III. Meræ usurpationes, & deprædationes fuere primæ commendæ laicorum, quibus adeo obviare maturavit Ecclesia, ut primum respirare datum est ab illa calamitatum procella, quæ concidente Caroli Magni stirpe Occidenti incubuit. Prohibitum est in Concilio Bituricensi anni 1031. ne laici haberent, aut retinerent feuda Ecclesiæ, ex quibus imperium in Clericos ipsos sortiebantur: *Ut sæculares viri Ecclesiastica Beneficia, quos feudos Presbyterales vocant, non habeant super Presbyteros*. Potes hunc Canonem de Parochiis, potes de Cœnobiis interpretari.

18. Pauxillum illud, quod ex Hispaniæ naufragio enatavit, venitque in manus nostras monumentorum sacrorum, sufficit tamen, ut non temere opinemur illas quoque extremas Christianæ Reipublicæ partes eidem calamitati fuisse obnoxias. Concilium Coyacense paucis his verbis rem totam complectitur, anno ML. habitum: *Statuimus, ut omnes Ecclesiæ, & Clerici sint sub jure sui Episcopi; nec potestatem aliquam habeant super Ecclesias, aut Clericos laici.* Thomassinus, *De Benef.* Parte 2. Lib. 3. Cap. 21.

19. Ad Cap. IV. *Statuimus, ut omnes Archidiaconi &c.*] Hæc diligentia non versabatur tantum in castigatione, & curatione peccatorum publicorum per publicam pœnitentiam, sed etiam in occultorum criminum inquisitione, ut iis in lucem expositis, competens medicina præberetur. Ideo Viri aliqui pii, quos Decanos in quibusdam Provinciis vocabant, ab Episcopis in singulis Civitatibus, & Pagis constituebantur cæterorum inspectores, & exploratores, qui de cujusque criminibus, juramento prius ab iis requisito, testimonium perhiberent. Morinus Lib. 7. *De pœnit.* Cap. 3. num. 3. & 4.

20. *Vocent ad pœnitentiam adulteros, &c.*] Alludit ad morem antiquum, qui ubique tum in Ecclesia observabatur, quo Archidiaconi, & Archipresbyteri in capite Quadragesimæ publicos Parochiarum pœnitentes, omnesque publici criminis convictos ad Episcopum deducebant. Morinus ibid. Cap. 12. num. 6.

DECRETA V. CONCILII COYACENSIS

Hispanico idiomate antiquo exhibentur.

Ex Cod. ms. Monasterii S. Facundi.

21. DEcreta quinque priora ejusdem Concilii proferuntur eodem sermone veteri Hispanico, quo concepta, & asprelia fuerunt a Ferdinando Rege, & Episcopis; prout hodie exstant in Bibliotheca Regii Monasterii S. Facundi, in Chronico Imperatoris Hispaniæ D. Alphonsi VII. Cap. 64. pag. 176. & seqq.

22. Estos son los degredos establecidos del Rey Don Fernando de Leon, è de la Reyna Doña Sancha, e de todos los Obispos de España, è de los Arçobispos de so Regno, sub Era MLXXXVIII.

23. Ego Fernandus Rex, & uxor mea Sancha Regina, por restauracion de la Christianidad, faciemos conzeyo en castro Coyanza general, en Obispado de Oviedo, con os Obispos, è con os Abbades, è con os Arçobispos de nuestro Regno; en ò qual conzeyo est obieron presentes el Obispo Don Froyla de Oviedo, el Obispo Don Zebrian de Leon, el Obispo Don Diego de Astorga, el Obispo Don Miro de Palencia, el Obispo Don Gomez de Viseo, el Obispo Don Gomez de Calaforra, el Obispo Don Juan de Pamblona, el Obispo Don Pedro de Lugo, el Obispo Don * Gregorio de Orense.

* Supra Cresconius Iriensis legitur.

PRIMUS TITOLOS.

24. Enno primero Titolo mandamos y establesciemos, que cada un Obispo tenga el bien ministramiento Ecclesiastico con sos Clergos in suas seas ordenadamente.

II. TITOLOS.

25. Enno segondo Titolo establesciemos, que los Abbades, è los Monges, è los Monsterios, tengan la regla, è los establecimientos, que y es diò S. Benito; è los Abbades, è las Abbadesas con los Conventos sean obedientes à los Obispos, è nengun Abbad non reciba monge ayeno, nan Abbadesa monsa ayena, se non for por mandado de so Abbad, o de soa Abbadesa; è se algun quisiere quebrantar este nostro establescimiento, sea excommungado.

III. TITOLOS.

26. Enno tercero Titolo mandamos, que las Eglesias, è los Clergos sean so poder de so Obispo, è que ningun lego no coya poderio sobre las Eglesias. Seyan entregas, è non partidas, con Prestes, con Diagonos, con Libros de todo el año, è con ornamentos Eglesiasticos; è non facrifiquen en Calce de madera, nen de vidro, nen de cobre, nen de laton; si non con Calce de oro, ò de plata, ò de plombo; è la vestimenta de el Preste para Sacrificio, Amito, Alba, Scinta, Stola, Casula, Manipulo; è la vestimenta del Diagono, Amito, Alba, Scinta, Stola, Dalmatica, è Manipulo; è non desfallezca de esto nada; è la Ara del Altar sea de piedra, & consacrada por mano del Obispo, è la Hostia de trigo escoyeto, è sana, è entrega; el vino sea muy limpio, el agua limpia e clara; assi que entre la Hostia è el vino, è el agua, sea la Trinidad significada perfectamientre; è el Altar sea cobierto honestamientre; è de suso tenga pano de lino bianco è mundo; sobre el Calce, è de yuso sea Corporal de lino limpio & entrego. E los Prestes, è los Diagonos, que fazeo el ministerio Eglesiastico, no tragan armas; ayan las coronas abiertas, è las barbas raidas; non tengan mogeres en casa, se non for madre, è hermana de padre, è de madre; è las vestiduras sean da un color è convenientes. Dentro los destros de la Eglesia, que son treinta passadas, non embiete lego casado, nen aya poderio en à Eglesia. E los Clergos ensefien a los fijos de la Eglesia, è à los Infantes el Credo in Deum, è el Pater noster, assi que lo tengan de cor. Se algun lego quisiere corromper esta constitucion, sea excomungado. El Preste, ò Diagono, que fuere dest cuidor de esta constitucion, peche al Obispo sesenta sueldos, è sea privado de officio, è de Beneficio.

IV. TITOLOS.

27. Enno quarto Titolo mandamos, que los Arcedianos, e los Capellanos, assi como ye establecido en as Lees Canonicas, que zamen à Confession à los adulteros, è los que pecan con nas monjas, e con nas parientas, è con nas animalias, è los ladrones, è los matadores, è los que fazen mal fechos; è se non quisieren venir à penitencia, non entren en à Eglesia, nen los comungen.

V. TITOLOS.

28. Enno quinto Titolo establesciemos, que los Arcedianos orden tales Clergos por las quatro temporas establecidas, que saban todo el Psaltero perfechamientre, è Hymnos, è Cantigas, è las Epistolas, è los Evangelios, è las Oraciones. Nengun Preste vaja à comer à bodas, se non boneyzir las mesas. E los Clergos, è los Legos, que foren à combito de muerto, en tal guisa coma el combido, que fagan algun bien por alma del muerto, è aameo al combido pobres è menguados è flacos, por alma del muerto.

ACTA

ACTA FUNDATIONIS MONASTERII

S. MARIÆ NAXARENSIS

Factæ a D. Garsia Rege; quod quidem Sede Episcopali decoratur, translato in illud Episcopatu olim dicto de Val-puesta.

ANNO CHRISTI MLII.

Ex Yepio in Appendice Tomi VI. pag. 469.

IN nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Statui apud Nasaram in honorem sanctæ, & beatissimæ Dei Genitricis Mariæ Ecclesiam, seu Monasterium opere convenienti ædificare, ædificato convenientiori ordine, cum omnibus officinis regulari Congregationi aptis in servitium Dei, ac Beatæ Mariæ disposui studiosius consummatum fore, in quo loco secundum statuta Canonum, & legalia decreta piorum Patrum, instituere decrevi, qualiter pro animæ meæ, seu patris mei, vel Stephaniæ conjugis, aut meorum filiorum remedio, jugiter ibidem Deo, ejusque Genitrici servientium, & in communi regulariter viventium, honesta Clericorum consisteret Congregatio, & ingenua, & absque ullo meo, vel meorum hæredum servitio, die noctuque in Dei laudibus meditaretur spiritualium fratrum quieta conversatio. Ad quorum usum, ut sufficienter, & regulariter haberent victum, & vestitum, & peregrinis, seu hospitibus (quia in utrisque suscipitur Christus) abundanter inde foret dispendium; sciens esse scriptum: *Tu es qui restitues hæreditatem meam mibi*. Sub testimonio plurimorum Regni mei fidelium, scilicet Episcoporum, Abbatum, & legali adstipulatione certorum testium, & pari consensu meorum hæredum, & totius mei Regni Primatuum, hæc quæ in sequentibus intitulantur ex patrimonio cum omnibus appenditiis, cum cultis, vel in cultis, sylvis, agris, pratis, pascuis, molendinis, vineis, aquosis, & inaquosis, ita ut libere, & absolute ex paterno jure legalis hæres possedi; Domino Deo, & illius beatissimæ Genitrici in perpetuum possidenda, ut debui, in præsentia plurimorum legaliter dedi. Hæc sunt itaque, quæ legali adstipulatione ad supradictum locum integre, & ingenue cum omnibus suis appenditiis, perpetuo dominandi jure, seu possidendi, illis dedi qui regulariter ibidem Deo, ejusque Genitrici servierint. Sub hujus igitur innotatione privilegii dedi, tradidi, confirmavi Ecclesiam, scilicet imprimis in honorem sancti Sepulchri in Calagurra, cum omnibus domibus, & hæreditate Soliolami cum suis villis, omnibusque quæ ad eas pertinent; etiam S. Mariam Priati, & Frigidani villam cum omnibus eorum appenditiis. Certum cum omnibus suis appenditiis. In Veroça S. Georgium cum omnibus suis villis, suaque omni possessione, atque S. Cyprianum, seu S. Leocadiam cum omni eorum pertinentia. In Subferra S. Romanum cum omni sua pertinentia. In Nasara hæreditatem S. Thomæ, cum omni integritate domus, & hæreditate Domini Lupi similiter, seu hæreditate Domini Gamiliæ ibidem, & in soto malo, vel ubicumque fuerit inventa, atque Ecclesiam S. Michaelis cum sua hæreditate, vel cum ipso barrio integre, & S. Pelagium, cum qui in rupe super ipsam S. Mariam situs est, cum omni sua hæreditate, & subtus S. Mariam, S. Michaelem. Similiter domus, quas habitat Grammaticus, cum earum hæreditate. Hæreditatem S. Agathæ, hæreditatem S. Facundi, hæreditatem Sanctarum Nunilonis, & Alodiæ, hæreditatem S. Mariæ Sororis, hæreditatem S. Ceciliæ, casas Menosiæ cum suis vineis, hæreditatem S. Romani, hæreditatem S. Sebastiani de Erunlola, quin etiam quartam partem telonei ex mercato ejudem Nasaræ, tam etiam de calumniis, quam de cæteris rebus. Insuper addo ibidem omnem hæreditatem de Fortunio Cittici, quam mihi tradidit, & rem pro debito, quod solvere non valuit, & confirmo ejusdem vineas, quas vicini obtulerunt ad Ecclesiam S. Mariæ. Ceroniam cum omnibus suis pertinentiis, S. Romanum de Gallinero cum omnibus, quæ ad eum pertinent. S. Salvatorem in villa S. Georgio de Olia castro eum eadem villa, suaque hæreditate. S. Salvatorem de Alfensio cum omnibus, quæ pertinent ad eum. S. Joannem de Grannione cum sua pertinentia. S. Martham de Tirgo cum suis subjectionibus. Sanctum Andream de Trepeyana cum sua pertinentia. Sanctum Pelagium de Cerasso cum sua hæreditate, alium Sanctum Pelagium in ejusdem Cerasi suburbio cum suo Ercusato. In valle de Cuy, Tello Munio nomine, omnibusque suis subjectionibus. Sanctam Mariam de Fragino, eum S. Stephano de Pisceraurios, suisque pertinentiis omnibus. Sanctum Michaelem de Petroso cum omnibus suis subjectionibus. Sanctum Andream in rivo de Tolsanctos eum omnibus suis hæreditatibus. Villam, quæ dicitur Cova-cardelli cum suo Monasterio, S. Pelagii, vel cum omnibus eorum pertinentiis. Sanctum Salvatorem de Verica cum sua pertinentia. Axo cum omnibus, quæ pertinent ad eum. Inter Herelium, & Sanctum Saturninum Monasterium S. Aciscli cum ejus villula, domibusque, & hæreditatibus in Fonteterta, suaque omni pertinentia, ibidemque Monasterium Domini Brulili cum omnibus suis pertinentiis. In Castella vetula Transpaternum cum omnibus, quæ pertinent ad eam, atque Sanctum Michaelem de Torme cum suis appenditiis. In Boroba S. Joannem cum sua hæreditate. In Asturiis S. Mariam de Portu cum omnibus suis subiectionibus. In Vizcaya S. Mariam de Barrica cum omni sua pertinentia. In Nasarensi denique suburbio villas, quæ nuncupantur Soto-malo, & vil-

& villa Mesquina integre, eum omnibusque, quæ pertinent ad eas. In Acensi vero villam, quæ vocatur Aggeges integre cum omnibus, quæ ad eam pertinent. Ad hæc ad supradicti loci servitium dedi, & determinavi illum etiam Episcopatum, qui est de S. Martino de Zaharra, usque in Sotellam, & Arlançonem, & Poçam. Ex alia vero parte, ex Alabæ terminis usque in Arrepham, & Cutelium castrum. In Asturiis cum Monasterio eiusdem Episcopatus, nomine Valle positum. Partem vero, vel tributi meæ terræ, vel illius, quod Deus mihi, sive meis successoribus, deinceps usque in æternum, de terra Sarracenorum dederit, do, & confirmo decimam partem S. Mariæ. Verum in futurum, ut decuit, providentes posterorum utilitati, placuit tam mihi, quam cæteris huius Privilegii testibus, ut cuicumque Sancti Spiritus instinctu compuncto, vel se, vel sua liberæ dominationi S. Mariæ subjicere placet, quatenus ab aliorum inquietate in posterum absolutos, liber & ingenuus ab omni servitute in æternum permaneat; neque cuique pro alicujus rei calumnia, nisi S. Mariæ advocato respondeat. Igitur cum hujus rei voluntate, tam in ædificandæ Ecclesiæ constitutionem, quam in dotis institpulationem, maxime meæ uxoris salutaris consilii subjectione incepissem; Deo eademque instigante, quomodo nondum peracta peragerentur, subjectæ deliberationis ordinem non neglexi instituere; sciens amaram mortem nullius ætati parcere, sed omnia in communi natura cogente edaci morsu decerpere; hujusce conditionis stabile testamentum putabam utiliter depromere, quod me redderet securum sua perfectione. Si forte uxor mea, quæ me fideli animi nisu semper Deo servire instigavit, priusquam ego, a sæculo migraverit, & me (ut sæpe fit) mundanæ, vel delitiæ, vel turbationes ab incepto retardaverint; ex omnibus, quæ ipsa moriens dereliquerit, sicut idem meo consensu destinavit cum his omnibus, quæ ego S. Mariæ tradidi mea dictione absolutis, scilicet tam de suis, quam de meis opus inceptum consumetur; & pro ejus anima Dei servitium frequentetur. Si autem ego prior vitam finiam, illa ad idem Monasterium se conferat, & ex prædictis adjutoriis opus, uti meum velle novit, perficiat, & pro anima mea Dei servitium ibi frequentare faciat, & legati jure sine alicujus contradictione, potestative omnia, quæ S. Mariæ tradita sunt, possideat, gubernet, atque regat, donec in mea fidelitate permaneat. Nec quisquam meorum filiorum, vel hæredum hæc infringere licentiam habeat. Et si quis tam ausus fuerit, ut meum testamentum infringat; a Christianorum communione separetur, & quasi Judæus, & hæreticus, sævienti vindictæ subjaceat. Hæc vero omnia prædicta per meam regalem potestatem, cum consensu omnium meorum statui, atque confirmavi, & usque in finem mundi inviolata, inconcussaque permanere decrevi. Inde coram Deo vivo, & vero, qui me regnare jussit, coramque ejus judicio terribili conjuro, & obtestor omnes meos hæreditarios successores, & Primates cunctos, & universum populum nunc, ac in posterum cunctis retro temporibus, quatenus nulli meo Regno subjacenti, nullo modo liceat infringere, seu convellere hæc, quæ a me Regali sanctione concessa sunt, vel ordinata Deo & S. Mariæ. Si quis autem (quod non credimus) hujus rei temerator, aut contemptor existere voluerit; excommunicatus, & anathematizatus æterna damnatione subjaceat condemnatus, atque anathema, sive maranatha, & Sanctam Mariam, & omnes Dei electos sentiat hic, & in futurum sibi contrarios, atque in inferno inferiori Judam traditorem habeat consortem, & diabolum consolatorem, inceptum vero suum irritum maneat; ille autem pro caussata inquietudine mille millia auri S. Mariæ talenta persolvat. Hanc Regalis Decreti chartam ego Garsia Rex cum Stephania uxore, atque filiis propriis manibus confirmavimus, & roboravimus, & hoc figuræ signum fecimus †, testibusque confirmandum tradidimus. Ferdinandus Rex conf. Ranimirus Rex conf. Raymundus Comes conf. Sanctius Episcopus conf. Garsias Episcopus conf. Gomesanus Episcopus conf. Enneco Abbas conf. Munio Abbas conf. Gundisalvus Abbas conf. Deinde Optimates mei Regni, seu fratris mei Ferdinandi Regis confirmantes laudaverunt. Est autem data, & Deo oblata se volventibus temporum recursibus anni Eræ millesimæ cum supputatione nonagesimæ, die vero secundo idus Decembris, luna vero quarta, diebus exactis diatychi, regnante Domino nostro Jesu Christo, cum Patre, & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum. Amen. Sub ejus autem imperio Rege jam prædicto Garsia, qui hoc testamentum fieri jussit, regnante in Pampilona, & in Alaba, & in Castella vetula, usque in Burgis, & usque in Briciam, & obtinente Cutellium cum suis terminis in Asturiis. Fratre vero eius Ferdinando in Legione, & in Burgis, & Ranimiro Rege eorum fratre in Aragone.

Ego igitur Stephania post Domini mei Regis mortem libenti animo trado, & confirmo Deo, & Sanctæ Mariæ Monasterium Sanctæ Columbæ, quod idem Dominus meus iam dictus mihi cum scripturæ robore, vel auctoritate concessit integre cum suis villis, suisque subjectionibus cunctis; ea tamen interdictione, ut dum vita fuerit mihi comes, in mea maneant potestate, & post meum obitum pro utriusque animæ, vel nostrorum filiorum inditione Deo, & Sanctæ Mariæ servientium perpetualiter libere permaneat, & ingenue. Si qui hanc meam tentaverit donationem, vel traditionem infringere; supraescriptæ excommunicationis, & maledicti subjaceat vindictæ. Hæc traditio fit Era T. C. II. nonis Septembris

Ego Sanctius gratia Dei Rex, qui hoc testamentum a genitore meo, vel genitrice factum recognovi, hoc figuræ † signum ieci, & confirmavi, fratrique meo Ranimiro confirmandum dedi. Ego vero Ranimirus Garsiæ Regis filius manu propria hoc signum † feci, & confirmavi. Hæc confirmatio fit in sacrationis istius Ecclesiæ Sancti Petri die, coram Narbonensis Archiepiscopi præsentia, vel Naxarensis Gomesani Episcopi, seu aliorum plurimorum Abbatum, vel Primatum qui adfuerunt. Era millesima centesima decima

cima quarta, Ferdinandez, & Ranimirez Regibus suprascriptis regnantibus suis locis. Sanctius Rex † confirmat. Ranimirus ejus frater † confirmat.

TRANSLATIO SANCTI ÆMILIANI

DICTI DE LA COGOLLA

Facta a veteri Ecclesia in novam anno Christi MLIII.

Nunc primum prodit ex Archivo antiquissimi, & Regii Monasterii S. Æmiliani in Castella veteri.

Præfatio in Translationem S. Æmiliani Presbyteri a Ferdinando ipsius Monasterii Monacho edita.

1. SAcri Corporis Beati Æmiliani translationem scripturus, orationibus illius imprimis me juvari deposco. Pius namque labor, sed res præsumptuosa, de novo cudere antiquitus ab aliis omissa. Est etenim vero nimis mirandum, materiam tam copiosam & honestam, tamque necessariam, ab illis intactam remansisse; quippe qui, ut præsentes, ipsi melius scribere possent. Præterea cum quis audiat per tam * longa retro labantia sæcula illum Sanctum, & gloriosum coruscasse miracula, nunc autem se gaudeat hic insignia Corporis cernere; non facile ea scriptis animadvertit, nisi & in veritate fama subm inistret. Hoc autem opus tibi dedicans, Abbas Joannes, ea, quæ fide scriptorum, & vivaci fama adhuc referente cognovi, in unum compilans, secuturis transmittere curabo. Librum etiam miraculorum, licet imperfectum, in fine connectens locum deinceps scribere volentibus relinquens in apertum; æstimans ob hoc me illis maiorem scribendi animum præstare, cum de novo aliqua per Sanctum effulserint gloriose.

*Nimirum Sanctus ipse floruit miraculis sæculo sexto, ut constat ex ipsius vita sæculo septimo scripta a S. Braulio ne Episcopo Cæsaraugustano Translatio vero hæc sæculo undecimo facta est.

Incipit Translatio B. Æmiliani.

2. IGitur Sancius, strenuissimi Garsiæ Regis Cantabriensium filius, Vir armis strenuus, Fide Catholicus, postquam in Regnum successit paternum, actus viriliter imitans paternos, impetus Maurorum, ne solito more desævirent, in fines Christianorum, militari manu desudans, instanter compescere cœpit. Quem Dominus cultorem Fidei devotum in sudore exercitus sui ex alto prospiciens, non solum sobolem ejusdem in multiplicem generationem crescere fecit, verum etiam eidem prosperos successus feliciter concessit. A Pyrenæis jugis usque ad castrum Naxaræ, quicquid terræ madio continetur, Fidei reddidit Christianæ. Stratam etiam S. Jacobi, quam timore Sarracenorum per devia Alabæ peregrini jam declinaverant, absque retardationis obstaculo libere currere fecit. Qui dum sæpissime de inimicis Fidei triumphum reportaret, igne tactus superni amoris, divinum cultum intra fines Regni sui amplificare decrevit. Quem & ipsum, dum salva Catholica Fide in Ecclesia Domini diversum in se ipsum conspiceret, prudens Princeps meliora legere laborabat, donec ad apicem monasticæ Religionis pervenit. Erat quippe tunc temporis Ordo Monasticus rarus, atque pretiosus; cujus Religionis dum quondam Beatissimum Æmilianum sequipedam verissime reperiret, ejus Ecclesiam suppliciter frequentabat, & plerumque diebus Quadragesimæ devotus accedens, totus se Beato Æmiliano committens, plura io muneribus, plura in possessionibus conserens, patrios inibi fategit cumulare honores.

3. Animus autem eius maiora attentaret facere, si situs loci ejus voluntati non repugnaret. Est enim fans in ascensu montis Cirecii * sita versus septentrionem, fere quantum iactua lapidis ampla, a meridiano arduum ascendentibus præbens iter, reliquis quoque partibus iugeribus in terclusa, brevissimum habens fontem, & rupem passim antrosam, quæ in se tumendo, lumbum aliquantulum in medio facere videtur. In hoc loco Beatus Æmilianus sibi Ecclesiam construxerat. A transitu autem ejus, licet ob miraculorum insignia, quæ ibi frequenter fiebant, populoso frequentaretur accessu; situs tamen loci arduus, & strictus, omniumque necessariorum evectione pene indigens, non modicam habitantibus molestiam inferebat. Anno autem Incarnationis Dominicæ millesimo tricesimo, cuidam Religioso viro in visione est revelatum, sacrum Corpus Beati Æmiliani de sepulchro debere levari, & impensiori cultu iam palam a populo supplici venerari; nec iam tegi sub modio, qui lux erat Hispaniæ, sed in propatulo omnibus super candelabrum lucere. Qui, ut moris ast fragilitatis humanæ, tantæ rei dubius, nocte dieque orationi deditus, orat plenissime a Domino certificari. Adepto igitur quod oraverat, & visione certificatus, mysterium quod viderat, fratribus per ordinem pandit. Lætificati omnes immenso gaudio, salubri tamen decernunt consilio, hoc non debere, nec audare fieri absque assensu, & adminiculo regali. Cumque Regis auribus esset intimatum, magno eshilaratus gaudio, rei effectui se mancipare libentissime pollicetur. Diem statuit, artificibus interim Arcam gemmia intestam parari præcepit; atque Edictum non solum per vicinas, sed & per remotas partes exiit, ut quicumque sacræ translationis participes vellent fieri, ad præfisam diem convenirent. Concurrunt undique populi promiscui sexus, Iberusque transmeatur. Advocans autem Serenissimus Rex Julianum Aucensem,

* *Al.* Virgegii.

sem, Monnium Alabensem, Mancium Oscensem, & Sancium Naxarensem, venerabiles Pontifices, magno Optimatum suorum conslipatus cuneo, & ipse advenit.

4. Ascendentibusque illis una cum populorum turbis ad Ecclesiam, brevissimus campus reperitur, in quo epitaphium scriptum cernitur: *Hoc in loco humana subspecie Beatus Æmilianus luctatus est cum diabolo, sicut Jacob cum Angelo.* Lectores legunt, populus in admirationem convertitur; paullatimque ultra progredientes Ecclesiam Confessoris attingunt; valvasque Ecclesiæ mirantes genua flectunt, pectora tundunt, lacrymas fundunt, & Crucis signaculo se munientes, prostrati humi adorant. Fit interea populorum concursus aspicientium * foramen serpentis, aliunde non per ostium speluncæ egressi, egressionis suæ vestigia mirabiliter relinquentis. Fit & concursus intrantium Cellam, ubi Beatus Æmilianus Quadragesimas observavit. Mirabatur Rex, mirabatur & populus, quod tam humilis locus tam immenso ditaretur thesauro. Quidam autem altius suspirantes, Paullum Apostolum dicentem: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*, animo recolebant. Tandem ab Episcopis jejunio indicto per triduum, se maculis purificare nituntur. At ubi sanctificati sunt Sacerdotes, & Levitæ, manus ad Sarcophagum admoventes, lapides eruunt, terram fodiunt, thesaurum latentem revelant. Mox, sicut relatione fideli idem Rex testatur, languentium multitudo, aridorum, claudorum, diversarumque infirmitatum, quæ caussa sperandæ salutis inibi advenerat, per Beatum Æmilianum est optatæ saluti restituta. Stupentibusque cuncta præ gaudio, voces ad sidera tollunt; & summa cum reverentia artus, cineresque Reliquiarum colligentes, in Arcam argenteam recondunt; Arcamque deducentes, & super Altare locantes, instar Israelitici populi decantabat populus *Allaluia*, & universa multitudo applaudebat legitime *Allaluia*, laudes Domino canendo. Rex autem plura Monasterio conferens inter cætera Ferrucium Religiosum Monachum in Abbatem promovens, cum regali auctoritate sancivit. Episcopi autem tertias Ecclesiarum villarum Sancti Æmiliani in dotem translationis Sancto Æmiliano concedunt; cunctusque populus secundum possibilitatem uniuscujusque sui, alii aurum, alii argentum, alii lapides pretiosos, & secundum illud, usque ad pilos caprarum, munera in domo Domini offerre satagebant. His igitur omnibus rite peractis, unusquisque ad propria cum gaudio remeavit. Acta sunt hæc idus Aprilis, incarnati Verbi anno millesimo tricesimo. Et quia non de loco ad locum, sed de loco in locum (ut ita dicam) facta fuit hæc translatio, quasi quædam transmutatio, caruit viribus translationis.

* Extat hodie hiatus terræ, factus a dæmone fugiente, isque profundissimus, qui ad imum Tartari continuatus creditur. Superposita est crates ferrea, ne spectatores cadant in ipsum foramen.

5. Rege autem Sancio humanis rebus exempto, postquam strenuissimus Garsias Rex ejus filius Calagurrim Civitatem potenti virtute a Sarracenis cœpit, & Gomesanum Sancti Æmiliani Abbatem Pontificali Infula illum ibi decoravit; apud Naxaram de spoliis inimicorum, quæ sibi Dominus contulerat, Ecclesiam in honorem Beatæ Mariæ fundare curavit. Quam cum multipliciter perornaret, ad majorem adhuc decoris titulum, Corpora Sanctorum circumquaque existentium illuc deferre laborabat. Convocatis igitur ad hoc opus Episcopis, Sancio videlicet Pampilonensi, & Garsia Alabensi, necnon præfato Gomesano Naxaræ, & Castellæ vetulæ simul Episcopo, cum magna populorum pompa Rex ad Monasterium Sancti Æmiliani superioris accessit.

6. Vigiliis, & orationibus ex more peractis, quarto Kalendas Junii, Incarnationis Dominicæ anno millesimo quinquagesimo tertio, Monasterii Gundisalvo existente Abbate, Arcam de Altari levantes, & super humeros suos ponentes, Naxaram secum ferre gestiebant. Quanta autem erant gaudia ferentium, tanta erant lamenta Monachorum remanentium. Illi gaudebant, quod secum insperatum thesaurum ferebant, illi vero mœrebant, quod Patrem proprium, & Dominum amittebant. Sed Dominus, qui mœrentium est consolator, aliter quam sperabatur, disposuit; nam cum viam carperent, & jam ovantes ad vallem usque mediam devenissent; subito Arca quasi saxum immobile stetit, & a ferentibus moveri non potuit. Stupefacti omnes cœperunt Dominum, Sanctumque Æmilianum orare. Cumque genuflexiones, pectorum tunsiones, orationes darent incassum, nec esset, qui eis responderet, adsum; spe jam frustrati Naxarenses ad propria vacui sunt reversi. (Fertur quod alia vice Naxarenses similia attentantes, ab Ojacastrensibus mala insecuti, eorum manibus per fugam vix sunt elapsi. Unde mos usque hodie inolevit, ut quoties necessitas poposcerit, Corpus B. Æmiliani non prius extra Ecclesiam efferatur, quam Ojacastrenses conveniant.) Rex autem necessitatem mutans in voluntatem, magistros operis venire faciens, eis, ut ibi instar Naxarensis, aliam in honorem Beatæ Virginis Ecclesiam metirentur, imperavit. Et præcepit districta, ut ab opere non desisterent, donec totum perficeretur, & ibi Corpus Beati Æmiliani honorifica collocaretur. Sufficienter ad usus servorum Domini necessaria conferens, totum Monasticum ministerium, quod antea fiebat superius, Regia auctoritate mutari mandavit inferius.

7. Elapsis ergo quatuordecim annis Ecclesia jam completa, & Arca auri, aliorisque miro opere fabricata, gemmisque pretiosis per totum intexta, Beati Æmiliani Corpus ab Abbate Blasio ibi est reconditum, & in Ecclesia, ubi nunc veneratur, est collocatum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexagesimo septimo. Fluxerunt autem a transitu beati Viri usque ad hanc translationem anni ferme quingenti & tres; in quorum spatio multa coruscavere miracula, quæ per negligentiam remanserunt inscripta. Ego autem, etsi non ut debui, tamen ut potui, istius veteris translationis novus exarator, ut promisi, mihi, & omnibus deinceps scribere volentibus ad honorem Confessoris volumen aggrediar miraculorum, laboris mei præmium in futurum aspectans, præstante Domino.

CONVENTUS EPISCOPORUM

APUD BARCINONEM

Adversus invasores bonorum Ecclesiæ Barcinonensi.
Anno Christi MLIV.

ANno MLIV. Raymundus Comes Barcinonensis, & Adalmudis ejus uxor considerantes indecens esse, & contra sacrorum Canonum disciplinam, ut res sacris usibus deputatæ pervadantur, Decretum ediderunt XII. Kalendas Decembris, quo vetitum est, ne quis vinum, & alias ras, ac possessiones ad Ecclesiam Barcinonensem pertinentes invaderent, seu vi, seu elam. Subscripserunt huic Decreto Raymundus, & Adalmodis, tum Guislibertus Episcopus, Vuilelmus Episcopus Ausonensis, Berengarius Gerundensis, Guifredus Narbonensis, & Raimbaldus Arelatensis. In eo autem primamantio est principatus harum regionum, ad significandum eum tractum, qui hodie vocatur Principatus Cataloniæ. Decretum ipsum lectori ob oculos ponere visum est, ex Chartulario Ecclesiæ Barcinonensis.

Apud sanctam Barcinonensis Ecclesiæ Sedem exsecrabilis penitus, & radicitus abolendus inoleverat usus, quem sacri omnimodo Canones detestantur, scilicet ut vinum juris Canonicorum Sanctæ Crucis, Sanctæque Eulaliæ, seu aliud quodlibet possidendum, potestati illorum subiectum, a dominio sui separetur; adeu ut invasores domos illorum ingrederentur, & quicquid delectabile esset visui, seu vinum, seu alia qualibet possessio, secum diripiendo auferrent. Unde placuit gloriosissimis Barchinonensium Principibus, Remundo videlicet inclyto Comiti, coniugique suæ nobilissimæ Adalmodæ, ut hoc vitium funditus extirparatur, & a possessionibus Canonicorum procul segregaretur; atque insimul hoc Decretum statuerunt pro amore summi Regis, & pro redemptione suarum animarum, quod ita se habet.

In nomine Divino summo Trino. Nos Divina providente elementia Barchinoneosium Princeps Remundus Comes, & Adalmodis Comitissa hoc Decretum pariter sancimus, ut nemo hominum, quod iuris esse cernitur Canonicorum Sadis Sanctæ Crucis, Sanctæque Eulaliæ, violare amplius audeat, qui sunt numero quadraginta, neque alienæ pecuniæ invasur, domos eorum ab hodierno die, & deineeps amplius audeat ingredi, & aliquid illorum subditum potestati, seu vi, seu clam, secum auferre, hoc videlicet modo, ut nemo eorum acquirendarum pecuniarom, vel gratia alterius, vinum, vel possessionem aliquam suam dicat esse. Quod si feeerit, & comprobatum fuerit, ab hoc Edicto, vel Donatione procul pellatur, & ipsa, qui in hoc convicto inventus fuerit, in hoc Decreto non habeatur. Quod si nos, aut aliquis succedentium in Principatu, vel nisi fuerimus hoc Decretum, vel pactum adnullare; anathematis vinculo constringamur, ae Sancti Spiritus gladio feriamur. Actum est huc XI. Kal. Decembris, anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi LIV. post millesimum, Regni vero Regis Henrici XXIV. Remundus Comes. Guislibertus gratia Dai Episcopus. Vuilelmus gratia Dei Episcopus Ausonensis Ecclesiæ. Adalmodis Dei gratia Comitissa. Berengarius Dei gratia Gerundensis Episcopus. S. Remundi Guillaimi. S. Raymundi Comes. Guifredus sanctæ primæ Ecclesiæ Sedis Narbonensis Episcopus subscripsi. Raimbaldus Archiepiscopus subscripsi. Miro Presbyter, qui hæc scripsit die & anno, quo supra.

CONCILIUM COMPOSTELLANUM

Celebratum sub Ferdinando Rege Legionis, & Galleciæ anno XXI. Regni ejus, Era MXCIV. anno Christi MLVI.

Ex ms. Ecclesiæ Toletanæ.

ADMONITIO AD LECTOREM.

CUm Martyrologii Hispanici Tomum II. præ manibus haberem, forte fortuna incidi in Concilium hocce Compostellanum, quod Tamajus rejicit ad annum Christi 1031. *Primo aspectu aliquem me thesaurum nactum fuisse arbitratus sum. Et tametsi Tamajanum genium, & ingenium φιλοψευδὴς perspectam plane haberem, ut qui ejus gerras, nænasque sæpe sæpius confutarim; nihilominus vel illud unum ipsius fidei condonare volui, confisus fore, ut nihil in contrarium afferri posset. Igitur bona fide illud edendum curavi; eo magis, quod gravioribus studiis detentus, ad illud examinandum divertere non potui. Cum ergo ad præsentem annum perventum esset, eu incidi in idem Concilum, quod penes me erat transcriptum ex Codice Toletano, nec dum editum; in quo habetur, celebratum fuisse anno Domini* 1056 *quo etiam tempore illud agnoscunt Cardinalis Baronius, Joannes Mariana, omnesque rerum Hispanicarum Scriptores; tum e contrario ad annum* 1031. *altum sileant. Porro non solum viginti quinque annorum prochronismi reus est noster Martyrologus, verum etiam in Regis allegatione pueriliter offendit, cum habitum fuisse id Concilium*

cilium asserat Era 1069. anno Domini 1031. sub Ferdinando cognomento Magno. Quo tempore Veremundus III. regnabat; Ferdinandus autem nonnisi septem post annis Regni gubernacula suscepit, anno scilicet 1038. quo successit in Regno Veremundo. Hæc cum ita sint, satius duxi Concilium istud iterum exhibere, quam suo loco avulsum profugumque relinquere. Illud igitur tibi sub oculos iterum ponimus, tum ob ea, quæ diximus, tum etiam quod in nonnullis exemplaria discrepent, tum denique quod Cresconis Concilii Præsidis nomen in exemplari nostro Toletano legatur, quod quidem in Tamajano non exstat.

1. IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Hoc est Decretale Concilium apud Compostellanam Urbem, infra Basilicam Sancti ac Beatissimi Jacobi Apostoli a tribus Episcopis editum, cum Presbyteris, Diaconibus, & Clericis, atque Abbatibus, qui infra scripti sunt.

CAPITULA.

I.

2. UT per illas Sedes Episcopales juxta sacros Canones canonica agere studeant; ita ut ipsi Episcopi duos, vel tres Præpositos electos habeant cum sensu cæterorum Clericorum, qui curam Diœcesium * deganiarum procurent, & necessaria Monachorum adimpleant. Omni autem tempore unam omnes horam intra Ecclesiam simul celebrent, unum refectorium, unum dormitorium, & dum in propinquo fuerint, omnibus Canonicis, cum Episcopis habeant, ut absque uno de his tribus nunquam desit Monachis. Et in his omnibus silentium observent, necnon & ad mensam lectiones sanctas semper audiant. Vestimenta Episcoporum, atque Clericorum usque ad talos induantur. Cilicia omnes Canonici apud se habeant, & capelos nigros, ut cum opportunitas fuerit, non sit eis necessitas inquirendi, sed omnibus diebus Quadragesimæ, Litaniarum, & quarta Feria, & sexta; & quando pœnitentiam tenuerint, induantur. Sacrificia ipsi Episcopi, & omnes Presbyteri omni die offerant Deo, præter languorem, & debilitatem corporis; & qui non potuerit per se offerre propter istam fragilitatem, omnibus diebus audiat. Psalmos qui potuerit plus recitare, recitet; qui non plus, quinquaginta die omni persolvat. Et omnibus Horis, prima, tertia, sexta, vespertinis, & completoriis, medium noctis nocturnis, & matutinis omni die persolvat. Et super rebus ipsius Ecclesiæ Canonicæ nullus laicus delegationem habeat. Disciplinam, & nutritionem Clericorum faciant, & super omnes ordines, Archipresbyteros, & primi Clericos, sub manibus Episcoporum prædictis duobus, vel tribus dispensatores existant. Ita etiam & ad omnes Missas, dum dixerit Diaconus: *Inter vos pacem tradite*; omnibus intra Ecclesiam stantibus pacis osculum sibi invicem tribuatur, & per omnes communiones majores Nativitatis Domini, Paschæ, & Pentecostes, quisquis de quo habuerit, munera offerat.

* Ita in ms.

II.

3. Adjungimus, ut per omnes Diœceses tales eligantur Abbates, qui mysterii Sanctæ Trinitatis rationem fideliter faciant, & in divinis Scripturis, & sacris Canonibus sint eruditi. Hi autem Abbates per proprias Ecclesias canonicas faciant scholam, & disciplinam componant, ut tales deferant ad Episcopos Clericos ordinandos. Subdiaconus annos XVIII. habeat, Diaconus XXV, Presbyter XXX. & ipsi qui totum Psalterium, Cantica, & Hymnos, salisparsionem, Baptisterium, insufflationem, & commendationem, & horas, & ipsum cantare de festis unius Justi, unius Confessoris, unius Virginis, de Virginibus, de defunctis, & omnia Responsoria perfecte sciant. Et nullus præsumat simoniacus esse quærens sibi ipsam ordinationem; nec Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec omnibus ministris Ecclesiæ emere, nec vendere, nec ipsa sacra ministeria, nec oleum, nec ulla de ordine Ecclesiastico. Quod qui fecerit, simoniacum se esse cognoscat, non verissimum Christianum. Nec ullus minister Ecclesiæ arma sæcularis portet. Et omnes :::::: detonso desuper capite, ut circulos coronæ deorsum dimittant, & abscissas habeant barbas.

III.

4. Intromittimus, ut omni Ecclesiæ infra LXXII. dextros nullus laicus, vel mulieres, nec refuganes fortem habeant, nec aliquos ex eis recipiant, sed stent copertæ * atculas, & instructæ. Cruces, Capsæ, & Calices ex argento fiant. Libri de toto anni circulo. Mulieres vero extraneæ nullam communionem, neque consortium cum Episcopis, nec cum Monachis habeant; nec ad habitandum permittimus; propter necessitatem enim, matrem, amitam, vel

* Ita in ms.

vel sororem, morem, & habitum Religiosum habentes; non vetamus. Omnibus diebus Dominicis salisparsionem faciant, omnes Hymnos cantent, & ipsi refugantes, qui ordines Ecclesiæ dimiserunt, & uxoribus se sociaverunt, dimittant eas, & in confessionem intrent. Si quis talis fuerit, ut propter infirmitatem, aut propter debilitatem impossibile videatur, sub ipsis Presbyteris de ipsis Ecclesiis intrent, & omnia peccata manifestent; & pœnitentiam accipiant, & cum eis habitent, & cum eis dormiant, ut nunquam de eorum custodia recedant. Et omnes Christiani, de minimis usque ad maximum, Symbolum, & Orationem Dominicam memoriter teneant, & cuncti manifestationem, & pœnitentiam, quisquis ut prævalet, teneant. Et nullus Christianus duas uxores habeat, nec uxorem fratris sui accipiat. Quod qui præsumpserit, & tale scelus commiserit, ab Ecclesia, & communione privetur.

IV.

5. De Cœnobialibus annectimus, ut ordinem regularem per omnia observent, charitatem invicem teneant, proprias pecunias dimittant, ad sæculum non revertantur, in negotiis sæcularibus alios eligant, qui judicia, & intentiones cunctas Monasterii asserant, & discutiant. Ii vero, qui regularem ordinem in Monasteriis præposuerunt, & postea regressi sunt sicut canis ad vomitum suum, tamdiu ab Ecclesiis, & Christianis separentur; quousque priori statui in Monasteriis recipiantur. Qui eos patrocinari, aut defendere voluerit, & eos non statim ad proprium locum reduxerit, excommunicetur

V.

6. Informamus, ut Potestates, & Judices in plebe oppressiones non faciant; & judicium cum misericordia teneant, & temperent; munera, & offertiones ante discussum judicium non accipiant; post discussam autem veritatem, de vera justitia, & auctoritate Legis partem accipiant, & partem dimittant. Iterum interdicimus, omnes Christianos auguria, & incantationes, & lunæ prosemina, nec ad animalia domanda, nec mulierculas ad telas alia suspen-

locus corruptus dere, quia omnia euncta idololatria est, & terrena, animalis, diabolica, anathematizat eam sancta mater Ecclesia; sed omnia cuncta in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti debent Christiani facere.

VI.

7. Adjicimus, ut hi consanguinei, qui sunt coniugati, a coniugio separentur, & pœnitentiam expleant, aut ab Ecclesia, & consortio Christianorum expellantur. Ita disponimus de Presbyteris, & Diaconibus coniugatis. Data,

** Forte* XVIII. & confirmata Lex die XVIII. Kalendarum Februariarum, Era MXCIV. anno * XXI. regnante Serenissimo Principe Fredenando.

8. Divino auxilio fultus Cresconius idem Apostolicæ Sedis Episcopus confirmavit.

Auxilio Christi protectus Suarius Dumiensis Sedis Episcopus confirmavit.

** Forte* Lucensis. In Dei nomine electus Vistrarius Metropolitanus * Tucensis Ecclesiæ Episcopus confirmavit.

NOTÆ.

9. ANno Christi MLVI.] Hoc eodem anno in Hispania celebratum est Concilium Compostellanum, cui præfuit Cresconius Compostellanus Archiepiscopus; in quo cum fuerint complura præclare constituta, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam conservandam spectarent; illud inter alia sancitum reperitur, ut Sacerdotes omnes, Episcopi, atque Presbyteri, Missam quotidie celebrarent. Ut Clerici tempore jejunii, & Litaniarum, quoties publica delictorum expiatio indiceretur, cilicio induerentur. Hæc tantum de his ad nos pervenere ex schedis Antonii Augustini. Card. Baronius.

CONVENTUS EPISCOPORUM

APUD CÆSARAUGUSTAM

In quo adversus Archagibum Maurum Ducem, inter Raymundum Comitem Barcinonensem, & Hermengaudum Urgellensem fœdus initum est, anno Christi MLVIII.

ANno 1058, nonis Septembribus fœdus adversus Archagibum Maurum Ducem Cæsaraugustæ initum est inter Raymundum, & Adalmodim Comites Barcinonenses, & Hermengaudum Urgellensem. Interfuerunt huic tractatui, illumque subscriptio-

ptionibus suis firmaverunt. Guislibertus Episcopus Barcinonensis, Guillelmus Ausonensis, & Guillelmus Urgellensis, tum etiam aliquot Magnates. Conventiones initas inter utrasque partes eruit ex Archivo regio Barcinonensi Illustriss. Petrus de Marca; nos autem eas hic subjicere curavimus.

In nomine Domini. Hæc est convenientia, quæ est facta inter domnum Raymundum Barchinonensem, & domna Almodis Comitissa, & domnum Ermengaudum Comitem Urgellensem. Convenit Ermengaudo Comite prædicto ad suprascriptum Comitem Raymundum, & Adalmodem Comitissam, ut de ista hora in antea non habeat cum Alchagib nec pacem, nec trevam, nec ullam societatem, quæ pacem similet, nec trevam, nec ille, nec homo per eum, nec per ullum nuncium non dirigat ei sine consilio, & absolvimento de supradicto Comite Raymundo, & de supradicto Adalmodi Comitissa. Et iterum, convenit Comite Ermengaudo jam dicto quod adjuvat sine engan ad supradicto Comite Raymundo, & ad præfata Adalmodi Comitissa, cum ipsis, & sine ipsis de ipsa guerra quod modo habent cum Alchagib Duce Cæsaraugustæ, & in illud adjutorium mittat præfatus Comes Ermengaudus in hostes, & cavalcadas, quas supradicto Comite Raymundo, & præfata Comitissa Adalmodis fecerunt de homines de eorum terras super Alchagib, & super suas terras tertiam partem, & hoc exceptus donum de avere, & donum de ingeniatores, & dispensa de sagittas; & hoc faciat jam dicto Comite sine engan de prædicto Comite, & de supradicta Comitissa. Et si ad supradicto Comite Ermengaudo, aut ad suos homines dederit Deus de ista hora in antea de Alchagib de Saragoza castros, aut terras, & habeant in eos, & eas jam dicto Comite Raymundo, & præscripta Adalmodis Comitissa duas partes, & Comite Ermengaudo suam tertiam partem. Et ipsos castros mittat Ermengaudus Comes tertiam partem de opera, & de leger, & de guarda, quæ in eis erit necesse. Et si Comite Ermengaudo voluerit ædificare ipsa rocha, quæ est ante castro Podio rubeo, ædificent eam insimul præfati Comites, & jam dicta Comitissa per medietatem, & mittant in ea cunctos homines de castro Poggio rubeo, & de castro Pilzano, & habeant ibi Comite Raymundo, & Comitissa Adalmodis, sive in terminis, & pertinentiis de jam dictos castros ipsam medietatem, & altera medietas sit de prædicto Comite Ermengaudo, cum medietate de terminis, & pertinentiis supradictis castris. Et de castellanos de ipso castro, quod ibi ædificaverint, aut concordent de eos insimul sine engan, aut Comite Raymundo, & Comitissa Adalmodis mittant castellanos in eorum medietate, & Comite Ermengaudo in suam medietatem de ipso castro. Et si ipsa rocha non ædificaverint, habeant Comite Raymundo, & Comitissa Adalmodis duas partes in castro Podio-rubeo, cum duas partes de suis terminis, & pertinentiis, & Comite Ermengaudio habeat castrum Pilzano cum suis terminis, & pertinentiis, & habeat in castrum Podiorubeo tertiam partem cum suis terminis, & pertinentiis. Et quando fecerint pacem supradictos Comites, & jam dicta Comitissa cum Alchagibo, de illud avere mobile qui exierit eis per pacem de Alchagib, sine eorum parias, habeant duas partes Comite Raymundo, & Comitissa Adalmodis, & tertiam partem Ermengaudo Comite. Et si adcrescerint eis parias de Alchagib, quomodo adcrescerint ad Comite Raymundo, & ad Comitissa Adalmodis, secundum quod de eo solent accipere parias, ita faciant quod eo modo adcrescat paria de Alchagib ad Comite Ermengaudo, secundum etiam quod solet eam accipere de Alchagib. Conveniunt etiam Raymundo Comite supradicto, & Adalmodis Comitissa prædicta ad supradicto Comite Ermengaudo, ut de ista hora in antea non habeant cum Alchagib nec pacem, nec trevam, nec ullam societatem, quæ pacem, nec trevam similet, nec illi, nec homo per eos, nec ullum nuncium non dirigant ei sine consilio, & absolvimento de supradicto Comite Ermengaudo. Et iterum convenit prædicto Comite Raymundo, & Comitissa Adalmodis præscripta, quod adjuvent sine engan ad supradicto Comite Ermengaudo cum ipso, & sine ipso, de ipsa guerra quod modo habet cum Alchagib Duce Cæsaraugustæ, & in illud adjutorium mittant prædicto Comite Raymundo, & supradicta Comitissa Adalmodis in hostes, & cavalcadas, quas fecerint super Alchagib, duas partes de eorum homines, & hoc exceptus donum de avere, & donum de ingeniatores, & dispensa de sagittas; & hoc faciant jam dicto Comite Raymundo, & prædicta Comitissa Adalmodis sine engan de supradicto Comite Ermengaudo. Et si ad supradicto Comite Raymundo, aut ad præfata Adalmodis Comitissa, aut ad eorum homines dederit Deus de ista hora in antea de Alchagib de Saragoza castros, aut terras, habeat in eos, & eas jam dicto Comite Ermengaudo tertiam partem, & Comite Raymundo, & Comitissa Adalmodis duas partes, & in ipsos castros mittant Comite Raymundo, & Comitissa Adalmodis duas partes de ipsa opera, & de leger, & de guarda, quæ in els fuerit necesse, & tertiam partem Ermengaudo Comite. Conveniunt jam dicto Comite Raymundo, & præscripta Adalmodis Comitissa, & Ermengaudo Comite supradicto, ut ea utrasque partes teneant ista convenientia suprascripta usquequo cum Alchagib Duce Cæsaraugustæ faciant pacem, & hoc etiam, faciant sine engan, exceptus quantum unus ad alium de illis ex utrasque partes sibi absolverint per gratum sine forcia. Actum est hoc nonis Septembris anno xxvIII. Regis Henrici. Raymundus Comes. Adalmodis Comitissa. S. Ermengaudo Comite, qui hanc convenientiam fecimus, & firmavimus, & testibus firmare rogavimus. Guislibertus gratia Dei Episcopus. Guillelmus gratia Dei Ausonensis Ecclesiæ Episcopus. S. Arnalli Mironis de Tost. S. Bernardi Amati. S. Richardi Altemiri. S. Brocarli Guillermi. S. Gerberti Mironi. S. Petrus Mironi. Guillermus gratia Dei Urgellensis Episcopus. Vitalis Sacerdos, qui hanc convenientiam rogatus scripsit, & subscripsit die, & anno quo supra.

CO.

CONVENTUS EPISCOPORUM

APUD BARCINONEM

Pro dedicatione novæ Ecclesiæ Barcinonensis, anno Christi MLVIII.

ANno MLVIII. XIV. Kal. Decembris dedicata est nova Ecclesia Barcinonensis, quam recenter ædificaverant Raymundus Berengarii Cumes, & Guislibertus Episcopus Barcinonensis. Dedicata est autem solenniter ab Episcopis octo, Guifredo nimirum Archiepiscopo Narbonensi, Raimbaldo Arelatensi, Guillelmo Episcopo Urgellensi, Guillelmo Ausonensi, Berengario Gerundensi, Arnaldo Helenensi, Paterno Tortosensi, & Guisliberto Barcinonensi. In eodem conventu lectum est Decretum Hali Ducis Deniæ, & insularum Balearium, quo ad exemplum patris sui Mugehid, easdem insulas, & Episcopatum Deniæ posuit sub jure, & Diœcesi Episcopi Batcinonensis. Acta dedicationis ipsius Ecclesiæ, & simul Decretum Hali Ducis Deniæ, tibi ob oculos ponimus, transcriptum utrumque ab Illustrissimo Petro de Marca ea Chartulario Ecclesiæ Barcinonensis.

Postquam Imperator cæli ac terræ, devicto mortis principe, ut aperisset mortalibus januam vitæ, glorificata per resurrectionem sui Corporis carne, quam ex nobis pro nobis assumplit de Matre semper Virgine, ascendit ad Palatium cæleste cum Patre, & Spiritu Sancto victurus, & regnaturus sine fine, adimpleta sancti Spiritus promissione, sonus Apostolorum exivit in universum Orbem terræ, & Christiani nominis vocabulum primum apud Antiochenam Ecclesiam cœpit esse, & sic deinde per omnem mundum in diversis locis factæ sunt Ecclesiæ, ut a solis ortu usque ad occasum nomen Domini esset laudabile. Hoc videns humani generis inimicus, suasit suis ministris paganis, ac gentilibus, ut persequerentur, & occiderent Fideles Christi gladiis, & multis cruciatibus, & destruerent Ecclesias, tam in Urbibus, quam in aliis mundi partibus, quod & factum est in Barchinonensi Civitate antiquis temporibus a barbaris Hispaniam intrantibus, peccatis Christianorum exigentibus. Sed Christus quamvis peccatricem miseratus Christianam plebem, excitavit Ludovicum Pium Regem, qui expulit Hismaeliticam gentem, & liberavit Barchinonensem, & Christianus populus sic reparavit destructam Barchinonensis Ecclesiæ Sedem. Cumque idem Res mortis persolvisset debita, & vulvente mundi rota veternosa temporum pertransissent secula; iterum propter hominum peccata gens invaluit pagana, & capta est Barchinona, & interfecti sunt habitatores ejus, & destructa Sanctuaria, & cum sacri Ordinis Ministris eversa sunt Altaria. Sed etiam Christus misereri paratus, prædictam Urbem postea recuperavit Fidelibus, expulsis pestiferis gentibus, & per successionem hæreditatis tradidit Christianis Comitibus, de quorum linea, vel genealogia naturali venit gloriosus Comes, ac Marchio Raymundus Berengarii; factus est propugnator, & murus Christiani populi, & per ejus victoriam cum adjutorio Christi facti sunt ei tributarii pagani Christianorum adversarii, quos plus, quam omnes antecessores sui comprimens, & faciens profugos, multos victoriæ fecit triumphos, & Christianorum amplificavit terminos. Jam vero Divina gratia, cum ipse Comes, ac Marchio ampli honoria pricipatum obtinuisset in terra, largitoris omnium bonorum recognovit beneficia, & pro tanto honore rependens ei multa servitia, juste, & pie consideravit de Ecclesia, quæ Christi est sponsa, & mater est nostra. Unde in principali throno sui honoris intra mœnia Barchinonensis Civitatis, cum vidisset aulam Episcopalis Sedis jam deficere vetustate operis, & ex parte destructam a barbaris; indoluit causa Divini amoris, & eam renovari, & restaurari fecit, & annuit a fundamentis, ad honorem Christi, & nomen Sanctæ Crucis, Sanctæque Eulaliæ insignis Martyris, & Virginis, & in renovatione, & restauratione prædictæ Sedis habuit consortem, cooperatorem, & factorem pium, atque benignum Guilabertum præfatæ Præsulem Urbis. Postquam autem magnificus Comes, ac Marchio Raymundus, atque nobilis ejus uaor Domna Almodis, & idem Pontifex Barchinonensis, interjecta evolutione annosi temporis, vidissent desideratam perfectionem cœpti operis; pro præmiis æternæ retributionis cœperunt cogitare de die consecrationis, ut perfectius potuissent Deo placere de perfectione laboris, & de cummuni voto dedicationis. Igitur tantus Princeps, & tam nobilis Comitissa, tamque pius, & benignus Episcopus, constituerunt consecrationis insigne opus, & quartus decimus dies Kalendarum Decembrium est constitutus, & facta est ipso die dedicatio ad millesimi quinquagesimi octavi ab Incarnatione Domini tempus, secundum Eram nonagesimam sextam, Indictione vero undecima propriis notam temporibus, & in ope, & in opere dedicationis ejus invitatus est ab eis Reverentissimus Narbonensium Archiepiscopus Urbis Metropolitanæ Guifredus, & Religiosissimus Primas Arelatensis Ecclesiæ Rajemballus Archiepiscopus, aliique Episcopi, quorum numerus subscripris declarabitur nominibus, & congregatus est infinitus diversæ ætatis, ac sexus populus, permistis Clericorum, & laicorum ordinibus, ut magni gaudii, & festivitatis esset celebris conventus, & anniversaria memoria diei hujus in futuris non cessaret temporibus, publicata etiam per seriem dotis huius factam, & confirmatam ab ipsis Archiepiscopis, atque Pontificibus, & ab ipso Comite, & Comitissa, aliisque Principibus, Clericis videlicet, atque laicis videntibus, quæ modo verbis sic incipit talibus.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Guifredus Archiepiscopus Narbonensis, & ego

& ego Raiembaldus Archiepiscopus Arelatensis, & ego Guillelmus Episcopus Urgellensis, & ego alius Guillelmus Episcopus Ausonensis, & ego Berengarius Episcopus Gerundensis, & ego Arnallus Episcopus Elenensis, & ego Paternus Episcopus Civitatis Tortosensis, & ego Guilabertus Episcopus Barchinonensis, una cum consensu, ac jussu domni Raymundi Principis Barchinonensis, & Comitis Gerundensis, & Marchionis Ausonensis, & cum assensu suæ conjugis, nomine Almodis Comitissæ nobilis, subarrante annulo divinæ Legis cælesti Regi sponsam Ecclesiam Barchinonensis Sedis, donamus, & confirmamus prædictæ Sedi omnes Ecclesias, & universa sua prædia, & omne debitum sibi juste debitum, & omnem censum, & redditum quantumcumque, & quandocumque, & ubicumque juste acquisitum, & aquirendum, ut secure, & libere habeat, & possideat in perpetuum, & nulla potestas hoc habeat, vel aliquis homo per virtutem, vel per ingenium, præter Episcopi ipsius Sedis, vel Clericorum assensum. Præterea nos supradicti omnes excommunicando sub anathematis interdictione confirmamus Majorgas, & Minorgas insulas Baleares, & Episcopatum Civitatis Deniæ, & Episcopatum Civitatis Molæ, & earum Ecclesias omnes, & quantum pertinet ad Clericatus ordines, ut omnes Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, aliique Clerici in prælibatis insulis, & in præfatis locis commorantes, a minimo usque ad maximum, & a puero usque ad senem, ab hodierno die, & deinceps minime conentur deposcere ab alio aliquo Pontificum ullius ordinationem Clericatus, neque Chrismatis sacri confectionem, neque aliquem cultum ullius Clericatus, nisi ab Episcopo Barchinonensi, aut ab illo, cui ipse præceperit, sive permiserit, sicut illa scriptura testatur, quam inde Mujehid, & filius eius Hali Hismaelitæ quondam fecerunt, & Guilaberto Episcopo Barchinonensi dederunt, & tradiderunt. Insuper etiam admonemus, & mandamus, ut Barchinonensis Sedis Ecclesia omnino sit libera, & semper gaudeat franchitate secura, & Canonici simul cum ipsa Canonica, cum rebus ad eandem Canonicam pertinentibus. Terminos quoque Episcopatus sanctæ Sedis Barchinonensis ita volumus esse distinctus, & ab Ausonensi, & Gerundensi Episcopatu esse discretos, sicut per antiquos novimus populos, & sicut debite constituti sunt contra Orientalem, & Septentrionalem plagam, sive per plana, sive per colles deveaus, atque montes excelsos, & contra Meridiem longe per gurgites maritimos, & contra Occidentem versus Dertosam annotatos Balagarii locos; ut quicquid infra, & extra prædicta Sedes acquisivit, vel acquisierit per justæ largitionis modos, habeat confirmatum per nos prædictos Episcopos, & manu nostra roboratum, sive per alios, atque per me Raymundum Comitem, & per me Comitissam Almodam, & successores nostros, & filios, & nepotes, & pronepotes, & deinceps alios. Nam & providentia nostra illud solerter providere curavit, ut si Tarraco, quæ diu elanguit, adhuc per nos Principes, aut per successores nostros, largiente Deo, vires convalescendi habuerit, & in pristini honoris statum Deus reduxerit, per nos, & successores nostros non perdat, quod juste habuit, & habere debebit, & debite recuperare poterit. Sed & propter honorem Christi, & Sanctæ Crucis gloriam, ut sicut Regi Constantino, sic nobis de barbaris per Crucis triumphum det victoriam; constituimus hujus diei anniversariam de securitate, & tranquillitate gaudere memoriam, in qua nemo per octo dies anniversariæ memoriæ hujus consecrationis, quatuor quidem, qui præcedent, & quatuor, qui subsequentur, interpositum novum diem festivæ rememorationis istius sanctæ dedicationis audeat tollere, vel faciat tolli rem alicujus advenientis, vel redeuntis, vel assaliat, vel assaliri faciat, vel noceat quocumque modo malignitatis, vel teloneum accipiat, vel accipi faciat cujuscumque hominis per hos dies convenientis, sive revertentis, neque in ipso eodem die futuræ remunerationis istius consecrationis. De ipsa quoque Terra, vel universis Ecclesiis, aut Parochiis, vel qualibuscumque prædiis, quæ ad Canonicam Sanctæ Crucis, Sanctæque Euláliæ pertinent, possidet, vel ab hinc per universa tempora juste possederit, vel acquisierit, per auctoritatem Beati Petri Apostolorum Principis, & per ordinem nostrum excommunicamus, & interdicimus, ut nullus homo cujuslibet potestatis, aut sexus, aut ordinis, aliquid inde audeat tollere, vel alienare, vel ad damnum prædictæ Canonicæ quolibet modo transferre, vel commutare. Nemo prædia ipsius Ecclesiæ, ubicumque debita illi noverit, ad profectum illius confessim manifestare non pigeat. Interdicimus quoque juxta statuta sanctorum Canonum, & auctoritatem sanctorum antiquorum Patrum, ut nullus quorumlibet Pontificum infra fines ipsius Episcopatus Ecclesiam consecrare, vel pœnitentem eiusdem Episcopi suscipere, nec eius Clericos ordinare præsumat, nisi forte Præsul prænominatæ Sedis assensum spontanee præbeat. Igitur hanc universam nostram constitutionis dotem (operius promulgatam perenni Lege valituram censemus, omnemque hominem illam observantem, & ut stabilis permaneat adjuvantem, pro posse benedicimus, & diuturnitatem vitæ præsentis, & perpetuitatem semper manentis obtineat, præoptamus. Statuimus autem sub Divini judicii obtestatione, & anathematis interdictione, ut si quislibet homo, cujuscumque potestatis, aut ordinis, hanc disrumpere, vel violare nisus fuerit, aut disruperit, aut violaverit; hic de parte Dei omnipotentis, & Beati Petri Apostoli, omniumque Sanctorum, & nostra, excommunicatus permaneat, & a conventu sanctæ Ecclesiæ, & omnium Christianorum alienus existat, tartareisque vinculis innodatus, infernorum pœnas æternaliter sentiat. Quod si ab intento desistat, & digna pœnitudine simul & emendatione satisfaciat; ab hac excommunicatione solvatur, & hæc nostra constitutio inrefragabilis, & inconvulsa perpetualiter habeatur. Raimbaldus Archiepiscopus subscripsi. Guislibertus gratia Dei Episcopus subscripsi. Berengarius Dei gratia Tortosensis Episcopus subscripsi. Miro Presbyter, qui hæc scripsit die & anno, quo supra.

Privilegium Deniæ, & Majoricarum, quod Hali Dux Deniæ filius Mugehid dedit, & subdidit insulas Baleares, & totum Episcopatum Deniæ Sedi Barchinonæ, & omnes Ecclesias, & Clericos ipsius Episcopatus.

NOtitiæ plurimorum, tam instantium, quam posterorum, tradere satagimus, qualiter superno opitulante Numine, Sedes Sanctæ Crucis, Sanctæque Eulaliæ Barchinonensis, anno Dominicæ Incarnationis quinquagesimo octavo post millesimum, insistentibus gloriosissimi Præsulis ejusdem Sedis Gislaberti intercessibus, insularum Balearium Clericatus, atque Ordinum, necnon Urbis Deniæ adepta est donum. Dus quoque prædicta Urbis dum viveret, nomine Mugehid, interventu iam dicti Pontificis revocavit, atque subdidit insulas prælibatas Baleares, quas nunc vulgo Maioretas & Minoretas vocant, sub iure, & Diœcesi sanctæ præfatæ Sedis Barchinonensis; statuens, ac iubens, ut omnis Clericorum gradus in prædictis degens insulis, a nullo Pontificum auderet expetere Ordinem alicuius Clericatus, neque sacri Chrismatis unctionem, vel confectionem, neque Ecclesiæ dedicationem, neque ullius Clericatus cultum aliquem, excepto Antistite Barchinonensi. Hujus utique largitionis filius prædicti Ducis Mugehid adstructor, atque imitator nomine Hali, dedit, ac subdidit omnes Ecclesias, & Episcopatum præfatarum insularum, & prædictæ Urbis Deniæ, iure & Diœcesi sanctæ Sedis Barchinonensis, eodem videlicet modo, quo genitor suus Mugehid precatu prænominati Pontificis impertivit universa hæc Sedi prælocutæ. Impertitionis autem prædictarum Ecclesiarum, & Episcopatus earundem historia digna cognitu ita se habet.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Hali Urbis Deniæ, & insularum Balearium, Mugehid, jam dictæ Urbis olim Ducis proles, assensu hiiorum meurum, & cæterorum Ismaelitarum in meo Palatio majorum, contrado, atque largior Sedi Sanctæ Crucis, Sanctæque Eulaliæ Barchinonensi, & prædicto Præsuli omnes Ecclesias, & Episcopatum Regni nostri, quæ sunt in Insulis Balearibus, & in Urbe Denia, ut perpetim abinceps maneat sub Diœcesi prædictæ Urbis Barchinonensis; & ut omnes Clerici, Presbyteri, & Diaconi in locis præfatis commorantes, a minimo usque ad maximum, a puero usque ad senem, ab hodierno die, & tempore minime conentur deposcere ab aliquo Pontificum ullius ordinationem Clericatus, neque Chrismatis sacri confectionem, neque cultum aliquem ullius Clericatus, nisi ab Episcopo Barchinonensi, aut ab ipso, cui ille præceperit. Si aliquis, quod absit, hoc largitionis donum improbo nisu adnullare, vel disrumpere conatus fuerit, Cælestis Regis iram incurrat, & ab omni Lege penitus exsors fiat: postmodum hoc maneat indiscussum, atque firmum omne per ævum. Facta charta donationis VI. Kalendas Januarii anno præscripto, apud Urbem Deniam jussu Hali, & assensu filiorum suorum, majorumque suorum inferius corroboratum.

Raimbaldus Archiepiscopus Sedis Arelatensis subscripsi. Arnaldus Episcopus Magalonensis, Guifredus sanctæ primæ Sedis Narbonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Froterius Nemausensis Episcopus. Guillelmus gratia Dei Urgellensis Episcopus subscripsi. Arluvinus Sacerdos, qui hoc scripsi die, & anno, quo supra.

CONVENTUS EPISCOPORUM
APUD HELENAM
Pro dedicatione Ecclesiæ Helenensis, anno Christi MLVIII.

IN fine anni 1058 nimirum IV. idus Decembris, vicesimo tertio die post dedicationem Ecclesiæ Barcinonensis, Guifredus Archiepiscopus Narbonensis, frater eius Berengarius Episcopus Gerundensis, & Guifredes Carcassonensis, ad Helenensem Ecclesiam accesserunt; ibique coram eis Berengarius eiusdem Sedis Episcopus ei dedit villam Salelias, & mox decreta est excommunicatio adversus eos, qui eandem villam eripere conarentur Canonicis Helenensibus. Interfuit autem huic Conventui Raymundus Comes Ceritaniæ, tum etiam Gaufredus Comes Ruscinonensis. Acta dedicationis habe ex chartulario Ecclesiæ Helenensis.

Ano millesimo quinquagesimo octavo Indictione * VI. XXVIII. anno Henrici Regis Franciæ, IV. Idus Decembris, advenerunt Principes, & seniores ex diversis Urbibus, & viri cum multorum bonorum hominum turbis in villa, quæ dicitur Elna, ad reædificandam Sedem Sanctæ Eulaliæ. Fuit autem ibi dominus Guifredus Archiepiscopus cum suis sequacibus Narbonensium copiosis, Berengarius Episcopus Gerundæ cum suis, Guifredus Episcopus Carcassonensis cum suis, Raymundus Cerdaniensis Comes cum suis, & cæteri boni fideles, quorum nomina scribere longum est; qui viderunt, & audierunt quando destructores Ecclesiæ dederunt emendamentum ad Canonicam Sanctæ Eulaliæ pro peccatorum suorum redemptione. Ideo ego Berengarius tuitu Dei Elenensis Episcopus, pro delendis peccatorum meorum oneribus, quæ gravissime super Sanctam Eulaliam peregi, dono, & emendo Deo omnipotenti, & Sanctæ Eulaliæ ad Canonicam, villam, quæ dicitur, Salellas, cum omnibus suis pertinentiis, & terminis, & affrontationibus omnibus, sine ulla reservatione ad proprium alodium Canonicæ, cum exitibus, & regressibus villæ, & omnium villæ pertinentium. Quæ vero omnia supradicta de meo iure in Dei potestatem, & Sanctæ Eulaliæ, ac Canonico-

nicorum ejus trado nutum, & dominium, ad quod voluerint Canonici faciendum in sanctæ Ecclesiæ servitio. Si autem ego, aut ulla persona cuiuscumque generis, contra hanc scripturam donationis, & emendationis, ad irrumpendum venerit, secundum Legem Canonis vobis Canonicis emendet. Atque sub Dei judicio quisquis masculini generis, aut feminini ea hac die, & deinceps tulerit Salellas, aut de Salellas, vel ei pertinentibus, de Canonica Sanctæ Eulaliæ, per potestatem, quam Dominus dedit Apostolo Petro, & suis, & illi vobis Episcopis, excommunico ego & anathematizo eos, & eas facientes, & consentientes, & consiliantes, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ut a limine Ecclesiæ extra maneant, non loquatur cum ais, neque habitet aliquis, neque communicentur, nec mortui sepeliantur. Sic ego Berengarius. Sic & ego Guifredus Archiepiscopus affirmo. Sic & Ego Berengarius Gerundæ Episcopus dico, & affirmo. Et ego Guifredus Carcassonensis Episcopus. Omnes simul in unum excommunicamus, & confirmamus hoc IV. idus Decembris, Regni vero Franciæ XXVIII. Henrici Regis. Berengarius Episcopus. Gaufradus, & Raymundus Comites. Fuerunt autem huius donationis, & emendationis, & videntes, & audientes, Archidiaconus Udalgarius, Geraldus Sacrista, Ellemarus, & Stephanus caput Scholæ, Bernardus, & Ebles, & Pontius Camerarius, Guisardus Decanus, Arnaldus Vicarius villæ, Raymundus Abbas. Pontius Sancti Genesii Abbas, Sancti Andreæ Raymundus &c. Guifredus Episcopus &c. Adalus Grammaticus Sacerdos rogatus scripsit.

OSMUNDI EPISCOPI ASTORICENSIS

Epistola ad Idam Comitissam Bononiensem, anno Domini MLIX.

OSmundus Dei gratia Astoricensis Episcopus Idæ nobili Bononiensi Comitissæ salutem in Christo. Quoniam tua summa prudentia investigare, insuper invenire desiderat, qualiter Civitas Astorica Reliquias tantas Capillorum Sanctæ Mariæ Dei Genitricis habuerit, & unde invenerit; sanctæ petitioni tuæ, & investigationi piissimæ satagere, prout in sententiis librorum nostrorum invenimus, sub brevitate decrevimus. Invenimus namque, quod perfectione Gentilium urgente Hierosolymam, septem Discipuli, Torquatus, & Isesius cum cæteris quinque, Hispaniam navigarent, deferentes eas, & alias quamplurimas usque Toletam pervenerunt, Res vero Hispaniæ, & omnis populus ejus honorifice susceperunt eas, & in magna reverentia læti eas, sicuti decebat, habuerunt. Cumque iterum gens Saracenorum Hispaniam perurgeret; Episcopi, & omnes Viri Religiosi ad nostras Alpes, videlicet Astoricenses, quæ ab Astorica habent nomen, confugere, & quicquid præcipuum ducebant, asportaverunt, & in Civitate nostra Astorica, atque Oveto omnia reconderunt. Nos vero posteri sic eas habentes, & præcepto nostri Regis, videlicet Adephonsi non obviantes, misimus vobis de melioribus, & dignioribus magnam partem, obsecrantes, ut sitis memoratrix Astoricensis Ecclesiæ. Valete. Ego vero Adephonsus Res hanc chartam vidi, & legi, & quæcumque in ea scripta sunt, propria manu confirmavi. Ex Mabillonio tom. 1. Analectorum pag. 287

NOTA JOANNIS MABILLONIS M. B.

SCripta est hæc Epistola circiter annum MLIX quo Ida Eustachii Comitis Bononiensis uxor in CastroLenensi Pagi Atrabatensis, recantioribus *Lensio*, Deiparæ Virgini Templum construxit, Instituitque Canonicorum Collegium. Præterea Reliquias undequaque conquisivit, easque intulit in Basilicam a se ædificatam; scilicet, Reliquias S. Vulganii, cujus Corpus in Lenensi Monasteriu Canonicorum quiescere testatur Baldericus in Chronici Lib. 2. Cap. 22. Hinc factum puto, ut Ida ex Hispania per Osmundum Episcopum obtinuerit Capillos Beatæ Mariæ, de quibus in hac Epistola agitur. Lege Jacobum Malbrancum Lib. 8. de Morinis, Capite quadragesimo nono, ubi de Ecclesia Lensiensi.

CONCILIUM PINNATENSE IN ARAGONIA

Celebratum sub Ramiro I. Rege apud S Joannem * Pinnatensem
ANNO CHRISTI MLXII.

* de la Peña.

De Concilio, quod fecit Ranimirus Rex cum Episcopis, & Abbatibus suis in S. Joannis Cœnobio.

I. * REsidente glorioso Principe Ramiro, una cum Venerabilibus Episcopis, scilicet Sanctio, & Garsia, & Gomesano; & Abbatibus Sancti Joannis Cœnobii, scilicet Belascus, & Paternus minor; residentibus etiam universis Fratribus, & Clericis sui Regni in Capitulo pernominati Cœnobii, Ita Sanctius Aragonensis Episcopus exorsus est loqui: Pro disciplina, & ordine Ecclesiastico, cum diligenti cura, ac providentia tractemus, si placet Domino nostro Ramiro Regi, ac Episcopis, Abbatibusque adstantibus, necnon etiam Monachis, ac universis Clericis, ea quæ ad ordinationis tenorem pertinent, juxta

* Brixius legit Præsidente.

ta Divinæ Legis præcepta, & Nicænorum Canonum constituta, ac cum adjutorio Domini in omne ævum mansura solidemus, sicut est prædestinatum, & constitutum ab inclyto Rege Sanctio totius Hesperiæ Domino, in præsentia Episcoporum subscriptorum; scilicet Sanctii Episcopi Aragonensis, & Sanctii Pampilonensis, & Garsiæ Naxarensis, & Arnulphi Ripacurtiensis, & Juliani Castelliensis, & Pontii Ovetensis, & aliorum plurimorum Episcoporum nomina, quorum longum est dicere. Hoc vero est nostræ institutionis Decretum: Ut Episcopi Aragonenses ex Monachis præfati Cœnobii habeantur, & eligantur.

2. Ramirus Rex stans in medio Concilio dixit: Ego laudo, & corroboro Decreta genitoris mei Sanctii, ac huic vestræ definitioni subscribo. Universi Episcopi, ac Abbates, simul cum Clericis dixerunt. Laudamus, ac huic subscriptioni nos subscribimus. *Hic Hieronymi Blancæ judicio desiderantur non pauca*,

3. Quicumque futurorum Regum, successorum nostrorum transgredientes, & deviantes ab hoc Regali simul, & Pontificali Decreto, tentaverit dissolvere hanc scripturam; in præsenti sæculo omnipotens Deus, qui est justus Judex, & Regum Rex, dissolvat, & dividat regalem honorem, & potentiam Regni eorum, detque illud se diligentibus, & timentibus, & nostra Decreta servantibus, & in futuro separati a consortio omnium Christianorum, interpellante pro eis Beato Joanne Baptista cum omnibus Sanctis, participentur in societate cum Dathan, & Abiron, & Juda traditore in inferno inferiori, luentes pœnas perpetui incendii sine fine per æterna sæcula. Amen, Data est sententia VII. Kal. Julii Era MLXII.

NOTÆ VARIORUM.

4 E*Ra MLXII.*) Ibi Eram pro anno sumptam fuisse aperte colligitur: Provinciale enim hoc Concilium anno Christi 1062. habitum fuit; sequenti vero anno 1063. ad Gradus arcem A. D. XII. idus Maji Ranimirus ipse Rex a Sanctio Castellæ Rege, Ferdinandi fratris filio, prælians interfectus; ac una cum uxore in Ecclesia Pinnatensi sepultus. Hieronymus Blanca in *Commentariis rerum Aragon*.

5 Hieronymus Blanca, qui primus hæc edidit in Aragonensibus Commentariis, Eram hic sumptam esse ait pro anno Christi; eumque Baronius, Binius, aliique secuti sunt. Verum habitam non esse hanc Synodum anno Christi 1062. multa mihi persuadent. Ac primum quod in ea dicuntur Aragonenses Episcopi, qui Jaccetani nuncupari anno illo debuissent. Nam in Jaccensi Concilio, anno Christi MLX. decretum hoc fuerat. Et sic re ipsa dicti sunt, donec Episcopatus idem Oscam, quæ prima ejus Sedes fuerat, relatus est. Nec diffiteor tamen, quo tempore Jaccetani dici debuerunt, eodem esse Aragonenses nonnunquam appellatos; sed probabile non est, re tam recenti decretum hoc violatum esse, coram Raimiro ipso, qui ante annos duos illius auctor fuerat.

6. Deinde huic Concilio interfuit Paternus minor Abbas S. Joannis, Paternus nimirum secundus, cum minor in designandis ætatibus dicatur, quem major, & antiquior unus præcesserit. At Paternus ille II. ut discimus ex Catalogo, Abbas esse desiit anno Christ 1042.

7. Denique sumptam hic Eram esse pro anno Christi, novum esset, ac sine exemplo. Summa Hispanorum est hac in parte religio, quam nunquam Gentis Annales, nedum instrumenta publica violant. Cur ergo violatam hic nonnulli voluit? quia cum Era Hispanica Christi natalem antecedat annis 38. annus illius 1062. incidit in annum Christi 1024. Quo anno certum est, haberi Synodum istam non potuisse, nec ipsi interesse Ranimirum Regem, qui nisi post annos omnino decem regnare non cœpit.

8. Et recte quidem hac in parte ratiocinantur, si hic adscripta sit Era 1062. Sed cum illi merito Eram Hispanicam excludant; ego Christianam intelligi non posse, ostenderim; quid superest, nisi ut errorem in numeros irrepsisse credamus? Ego vero addendam esse decadem unam suspicor, legendumque, Era 1072. congruit enim illa cum anno Christi 1034. qui primus est Regni Ranimiri. Quam autem erat consentaneum, ut statim post parentis obitum in medio Concilii diceret: *Ego laudo, & corroboro Decreta genitoris mei Sanctii?* Cur id tamdiu omissum anno demum 1062. fecisset?

9. Eodem anno 1034. Blasium Abbatem Sancti Joannis fuisse, discimus ex instrumentis a Joanne Bria Martinez Abbate illius Cœnobii recitatis in Historia, quam de eo conscripsit. Commode ad rem nostram, cum eum hoc in Concilio reperiamus. Adjungitur quoque ipsi Paternus minor, sive secundus, quem Abbatem hoc anno fuisse probare aliunde non possim; immo si Martinezium audimus, Abbas esse cœpit anno tantum 1036. Verum is imbecilli argumento ductus est, quod Blasii Abbatis memoria ad annum usque 1036. in Actis perseveret. Nam cum in hoc Concilio Blasius simul, & Paternus minor Sancti Joannis Abbates dicantur; Paternum anno 1034. nondum fuisse Abbatem ex eo concludi non potest, quod anno eodem Blasius Abbas esset. Cur autem simul duo, multis disputat idem, quæ longius esset hic describere.

10. In Aragonensis Episcopi nomine mendum quoque esse suspicor, scribendumque, non Sanctium, sed Manctium, quem Episcopum Aragonensem anno 1034. fuisse colligo ex alio instrumento, quo Ranimirus I. Aragonensium Rex dotem constituit conjugi suæ. Cui subscriptum: *Mantius Episcopus Aragonensis confirmavi*. Integrum exstat apud Martinezium, consignatum anno Incarnationis 1036. mense Augusti 22. die, luna 25. Sed mendum hic quoque certissimum. Nam secundum Dionysii cyclos mss. quibus utor, dies Augusti 22. in lunam 25. incurrit non anno 1036. sed anno 1034. Sanctium autem pro Manctio scribi, proclive est.

est. Hoc fecit & Mariana noster, Historiarum Lib. VIII. Cap. ultimo. Et in hoc ipso monumento, ubi Mantii nomen videmus, scripsit Hieronymus Blanca, *Sanctii*. Mantiam tamen fuisse discimus, & ex Martinezio, qui monumentum hoc edidit, scripsitque *Mancii*, & ex Privilegio Leyrensi, de quo mox loquar, cui subscripsit Mantius, cum Episcopis iisdem, qui Pinnatensi subscripsisse hic dicuntur.

11. Magna in Hispanorum Libris harum rerum indiligentia. Cujus unum praeterea exemplum affero, ad haec tempora, & Mantium eundem spectans. Ab Ambrosio Morale, Viro alioquin eruditissimo, refertur in Notis ad Eulogium Cordubensem donatio quaedam Sanctii Maioris, cui adscripta Era 1077. scriptumque: *Martinus Aragonensis Episcopus confirmo*; ex quo Martinum addidit Aragonensium Episcoporum fallis. Era illa incidit in annum Christi 1039. ante quem Sanctius iste obierat. Falsa ergo anni notatio. Quod si detraxeris decadem unam, scribasque 1067. annus erit Christi 1029. quo anno parebat Aragonia & Regi Sanctio Maiori, & Episcopo, non Martino, cujus nunquam alias mentio, sed Mantio, cujus nomen in multis circa haec tempora monumentis legimus.

12. Haec cum scripsissem, incidi in locum historiae S. Joannis, ubi refertur donatio quaedam, cui adscripta Era 1072. hoc est, annus Christi 1034. & dies Augusti 24. quod instrumentum videtur superstite Sanctio confectum. Ex quo pronum est argumentari, Ranimirum anno 1034. mense Julio Regem nondum fuisse. Sed error hic quoque in numeris, isque manifestus. Dicitur enim haec donatio facta die lunae, 24 Maii, luna 21. At anno 1034. nihil horum occurrit; concurrunt autem ista anno 1031. Scribendum igitur Era 1069. non 1072. Deinde fac anno 1034. mense Augusto vixisse Sanctium. Nihil hoc mihi incommodat; cum in illo ipso instrumento Ranimirus Rex dicatur; qui sive superstite, sive mortuo parente, Rex hoc anno fuerit, mea nihil interest, quod quidem ad hoc Concilium attinet. Subjungitur eodem loco apud Martinezium alia donatio ejusdem Erae 1072. mense Septembri. Sed cum nihil addatur, convincere illam falsi nequeo; falsam tamen temporis notam esse, caetera, quae ante dixi, mihi persuadent.

13. Quod si vel instrumentum hoc, vel alia, quae reperiri possunt, opinioni meae adversentur; non tamen anno Christi 1062. Synodum hanc habitam esse credam, sed aliam quandam in numeris labem esse. Neque enim hic κυρίας δόξας, sed conjecturas meas simpliciter expono; quas, si mihi prius venissent in mentem, non tanti quidem fecissem, ut movenda loco fuisset haec Synodus, & ad annum 1034 continuo transferenda; sed indignas non duxissem, de quibus lector ad annum illum admonendus videretur.

14. In hoc autem Concilio constituta esse alia multa, constat ex Aragonensis Episcopi qui praefatur, verbis. Editum est scilicet ex vetusto Codice S. Joannis, in quo, caeteris omissis, descripta fuerant ea tantum, quae ad illud Coenobium attinebant.

15. Extremum hoc addo, Sanctium Majorem Aragoniae Regem, cujus hic Decretum a Ranimiro filio confirmatur de non eligendis Aragonensibus Episcopis, nisi ex Monachis Coenobii S. Joannis; pariter statuisse in Concilio Pampilonensi Era 1061. hoc est, anno Christi 1023. ut ex Monachis Monasterii Leyrensis Sancti Salvatoris, Pampilonenses Episcopi cooptarentur. Exstat Decretum hoc, sive, ut vocatur, Privilegium Regale & Pontificale, apud Sandovalium in *Notitia Episcoporum Pampilonensium*; cui subscripserunt iidem Episcopi, qui hic dicuntur Privilegium Monachorum S. Joannis confirmasse. COSSARTIUS.

16. *Quicumque futurorum Regum &c.*) Formula haec comminatoria est, non sententia decretoria; eodem prorsus modo intelligenda, quo aliae complures, nempe ut chartarum violatores intereant morte Antiochi, consumpti a vermibus &c. quas qui proferebant, longe aberant ab ea persuasione, id ex suis literis consequendum fore. An non comminatoria est Sancti Bonifacii in seipsum imprecatio, qua sibi reatum in aeterno judicio, & ultionem Ananiae, & Saphirae devovet, si professionem ab se editam aliquo pacto violaret? Scimus, & apud priscos Romanos fuisse Leges diras, ac minaces; sed in hoc ipsum tantummodo latas; qualis illa fertur e duodecim Tabulis de dilecando corpore debitoris; cujus ideo nullum exstat exemplum, quod non in usum, sed ad terrorem esset prodita. Idem de Gregorii Privilegio Aeduensi dictum puta. Sed hac in re maxime laudanda est eximia moderatio nostri temporis Pontificum Romanorum. Mabillon, *De re diplomat.* Lib. 2. Cap. 9.

17. *Residente glorioso Principe Ranimiro.*) Nota, titulum *gloriosi*, a Concilio Ramiro Regi tributum, eximium esse honoris, & majestatis insigne, quodque Concilium Caesaraugustanum II. Reccaredo Regi tribuit, Toletanum IV. Sisenando, Toletanum V. Chintilae, & Bracarense III. Vambae. Joannes Brizius Martinezius in *Historia Pinnatensi*, Lib. 2. Cap. 42.

CON-

CONCILIUM JACCENSE IN ARAGONIA

CELEBRATUM ANNO CHRISTI * MLXIII.

* Juxta alios MLX.

Acta illius ducentis quadraginta annis transactis, nimirum anno Christi MCCCIII. lecta fuere ex authentica exemplari in Palatio Episcopi Oscensis; unde transumptum habuit Ecclesia Toletana, quae aliud ad nos direxit fideliter exscriptum, cum plurimis aliis sacris monumentis, curante id potissimum Cl. V. D. Michaele del Olmo, Canonica Toletana.

1. *ANno Domini millesimo trecentesimo tertio, die Jovis, quae fuit nona Septembris, in Civitate Oscensi, in Palatio Domini Oscensis Episcopi in praesentia mei Notarii, & testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum, Martinus de Sarinyena Procurator ...... Patris domini Martini Dei gratia Oscensis Episcopi, praesentavit venerando Arnaldo Garsiae de Lazano Canonico, & Officiali Oscensi, pro tribunali sedenti, quoddam Privilegium Serenissimi Principis Remirii recolendae memoriae Regis Aragonum, ac Sancti filii ejus, & petiit mandato, ac auctoritate dicti Officialis per me Notarium infrascriptam in formam publicam redigi, ut praesens transumptum auctoritate judiciaria exemplatum, eandem fidem in judicio, & extra eum dicto originali faciat; & dominus Officialis, viso, & lecto dicto Privilegio, mandavit mihi Notario infrascripto, qui illud in publicam formam redigam, & transcribom de verbo ad verbum, praestans auctoritatem praesenti transumpto qui tantam vim obtineot in judiciis, & extra, sicut & ipsum originale Privilegium, Tenor vero dicti Privilegii talis est.*

2. SUb Christi nomine, & ejus ineffabili providentia Ranimirus Rex gloriosus, & Sanctius filius ejus, omnibus Divinae Legis, ac Christianae Religionis cultoribus sub nostro regimine constitutis. Volumus notum fieri dilectioni vestrae, quoniam ob restaurandum sanctae matris Ecclesiae statum nostris in partibus, nostra, majorumque nostrorum negligentia pene corruptum, Synodum novem Episcoporum congregari fecimus in loco a priscis olim Jacca nominato; in quo Synodali Conventu, praesentibus, atque consentientibus cunctis nostri Principatus Primatibus, atque Magnatibus, pleraque sanctorum Canonum instituta Episcoporum judicio restituimus, & confirmamus. Necnon & Episcopatum in Civitate Oscensi antiquitus institutum, sed a Paganis invasum, atque destructum, in Dioecesi sua majoribus nostris, & nobis a Deo instituta, in suprascripto scilicet loco, sacrati Concilii Decreto restaurare studuimus.

3. Ad cujus plenam Deo miserante restaurationem, egu praefatus Ranimirus, quamvis indignus, Christi providentia Rex una cum filio nostro Sanctio, donamus in perpetuum ipsi Ecclesiae, in qua Episcopatum stabilimus, Coenobium, quod vocatur Sasanae cum omnibus suis pertinentiis, ac Coenobium Lierdi cum omnibus sibi pertinentibus, ac Coenobium Septem fontes cum omnibus suis pertinentiis, ac Coenobium Sirasiae cum omnibus pertinentiis, ac Coenobium Rabaga cum omnibus eorum pertinentiis, ac Coenobium S. Mariae cum omnibus eorum pertinentiis. Necnon omnes Ecclesias, quae nunc sunt, & in posterum, Deo annuente, aedificabuntur ab ortu fluvii, qui Cinga dicitur, usque in vallem Lupatiam, ubi in anteactis temporibus praedictae Sedis termini extitere, & exinde per plagam meridianam versus Occidentem, ad locum usque, qui Plana major nominatur, indeque per gyrum ad Septentrionalem vergens regionem, sicut Pyrenaei montes praeeminent Aragoniae, inclusa omni valle Orsela, ac toto Pintano cum Parochialibus Ecclesiis suppositorum Castellorum, ut scilicet Filera, Penna, Sos, Lupera, Uno castello, Susia, Librana, Elisco, Castello-manco, Aguero, & Moriello.

4. Statuimus etiam, ut caussae Clericorum, pro quibus hucusque Ecclesia nostris in partibus gravata non modicum exstiterat, deinceps Episcopo solo, & Archidiaconibus ejus discutiendae relinquantur, ut indebita circa eos saecularium cupiditas nostro cauteriata judicio in talibus prorsus resecetur, & secundum normam justitiae suum cuique jus conservetur.

5. Donamus etiam, & concedimus Deo, & Beato Piscatori omnem decimam nostri uris, auri, argenti, frumenti, seu vini, sive de caeteris rebus, quas nobis attributarii sponte, aut coacte exsolvunt, tam Christiani, quam Sarraceni, ea omnibus * virulis, atque castris, tam in montanis, quam in planis, infra praefixos terminos. Addimus ad haec de omni dominatu castri, quod nominatur Atares, ea omnibus, quae ibi habemus, vel ad nos pertinent, laborantium quoque omnium nostrorum, seu de ipso teloneo, quod accipimus de Jacca, vel homicidiorum, sive regalium placitorum totius Regni Aragoniae. Ex omnibus decimationem omnem donamus, insuper & ex ipsis tributis, quae recipimus in praesenti, vel recipere debemus, aut in futuro Deo miserante recipiemus. De Caesaraugusta, necnon & Tutela, de omnibus tertiam partem ipsius decimationis supradictae Ecclesiae, & Episcopo concedimus, & donamus.

* *Forte* villulis.

6. Ego vero Sanctius praefati Regis filius, divino incensus amore, concedo Deo, & Beato Clavigero domum, quam habeo in Jacca, cum omnibus, quae illi pertinent.

7. Haec omnia superius constituta, seu descripta donamus Deo, & Beato Petro ad restaurationem supradicti Episcopatus propter remissionem nostrorum peccaminum, ac remedium animarum nostrarum, & pro requie progenitorum nostrorum; ea videlicet ratione, et si aliquando

quando Deo disponente caput ipsius Episcopatus potuerimus recuperare; ista, quam restauramus, Ecclesia, ipsi sit subdita, & unum sit cum illa. * Qui si nos donatores, aut aliquis successorum nostrorum, vel ulla magna, sive parva persona, de his superius scriptis, & donatis aliquid voluerit minuere, tollere, vel alienare, nullatenus hoc valeat vendicare; sed si quis pretium petierit, canonica componat auctoritate. Et illa donatio firma sit, & stabilis cum Christo secula in omnia. Si vero, quod absit, ullius personæ spiritus quis fuerit contrarius, ut hanc donationem vellit disrumpere, seu violare; quousque canonice emendet, restituat, satisfaciat, nullam cum Christianis participationis causam se existimet habere. Insuper & ab Ecclesiæ conventu sit extraneus, & cum Juda proditore deputatus. * Forte Quod.

8. Facta charta donationis anno millesimo sexagesimo tertio Dominicæ Nativitatis, Era millesima centesima prima, Indictione decima tertia.

Ego Ranimirus, quamvis indignus, Christi providentia Rex, hanc donationem propria manu confirmo, & SS. † & omnes Episcopos in hoc sacro Concilio congregatos, ut hæc confirment, & subscribant, rogo.

Sanctius filius Regis.
Alius vero Sanctius frater ejus.
Austindus Auscienfis Ecclesiæ Archiepiscopus.
Guillermus Urgelæ Ecclesiæ Episcopus.
Heraclius Bigorrensis Ecclesiæ Episcopus.
Stephanus Olorensis Ecclesiæ Episcopus.
Gomesanus Calagorritanæ Ecclesiæ Episcopus.
Joannes Leyurensis Ecclesiæ Episcopus.
Sanctius præfatæ Ecclesiæ Episcopus.
Paternus Cæsaraugustanensis Ecclesiæ Episcopus.
Arulphus Rotensis Ecclesiæ Episcopus.
Belasco Abba Cœnobii S. Joannis Baptistæ.
Banzo Abba Cœnobii S. Andreæ Apostoli.
Garusus Abba Asinensis.
Sanctius Comes.
Fortunio Sanctii procer.
Lope Garseanus procer.
Omnesque proceres Regis præfati eo modo nutriti aulæ Regis.

9. Audientes enim cuncti habitatores Aragonem * Patri, tam viri, quam feminæ, omnes una voce laudantes Deum, confirmaverunt dicentes: Unus Deus, una Fides, unum Baptismum; gratias Christo cœlesti, ac benignissimo, ac Serenissimo Ranimiro Principi, qui curam adhibuit ad restaurationem sanctæ matris Ecclesiæ; sit illi concessa salus, & vita longæva, victoria inimicorum optata illi pateat. Post excessum vero hujus * edii cum Sanctis in Paradiso amœnitate intromittat vivitur um feliciter in sæculorum. Amen. * locus corruptus.

10. *Testes hujus rei sunt Domnus Guillermus de Apiaria Canonicus, & Capellanus major Oscensis, & Michael de Sessa Archipresbyter Barbastrensis. Sig † num mei Joannis Ugonis Notarii publici Civitatis Oscensis, & auctoritate regia per totam Terram, & jurisdictionem ejusdem, qui prædictis omnibus interfui, & dictum Privilegium de verbo ad verbum fideliter exemplavi, & transcripsi de mandato, & auctoritate Officialis prædicti, & in hanc publicam formam redegi cum literis rasis, & emendatis in nona linea, ubi dicitur scilicet loco, die, & anno præfixit, in testimonium præmissorum.*

NOTÆ VARIORUM.

11. CONcilium Jaccense) Era 1098. hoc est anno Christi 1060. Sanctius Episcopus Aragonensis, Paternus Episcopus Cæsaraugustanus, Arnulphus Episcopus Rotensis, & Guillelmus Urgellitanus, Vvifredi Ceritaniæ Comitis filius, Heraclius Bigerenensis, Stephanus Olorensis, Gomecius Calagurritanus, Joannes Lectorensis, Episcopi, Austindo Auxitano Archiepiscopo, Jaccæ vetusto Vasconum Oppido Concilium ejus Provinciæ celebrant, quam, & cis Pyrenæum, & ea Aquitaniæ regione, quæ Vasconia illis temporibus dicta est, nunc Gascunia vocatur, aut Regi Ramiro paruisse, aut fœdere fuisse adjunctam, non opinione solum, sed etiam plane ad veritatem hoc uno monumento mihi persuadeo.

12. In primo Concilii consessu, Rege una cum filiis, ac Regni Proceribus assidente maxima frequentia, atque applausu in Dei optimi maximi laudes populus erumpit; Regem benignissimum, ac serenissimum Principem compellat; prosperaque acclamatione Divinum implorat Numen, ut hostium, ac gentium victor existeret. Summa religione, ac pietate in eo Concilio Cæremoniarum Sacra, magna corruptela propter assiduos bellorum tumultus intermissa, sanciuntur; depravati mores pairit in ordinem rediguntur, & perfecta instituta majorum revocantur; ne quid ex sanctorum Patrum ritu, negligentia, fraudeve intermitteretur. Sacra omnia pie, riteque ex Catholicis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Decretis, atque sanctionibus instaurantur; ne inter ipsas clades, ac feros bellorum exitus, aut continuum armorum usum, sacræ Religionis viderentur nostri negligentiores. Data Sacerdotibus Lex, ne quo alio more, quam Romano precarentur; neque Gothica, utpote peregrina, piacula exsolverentur.

13. Ecclesiastica Sedes Jaccæ constituitur, quæ priscis temporibus Oscæ collocata fuerat; decernuntque, ut quandocumque Diœcesis caput ab impiorum dominatu eriperetur, illi

illi Jaceetana Sedes subjieeretur, & ramquam filia parenem pie, sancteque coleret. Fines Diœcesis terminantur, ac circumscribuntur. Paternus Cæsaraugustanus Episcopus, permissu sacri Concilii, Ecclesiam Sanctarum Massarum Cæsaraugustæ Urbis, quæ innumerabilium Martyrum cineribus compactæ erant ad Orbæ, & Iberi confluentes ripas vetustis temporibus constructam, quæ sacris Reliquiis consecrata fuerat, & D. Encratidi dicata, Regio honori tribuens, atque gratificans, Jaccetanæ Ecclesiæ contribuit. Eamque rem, ac terminatos fiues Gregorius VII. Pontifex Maximus Decreto suo postea confirmat. Præter decumas, tertia tributorum portio, quæ Cæsaraugustani, & Tudelani populi Reges Mauri pensitant, Ecclesiasticis muneribus assignatur. Ex eo Episcopi, qui ad eam diem Aragoniæ cognomento usi fuerant, Jaccetani etiam appellantur. Surita.

14. *Paternus Cæsaraugustanæ Ecclesiæ Episcopus.*] Hunc Paternum aserunt omnes Monasterii Pinnatensis historiæ fuisse primum Abbatem Regularem S. Joannis Pinnatensis; Virum nempe illum pietate insignem, qui Ordinis S. Benedicti reformationem in Hispaniam advexit, juxta Congregationis Cluniacensis institutum. At jam alibi monuimus, non fuisse illum primum Abbatem Regularem hujus Monasterii. Nunc vero ostendam, alium fuisse a Paterno illo Abbate, Episcopum Cæsaraugustanum, qui in hoc Concilio Jaccensi subscripsit.

15. Præmittendum igitor est, tres fuisse Paternos S. Joannis Pinnatensis Abbates, omnes scilicet intra dimidii sæculi spatium, quamvis non continua successione, sed uno, & altero Belasco interpositis. Et quia ante hunc diem horum trium Abbatum notitia in magna rerum caligine jacuit; ideo Auctores falsi sunt, dum Paternum hujus nominis primum, Virum illum insignem, Cæsaraugustanum Episcopum constituerunt. Primi Paterni mentio reperitur in Privilegiis Archivi Pinnatensis usque ad annum vicesimum quintum post millesimum, ab initio ejus regiminis, quod contigisse autumo circa annum duodecimum. Successit illi Belascus, cujus mentio frequens adusque annum 36. Successit huic alter Paternus, quem Ramirus Rex in nonnullis Privilegiis secundum appellat; cujus nomen celebre habetur usque ad annum 42. quo exacto, alter Belascus reperitur, Ramiro Regi imprimis charus; ille ipse proculdubio qui hoc Concilio subscribit.

16. Tertium Paternum subscripsisse reperimus in Concilio Pinnatensi, addito *Minoris* cognomento. *Paternus minor*. At Paternum hunc Cæsaraugustanum Episcopum dicere nullo modo possumus, cum post Concilium Jaccense titulo Abbatis tantum subscriptum reperiamus, Superest probandum, Episcopum Cæsaraugustanum alium omnino fuisse a Paterno primo, qui reformationem Cluniacensem advexit; ut inde constet fuisse Paternum secundum, ac primi Belasci successorem.

17. Supra ostensum a nobis est ea Privilegio Sanctii Majoris Regis, ante reformationem Cluniacensem electum a se in Abbatem S. Joannis Pinnatensis Paternum; de quo ait, jam a multis annis, neglecto sæculo, regularem vivendi normam ampletum. Quibus annuere videtur jam provectæ ætatis fuisse. Cum ergo e Monasterio Cluniacensi reversus fuerit anno MXII. aut summum MXV. qua ratione fieri potuit (ordinario vitæ curriculo perspecto) ut adhuc viveret anno MLX. in quo hoc Concilium celebratum est, ac suu criptus reperitur Paternus Cæsaragustanus Episcopus? Certe vel hinc solum evincitur, illum non fuisse, quamvis alterius cuiusquam Paterni Abbatis Pinnatesis memoria nulla ad posteros esset transmissa; præsertim cum iidem Auctores fateantur, huius Episcopi vitam usque ad annum 1080. se protendisse.

18. Porro memoria illius Paterni nulla extstat post annum 1025. sed illa Abbatis Belasci continua annorum serie; qui quidem nonnisi per decessum Paterni adumi ad regimen potuit; non autem per huius assumptionem ad Episcopatum Cæsaraogustanum. Constat enim, eum Episcopum evectum fuisse ad infulas Ramiri Regis tempore, post annum 1040. vel eo ipso; anno vero 1025. post quem nulla ejus mentio, adhuc in vivis agebat Sanctius Maior; vixitque postea usque ad 1034. in quo Regni initium auspicatus est eius filius Ramirus, qui Paternum ad Episcopatum Cæsaraugustanum evexit, quum Regem Maurum illius Urbis tributarium fecit. Constat igitur, Episcopum Cæsaraustanum, qui huic Concilio interfuit, non fuisse illum, qui reformationemCluniacensem inHispaniam attulit, ut communiter Chronographi nostri asserunt.

19. Superest igitur,utEpiscopus Cæsaraugustanus fuerit Paternus Abbas Pinnatensis, huius nominis secundus, qui huic Concilio interfuit, ac in eo potiores partes habuit. Nam pietate motus, Monasterium sanctarum Massarum Cæsaraugustanæ Urbis Jaccensi Ecclesiæ contribuit, ut constat ex Gregorio VII. Papa in confirmatione hujus Concilii postea facta, ubi ait: *Super hæc omnia addimus sanctarum Massarum Monasterium, cum redditibus suis, quod a Paterno Cæsaraugustano Episcopo, favente suo Clero, Jaccensi Ecclesiæ collatum fuisse cognovimus,* Ubi appellat Monasterium, quod hodie dicitur S. Encratidis; non quod tunc tale persisteret, quum ea collatio facta fuit; sed quod tale fuerit, & quidem eximium, antequam Sarraceni Hispanias infestarent. Joannes Brizius Martinezius in *Historia Pinnatensi*, Lib. 2. Cap. 14.

EPISTOLA ALEXANDRI II. PAPÆ

Ad Monachos Rivi-pullenses, anno Christi MLXIII.

Monet eos, ut in sancto proposito perseverent. Episcopos, & Magnates hortatur, ut Cœnobii ejusdem adjutores essent, ac defensores. Excommunicationis pœnam intentat adversus injustos detentores prædiorum, quæ olim pertinuerant ad dictum Monasterium. Denique vetat, ne quis regimen illius suscipiat per simoniacam hæresim.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, Fratribus in Rivi-pullensi Cœnobio sub Dei Genitricis tuitione degentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quoniam divina favente clementia cum Apostolicæ Sedis regimine cunctarum Ecclesiarum solicitudo nobis incumbit: iccirco justis petitionibus quorumcumque fidelium nos convenit annuere, & ad nostræ pietatis auxilium confugientes, auctoritatis Apostolicæ clypeo munire. Quocirca dilectionis, ac fraternitatis vestræ literas per Fratrem S. suscipientes, & quod in eis expetere videbamini, diligentissime perpendentes, quoniam justam petitionem, & auctoritati nostræ ad perficiendum non indignam judicavimus, vestris petitionibus acquiescere non recusavimus. Unde vos debita charitate monemus, ut professionis sanctæ propositum, quod Deo aspirante suscepistis, pro viribus semper custodiatis, nec ab illo in neutram partem ullo modo deflectatis. Episcopos autem, Comites, Principes, Magistratus, ac Potentes vestri vicinia incolentes, paterna solicitudine commonemus, ut vestri Cœnobii semper in omnibus adjutores, defensores, ac propagatores existant, & quoscumque contrarios, vel ad nocendum avidissimos esse viderint, digna censura coerceant, quatenus & a Deo retributionem percipiant, & Apostolicæ simul, ac nostræ benedictionis participium habeant. Illos vero, qui prædia, quæ vobis jure debentur, dono Abbatum non satis digne præsidentium, seu rapina, vel invasione, sive qualicumque injusta occasione possidere videntur, auctoritate Apostolica convenimus, & insuper interminando mandamus, ut illa nequaquam retineant, sed sicut Dei esse noscuntur, ita Deo quantocyus reddere studeant. Quod si postquam hanc nostræ Paternitatis internunciationem audierint, infra sex mensium spatium reddere distulerint; sciant, se a totius Ecclesiæ Corpore separandos, & perpetuæ excommunicationis jaculo feriendos, donec resipiscant, & digna pœnitudine satisfaciant. Porro commonemus, & Apostolica, simulque Canonica auctoritate præcipimus, ut nullus amodo, & deinceps vestri Cœnobii regimen per simoniacam hæresim obtineat, nec qualicumque ingenio ante, vel post acceptum honorem per pecunias locum Abbatis arripiat. Quod qui præsumpserit, quamdiu retinere tentaverit, telo justissimæ damnationis subjacebit. His igitur vestri voti peractis, hortamur dilectionem vestram, ut semper ad meliora proficere studeatis, & pro nobis, ac totius Ecclesiæ statu intentissimas, & assiduas preces indeficienter ad Deum effundere non negligatis, quatenus Divinæ protectionis, & Apostolicæ benedictionis participes esse valeatis. Amen. Data XII. Kal. Junii, anno millesimo LXIII. Nativitatis Christi, Indictione XV.

CONCILIUM BARCINONENSE

SEU POTIUS COMITIA

In quibus Leges Gotthicæ, quibus Catalani utebantur, plane sunt abrogatæ, anno Domini MLXIV. tempore Alexandri Papæ II.

I. Episcopi Hispani, qui Mantuano Concilio interfuerunt, reversuri in Hispanias, duxerunt secum ab Alexandro Papa decretum Legatum a latere Hugonem Cardinalem, cujus auctoritate Barcinonæ hæc Synodus congregata fuit; in qua Leges Gotthicas, quibus Catalani utebautur, penitus abrogavit, novasque sanxit, quibus populus hactenus utitur. Ut autem ritus Gotthici, in Sacris adhiberi soliti, abrogarentur, ab illis obtinere non potuit, nec cogere voluit; cum iidem in Concilio Mantuano Catholici esse cogniti fuissent. In eadem Synodo Alexander Papa tanquam germanus Pontifex est receptus; Cadalous autem communibus omnium votis ast condemnatus. Cardinalis Baronius ad annum Christi 1064. num. 32.

NOTÆ VARIORUM.

a. Rem aliter narrat Mariana, Lib. 9. *Hist.* Cap. 5. Hugonem scilicet ante Mantuanum Concilium, anno 1064. ad Principes Hispaniæ Roma Legatum, effecisse ut repudiato Cadaloo, ab Alexandro starent. Addit: *Is Legatus ut Gotthica precandi ratio abrogaretur, quamvis magno conatu, obtinere non potuit. Missi contra Mau-*

Mantuam in Gallia Cisalpina, ubi de schismate conventus Episcoporum habiti sunt, Episcopi tres, Munio Calagurritanus, Eximius Aucensis, Fortunius Alavensis. Gotthices Libros, quos secum detulere, Pontifici, & Patribus probarunt, quasi orthodoxos, nullaque vitiosos parte.

3. Quod si anno 1064. ivit in Hispaniam Hugo recens in Alexandri gratiam receptus; bis in eam Legatum fuisse necesse est. Nam & anno 1068. eo profectum, aliquot præfuisse Conciliis, & Romanum in Sacris ritum, pulso Gotthico, instituisse, ad annum illum ostendemus.

4. Minus assentior Binio, qui post Baronium ait, Leges Gotthicas hoc anno penitus abrogatas in Catalonia fuisse. Eodem enim anno id perfectum, quo abrogatæ sunt Gotthicæ Sacrorum cæremoniæ, ex illius Gentis Scriptoribus discimus. Cossartius.

5. Anno Domini 1063. id accidisse habemus ex Tractatu quodam, *De Officio Hispanæ Ecclesiæ*, a nobis supra citato, primum edito ex ms. Ecclesiæ Toletanæ. Ibi enim postquam de Janelli, vel Zanelli Cardinalis, a Joanne Papa (nempe X.) in Hispaniam missi ad examinandum Officium, adventu, tractatum est; Officiumque ipsum tunc ab Apostolica Romana Sede laudatum, ac roboratum fuisse memoravit, ista leguntur: *Ergo hac auctoritate mansit ratum, & laudabile Officium Hispanæ Ecclesiæ usque ad tempus Domini Alexandri Secundi Papæ. Quo Alexandro Papa Sedem Apostolicam Era TLXIII. obtinente, & Domino Ferdinando Rege Hispaniæ regione imperante, quidam Cardinalis, Hugo Candidus vocetus, a præfato Papa Alexandro missus Hispaniam venit; Officium Ecclesiæ ejus a supra nominato Joanne Papa laudatum, vel roboratum evertere voluit; sed Apostolica auctoritate munitum, & confirmatum inveniens, intactum, ut invenit, reliquit.*

6. Notandum hic obiter, Eram pro communi epocha Christiana positam esse; ut hinc saltem ruat sententia doctissimi Viri Gabrielis Cossartii in Notis ad Concilium Pinnatense asserentis contra Hieronymum Blancam, Baronium, Binium, & alios, Eram pro anno Christi sumptam, novum esse, & sine exemplo, summamque in eo esse Hispanorum Scriptorum, & Annalium religionem, a nemine violatam. Hic enim, ut alia vetera instrumenta prætermittam, pro anno Domini Eram accipi debere, in dubium vocari non potest.

7. In eo tamen dissentit supra citatus a nobis Tractatus, quod præter Hugonem Candidum, alios Cardinales Officium ipsum postea evertere conatos fuisse referat; ideoque Hispanos Episcopos vehementer iratos, consilio inito, tres illos Episcopos Romam misisse. Rem ipsam ita narrare pergit: *Cui Cardinali succedentes quidam Cardinales alii, hoc idem facere laboraverunt; sed nullo modo facere potuerunt. Pro qua re Hispaniarum Episcopi vehementer iroti, consilio inito, tres Episcopos Romam miserunt; scilicet Munionem Calagurritanum, & Eximium Aucensem, & Fortunium Alavensem. Hi ergo cum Libris Officiorum Hispaniarum Ecclesiarum se Domino Papa Alexandro in Generali Concilio præsentoverunt. Obtulerunt, idest Librum Ordinum, & Librum Missarum, & Librum Orationum, & Librum Antiphonarum. Quos Libros Dominus Papa, & omne Concilium suscipiens, diligenter perscrutantes, & sagaci studio perquirentes, bene Catholicos, & omni heretica pravitate mundos invenerunt; & ne quis amplius Officium Hispanæ Ecclesiæ inquietare, vel damnare, vel mutare præsumeret, Apostolica auctoritate prohibuerunt, & etiam interdixerunt; & data benedictione super præfatos Episcopos, cum lætitia ad propria redierunt.* Cætera vide supra citato loco. Card. de Aguirre.

8. Ista ad annum millesimum quadragesimum manifesto errore revocat Surita, Baronius, aliique ad annum millesimum sexagesimum quartum. Melius in postrema Conciliorum editione Parisiensi, ubi ista acta dicuntur anno millesimo sexagesimo octavo, quod verum esse recte probavit Didacus in Historia Comitum Barcinonensium. Errant autem vehementer, qui illam Gothicarum Legum abrogationem, seu potius additionem ad veterem Legis Codicem, decretam putant in Concilio Ecclesiastico. Nulla enim illic mentio auctoritatis Ecclesiasticæ. Sane Scriptores rerum Hispanicarum, & alii quidam, tradunt huic conventui præfuisse Hugonem Candidum Cardinalem, qui tum Sedis Apostolicæ Legatus erat in his regionibus, eumque penitus abrogasse Leges Gothicas, novasque sancivisse; quod insigniter falsum est. Factum id sola Principum auctoritate, cum consilio tamen Magnatum, & Judicum Provinciæ. Delendum ergo Concilium istud in Tomis Conciliorum. Baluzius Lib. 4. *Marcæ Hispanicæ*.

CONCILIUM TULUGIENSE

In quo tregua, & pax confirmata anno Christi circiter * MLXV.

* Juxta Baluzium MXLV.

Editum ex Tabulario Regio Barcinonensi a Stephano Baluzio V. Cl. ad Librum IV. Operis, De concordia Sacerd. & Imper.

1. HÆc est treuga, & pax confirmata ab Archiepiscopo Narbonensi domno Guifredo, & a Berengario Gerundensi Episcopo, & a domno Raymundo Helenensi Episcopo, & a Comitibus Russilionensium, domno scilicet Gauzfredo, & a Guilaberto filio ejus, & domno Poncio Impuritanensi Comite, & a domno Guillelmo Bisuldunensium Comite, & a domno Raymundo

mundo Cerritanensium Comite, & a domno Gauzberto Vice-comite de Castronovo, cum cæteris Magnatibus Helenensis Episcopatus in Tulugiensi prato, quod est in Comitatu Russilionis.

CANONES.

I.

1. Constituerunt namque prædicti Pontifices cum consensu cæterorum nobilium, ut in Comitatu Russilionensi, vel Confluentano, vel Vallispiriensi ullus homo Ecclesiam non infringat, neque cœmeteria, vel sacraria, xxx. passuum Ecclesiasticorum in circuitu uniuscujusque Ecclesiæ, nisi Episcopus propter hominem excommunicatum, aut propter suum censum. Si vero aliquis homo aliter infregerit Ecclesiam, ve spatium xxx. passuum ipsius Ecclesiæ in prædicto Episcopatu Helenensi; quicquid ei commiserit, emendet ut justum fuerit ipsi homini, cui injuriam fecerit; & Ecclesiæ, in qua fecerit, satisfaciat legaliter; & insuper compositionem sacrilegii Helenensi componat Episcopo.

3. Ecclesias vero illas, ubi castra fuerint constructa, sive ubi fures, vel rapaces congregaverint furta, vel prædam, vel malefacta, tamdiu posuerunt eas jam dicti Episcopi in defensione præscriptæ pacis, quousque querimonia prædictarum Ecclesiarum deferatur Helenensi Episcopo; & ejus judicio, aut juste emendetur quod in ipsis Ecclesiis commissum fuerit, aut ab eodem Episcopo ipsæ Ecclesiæ a defensione prælibatæ pacis separentur.

II.

4. Iidem Episcopi præfati constituerunt, ut in iam dicto Episcopatu Helenensi nullus violenter infringat dominicaturas Canonicornm, vel Monasteriorum, neque aliquid rapiat inde. III.

5. Clericum vero arma non ferentem, vel Monachum, ssel sanctimonialem, sive viduam, nemo apprehendat, nec illis aliquid iniuriæ inferat.

IV.

6. Villanum neque villanam nemo apprehendat, nisi propter culpam ipse villanus vel villana fecerint. Et si eos apprehenderit, non distringat nisi per directum. V.

7. Et ut prædam nemo faciat in iam dicto Episcopatu de equabus, vel pullis, sive mulis earum, ætatis unius anni; neque de bobus, neque de vaccis, sive vitulis earum; neque de asinis, vel asinabus, sive pullis earum; neque de ovibus, arietibus, hircis, capris, sive earum fœtibus.

VI.

8. Mansiones villanorum nemo incendat, neque evertat.

VII.

9. Terras in contentione positas nullus villanus laboret, postquam commonitus fuerit ab eo, in quo iustitia placiti non remanserit. Si vero ter commonitus, postea ibi laboraverit, & propterea damnum acceperit, non requiratur pro pace fracta. VIII.

10. Si quis autem fideiussor exstiterit; si fidem non portaverit, de suo proprio pignoretur, nec pro pace fracta habeatur. Si quis autem prædictam trevam, & pacem infregerit, simpla rantum compositione emendet illi, cui infregerit infra primos xv. dies. Si vero infra primos xv. dies simpliciter non emendaverit, complitionem mali quod intulit in duplo componat; ita ut medietatem istius duplæ compositionis habeat querelator, & alteram medietatem habeat Episcopus, & ipse Comes, qui adiutor fuerit eidem Episcopo ad hanc institiam faciendam.

11. Si quis autem prædictam pacem, vel trevam *, & inde iustitiam facere uoluerit, infra xv. dies quod querelator suam querelam præsentaverit ante Episcopum, & eiusdem Clericos, ac Comitem; ipse malefactor, & consiliatores, & adiutores eius * emendare noluerint, egrediantur a treva, & pace, & malum quod propter hoc illatum fuerit eis, non requiratur pro pace, vel treva fracta. Et si malefactor, & adiutores eius postea iam dicto querelanti ullum malum fecerint intra trevam, emendet pro treva, & pace fracta.

* *Deesse videtur* infregerit.

* *Forte deest*, qui.

IX.

12. Item prædicti Episcopi firmaverunt trevam domini; videlicet ut omni tempore teneatur ab omnibus Christianis, ab occasu solis quartæ Feriæ, id est,

est, Merchoris die, usque ad ortum solis secundæ feriæ, id est, Lunis die. Item continuatim teneatur a prima die Adventus Domini usque ad octavas Epiphaniæ Domini, quando festivitas Sancti Hilarii agitur. Item similiter continuatim teneatur a die Lunis, quæ antecedit caput ieiunii, usque ad diem Lunis, qui est primus post diem Dominicam octavarum Pentecosten; & tres festivitates Sanctæ Mariæ, cum suis vigiliis; & nativitatem Sancti Joannis cum sua vigilia; & festivitatem Sanctorum Justi, & Pastoris, & Abdon, & Sennen, & Sancti Felicis, & Sancti Genesii, & Sancti Nazarii, & Sancti Laurentii, & S. Michaelis, & festivitatem omnium Sanctorum, & Sancti Martini; & duæ festivitates Sanctæ Crucis, & Cathedra S. Petri, & festivitatem Sancti Ennesii, quæ est XII. Kal. Septembris, & decollationem Sancti Joannis Baptistæ, cum vigiliis, & cum omnibus noctibus iam dictarum festivitatum; & omnes dies, & noctes quatuor temporum. Si quis autem infra hanc prædictam trevam domini aliquod malum alicui fecerit, in duplum ei componat; & postea per iudicium aquæ frigidæ trevam domini in sede Sanctæ * Eulaliæ emendet. X.

*id est in Cathedrali Ecclesia Helenensi.

13. Si quis autem infra hanc trevam hominem occiderit sine aliquo casu, ex consensu omnium Christianorum diffinitum est, ut omnibus diebus vitæ suæ exsilio damnetur. Si autem cum casu fecerit, egrediatur tamen a terra usque ad terminum, quem Episcopus, vel Canonici existimaverint esse imponendum. XI.

14. Si quis autem infra hanc trevam se miserit in * aguit, vel ipsum agunt stabiliter pro morte, vel apprehensione alicuius hominis, aut pro apprehensione alterius castelli, & tamen si hoc agere non potuerit; similiter emendet ad iudicium Episcopi, & Canonicorum eius ipsam trevam domini, sicut faceret, si fecisset quod agere tentavit. XII.

*id est, insidias struxerit.

15. Item prohibuerunt, ne in terminibus his, continuatis trevis, videlicet tempore Adventus Domini, seu Quadragesimæ, nullus castrum, vel munitionem ædificare præsumat, nisi XV. diebus ante continuatas prædictas trevas hoc inchoaverit. XIII.

16. De prædicta autem tregua, vel pace querela ad Episcopum, vel ad eius Canonicos, seu fatigatio omni tempore fiat; & sicut superius scriptum est in pace de Ecclesiis, ita fiat. Et ipsi in quibus Episcopus, vel Canonici prædicti se fatigaverint de direptione præfatæ pacis, vel treguæ Domini, sive fidei-iussores, vel hostatici pro pace, vel tregua Domini, & malam fidem inde portantes Episcopo, vel Canonicis eiusdem Sedis; excommunicentur ab Episcopo, vel a Canonicis eiusdem Sedis, cum protectoribus, & adiuvantibus se. Quamdiu se contenderint sicut infractores pacis, vel treguæ Domini, ipsi, & res eorum non habeantur in pace, & tregua Domini.

NOTÆ VARIORUM.

17. Concilium Tulugiense.) Quonam anno habitum fuerit istud Concilium Tulugiense, non adeo exploratum habetur. Animus olim fuerat eam Synodum revocare ad annum MXLV. quod viderem eo anno Guifredum Archiepiscopum Narbonensem, & Olibam Episcopum Ausonensem peregisse consecrationem Ecclesiæ Sancti Michaelis Fluvianensis apud Emporitanos, huicque consecrationi adfuisse Poncium Comitem Emporitanum. Videbam præterea Gauzfredum Comitem Ruscinonensem, qui ea omnino ætate vivebat, subscripsisse Actis illius dedicationis a Guifredo, & Oliba confectis, Atque ut etiam num in ea sententia perstem, istud facit, quod Oliba Episcopus Ausonensis, cujus Decretum in Synodo Helenensi editum confirmat ea, quæ ab Episcopis in prato Tulugiensi congregatis statuta fuerant de tregua, & pace, mortuus est anno 1047. ut fidem facit vetus Auctor ms. *De gestis Comitum Barcinonensium*. Præterea, Guillelmus Comes Bisuldunensis, qui Tulugiensi Concilio interfuit, obiit anno MLII. ut fidem facit idem vetus Auctor. Demum Acta Concilii apud Narbonem habiti anno MLIV. loqui videntur de institutionibus Concilii Tulugiensis. Hæc, inquam, suadent, Tulugiense Concilium fuisse habitum anno MXLV. uti dicebamus.

18. Sed ne ita sentiamus, faciunt multa. Primum, Raymundus nondum erat *Helenensis* Episcopus, utpote qui circa annum tantum 1064. ad eam Cathedram pervenit. Nam certissimis testimoniis compertum habeo, Berengarium fuisse Episcopum Helenensem ab anno saltem 1032. usque ad annum millesimum quinquagesimum tertium, huic successisse Arnaldum, qui anno 1056. interfuit Concilio Tolosano, & dedicationi Ecclesiæ Barcinonensis anno 1056. XIV. Kal. Decembris. Arnaldo successit Berengarius, quem *Helenæ* sedisset reperio anno 1058. IV. Idus Decembris. Post Berengarium denique video Raymun-

mundum Helenensem Episcopum fuisse annis 1064. & 1084. xiv. Kal. Junii. Illis argumentis probari puto, Concilium Tulugiense non fuisse celebratum anno 1045. quandoquidem Raymundus, qui Synodo interfuit, vicesimo tantum circiter post anno ad Helenensem Cathedram pervenit. Præterea, Berengarius Episcopus Gerundensis, qui Concilio item Tulugiensi interfuit, anno tantum 1050. factus est Episcopus (ut adnotavit Franciscus Didacus in catalogo Episcoporum) adeoque anno 1045. interesse non potuit huic Concilio Tulugiensi ut Episcopus Gerundensis

19 Sed si ita stat sententia, quid faciemus Decreto Olibæ Episcopi Ausonensis, qui in Actis Synodi Helenensis (supra exhibitæ a nobis) disertam mentionem facit eorum, quæ de tregua, & pace statuta fuerant ab Episcopis, qui convenerunt in Comitatu Rossilionense in prato Tulujes? An dicemus Olibam loqui de superiore quodam Concilio Tulugiensi, in quo actum fuerit de tregua, & pace? An vero Decretum illud Olibæ dicemus esse falsum, ac suppositititum? Prorsus difficilem esse rem video, & cui explicandæ opportunior alibi fortassis erit locus. Superest igitur, ut eadem vetera monumenta, quæ, uti dicebamus, in prima editione istarum Dissertationum emisimus in publicum, heic quoque rursum edamus; si prius monuero lectorem Tulujas Oppidum esse agri Ruscinonensis, haud procul Perpiniano, tertio videlicet ab ea Urbe milliario, quod circa annum 880. vocatur villa Tulujes, & de Tulugiis, in Comitatu Russilionensi; ut fidem faciunt Acta vetera, quæ extant in Chartulario Ecclesiæ Helenensis. Hodie vocatur Tulujas ab incolis illarum partium. Baluzius Lib. 4. *De concordia*, pag. 249.

20. Synodi locus in Helenensi Episcopatu, ubi extat hodieque, ut Baluzius admonuit, oppidulum, quod *Tulujas* vocant, haud procul Perpiniano. Cum autem de unius Helenensis Parochiæ disciplina in hoc Concilio sit actum; Helenense in prato Tulugiensi eo jure modoque appellavi, quo Sirmondus noster Magalonense apud Juncarias, & hujusmodi alia. De tempore vix ulla, nisi ex Episcoporum, qui interfuerunt ætate, capi conjectura potest. Helenensem Episcopum fuisse Raymundum anno 1065. constat; cum eo anno, ut Sammarthani referunt in *Gallia Christiana*, Ecclesiæ suæ possessiones aliquas acquisiisse reperiatur. Eodem anno, & præteritis, ac consequentibus Narbonensi Ecclesiæ Vulfredus, Gerundensi Berengarius ejus frater, præfuit. Igitur circiter annum illum, quo tres illos simul Episcopos fuisse certum est, collocandum hoc Concilium putavi.

21. Cæterum quadrare in annum 1045. cui attributum fuerat, nullo modo potest. Nam eo anno Helenensis Episcopus erat Berengarius; quod cum ex multis aliis constat, tum ex Actis ipsis conventus in Ecclesia Sancti Michaelis Fluvianensis, ex quibus argumentum ducebatur, tunc Helenensem Episcopum fuisse Petrum, atque hac in parte Concilii hujus contextum emendandum esse. Nam in illo conventu Petri quidem Episcopi nomen legitur, Episcopatus nomine suppresso; sed legere pergenti statim occurrit diserte, ac nominatim expressus Berengarius Helenensis. Sedem autem illam non tenuit Petrus, nisi anno 1113. ut in notitia Helenensium Episcoporum perhibetur.

22. Eodem argumento conficitur, juramentum Gauzfredi Comitis Petro Episcopo Helenensi factum, quod Concilii hujus extremum occupat locum in editione Baluziana, ad hanc Synodum non pertinere.

23. Alia est in eodem loco habita Synodus Helenensis, quam huc reservaram tanquam hac nostra posteriorem, ut titulus præferebat. Verum cum eam propius, uti mox edendam, inspexi; animadverti, superioris esse temporis, quippe cui præfuerit Ausonensis Episcopus Oliba, qui anno 1045. obiit, Cossartius.

24. Allatis a nobis difficultatibus impeditus Vir Clarissimus Gabriel Cossartius, auctoritati innixus Catalogi Episcoporum Ecclesiæ Helenensis, quem exhibet Tomus Secundus *Galliæ Christianæ*, descripti sane ex membrana ejusdem Ecclesiæ, quam nos vidimus, sed omnium mendosorum Catalogorum mendosissimi, & fallacissimi; huic inquam auctoritati innixus Cossartius, parvi porro pendens argumenta, quæ certo propemodum adstruere videntur opinionem nostram de tempore, quo habitum est Concilium Tulugiense, illud revocavit ad annum 1065. & diserte pronunciavit, quadrare in annum 1045. nullo modo posse. At ego contra, puto convenire nullo modo posse anno 1065. propter rationes a me supra allatas. Quoniam tamen monstranda est lectori via, per quam emergere possit ex his salebris, dicendum videtur, habitum quidem Concilium illud anno 1045. sed interpolatum fuisse, uti tum sæpe solebant, cum accessissent consensus, & subscriptiones Episcoporum, qui postea Helenensem, Gerundensemque Cathedras tenuerunt. Itaque non omnes, qui in præfatione actorum nominantur, huic Synodo interfuere. Verum quoniam hic tum mos erat, ut, quæ in conventibus Episcoporum constituta erant, subscriptionibus quoque absentium, & posteriorum confirmarentur, accessissentque subscriptiones eorum Episcoporum, & Magnatum, qui post eorum mortem, qui tum vivebant, ea loca tenuerunt; composita est præfatio, quæ doceret, istos omnes consensisse his Decretis. Ceterum prætermittendum non est, eundem Virum Clarissimum vocasse Concilium Helenense in prato Tulugiensi, quod nos simpliciter Tulugiense dixeramus, eo jure, modoque, ut ipse ait, quo Sirmondus Magalonense apud Iuncarias appellavit.

25. Anno 1047. obiit Oliba Episcopus Ausonensis in Monasterio Cuxanensi, ibique sepultus est. Sic enim tradit Monachus ille Rivi-pullensis, qui olim scripsit gesta Comitum Barcinonensium. Quare certum est, hinc quoque ruere sententiam Clarissimi Viri Gabrielis Cossartii, quia ex eo collegit, Tulugiense Concilium non potuisse celebrari anno 1045. quia eo anno Oliba Ausonensis obiit, Garibayo teste. Nam præterea, etiamsi falsam Garibayi scriptionem sequeremur, cum ille non adnotaverit tempus, quo Oliba mor-

mortuus est, tempus porro etiam habiti Concilii Tulugiensis adnotatum quoque non sit, constet autem eum intersuisse anno 1045. die xxvi. Iulii consecrationi Ecclesiæ Fluvianensis; non absurde dici posset, Concilium fuisse celebratum anno 1045. ante dedicationem illam, adeoque falsum in ea observatione fuisse Cossartium. Baluzius in *Marca Hispan.* ad annum 1045.

* XXIX. apud Labbeum.

EPISTOLA * ALEXANDRI II. PAPÆ

Ad Amalgerium Civitatensem Episcopum.

Circa annum Domini MLXV.

De pœnitentia Presbyteri, qui Presbyterum occidit.

Ivo par. 10. cap. 14.

FRatri hule, quem perpetrati homicidii reatu ad judicium Canonicæ pœnitentiæ suscipiendum ad Apostolicam Sedem misisti, noveris nos hujus ordinis pœnitentiam misericordiæ respectu injunxisse. Nam quia Presbyter Presbyterum occidit, quadrupliciter, xxvii. videlicet annis, eum pœnitere oporteat; quatuordecim annos sibi misericorditer indiximus, irrecuperabiliter dejicientes eum Presbyteratu, & omni administratione Altaris. Quos quidem quatuordecim annos hoc ordine observabit. Tribus prioribus annis extra Ecclesiam, nisi ad extrema mortis, absque communione, & mensæ participatione, & pace sit. Sed a Cœna Domini solummodo reconcilietur, usque ad octavas Pentecostes. Hac præscriti Quadragesima quotidie jejunet in pane & aqua diebus tribus hebdomadæ usque in Pascha. Ab octavis Pentecostes usque in Festum S. Michaelis, duobus diebus; deinde tres. Post tres annos, reddita sibi communione Ecclesiæ, & mensæ, inter idiotas sit usque ad expletos septem annos, eodem modo totum pœnitentiæ tempus servans. Et quia convenit, eum esse sub regimine Abbatis, mandamus tibi, ut mittas eum in aliquo Monasterio, ut ibi condigne pœnitens salvetur; & si tibi, vel Abbati videtur sibi remittere, si hunc observasse pœnitentiam videris, post tres annos liceat.

*XXXIV. apud Labbeum.

EPISTOLA * ALEXANDRI II. PAPÆ

AD OMNES HISPANIÆ EPISCOPOS

Circa annum Domini MLXVI,

Quod Judæi servari debeant, non occidi.

Alexander Papa omnibus Episcopis Hispaniæ.

Ivo par. 13. cap. 114.

PLacuit nobis sermo, quam nuper de vobis audivimus, quomodo tutati estis Judæos, qui inter vos habitant, ne interimerentur ab illis, qui contra Sarracenos in Hispaniam proficiscebantur. Illi quippe stulta ignorantia, vel forte cœca cupiditate commoti, in eorum necem volebant sævire, quos forsitan divina pietas ad salutem prædestinavit. Sic etiam Beatus Gregorius quosdam, qui ad eos delendos exardescebant, prohibuit, impium esse denuncians, eos delere velle, qui Dei misericordia servati sunt; ut patria, libertateque amissa, diuturna pœnitentia, Patrum præjudicio in effusione Sanguinis Salvatoris damnati, per terrarum Orbis plagas dispersi vivant. * Dispar nimirum est Judæorum, & Sarracenorum caussa. In illos enim, qui Christianos persequuntur, & ex Urbibus, & propriis sedibus pellunt, iuste pugnatur; hi vero ubique parati sunt servire. Quemdam etiam Episcopum Synagogam eorum destruere volentem prohibuit.

* Can. 11. 13. 4. 8.

PRIVILEGIUM D. MAJORIS SANCHEZ

Filiæ Comitis D. Sancii, primæ Reginæ proprietariæ in Regno Castellæ, factum in gratiam Monasterii S. Martini de Fromesta. Anno circiter Christi MLXVI.

Ex Tepio in Appendice Tomi IV. fol. 460.

QUicumque Fidelium pro amore Dei, & Sanctorum eius loca sancta honorare disposuerit, sciat sibi a Domino, & ab electis eius retributionem suscipere in ætherea sede. Itaque ego Maior Christi ancilla, Sancii Comitis filia, innotescere volo omnibus Christianis, tam Clericis, quam laicis, qualiter divido meum habe-

habere, quod Dominus mihi dedit in hoc præsenti sæculo possidere. Scilicet, imprimis dimitto illis omnibus, qui equos tenent de me in præliando, ut sint illorum, & faciant ex eis quod voluerint. Deinde postea dimitto omnes illos, & illas, qui Sarraceni fuerint, & Christiani sunt, quos ego nutrivi pro remedio animæ meæ, liberos, & absolutos, & ingenuos. Postmodum vero rogo illos, & illas qui Christiana Fide censentur, ut hoc Testamentum, & Privilegium, quod nunc subsequitur, audiant, firma fide retineant, & in fide firma, & in veritate recta, quanto firmius potuerint, affirment; videlicet in hoc Monasterio Sancti Martini, quem pro amore Dei, & Sanctorum ejus, & purificatione peccatorum meorum ædificare cœpi in Fromesta, dimitto de meas hæreditates. Nempe illam populationem, quam ego populavi circa ipsam Ecclesiam, & vineas, & terras, qui servierunt usque hodie in illa domo de Sancto Martino tribuo, ut sint ad Sanctum Martinum, & sive servientibus hæc omnia, quæ supradiximus; alias vero possessiones, quarum una est in villa, quæ vocatur Vovatella, & in alia villa, quæ dicitur Agero, quas ego comparavi de meo habere. Similiter do illas tertias de Fromesta, & de populatione, & dono illo meo prato medio, & illa Serna, quæ est in villa Ora, qui serviat ad Sanctum Martinum. Et nullus homo audeat eis injuriam inferre. Non enim condecens est, ut tale hominum genus, sicut Monachorum, ulli homini subiaceat, nisi soli Deo; & rogo omnibus ex mea stirpe progenitis, ut eum magno honore retineant, & quantum potuerint, pro amore Dei adcrescant. Alibi itaque adhuc divido; oves, & vaccas, sive equas, quas habeo in Fromesta, dono a Domino, & a Sancta Maria, & a S. Joanne Baptista, & a Sancto Martino; vaccas quippe meas, & quas habeo in Asturias, divido in tres partes; primam partem do in locum, ubi meum corpus sepultum fuerit; secundam partem ad Sanctum Martinum, ut servientes laici, & Clerici sustentationem habeant victus, qui die noctuque ibi dico obsequium fecerint; tertiam vero partem concedo illis tribus Monachis, ut orationes, vigilias, & obsequia defunctorum faciant pro mea anima, & Missas canant, & illud bonum, quod scierint, pro me agant. Quod si aliquis præsumpserit quicquam, vel in modicum hoc Testamentum violare voluerit; illa maledictio, quam omnipotens Deus per Eliam Prophetam super Genarios misit, quos ignis de cælo cremavit, veniat super illum, & omnes maledictiones, quas omnes Sancti, atque electi Dei dare ei possunt, veniant super eum; & quando obierit, terra eum tenere non possit, nec cum Sanctis in requie sit; sed vivus in infernum descendat cum Pilato, & cum Datan & Abiron, quos terra vivos absorbuit, & & cum Juda traditore Domini, & cum eis, qui dixerunt Domino Deo: Recede a nobis; & ad partem Regis pariant C. libras auri, & supradictam hæreditatem duplicatam. Factum Testamentum noto die quod est Idus Junii, Era MCIV. regnante Aldephonso Rege, Ferdinandi Regis filio, in Legione. Ego Maior Regina Christi ancilla hoc Testamentum a me tactum confirmans roboro.

Semendus Episcopus Burgalensis conf.
Bernardus Episcopus Palentinæ conf.
Comiti la Dona Gelvira de Nogare conf.
Abbas Miro testis.
Fan Menendiz testis.
Sanz Galvez testis.
Egica notuit.

CONCILIUM LEYRENSE

In quo Gotthici Sacrorum ritus abrogati, anno, ut probabilius videtur, MLXVIII. Alexandro II. Pontifice.

1. Hugonem Candidum Presbyterum Cardinalem in Hispaniam legavit Alexander II. tum ob alia, tum ut Divinorum Officiorum ritus Romana ex formula constitueret; quod discimus tum ex illius Gentis historicis, tum ex Literis Alexandri ipsius ad Aquilinum Sancti Joannis Pinnatensis Abbatem, quas in Cœnobii illius historia Joannes Brizius Martinezius edidit. Satis constat, non sine Conciliorum auctoritate id effectum; & Barcinonense, ubi hoc agitatum, jam edidi ad annum 1064. non quod eo anno celebratum putarem, sed ne Binium corrupisse in re præsertim non indubitata, videret.

2. Annum ego 68. adscribo. Primum enim, Hugonem eundem video hoc anno Tolosanum Concilium, & Auscense, quæ finitima Hispaniæ loca sunt, celebrasse. Eius igitur adventus male in annum 1071. a Martinezio differtur. Deinde Sanctius Ranimirus Aragonum Rex, in Privilegio Abbatiæ Leyrensis, quod exstat apud Sandovalium in Episcoporum Pompilonensium notitia, ait, Hugonem Cardinalem interfuisse Concilio Leyrensi anno Regni sui sexto, qui annus est Christi 1068. Huic itaque anno indubitanter assignat Divinorum Officiorum mutationem Hieronymus Surita, qui historias suas veterum monumentorum fide conscripsit. At Carbonellus in Chronico, & Martinezius in historia Sancti Joannis, aliique, anno id tribuunt 1071. nixi antiquis illorum temporum monumentis, quæ consignata sunt, vel anno 1071. *cum intravit Lex Romana in Sanctum Joannem XI. Kal Aprilis, secunda septimana Quadragesimæ, feria tertia*; vel *Era* 1106. (qui annus est Christi 1068.) *anno nono Regni Sanctii Ranimirez, prima vera ingressionis Romani Officii in S. Joanne.*

3. Quæ ita concilianda mihi videntur; ut in Hispaniam Hugo Candidus anno 1068. venerit, in Aragonia, finitimisque regionibus de mutandis Sacrorum cæremoniis habuerit

buerit Concilia; sed res, quamvis eo anno decreta, perfecta tamen nisi anno 1071. non fuerit, propter populi antiquis suis ritibus addicti pertinaciam; quem ea in re cogere invitum sacri Magistratus noluerunt, sed sensim persuadere. Unde & factum, ut irritum ramdiu fuerit eadem de re Decretum Concilii Jaccensis anni 1060.

4. Eadem caussa fuit, cur sacros ritus, ut mutarent Castellani vix adduci, ac nisi vi quadam, potuerint. Sed hujus id loci non est. Ad eos enim Hugo non penetravit, sive id mandatum illi non fuerat, sive tempestivum nondum esse duxit. Id deinde Gregorio VII. Pontifice perfectum, anno 1080. COSSARTIUS.

ADDITIO EJUSDEM COSSARTII.

5. Gotthicum Officium dictum est, quod a Sancto Isidoro Hispalensi, Gotthis adhuc in Hispania regnantibus, jussu Toletanæ Synodi, anno 633. compositum, digestumque sit. Dictum deinde Toletanum, quod Mauris anno 714. Hispaniarum potitis, cum pars indigenarum maxima profugisset, eorum aliqui, qui domi remanserunt, inter Mauros, sacrorum ritus eosdem Toleti custodierint. Dictum, & Moz-arabicum, quoniam eo usi Moz arabes, sive Muz arabes; quod nomen Hispanis, qui cum Mauris vivebant, inditum; non quod Moz-arabes corrupta voce, quasi Mixt-arabes dicti sint, ut volunt plerique omnes; sed quod probabilius existimo, a Muza Arabum Duce, qui Hispaniam domuit.

6. Toleti in antiquis Ecclesiis, quæ Mozarabum fuerunt, statis anni diebus res Divina Gotthico ritu, hodieque peragitur. Ac præterea in Templo maximo Sacellum exstat, ubi idem perpetuo servatur, quod instituit Franciscus Cardinalis Ximenius, qui & Moz-arabicos Divinorum Officiorum Libros typis edi jussit, ne tantæ rei memoria periret.

7. Romanum autem Officium a plerisque Hispanicarum rerum Scriptoribus etiam Gallicanum dicitur, quod in Gallia susceptum prius fuisset. Atque id eorum nonnulli observant, Hispaniarum Principes Romanos ritus Francarum conjugum suasu admisisse. Nam & apud Alphonsum VI. Castellæ Regem id effecisse Constantiam conjugem, certum est; & Raymundum Berengarium Barcinonensem Comitem in eo Almodi conjugi obsequutum esse, multorum est conjectura. Addere potuissent & Ermisendam Ramiri Aragonum Regis uxorem, quo Rege decreta primum in Jaccensi Concilio anno 1060. cæremoniarum illa mutatio fuit, Francam quoque fuisse, & Francos multos Concilii illius Episcopos.

CONCILIUM GERUNDENSE

Præside Hugone Candido Cardinale, Sedis Apostolicæ Legato, ANNO CHRISTI MLXVIII.

8. ANno 1068. Hugo Cardinalis Concilium celebravit apud Gerundam, cui, præter Episcopos, & Abbates, interfuerunt etiam, ut tum mos erat, Principes, & Magnates illius regionis. In eo Conventu Legatus auctoritate Apostolica confirmavit Decreta treugæ, & pacis, ejusque violatores excommunicationi subjecit, donec resipiscerent, & satisfacerent Ecclesiæ. Baluzius Lib. 4. *Marcæ Hispanicæ* ad hunc annum.

CONCILIUM AVSONENSE

Celebratum circa annum Domini MLXVIII. in quo de treuga, & pace actum est.

Ex Viro Cl. Stephano Baluzio in Appendice Marcæ Hispanicæ.

Constitutiones pacis & treugæ editæ in vico Ausonensi.

1. HÆc est pax confirmata ab Episcopis, & Abbatibus, & Comitibus, necnon Vicecomitibus in Episcopatu Ausonæ. Scilicet.

I. *De immunitate Ecclesiæ.*

2. Ut ab ista die, & deinceps nullus homo Ecclesiam, neque spatium, neque mansionem, quæ in circuitu Ecclesiæ sunt, aut erunt, usque ad triginta passus invadat. Ecclesias autem illas in hac defensione non ponimus, in quibus Castella facta sunt, vel erunt. Eas vero Ecclesias, in quibus raptores, vel fures prædam, vel furta congregaverunt, vel maleficiendo inde exierunt, aut illic redierunt, tamdiu salvas esse jubemus, donec * querimonia malefacti ad Episcopum Ausonæ, & ad Sedem, & ad Conventum Canonicorum ejusdem Sedis se fatigaverit, * vel malefactor ille justitiam inde facere nolit, postea et mandato prædicti Pontificis, vel præfatorum Canonicorum ipse malefactor, seo * reus ejus non salventur in eadem Ecclesia. Ille autem homo, qui Ecclesiam invaserit, aut aliis, exceptis supradictis malefactoribus, aliquid ei malum fecerit, aut ea, quæ in circuito Ecclesiæ ipsius sunt usque ad triginta Ecclesiasticos passus irruperit, sacrilegii compositionem emendet præfatæ Sedi, & querelanti malefacta in duplum restituat.

*Querelatores

* f Et si.

* res.

II. *De Clericis, Monachis, Monialibus, & Viduis.*

3. Itam placuit, ut Clericos, qui arma non portaverint, aut Monachos, seu Sanctimoniales, vel Viduas, ullus non invadat, neque injuriam eis faciat, vel aliqua malefacta. Commu-

munia vero Canonicorum, vel Monachorum, seu Sanctimonialium, vel Ecclesiasticà alodia, & possessiones, quas Ecclesiæ nostri Episcopatus, vel Clerici arma non ferentes, aut Monachi, seu Sanctimoniales tenent, ullus homo non infringat, aut aliquid inde diripiat. Quòd si fecerit, in duplo ei componat.

III. *De præda animalium*.

4. Similiter confirmaverunt, ut nullus homo in isto Episcopatu Ausonæ, scilicet Bisuldunensi, Petra-latensi, atque Impuritanensi, prædam non faciat de equabus, vel pullis earum usque ad medium annum, neque de bobus, neque de vaccis, neque de asinis, vel asinabus, neque de ovibus, vervecibus, vel agnis, neque de capris, vel hircis, vel eorum fœtibus.

IV. *De mansionibus pagensium, & pluribus aliis rebus, quæ sub pace sunt constitutæ*.

5. Mansiones vero pagensium, vel Clericorum arma non ferentium, columbaria, & palearia, ullus homo non incendat, vel destruat. Villanum, aut villanum, & Clericos arma non ferentes, & Monachos, seu Sanctimoniales, & Viduas, ullus homo non sit ausus occidere, vulnerare, debilitare, neque comprehendere, vel distringere, nisi propter suam culpam, quam prædicti habent factam; & non distringant eos, nisi per directum solum. Et tamen hoc non fiat, nisi prius querelando se fatigaverit sicut prædictum est. Pagensibus autem vestimenta non auferantur, neque vomeres, neque ligones. Oliveta vero nemo incidat, vel comburat, vel fructus eorum dissipet.

V. *De pignoratione rerum alterius pro plivio, vel alias non facienda*.

6. Item constitutum est, ut nullus homo pignoret res alterius pro plivio, vel pro alio quolibet negotio, quod alicui, vel cum aliquo fecerit, quamvis ille solverit. Quicumque hanc pacem, quam prædixit, infregerit, & illi cui eam infregerit, infra xv. dies simplum non emendaverit, si dies xv. transierint, in duplo componat. Quam duplationem habeat Episcopus ipse Gerundæ, & Comes, qui eam redirigere fecerit.

VI. *Si filius faciat malum, an pater teneatur*.

7. Item constitutum est, quod si aliquis filius Magnatum Terræ, tam majorum, quam minorum, fecerit aliquod malum per pacem, & treugam domini aliquibus hominibus ex castro patris sui, vel ex honore ejus, aut cum hominibus suis, ipse cogat filium suum, & homines suam Terram tenentes redirigere malum, quod fecerint. Quod si noluerint facere, ipse filius, vel præfati homines, idem pater redirigat omne malum, quod filius suus, & homines sui fecerint. Quod si filius non fecerit malum ex castro, vel honore patris sui, & tamen fecerit cum hominibus tenentibus Terram patris sui, vel cum iis, quos idem pater habuit in sua familia, similiter ipse pater cogat homines redirigere prælatum malum. Quod si facere non potuerit; auferat eis beneficium suum ex toto, & projiciat illos ex familia sua sine engan. Quod si ipse pater facere noluerit, tamdiu maneat sub excommunicatione cum omni honore suo, & præfatus filius, sive præfati homines cum eo, donec redirigant ex toto malum, quod commiserunt. Quod si filius adhuc ex aliis locis, non ex honore paterno, vel castro, neque cum hominibus patris, aliquod malum alicui fecerit, non redeat in paternum castrum, vel honorem, neque pater, aut mater impendat ei aliquod beneficium, vel protegant eum in aliquo. Quod qui fecerit, aut emendet malum, quod filius perpetraverit, aut tamdiu maneat in excommunicatione, donec emendet.

VII. *Si quis inculpatur, qualiter debet se expiare*.

8. Item constitutum est, quod si aliquis fuerit inculpatus ex aliquo modo, quod ipse præceperit, aut stabilierit, aut consilium dederit, quod agreetur, & ille dixerit, se hoc non egisse, de quo in veritate notum fuerit, quod ipse per semetipsum prædicto malo non interfuerit, propria manu juret super Altare consecratum, se non praecepisse, neque stabilisse, neque consilium dedisse quod malum illud perpetraretur, & postmodum non sit protector, aut defensor illius, qui hoc malum fecit ullo ingenio, vel aliquo modo. Quod si homo suus fuerit, qui suam teneat Terram, aut habeat suum beneficium, unde possit eum distringere; aut faciat hoc sibi redirigere, aut auferat ei ex toto Terram, & beneficium suum, & postea expellat eum a se sine aliquo engan, & non exhibeat ei ullam societatem ad suum beneficium, neque defendat eum in aliquo.

9. De omnibus illis constitutum est, qui interfuerint malefactis, quod si dixerint, se non interfuisse, vel malum, unde culpantur, se non fecisse, quod expient se per judicium aquæ frigidæ in Sede Sancti Petri. Quod si facere noluerint, excommunicationi subjaceant. Omnes vero probationes, & expiationes, quæ judicabuntur, querelatoribus, & redirectoribus pacis, & treguæ domini fiant per judicium aquæ frigidæ in Sede Sancti Petri.

10. Ultimo vero de pace, & tregua domini a nemine fiat in omni Ausonæ Episcopatu, donec primo querela ad Ausonensem Episcopum, & ejus Canonicos perveniat, & exspectetur terminus fatigationis triginta dierum, antequam Episcopus, & Canonici Sedis faciant in malefactore; quia si [infra] triginta hos dies redirectæ non fuerint, vel ita firmant in manu Episcopi, & Canonicorum, ejus per pignora quod redirigatur sine engan; malefactor ille, & propriæ res suæ non sint in pace, & tregua domini, illo & honore suo excommunicato cum honoribus suis.

11. Item Hugo Candidus Cardinalis Romanus in Concilio Gerundensi cum Episcopis, & Abbatibus, sive Principibus, ac totius Terræ Magnatibus, & auctoritate Romani Papæ, cujus legatione fungebatur, confirmavit, & laudavit pacem, & treguam, sicut erat apprehensa in Episcopatu Gerundensi. Et addidit in eadem tregua consensu omnium, atque jussit auctoritate Domini Papæ, ut pari modo teneretur a Dominica octavarum Paschæ usque ad octo dies post Pentecosten, sicut quadragesimals tempore; & transgressores pacis, & treguæ domini

mini excommunicationis anathemati subjecit, quoadusque resipiscant, & ad satisfactiones in Canonica veniant.

NOTA D. BALUZII.

CONcilium *Ausonense*.) Circa idem tempus (nempe Concilii Gerundensis paullo antea memorati) ae fortasse curam eodem Cardinale, habitus est similis Conventus in Urbe Ausonensi caussa confirmandæ pacis & treugæ, in quo variæ Constitutiones sancitæ propterea sunt. Inter cætera vero confirmatus est usus purgationis per judicium aquæ frigidæ. Baluzius Lib. 4. *Marcæ Hispanicæ*.

PRIVILEGIUM SANCTII RAMIRESII

Regis Aragonum, & Montisonis, in gratiam Monasterii Leyrensis. In quo indicatur, olim in eo sitam fuisse Sedem Episcopalem Pampilonensem. Deque Conciliis in Monasterio Leyrensi celebratis, & a nobis supra memoratis.

ANNO CHRISTI MLXX.

Ex Yepio in Appendice Tomi IV. fol. 439.

AD honorem summi, & æterni Regis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Hoc est Privilegium, quod ego Sancius Ranimiri Regis filius, non meis meritis, sed sola Dei omnipotentis miseratione Aragonensium, & Montisonis Rex, facio ad Monasterium Sancti Salvatoris Legerensis, & Donino Sancio Abbati, & suceessoribus, & cunctis Monachis in eodem ioco Deo famulantibus, præsentibus, & futuris in perpetuum. Dignæ laudis, & memoriæ Sancius Rex avus meus, Redemptoris nostri opitulanclementia, superatis, expulsis :::::::: Regni sui partibus Divini amoris zelo accensus; euius anxilio triumphans ex hostibus victor existere potuisset, Regnum suum ab omni labe, & spurcitia nefandæ gentis stabilivls : : : : : : : : : : : : : Monasteria, & Ecclesias quondam a præfatis gentibus dirutas, & devastatas renovare, gregemque servorum Dei, & Beatissimi Patris Benedicti normam per Monasteria ordinare, undecimo Kalend. Maii, Era MLX. currente, convocatis Principibus, & Maioribus Terræ suæ, Concillum in Monasterio Legerensi celebravit. Inter cætera ergo bonæ volunsatis suæ hoc primum providit, quoniam super omnes Regni sui Ecclesias religiosissimum, nobilissimumque, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, Legerense Monasterium, quod Domini Salvatoris vocatur, tunc te●poris esse videbatur, ut i'lud in omnibus, & per omnia donis amplioribus, atque dignitatibus, sive libertatibus decoraret, & Reverendissimum Virum Sancium Legerensem Abbatem, & Episcopum, atque suum Magistrum, qui eo tempore Legerensi Monasterio præerat, ad Romanam Curiam pro libertate eiusdem Eccl esiæ cum munimentis ehartarum destinaret, & Apostolico patrocinio suprafatum Monasterium communiret, affirmans inter alia, quod *hoc primum, & antiquissimum, jusque Regium, & præcordiale totius Regni sui Cœn obium haberetur*. Sed quia ingruentia vastator um, & multitudine prædatorum qua mplures Sedes Episcoporum desertæ, & sine nomine in Regno suo jacerent, & ea toto Iruniensis Sedes videretur deserta, grassante barbarorum nequitia, pessime quoque illius gentis sæviente perfidia, facta esset sine tutore misera, & absque marito vidua, a Viris Catholicis Episcopis, atque Abbatibus prudentibus Concilio existentibus, Regi venerando datum est consilium aperte coram omnibus, ut Abbatem Legerensem Sancium supradictum Virum justum & sanctum etiam Episcopum, & suum Magistrum rogaret, & rogando mandaret, ut suo cum auxilio, de tot, & tantis bonis, atque divitlis, quibus Legerense Cœnobium super omnia Regni sui Monasteria pollebat, atque vigebat, Iruniensem Sedem renovaret, & restauraret, & Canonicum Ordinem ibidem institueret, atque disponeret. Pro præstitu vero renovationis, & restaurationis, iam dirutæ Sedis Iruniensis dignitatem talem Legerensi Monasterio statuere dignaretur, a Sede Iruniense inviolabiliter per omnia succedentia tempora observanda, qualiter Ecclesia Legerensis pro restauratione tantæ Sedis se laborasse gauderet, & in perpetuum gratum illi esset omnimodis, & acceptum quicquid ipsi pro hoc honoris pervenisset, & augmenti. Postmodum vero tot peractis beneficiis Romam mittere, & gratiam Domini Papæ ad plenum habere, & Privilegium pro jam dicti Cœnobii libertate, secundum desiderium cordis lui, sine ulla hæsitatione possit impetrare. Rex autem tantorum Virorum consilio consultus, & deprecatione Reginæ Domnæ Majoræ uxoris suæ commonitus, seu propter Episcopatum revocandum a barbaris tam graviter subversum atque desolatum, quondam tamen famolissimum, consilio adquievit, & assensum præbuit. Sequenti vero anno in Pampilonensi territorio ad Iruniensis Sedis renovationem, & Sancti Salvatoris Legerensis Cœnobii honorem, Concilium * constituit celebrandum, & omnibus, qui aderant, occasione instante, vita tamen comite, mandavit interesse. In quo Concilio quid egerit, qualiterve statuerit, declarat Privilegium in Ecclesia Sancti Salvatoris conservatum. Post non multum vero temporis Concilio peracto, Sancius jam di-

dictus Abbas, & Episcopus (cognomento Major) ex hac luce ad Dominum migravit, qui in Legerensi Ecclesia honorifice sepultus quiescit. Post obitum cujus Legerensem Ecclesiam rexit Sancius Abbas, atque Episcopus (cognomento Minor) multis temporibus. Qui licet diu, multumque repugnaverit, post nimias reluctationes, Dei tamen miseratione, cogente Rege, ad Episcopatus sublimitatem est deductus. In cujus præsentia jam dictus avus meus Rex Sancius Legerensi Cœnobio donationis præcedentium Regum Sancii Abarchæ, videlicet avi sui, nec non Urracbæ Reginæ, sed & Garsiæ patris sui, & domnæ Eximinæ matris suæ quicquid idem locus habere videbatur, dono, pretio, vel auctoritate regia confirmavit, & Privilegium patri meo venerandæ memoriæ Ranimiro Regi ad roborandum tradidit,& cæteris filiis suis, fratribus patris mei, videlicet Fredenando, Garsiæ, & Gundisalvo, in conspectu Sancii Guillelmi Comitis de Gasconia, nec non & Berengarii Curvi Comitis de Barchinona, corroborare fecit. Insuper in vita sua ex bonis suis locupletavit dum vixit. Post mortem vero illius pater meus Ranimirus Rex, non solum patris sui Sancii Regis decreta inviolabiliter conservavit, sed etiam eundem locum donis auxit, mihique commendans, ut bene acta prædecessorum meorum corroborarem, & dona, quæ possim ibi donare, injunxit. Ego vero non immemor præceptorum ejus, Deo auxiliante, totis viribus implere, curare, insuper ab Apostolica sede corroborari feci. Nam tertio Regni mei anno, Era 1107. xiv. Kalend. Maii, Concilium cum viris Catholicis, aliisque quampluribus, in Legerensi Ecclesia celebravi. Contigit autem ex improviso, & hoc divina credo factum industria, Hugonem scilicet Candidum Cardinalem Presbyterum isti interesse Concilio. Quem cum diu multumque de utilitate, & doctrina simul, & libertate ejusdem Monasterii efflagitassem, jam dictum Abbatem, & Episcopum cum præfato Cardinali ad Sedem Apostolicam destinavi ad Beatissimum Alexandrum Papam II. obnixe deprecans Paternitatem illius, ut prædictum locum sub tutela, & protectione Beatorum Petri & Paulli Apostolorum susciperet, & Privilegium, & libertatem talem ei conferre dignaretur, quo a rapacitate malorum hominum, vel ab invasione Episcoporum, necnon a præjudicio Cardinalium, vel Episcoporum, seu a dominatione injusta succedentium Regum, locus idem, & res suæ defendi possint; & ut Abbas, & Monachi ejusdem Cœnobii libere ipse, & sui ad Sedem Apostolicam in omnibus injustitiis Ecclesiasticis, vel secularibus, nec non & in ordinationibus Abbatum, vel Monachorum, possent se reclamare. Qui Beatissimus Pater Papa Alexander, audita meæ humilitatis petitione, scio non meis meritis, sed gratia Spiritus commotus, locum istum, & res suas in Apostolica suscepit defensione. Datoque libertatis Privilegio, Apostolico patrocinio munivit. Nunc igitur ego humillimus servorum Dei servus, dono Dei Sancius Rex, Monasterium Sancti Salvatoris de Lejore, tantis auctoribus munitum, Regiis, atque Apostolicis decoratum Privilegiis, hac mea præsente auctoritate corroboro Abbati Sancio, & Monachis sub eo, vel successoribus ejus Deo militantibus præsentibus, ac futuris, *talia Privilegia, & Præcepta, & Decreta, & libertates, qualia habet Cluniacense Monasterium, de cujus sanctissimo fonte Ordo Beati Benedicti in his partibus prius emanavit.* Confirmo etiam Privilegia prædecessorum meorum Regum, & Romanorum Pontificum. Confirmo ei etiam Monasteria, & Ecclesias Parochianas, nec non & celles, & villas, & aquas, & cursus aquarum, & molendina, & sylvas, & omnia alodia, magna vel parva, quanta vel qualiacumque prædictum Monasterium, vel sui Monachi ab antiquis Regibus, seu a modernis, vel ab Episcopo, vel a militibus, vel a rusticis, vel a quibuscumque personis, dono, comparatione, vel camio acquisierunt, vel habere videtur, vel visum est, vel videtur habere, nisi ea, quæ Abbates, vel Monachi ejusdem loci, juste, aut legitime dimiserunt, vel camiaverunt Regio jussu, & omnes decimas alodiorum suorum, eorum quidem, quæ usque in hodiernum diem qualicumque modo acquisierunt, vel amodo potuerunt adipisci, eorum quidem,ad quorum sustentationem, & gubernationem concella suot usibus profutura. Injungo quoque filiis, ac nepotibus meis, & propinquis omnibus fidelibus Regibus mihi succedentibus, ut hæc nostra Decreta intemerata studeant conservare, & propriis bonis locum hunc venerandum, & servos Dei in eo habitantes, ac Deo famulantes, ita futuros, sicut præsentes, sustentare non differant, quatenus pro conservatione nostrorum Decretorum, & pro erogatione suorum bonorum, a Jesu Nazareno, æterno retributore, & Sanctissimo mundi Redemptore, ob cujus honorem hæc omnia toto mentis affectu decrevimus, intercedenta Beatissimo Pontifice Martiale, & Sanctis Virginibus Nunilone & Alodia, & omnibus Sanctis, suorum mereantur delictorum veniam percipere. Si vero aliqui eorum maligno spiritu superbiæ inflati, & Privilegia Apostolica, & Regalia Decreta ausu temerario disrumpere voluerint, & locum prædictum, & res sibi pertinentes, Monachosque ibi Deo famulantes inquietare præsumpserint: Deus Judex justus, qui justitiam intemporaliter diligit, præsumptores dijudicet. Conservantibus autem pax, & benedictio tribuatur a Deo Patre omnipotenti, & Filio ejus Jesu Christo, & Spiritu Sancto. Amen.

Signum Sancii Regis : : : : :

Ego Petrus ejusdem Regis filius Decreta genitoris mei laudo, & concedo, & propria manu subscripsi.

Ego Aldephonsus Dei gratia Rex Aragonensium, & Pampilonem, suprascripta patris mei laudo, & confirmo, & manu propria corroboro per hoc signum . . . .

Facta charta Era 1108. xiv. Kalend. Maji in Sancto Salvatore, anno viii. Pontificatus Domini Alexandri Papæ II. enno ab Incarnatione 1070. Indict. viii. regnante me Rege Sancio in Aragone, & in Suprarbi, & in Ripa-corça, & in Montisone. Aldephonso Re-

ge in Toleto, & in Castella, & in Gallæcia. Sancio Abbate in Legerensi Cœnobio, & Episcopo in Pampilona, Garsia Episcopo in Jacca, post restaurationem vero Toletanæ Ecclesiæ, Bernardo, Archiepiscopo primo. S. Fortuo Sanz in Helifo. S. Lope Garcez in uno Castillo, & Arrosta. S. Petro Sanz in Boltania, & in Mercorlo. S. Acenar Ximenez in Galipena. S. Sancio Fredenando in Atares. S. Galin Sana in Sos, & in Arguedas. S. Enneco Sanz in Mont-cluso. S. Ezemen Garcea in Boil. S. Fortun Sanz in Bail.

EPISTOLA ALPHONSI REGIS HISPANIARUM

Ad Hugonem Abbatem Cluniacensem.

Gratiis de Roberto ad se misso actis, ut ejus animæ curam gerat Abbas, & censum annuum, jam ipsi a Patre concessum, recipere velit, Rex expostulat.

ANNO CHRISTI MLXX.

Ex Luca d'Acherio Tom. VI Spicil. pag. 445

1. HUgoni venerabili, & excellentissimo Abbati Cluniacensium, virtutum floribus claro, fomite divino suffulto, atque cunctæ dulcedinis mellifluo seniori, quem sua dignitatis clarificat gradus, nec non cunctæ nobilissimæ Congregationi Apostolorum Petri & Paulli, Aldephonsus gratia Dei Hispaniarum Rex, eum omni devotione mentis, & corporis, suum stillare fascem, veræque charitatis custodiam, vitæque æternæ gaudia, atque perpetuam prosperitatem, & salutem, nec non quicquid sublimius, ex intimo corde, amplexibili dilectione in Domino Jesu Christo.

2. Quanta te, gloriosissime Pater, devotione diligam, melius, ut deputo, ipse cognoscis, quam aliquis doctor in charta scribere possit, Robertum, quem super omnes Monachos teneo excellentiorem, & chariorem, vestrumque ex intimo corde fidelissimum confratrem, scientem qualiter tuus amor factus est mihi velut ignis tota die, & nocte ardens in corde meo; unde si omnia mihi dedisses, quæ in mundo habere potes, puto nihil esse ad comparationem illius boni, quod causa mei particulam tui gregis, quem spirituali sovisti manu, in nostris partibus misisti. Quapropter gratia Domini te illuminante, ego servus servorum Dei, omnino tuæ subjectus pietati, magis ac magis tuam deprecor Paternitatem, ut in bono quod cœpisti, perseveres, quatenus aliquos tuæ sanctissimæ Religioni domesticos mittere digneris, & ut illum nostrum, & vestrum, locum, quem tuo sanctissimo fonte incepisti rigare, repleant tua dulcedine, dum in hoc fragili moveor.

3. Ad hoc scito, Sanctissime Pater, censum, quem pater meus illo sanctissimo loco Cluniacensi solitus erat dare, ego, annuente Deo, in diebus vitæ meæ duplicabo, & seriem testamenti composui coram testibus, ut quisque, qui hoc regimen post excessum vitæ meæ accepturus erit quod teneo, quomodo hoc censum, quod Sanctis Apostolis Petro, & Paullo, vobis, & sanctissimæ vestræ Congregationi tribuo, quatenus ipse similiter, qui hoc Regnum habuerit, debito persolvat illo sanctissimo loco; sin autem noluerit, quomodo potestate Dei, & precibus Beatorum Apostolorum Petri & Paulli, ipso Regno careat. Iccirco, egregie Pater, vestram deprecor Fraternitatem, ut hoc censum, quod vobis addidi, propter triticum venundetur, & inde acquiratur, ut illa sanctissima Congregatio vitam suam sustentare valeat. Et quicumque hoc censum [quod Domnus Robertus noster amicus, vester autem animo, & corpore familiaris, mihi die ac nocte addere suasit, in alio loco miserit, nisi, sicut supradictum est, & ut ipso proprio ore vobis dixerit, cum Juda traditore in inferno sustineat pœnas, & a fronte suis careat lucernis.

4. Quapropter, egregie Pater, suppliei devotione tuam deposco clementiam, huic deprecationi meæ benigno sinu favens, quam a te petere ad præsens cupio, vellem admodum, si gratia tui esset, Domnum Robertum omnino in nostris partibus adesse, quem summum, atque charissimum pro omnibus rebus habeo, qua de caussa vellem eum mecum esse in vita, & in morte, quoniam illius suffulcior *, ejusque dulcissimis verbis foveor. Nam scitis pro certo, vestro usui esse omne consilium, quod agitur erga me; ideoque, ut curam mei habeatis, rogo, ut nullius caussa impedimenti dimittatis, quin in nostris partibus omnino eum finatis habitare.

* deest verbum aliquod.

5. De Romano autem Officio, quod tua jussione accepimus, sciatis nostram Terram admodum desolatam esse; unde vestram deprecor Paternitatem, quatenus faciatis, ut Domnus Papa nobis suum mittat Cardinalem, videlicet Domnum Giraldum, ut ea, quæ sunt emendanda, emendet, & ea, quæ sunt corrigenda, corrigat. Vale.

STATUTA S. HUGONIS

Abbatis Cluniacensis, pro Alphonso Rege Hispaniarum, tanquam insigni benefactore, anno Christi MLXX.

Ex Luca d'Acherio Tom. VI Spicil. pag. 447

8. OMnibus Fratribus, ac filiis nostris in Cluniacensi Cœnobio Domino in fide recta servientibus, tam præsentibus, quam futuris, Frater Hugo Abbas, Cœlestis Regni præmia, & æternæ felicitatis gaudia. Convenit, dilectissimi, ut sicut nos Patrum no-

nostrorum præcedentium instituta, etsi non ad plenum, tamen, prout possumus, fideliter observamus; ita etiam & vos ea, quæ pro communi utilitate fieri decernimus, & devote suscipiatis, & salubriter conservetis; quatenus & vobis meritum obedientiæ, & illis, pro quibus talia percipiuntur, præmium sempiternæ salutis aderescat.

7. Notum itaque sit Fraternitati vestræ, præcepisse nos de Domno Alphonso Hispaniarum Rege, nostro fideli amico (qui tanta ac talia bona nobis fecit, & adhuc indesinenter facit, ut neminem Regum, vel Principum, sive priscis, seu modernis temporibus, ei comparare possimus) quod scilicet in omnibus bonis, quæ, Domino largiente, in nostro loco, vel in aliis nostro juri subditis acta fuerint, specialem habeat participationem tam in vita, quam post mortem.

8. Præterea dedimus ei in vita sua unum Psalmum, idest: *Exaudiat te Dominus*, ad horam tertiam sine intermissione canendum; & ad majorem Missam unam Collectam, id est: *Quæsumus omnipotens Deus*, simili modo, quamdiu vixerit. Decrevimus quoque, ut die Cœnæ Domini triginta pauperes pro eo mittantur ad Mandatum. Et in die sancto Paschæ centum nihilominus pauperes a Camerario pro eo reficiantur. Et super hæc omnia statuimus, ut præbendam quotidianam habeat in refectorio ad majorem mensam, quasi si nobiscum epulaturus sederet, quæ uni pauperum Christi semper tribuatur pro salute animæ ejus, tam in vita, quam in morte.

9. Huic quoque mensuræ bonæ, confertæ simul, & coagitatæ super effluentiam addere cupientes, dedimus ei in Ecclesia Beatorum Apostolorum Petri & Paulii nova, quam ipse de propriis facultatibus construxisse videtur, unum Altare de præcipuis, quo scilicet Divina Mysteria ibidem celebrata saluti ejus valeant suffragari. Cum vero hujus temporalis vitæ cursum debito fine compleverit, exceptis Officiis, Missis, atque eleemosynis, quæ pro illo agenda sunt, uno anno in supradicto Altari Missa specialiter quotidie pro illo canatur. Anniversaria vero dies ipsius ita per omnia agatur, sicut pro Domno Henrico Imperatore Augusto; ad Vesperas scilicet, ad Officium, & ad Missam omnia signa tangantur: Tractus in Cappis canatur; eadem Missa ad ejus Altare decantetur; duodecim pauperes reficiantur; septem diebus justitia detur, accepta quotidiana præbenda, quæ in majori Missa semper ponitur; abundans refectio a Custode Ecclesiæ Fratribus præparetur. In his autem omnibus, quæ de illo, vel pro illo agi decrevimus; in his, inquam, omnibus, & Reginam ejus conjugem devotissimam fieri volumus participem. Insuper duodecim pauperes ei in Cœna Domini concessimus, & anniversarium ejus, sicut Imperatricis Agnetis, agi censuimus.

EPISTOLA ALEXANDRI II. PAPÆ

Ad Aquilinum Abbatem Monasterii Sancti Joannis Pinnatensis in Aragonia, anno Christi MLXXI.

Monasterium Pinnatense Sedi Apostolicæ immediate subjicit. Deque adventu Hugonis Candidi S. R. E. Cardinalis in Hispaniam.

Ex Joanne Brizio Martinezio in Hist. ejusdem Monasterii.

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei charissimo Filio Aquilino religioso Abbati Monasterii Sancti Joannis Baptistæ de Pinna in Aragonia Provincia, ejusque successoribus in perpetuum. Apostolicæ Sedi non nostris meritis, sed sola Dei misericordia præsidentes, accepimus, in partibus Hispaniæ, Catholicæ Fidei unitatem a sua plenitudine declinasse, & pene omnes ab Ecclesiastica disciplina, & Divinorum cultu interiorum aberrasse. Itaque intelligante nos commissæ sanctæ, & universalis Ecclesiæ providentia, ad correctionem Ecclesiarum Dei, Filium nostrum Hugonem Candidum, & Cardinalem Presbyterum, in partes illas misimus, qui divina suffragante clementia, Christianæ Fidei robur, & integritatem ibi restauravit, simoniacæ hæresis inquinamenta mundavit, & confusos ritus divinorum obsequiorum ad regulam canonicam, & ordinem reformavit. Dilectus ergo Filius noster Sanctius Rex Hispaniæ, divina gratia præventus, & accensus amore, cum omnibus, quibus potuit, ad veram, perfectamque Fidem, nobilitatis suæ gloriam convertit, & protinus semetipsum Apostolicæ dignitati commisit, ac subdidit, & Monasteria suæ ditionis diu alienata, Romanæ Ecclesiæ proprio jure tenenda reddidit. Hæc autem Rex piissimus per te, dilectissime Fili prædicti Monasterii Sancti Joannis Baptistæ de Pinna Abbatem, & suum spiritualem Patrem, mediante Hugone Cardinale nostro, in nostram præsentiam cum chartarum monumento deferre destinavit, & proprium testem suæ devotionis adhibuit. Specialiter quidem hoc a nobis impetrare desiderans, ut præfatum Monasterium, cui eo juvante serviendo præsides, juxta votum, & postulationis suæ desiderium, constituto censu, videlicet unius unciæ auri per singulos annos, in tutelam, & singulare patrocinium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ susciperemus, & Privilegio Apostolicæ tuitionis idem Monasterium cum omnibus sibi pertinentibus muniremus. Cujus oblationem, & dignam petitionem per te omni charitate, & benevolentia suscipientes, pariterque religiosis desideriis suis libenter annuentes (quondam te Apostoli-

cæ

cæ dignitati devote subjectum, & ad regimen Abbatiæ reluctantem, & invitum adductum esse cognovimus) ita, & Monasterium tuum, cum omnibus sibi pertinentibus, in ius, & defensionem Sedis Apostolicæ suscipientes, Privilegii Apostolici ornamentum præsidiumque tibi concedimus. Igitur salva in omnibus reverentia Sanctæ Sedis Apostolicæ Romanæ, corroboramus in hac præsenti serie tibi, tuisque successoribus præfatum Monasterium Sancti Joannis Baptistæ de Pinna, & omnia sibi pertinentia; ut ea sine omni molestia, & inquietudine teneatis, & regatis. Sancimus quoque, ut nullus Rex, Dux, Comes, Episcopus, aut aliqua persona sæcularis, aut Ecclesiastica, idem Monasterium inquietare præsumat, nec aliquid eorum, quæ nunc juste habet, aut in futurom Deo concedente juste acquisierit, eujuscumque modi sint, ab eo alienare, aut invadere, vel violenter opprimere, nec aliqua occasione vexare, aut sine licentia Abbatis se intromittere audeat. His etiam addimus statuentes, ut Abbas in eodem Monasterio, sicut Regula Sancti Benedicti præcipit, nonnisi communi Fratrum consensu eligatur, ordinandus quippe ab Episcopo Dioecesis illius, si Catholicus fuerit, & sine pretio, cum ordinari voluerit. His vero caussis obstantibus, liceat Abbati ab alio Catholico Episcopo ordinationem petere, aut ad Apostolicam Ecclesiam transmigrare. Similiter de ordinatione cæterorum Monachorum, dicti Monasterii decretum esse volumus. Ad hæc disponimus, & constituimus, ut jam sæpe fatum Monasterium, aut sibi subjectæ Congregationes, nunquam pro excommunicatione circajacentis Provinciæ, nisi propriis culpis exigentibus, excommunicetur, aut a Divino Officio suspendatur. Præterea decernimus, ut Abbas ipsius Monasterii nullatenus sine judicio Sedis Apostolicæ deponatur; & si in aliquo negotio nimis gravi sententia, aut aliqua exactione circumventus fuerit, ad judicium Sedis Apostolicæ provocare debeat. Igitur ad honorem Dei, & utilitatem prædicti Monasterii, cupientes hanc nostram Constitutionem perpetua stabilitate teneri, omnes scire volumus, quoniam quisquis contra eam incorrigibili temeritate venire tentaverit, ab omni consortio Christianitatis expulsus, anathematis judicio subjacebit. Si quis vero pia veneratione hæc eadem statuta servaverit, & Monasterium consilio, & bonis suis juvare, & exaltare studuerit, Apostolicæ benedictionis gratiam, & æternæ retributionis consequatur abundantiam. Datum Laterani xv. Kalendas Novembris, per manus Petri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, anno undecimo Pontificatus Alexandri II. Papæ, anno scilicet Dominicæ Incarnationis millesimo septuagesimo primo, indictione nona.

S. GREGORII PAPÆ VII.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Defensoris invicti

EPISTOLÆ AD HISPANOS.

* Alias VII. Lib. 1. apud Labbeum.

EPISTOLA* I. AD PRINCIPES HISPANIÆ

ANNO CHRISTI MLXXIII.

Significat Comiti de Rocejo, sub quadam conditione eam Hispaniæ partem concessisse, quam a Sarracenorum manibus eriperet. Prohibet alios Principes in eandem regionem cum copiis ingredi, partemque ullam illius Provinciæ sibi vindicare, nisi interveniat æqua pactio persolvendi jura Sancti Petri; qua de re Legatos mittit.

Gregorius in Romanum Pontificem electus, omnibus Principibus in Terram Hispaniæ proficisci volentibus perpetuam salutem in Domino Jesu Christo.

1. NOn latere vos credimus, Regnum Hispaniæ ab antiquo proprii juris Sancti Petri fuisse, & adhuc (licet diu a paganis sit occupatum) lege tamen justitiæ non evacuata, nulli mortalium, sed soli Apostolicæ Sedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo semel in proprietates Ecclesiarum juste pervenerit, manente eo, abusu quidem, sed ab earum jure, occasione transeuntis temporis, sine legitima concessione divelli non poterit. Itaque Comes Evulus de Rocejo, cujus famam apud vos haud obscuram esse putamus, Terram illam ad honorem Sancti Petri ingredi, & a paganorum manibus eripere cupiens, hanc concessionem ab Apostolica Sede obtinuit, ut partem illam, unde paganos suo studio, & adjuncto sibi aliorum auxilio, expellere posset, sub conditione inter nos factæ pactionis, ex parte Sancti Petri possideret. Qua in re, & labore quicumque vestrum sibi adhærere voluerit, omni charitatis affectu commonitus erga honorem Sancti Petri talem animum gerat, ut ab eo, & munitionis auxilia in periculis, & merita fidelitatis præmia secutus accipiat. Si autem aliqui ex vobis seorsum ab illo propriis copiis eandem Terram aliqua in parte intrare paraverint, decet, ut militiæ caussam ex animi devotione, quam justissimam sibi proponant, jam nunc omni voto concipientes, & ex corde statuentes, ne capta Terra, easdem, quas illi, qui nunc Deum ignorantes eam occupant, injurias Sancto Petro faciant. Hoc enim neminem vestrum ignorare volumus, quoniam nisi æqua pactione persolvendi juris Sancti

cti Petri in Regnum illud animadvertere statueritis; potius vobis auctoritate Apostolica ne illuc tendatis interdicendo contraseremur, quam sancta & universalis Mater Ecclesia idem a filiis suis, quod ab hostibus patiendo, non jam proprietatis suæ, sed filiorum detrimento sancietur. Quamobrem hunc dilectum Filium Hugonem, & Cardinalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum, in partes illas misimus, in cuius ore nostra ad vos consilia, & Decreta plenius, apertiusque disserenda, ac vice nostra disponenda posuimus. Data Romæ II. Kalendas Maii, Indictione undecima.

NOTA CARDINALIS DE AGUIRRE.

2. DAta est hæc Epistola Romæ II. Kalendas Maii, Indictione undecima, idest paullo post sui electionem, quæ facta fuerat X. Kalend. Maii eiusdem indictionis, & anni 1073. ut patet ex formula ipsius, quæ fuit huiusmodi: *Regnante Domino nostro Jesu Christo, anno clementissimæ Incarnationis ejus millesimo septuogesimo tertio. Indictione, & luna undecima, X. Kalendas Maji, feria secunda, die sepulturæ Domini Alexandri bonæ memoriæ II. Papæ, ne Sedes Apostolica diu lugeat proprio destituta Pastore, congregati in Basilica B. Petri ad Vincula nos Sanctæ Romanæ, Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, præsentibus Venerabilibus Episcopis, & Abbatibus, Clericis, & Monachis consentientibus, plurimis turbis utriusque sexus, diversique ordinis acclamantibus, eligimus nobis in Pastorem, & Summum Pontificem Virum religiosum, geminæ scientiæ prudentia pollentem, æquitatis, & justitiæ præstantissimum amatorem, in adversis fortem, in prosperis temperatum, & juxta Apostoli dictum bonis moribus ornatum, pudicum, modestum, sobrium, castum, hospitalem, domum suam bene regentem, in gremio hujus Matris Ecclesiæ a pueritia satis nobiliter educatum, & doctum, atque pio vitæ merito in Archidiaconatus honorem usque hodie sublimatum Hildebrandum videlicet Archidiaconum, quem amodo usque in sempiternum, & esse, & dici* Gregorium Papam, *&* Apostolicum *volumus, & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. Acta Romæ X. Kalendas Maji, Indictione undecima.* Hactenus ibi. Itaque Gregorius VII. juxta significationem ejus nominis, adeo vigil fuit in regenda Ecclesia, ut fere statim ab electione prædictam Epistolam, & plures alias contentas eodem Libro Registri primo scripserit, & direxerit ad loca dissita.

3. Nota, Illustrissimum Marcam ex Archivo Regio Barchinonensi eruisse Epistolam aliam eodem anno 1073. scriptam ad Sancium Aragoniæ Regem; in qua Gregorius, ad exemplum Alexandri II. decessoris sui, ei, ac successoribus permittit liberam dispositionem omnium Ecclesiarum, quas eripuerit de manibus Sarracenorum, vel quas in Regno suo ædificabunt, Sedibus dumtaxat Episcopalibus exceptis. Verum nobis non licuit Epistolam ipsam legere; ideoque non collocatur inter alias.

EPISTOLA * II.

* Alias LXIII, Lib. I. apud Labbeum.

Ad Sancium Aragoniæ Regem, anno Christi MLXXIV.

Commendat ejus observantiam erga Romanam Ecclesiam, quodque in sua ditione Officium Romanum celebrari studeat. Absentis cujusdam accusationem non recipit. Nuncium, reverso Legato, se missurum promittit, qui caussam definire curet.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Sanctio Regi Aragonensi salutem, & Apostolicam benedictionem.

4. LIteras nobilitatis tuæ suavitate plenas læti suscepimus, in quibus quanta fidelitate erga Principes Apostolorum Petrum & Paullum, ac Romanam Ecclesiam, ferveas, satis perspeximus; quam, tametsi literas tuas nullas videremus, per Legatos Apostolicæ Sedis evidenter compertam habebamus. In hoc autem quod sub ditione tua Romani ordinis Officium fieri studio, & jussionibus tuis asseris, Romanæ Ecclesiæ te filium, ac eam concordiam, & eandem amicitiam te nobiscum habere, quam olim Reges Hispaniæ cum Romanis Pontificibus habebant, cognosceris. Esto itaque constans, & fiduciam firmam habeas, & quod cœpisti perficias; quia in Domino Jesu Christo confidimus, quia Beatus Petrus Apostolus, quem Dominus Jesus Christus Rex gloriæ Principem super Regna Mundi constituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem desiderii tui adducet, ipse te victorem de adversariis tuis efficiet. Quum enim dominus filium amat, flagellat, & castigat. Melius, & utilius ex adversis pervenitur ad prospera. Qui enim dicit ridentibus: *Væ vobis, quia flebitis*; ipse lugentes beatos asserit: *ipsi consolabuntur*. De Salomone autem ad præsens nihil respondimus; quoniam accusationem per literas, eo absente qui accusat, sacri Canones non recipiunt. Est quoque aliud, quod Legatus noster, qui ad partes illas his temporibus fuit, aberat, & sine eo judicium inde dare noluimus. Eo vero revertente, habebimus, Deo favente, con-

Officium ordinis Romani.

Hebr. 12. Utilitas tribulationum. *Matth. 5. Luc. 6.*

consilium, & ad vos Nuncium nostrum mittemus, qui hanc, & alias necessarias caussas diligenti examine perquirens, singulis quibusque justæ determinationis finem imponet. Data Romæ decimo tertio Kalendas Aprilis, Indictione duodecima.

* Alias LXIV. Lib. 1. apud Labbeum.

EPISTOLA * III.

Ad Alphonsum Castellæ, & Sancium Aragoniæ Reges. Anno Christi MLXXIV.

Hortatur ad recipiendum Romanum Officium. Excommunicationem, ac depositionem cujusdam simoniaci per suos Legatos confirmat.

De Alphonso, & Sancio Regibus Hispaniarum Rodericus Archiepiscopus Toletanus *De rebus Hispanicis*. *Rom. 15.* Episcopo ad Hispaniam missos a Sanctis Apostolis Petro & Paullo ad Ecclesiam ibi fundandam. Concordia Hispaniæ cum Romana Ecclesia in religione & ordine Divini Officii.

*Gregorius Episcopus servus servorum Dei, * Alphonso & Sancio Regibus Hispaniæ a paribus, & Episcopis in ditione sua constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem.*

5 CUm Beatus Apostolus Paullus Hispaniam se adiisse significet, ac postea septem Episcopos ab Urbe Roma ad instruendos Hispaniæ populos a Petro & Paullo Apostolis directos fuisse, qui destructa idololatria Christianitatem fundaverunt, Religionem plantaverunt, ordinem, & Officium in divinis cultibus agendis ostenderunt, & sanguine suo Ecclesias dedicavere, vestra diligentia non ignoret; quantam concordiam cum Romana Urbe Hispania in Religione, & ordine Divini Officii habuisset, satis patet; sed postquam vesania Priscillianistarum diu pollutum, & perfidia Arianorum depravatum, & a Romano ritu separatum, Irruentibus prius Gothis, ac demum invadentibus Sarracenis, Regnum Hispaniæ fuit, non solum Religio est diminuta, verum etiam mundanæ sunt opes labefactatæ.

6. Quapropter ut filios charissimos vos adhortor, & moneo, ut vos sicut bonæ soboles, etsi post diuturnas scissuras, demum tamen ut Matrem revera vestram Romanam Ecclesiam recognoscatis, in qua & nos fratres reperiatis, Romanæ Ecclesiæ ordinem, & Officium recipiatis, non Toletanæ, vel cujuslibet aliæ, sed illius, quæ a Petro & Paullo supra firmam petram per Christum fundata est, & sanguine consecrata, cui portæ inferni, id est linguæ hæreticorum, nunquam prævalere potuerunt, sicut cætera Regna Occidentis, & Septemtrionis, teneatis. Unde enim non dubitatis, vos suscepisse Religionis exordium, restat etiam ut inde recipiatis in Ecclesiastico ordine Divinum Officium, quod Innocentii Papæ ad Eugubinum directa Episcopum vos docet Epistola, quod Hormisdæ ad Hispalensem missa Decreta insinuant, quod Toletanum, & Bracarense demonstrant Concilia, quod etiam Episcopi vestri ad nos nuper venientes juxta Constitutionem Concilii per scripta sua facere promiserunt, & in manu nostra firmaverunt.

7. Præterea, sicut de aliis excommunicationibus per Legatos Romanæ Ecclesiæ factis fecimus, depositionem, & excommunicationem, quam Geraldus Ostiensis Episcopus cum Rembaldo in Munionem simoniacum, qui super Simeonem Venerabilem Fratrem nostrum Oscensem Episcopum ordinatus erat *, ratam esse decrevimus, atque firmavimus, usque dum resipiscens, de Episcopatu, quem Indebite tenuit, sibi satisfaciat, atque inde recedat. Data Romæ XIV. Kalendas Aprilis, Indictione duodecima.

* *Forte desit, fecit.*

EPISTOLA IV.

Ad Alphonsum Castellæ Regem, anno Domini MLXXIV.

Commendat Episcopum Paullum, quem studiosum erga Sedem Apostolicam cognoverat; monet Regem, ut antiquam ejus Episcopatus Sedem reparare velit.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Alphonso Regi Hispaniæ, & Episcopis Regni illius, salutem, & Apostolicam benedictionem.

8. NOtum vobis esse volumus, hunc Fratrem nostrum, & Episcopum Paullum, cognomento Monio, ad Apostolorum limina, & nostram præsentiam venisse, & post redditam rationem earum rerum, quibus eum appellavimus, sicut dignum erat, in nostram communionem, & dilectionem receptum fuisse. Romanum ordinem in Divinis Officiis, sicut cæteri Hispani Episcopi, qui Synodo interfuerunt, se celebraturum, &, ut melius poterit, observaturum promisit. De cætero, quoniam ad præsens omnia, quæ secum habuimus, pleniter expedire, & determinare non potuimus, ad futuram Synodum eum ad nos iterum reverti præcepimus, & super hac re ab ipso promptæ obedientiæ sponsionem accepimus. Quapropter remittentes eum cum literis nostris charitati vestræ commendamus, quatenus & vos una nobiscum eum diligatis, & secum atque inter vos vinculo pacis Christi, in quo per ipsum ad Fidem uniti, & in sortem hæreditatis gloriæ Dei electi estis, conjuncti firmiter persistatis. Te

9. Te vero Regem, ut dilectissimum Filium, rogamus, & admonemus, ut considerans, & ante mentis oculos ponens, quam in districto judicio de commissa tibi administratione rationem redditurus es, Regni tui gubernacula in tenenda æquitate exornare studeas, & huic Episcopo antiquam sui Episcopatus Sedem reparare, ac stabilire eum Deo adjutorio modis omnibus insistas. Deus autem omnipotens ad omnia, quæ sibi beneplacita sunt, cor tuum dirigat, & ea te in præsenti vita promereri faciat, unde postmodum sempiterna retribuat. Data Romæ septimo Idus Maji, Indictione duodecima.

EPISTOLA * V.

* Alias L. lib. 2. apud Labbeum.

Ad Sancium Regem Aragoniæ, anno Christi MLXXV.

Censet, absurdum esse, ut is, qui ex illegitimo concubitu natus erat, ad Episcopatus gradum, ad quem ab eo postulabatur, ascenderet. Ait se dedisse negotium Episcopo, qui morbi caussa Episcopatu se abdicare volebat, ut constitueret sibi hujusmodi coadjutorem, qui illius Episcopatus post ejus obitum administrationem suscipere posset.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Sancio Regi Hispanorum salutem, & Apostolicam benedictionem.

10 QUoniam erga reverentiam Sanctæ, & Apostolicæ Sedis regiam nobilitatem tuam pia devotione, & amore fervere intelligimus, & Regnum tuum dignis honoribus sublimari cupimus, & Apostolicam benevolentiam non solum in nostro, verum etiam in quocumque tempore, tibi, & caussis tuis sinceræ charitatis affectum præbere desideramus. Caeterum quod nos de caussa Aragonensis Episcopatus, & consuluisti, & te quodammodo velle significasti, diu, & multum volventes, & cum Filiis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertractantes, incongruum fore pervidimus, quoniam in eo Canonica Decreta nobis obviare cognovimus. Veniens enim ad nos, sicut nosti, confrater noster Sancius Aragonensis Episcopus, multa nobis de infirmitate corporis sui conquerens, deferendi Episcopatum a nobis suppliciter licentiam postulavit; quod enim morbo confectus, & pene consumptus, diutius competenti ministerio regere, & custodire non possit. Atque ut facilius hoc impetraret, indicavit nobis de duobus Clericis, quorum alterum in Episcopatum eligi, tuam, & sui ipsius voluntatem, atque consilium fore nunciavit, de quorum vita, & conversatione eum interrogantes, alia omnia, præter quod de concubinis nati erant, bona satis, & honesta accepimus. Et quia venerandi Canones ad Sacerdotii gradum tales provehi contradicunt, probare eos non satis cautum fore putavimus; ne quicquam a nobis contrarium Sanctis Patribus in exemplum, & auctoritatem posteris relinquatur. Solet enim Sancta, & Apostolica Sedes pleraque considerata ratione tolerare; sed nunquam in suis Decretis, & Constitutionibus a concordia canonicæ traditionis discedere.

11. Quapropter noverit dilectio tua, nos ita consuluisse, & præcepisse Episcopo, ut ipse quantum possit Episcopali officio in spiritualibus insistens, & auxilia comprovincialium Episcoporum petens, ad peragendas exteriores, & interiores curas talem Clericum in Ecclesia constituat, qui ad tantam procurationem providus, &, si res postularet, ad percipiendam Episcopalis officii dignitatem, & ordinem sit idoneus. Quo per anoum unum, aut amplius in Ecclesia consistente, si divina clementia interim Episcopo vires corporis, & sanitatem reddiderit, sicut justum est, ipse in loco suo super Dominicum gregem vigilans consistat, si vero infirmitas, & debilitas corporis sui adaucta fuerit, & administrationem commissæ sibi curæ nequaquam exsequi poterit, tunc demum, si illius vita, mores, & disciplina probabilis fuerit, Apostolicæ Sedi ejus, tuis, & Episcopi literis, necnon sub testimonio Cleri ejusdem Ecclesiæ, denuncietur, & de ordinatione Ecclesiæ deliberato consilio, certa vobis, & salubris, annuente Deo, responsio dabitur. Verum hæc nequaquam tam absolute diximus, nisi quod Episcopo se excusanti, & impendimentum suæ infirmitatis proponenti, fraternæ compassionis auditum denegare non potuimus.

12. Hæc igitur, dilecte Fili, prudenter considera, & ad observanda nostra monita Episcopum, quantum potes, adjuva; quatenus & tu a Beato Petro Apostolorum Principe ad regendum tibi commissum populum adjuvari, ejusque meritis a peccatorum tuorum vinculis absolutus, æternæ beatitudinis gloria in Regno Christi, & Dei mereatis perfrui. Data Romæ octavo Kalendas Februarii. Indictione decima tertia.

* Alias XVIII. lib. 3. apud Labbeum.

EPISTOLA * VI.

Ad Simeonem Episcopum in Hispania, Anno Christi MLXXV.

Commendat ejus erga Romanam Ecclesiam observantiam. Hortatur, ut Apostolicæ Sedis Decreta firmiter amplectatur, & Romanum Ordinem observari curet. Respondet ei, se velle Apostolicæ Sedis Decreta de celebrandis Ecclesiæ Officiis ab illis custodiri; ideo monet, ut ea in Hispania, & Gallicia servari curet.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Simeoni Hispanorum Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem.

13. Cognitis Fraternitatis tuæ literis, gaudio sumus repleti, quoniam eam, quam erga Romanam Ecclesiam fidem, & devotionem geris, in eis plene agnovimus, & quod non adulterino eam more deserere, sed legitimæ prolis successione amplecti desideras. Quapropter, charissime Frater, necesse est, ut bene inceptum recto itinere gradiatur; nec hæretica debet pravitate minui, quod Apostolica constat traditione sancitum. Apostolica enim Sedes, cui, quamvis immeriti, Deo auctore, præsidemus, ipso gubernante, firma permansit ab ipsis primordiis, eoque tuente, illibata perpetuo permanebit, testante eodem Domino: *Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* His itaque fulta præsidiis, Romana te cupit scire Ecclesia, quod filios, quos Christo nutrit, non diversis uberibus, nec diverso cupit alere lacte, ut secundum Apostolum sint unum, & non sint in eis schismata; alioquin non mater, sed scissio vocaretur.

Luc. 22.

1. Cor. 1.

14. Quapropter notum sit tibi, cunctisque Christi Fidelibus, super quibus consuluisti, quod Decreta, quæ a nobis, immo a Romana constat Ecclesia prolata, sive confirmata, in peragendis a vobis ejusdem Ecclesiæ Officiis, inconcussa volumus permanere, nec eis acquiescere, qui luporum morsibus, & veneficiorum molimine vos inficere desiderant. Nec dubitamus quod, secundum Apostolum, introeant in vos lupi graves, lupi rapaces, non parcentes, quibus resistendum fortiter est in Fide. Ideoque, dilectissime Frater, certa, & usque ad sanguinis effusionem, si opportunum fuerit, desuda. Indignum enim, & pro ridiculo potest haberi, quod sæculares homines pro tam vili pretio, tamque Deo odibili commercio, seipsos periculo ultroneos exhibeant, & fidelis quisque irruentibus cedat hostibus terga. Non enim ab eis poterit acquiri virtus, qui facile corruunt quo trahuntur. Quod autem filii mortis dicunt se a nobis literas accepisse, sciatis per omnia falsum esse. Procura ergo, ut Romanus Ordo per totam Hispaniam, & Galliciam, & ubicomque poteris, in omnibus rectius teneatur. Data Romæ mense Maji, Indictione decima quarta.

Actor. 20.

* Alias XXVIII. lib. 4. apud Labbeum.

EPISTOLA * VII.

Ad Hispanos, Anno Christi MLXXVI.

Monet illos pro pastoralis officii sui cura ad pie sancteque vivendum. Præterea commonet Hispaniæ Regnum antiquis constitutionibus juris esse Sancti Petri, quod cum temporum iniuria, & Sarracenorum tyrannide memoria labi cœperit, & modo ipsi Sarracenos vicerint, Legatos mitti, ut illis significent, quantum Beato Petro debeant, & eorum debitum in memoriam illis revocent.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Regibus, Comitibus, cæterisque Principibus Hispaniæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

15. Non ignorare credimus prudentiam vestram, quin Sancta, & Apostolica Sedes princeps, & universalis Mater sit omnium Ecclesiarum, & gentium, quas divina clementia ad agnitionem sui nominis in Fide Domini, ac Salvatoris nostri Jesu Christi per Evangelicam, & Apostolicam doctrinam venire præordinavit; quibus hanc curam, & perpetuam debet exhibere solicitudinem, ut sicut ad conservandam Catholicæ Fidei veritatem, ita quoque ad cognoscendam, & tenendam justitiam, documenta, & salutifera administret monita. Ad cujus dispensationis officium, quando secundum voluntatem Dei, quamquam inviti, & indigni constituti sumus, creditum nobis ministerium valde pertimescimus, scientes, quoniam & his, qui prope, & his, qui longe sunt, debitores sumus, nec apud supernum Judicem excusationis locum habere poterimus, si nostra taciturnitate eorum aut salus negligitur, aut culpa fovetur. Cujus rei tam in Propheticis, quam Evangelicis Paginis, multa nobis documenta, & com terribilibus minis exempla proposita sunt, quæ egregius ille Prædicator, & Apostolus intuens ait: *Necessitas evangelizandi mihi incumbit; væ enim mihi, si non evangelizavero!*

1. Cor. 9.

16. Quapropter & nos, dilectissimi, qui præsentes secundum desiderium nostrum verbo non

non poſſumus, ſaltem abſentes per epiſtolam de ſalute veſtra vos admonere curavimus; ſcribentes vobis, ſicut in vos affectum debitæ charitatis habemus, primum quidem, ut gratias agentes Deo, qui vos regeneravit in ſpem vivam, & incorruptibilem æternæ vitæ gloriam per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſemper illum timeatis, & ex toto corde diligatis, transferentes in illum omne deſiderium veſtrum ſupra omnes divitias, & honores hujus ſæculi, ſupra omnes non ſolum humanas, ſed & Angelicas creaturas; ambulantes coram illo in omni fide, & devotione, ſicut electi filii, & in ſortem hæreditatis Regni Dei per immenſam gratiam bonitatis eius vocati, non detinentes ſecundum ſæcularem concupiſcentiam in iniuſtitia, quæ de veritate, & æquitate ſua Deus vobis cognoſcere dedit, vel daturus eſt; ſed exhibentes vos fideles Miniſtros ad faciendam iuſtitiam, ad tuendam libertatem Chriſtianæ Fidei, & Religionis in omni virtute, & adminiſtratione Regiæ poteſtatis veſtræ, ad laudem & gloriam nominis eius, qui vos multa gloria ſublimavit. Nam, quod ſemper vobis cordi eſſe volumus, inquit dilectoribus ſuis Sapientia per Salomonem: *Ego diligentes me diligo; honorificantes me honorabo*. Contemptoribus vero minatur, dicens: *Qui autem me contemnunt, erunt ignobiles*. Et Apoſtolus Paulus generalem futuri iudicii ſententiam manifeſtans ait: *De juſto judicio Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus*. His quidem, qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam; his autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.

Prov. 8. — 1. Reg. 2. — Rom. 2

17. Nolite ergo ſublime ſapere, aut propter eminentiam præſentis gloriæ humanæ conditionis, quæ æqua eſt Regum, & pauperum, oblivisci. Sed, ſicut idem Apoſtolus monet, *humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis*. Nolite ſpem ponere in incerto divitiarum huius ſæculi, ſed in illo, de quo ſcriptum eſt: *Per me enim Reges regnant*. Et alibi: *Quoniam data eſt a Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur; in quo & theſaurizate vobis divitias bonorum operum; conſtruentes ſtabile fundamentum, & melioris, atque indeficientis ſubſtantiæ poſſeſſionem, ubi vitam ducatis æternam. Non enim habemus hic manentem Civitatem, ſed futuram inquirimus, cujus artifex, & conditor Deus*. Et profecto vos ipſi ſcitis, & quotidie videtis, quam fluxa, & fragilis eſt vita mortalium, quam fallax, & deceptoria ſpes præſentium. Semper enim volentes, nolenteſque ad finem currimus, & ſub tam certo periculo nunquam tamen, quam ſit vicina mors, prævidere poſſumus; nec unquam diu tenetur quicquid de præſenti vita, vel ſæculo quæritur, aut poſſidetur.

Prov. 8. — 1. Timoth. 6.

18. Quamobrem penſantes ſemper, quæ ſint noviſſima veſtra, quantaque cum amaritudine de præſenti ſæculo nequam exituri, & in putredinem terræ, ac ſordes pulveris reverſuri eſtis, quamque ſub diſtricto examine de factis veſtris rationem reddituri ſitis, contra futura pericula vos communite. Arma veſtra, opes, potentiam, non ad ſæcularem pompam tantum, ſed ad honorem, & ſervitium æterni Regis vertite; commiſſa vobis Regni gubernacula ita gerite, ſic adminiſtrate, ut veſtræ virtutis, & rectitudinis ſtudium omnipotenti Deo gratum juſtitiæ poſſit eſſe ſacrificium; quatenus & vos in ipſo ſperare poſſitis, qui dat ſalutem Regibus, & potens eſt eripere de manu mortis, ut ſuperinduat vos eminentiori claritate, & gaudiis vitæ perennis, & de caducis honoribus, quos nunc habetis, transferat vos in Regnum gloriæ æternæ ſuæ, ubi nec beatitudo finem, nec gloria corruptionem, nec dignitas habet comparationem.

19. Præterea notum vobis fieri volumus, quod nobis quidem tacere non eſt liberum, vobis autem non ſolum ad futuram, ſed etiam ad præſentem gloriam valde neceſſarium; videlicet Regnum Hiſpaniæ ex antiquis Conſtitutionibus Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in jus, & proprietatem eſſe traditum. Quod nimirum hactenus, & præteritorum temporum incommoda, & aliqua anteceſſorum noſtrorum occultavit negligentia. Nam poſtquam Regnum illud a Sarracenis, & paganis pervaſum eſt, & ſervitium, quod Beato Petro inde ſolebat fieri, propter infidelitatem eorum, & tyrannidem detentum, ab uſu noſtrorum tot annis interceptum eſt, pariter etiam rerum, & proprietatis memoria dilabi cœpit. Verum quia Divina clementia conceſſa vobis in hoſtes illos, ſemperque concedenda victoria, terram in manus veſtras tradidit, ulterius vos cauſſam hanc ignorare nolumus, ne quod ſupernus arbiter, & legum, ac juſtitiæ conditor, de recuperanda, & reſtituenda juſtitia, & honore Sancti Patri, ejuſque Sanctæ & Apoſtolicæ Sedis, veſtræ gloriæ ad bene merendum contulit, aut nobis ex taciturnitate in negligentiæ culpam, aut vobis ex ignorantia, quod abſit, ad detrimentum propoſitæ, & divinitus oblatæ retributionis obveniat. Confidimus enim in miſericordia Dei, qui virtutem vobis dedit, & victoriam, ut hanc etiam voluntatem vobis tribuat, quo cognita veritate, potius ſtatuta Chriſtianorum Principum, & exempla ſequamini, quam eorum impietatem, qui Chriſtianum nomen magis cupiunt perſequi, quam venerari.

20. Miſimus autem ad vos confratrem noſtrum Amatum venerabilem Elloren ſem Epiſcopum, cui & vicem noſtram ad partes illas dedimus, adjungentes ſibi hunc Abbatem Sancti Pontii, Virum venerabilem, fide & morum honeſtate probatum, ut quod nos de inſinuatione hujus cauſſæ veſtræ Celſitudini ſuccincte ſcripſimus, ipſi vobis, ſi neceſſe ſit, latius, apertiuſque manifeſtent, & quantum ratio poſtulaverit, notitiam veritatis præſenti denunciatione, & certa aſſertione demonſtrent. Quorum conſiliis in his, quæ ad Dominum pertinent, & ſaluti animarum veſtrarum neceſſaria ſunt, indubitanter poteſtis credere, ſicut nos in ipſis per ſtudium religionis, & actuum ſuorum comprobavimus, & vos in eorum po-

teritis conversatione perpendere. Igitur quod ad nos pertinuit, aut providendum ea officio, aut satisfaciendo justitiæ debito, Deo miserante, fecimus, quid vestræ caussa salutis a vobis esigat, & quantum Beato Petro Apostolorum Principi debeatis, indicavimus, ne ignorantia obsit, nec sub vana securitate labeotis lucis, & temporis damnosa vobis, quod absit, subrepat negligentia.

21. Vos autem quid vestrum sit attendite, quid Fides, & Christiana devotio vestri Principatus ad imitationem piissimorum Principum exsequi debeat, prudenti consilio pertractate, disponite, atque statuite, & ita vos erga honorem Beati Petri, & Sanctæ Matris vestræ Romanæ Ecclesiæ promptos, atque magnificos eshibete, ut vestra virtus, & gloria, quæ Deo donante, illustri victoria pollet, Apostolicis intercessionibus clarior fiat, & escelsior, & eorum vos semper benedictio muniat, auctoritas a peccatis absolvat, defensio tutos, & illæsos ab omni periculo protegat, quorum potestate Divinitus illis tradita universitas hominum tam in Cælo, quam in Terra ligatur, & solvitur, & Cælestis Regni janua cunctis aperitur, & clauditur. Data Carpineræ quarto Kalendas Julii, Indictione decima quinta.

CONCILIUM BISULDUNENSE

Præside Amato Apostolicæ Sedis Legato, celebratum VIII. Idus Decembris, anno Domini MLXXVII.

22. ANno Domini 1077. VIII. Idus Decembris Amatus Apostolicæ Sedis Legatus Concilium celebravit apud Bisuldunum, cui cum ipso interfuerunt Berengarius Episcopus Agathensis, Raymundus Helenensis, & Petrus Carcassonensis. Interfuerunt etiam plures Abbates. In ea Synodo escommunicatus est Guifredus Archiepiscopus Narbonensis, & *Abbates simoniaci penitus eradicati*. Ii nimirum, qui Monasteria possidebant, quæ in ditione istius Comitis constituta erant, idest Arulense, Campirotundi, Bisuldunensia duo, Monachorum, & Canonicorum, Balneolense S. Stephani, S. Laurentii, S Paulli maritimi. Tum ergo Berengarius Episcopus Agathensis reliquerat partes Guifredi Archiepiscopi Narbonensis. Sic etiam adversus eum anno superiore statuerat Gregorius VII. in Concilio Lateranensi: *Agathensem Episcopum Berengarium, quia Narbonensi Episcopo excommunicato communicavit, & vices Episcopales pro illo fecit, excommunicamus*. Baluzius Lib. 4. *Marcæ Hispanicæ*.

EPISTO * VIII.

* Alias XVI. VI. Lib. apud Labbeum.

Ad Berengarium Gerundensem Episcopum, anno Christi MLXXVIII.

Amplectitur devotionis ejus affectum erga Sedem Apostolicam, utque in eo persistat hortatur, & inter Raymundi filios pacem conciliet; quod si minus consequi possit, saltem inducias fieri curet; interim eis denuncians alterum eorum, per quem steterit, ne pax sequatur, excommunicandum fore; alterum vero, qui Apostolicæ Sedi obedierit, ad obtinendam hæreditatem paternam juvandum. Præterea ut Narbonensis Episcopi ejus fratris saluti consulat.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo Fratri Berengario Gerundensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem.

23. SIcut per Filium nostrum Massiliensem Abbatem didicimus, paratum esse te dicis in obedinetia, & fidelitate Beati Petri firmissimo animo, & constanti persistere, & secundum præceptum nostrum vitam tuam deinceps, moresque componere, cupisque, & desideras præ cæteris, qui in partibus vestris sunt, nobis familiariter adhærere. Sed & nos ad suscipendum tantæ devotionis affectum sinum paternæ dilectionis extendimus, & modis omnibus pio circa nos amori tuo favemus; ita plane, ut, & tu (sicut promittis) in amore Petri, & solicitudine Ecclesiasticæ Religionis, & pacis Christianæ semper excrescas, dignumque te Apostolica familiaritate ex obedientia sincerissima reddas.

24. Itque imprimis negotium tibi, de quo multum curamus, injungimus. Comperimus enim, quod inter filios Raymundi Berengarii per vanitatem, & superbiam, & maxime per consilium impiorum, nimirum es invidia diaboli, discordia oritur. Et ego inde nimis contristor, tum pro amore patris eorum, qui me satis ex quo cognovit dilesit, tum etiam quia super Christianam gentem, quæ in partibus illis magno impiorum Sarracenorum odio laborare dignoscitur, grave sentio periculum imminere. Unde præcipimus tibi, ut adjunctis tecum Religiosis vicinis tuis Abbatibus, scilicet Tomeriense, Ripollense, & Sancti Cucufati, & quoscumque alios Deum timentes Clericos, laicosque poteris invenire, pacem inter illos reformare, & componere studeas. Quod si acquiescere monitis vestris fortasse noluerint, ostensis eis præsentibus literis, ad tenendam eos treugam firmissimam usque ad determinatum tempus ex auctoritate nostra constringite, infra quod nos tales illuc ex latere nostro Nuncios dirigamus,

gamus, qui caussam litis eorum ita juste diffiniant, ut non se ad gratiam alicujus, nec præmio, nec favore deflectant. Porro hoc illis debes firmiter inculcare, quia si nobis inobedientes extiterint, & in fraterno odio remanere, diabolo instigante, maluerint; illi quidem, ex cujus culpa, vel superbia pax illa remanserit, gratiam S. Petri auferimus, eumque sicut membrum diaboli, & desolatorem Christianæ Religionis, cum omnibus fautoribus suis, festinabimus a communione Christianæ societatis abscindere; ita ut nullam deinceps victoriam in bello, nullam prosperitatem habere possit in sæculo. Alteri vero, qui humiliter paci consenserit, debitamque obedientiam Apostolicæ Sedi exhibuerit, statuemus ex gratia sancti Petri inexpugnabile Apostolici favoris auxilium, eumque, sicut filium sanctæ Romanæ Ecclesiæ condecet, ad obtinendam hæreditatem, dignitatemque paternam, modis omnibus procurabimus adjuvare, & omnibus Christianis in partibus illis, ut ei faveant, eumque ad obtinendum Principatum adjuvent, Apostolica auctoritate præcipiemus. Quicquid autem de hoc a te inter eos diffinitum fuerit, quantocyus nobis literis intimare, immo, si opportunum fuerit, teipsum nobis repræsentare curabis.

25. Præterea de fratre tuo Narbonensi, magis quam hactenus fueris, volo te esse sollicitum; quia ego satis de perditione illius doleo, & miror, si tu illum, cui gemina germanitate cohæres, ad salutem non studes reducere; cum scias quia pro sola vel carnali, vel spirituali affinitate alicujus, Christianus homo in tanti periculo articuli seipsum debet apponere. Age ergo, & fraterna charitate succensus, illum ex nostræ fiducia admonitionis aggredere, commemorans illi, & præteritos longævæ ætatis excessus, & propinquum jam sibi divinæ ultionis imminere judicium, si forte possis eum ab ipso mortis æternæ limine revocare, & de salute fratris non solum cordis gaudium, verum etiam maximum æternæ retributionis a divina largitate præmium promereri. Data Romæ quarto nonas Januarii, Indictione secunda.

E P I S T O L A * IX.

* Alias VI. Lib. 7. apud Labbeum.

Ad Alphonsum Regem Castellæ, anno Christi MLXXIX.

Gratulatur de ejus fide, & obedientia erga Apostolicam Sedem. Hortatur ad perseverantiam boni operis. Mittit claviculam auream, in qua de catenis Beati Petri continetur, & Legatum suum ei commendat, plura suo nomine relaturum.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Alphonso, glorioso Regi Hispaniarum salutem, & Apostolicam benedictionem.

26 OMnipotenti Deo laudes, & gratias agimus, qui gloriam vestram gratiæ suæ visitationis illustrans, Beato Petro Apostolorum Principi fide ac devotione conjunxit, cui omnes principatus, & potestates Orbis terrarum subjiciens, jus ligandi, atque solvendi in cælo, & in terra contradidit. Qua de re, & vobis merito gaudendum est, quoniam eo ampliora vobis parata sunt præmia, quo divina dignatio correctionem Regni vestri, quod diu in errore perstiterat, usque ad vestra reservavit tempora, ut veritatem Dei, & justitiam, qua illi, qui vos præcesserunt, Rectores, & Principes, & universus populus, tot annis tum cæcitate ignorantiæ, tum obstinata temeritate caruerant, vestræ mereretur suscipere sublimis humilitas, & fidelis obedientia.

27. Verum quia omne opus bonum non tam ab inceptu, quam ex fine suo retributionis debitum spectet, excellentiam vestram paterna charitate monemus, ut quod a Legatis nostris de Religione Fidei, & Ecclesiastici ordinis accepistis, & adhuc, Deo auctore, accepturi estis, firmiter teneatis; quia sicut certa spes salutis est his, qui in observatione Fidei, & doctrinæ hujus Sanctæ Apostolicæ Sedis permanent, ita illis, qui ab ejus concordia, & unitate exorbitaverint, haud dubiæ damnationis terror imminet. Et quidem de vobis bene speramus; quoniam relatione dilecti Filii nostri Richardi Cardinalis Presbyteri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quem nunc secundo ad vos mittimus, bonam voluntatem vos habere intelleximus. Sed quoniam devota corde semper admonitione gaudent, & istæ etiam virtutes exercitio indigent, hortamur eminentiam vestram, ut ab hac terrena, & caduca dignitate ad illam, quæ cælestis est, mentem levet; hac utatur sicut transitoria, cito peritura; illam appetat quæ æternitatem pariter habet, & gloriæ plenitudinem. Attendere enim, & solicite pensare debetis, quoniam quotidie ad finem vitæ volentes nolentesque properatis, & quicquid divitiarum, honoris, potentiæ, nunc arridet, vicina mors, quum minime putatur, rapiet, & omnia tenebris, & amaritudine claudet. Quæ ergo in illis spes, quæ gloria, quæ delectatio, aut desiderium esse debet, quæ se amantes decipiunt, sequentes fugiunt, habentes derelinquunt? Quanto autem in his quisque minus delectatur, minusque elatione super se rapitur, tanto securius ad ea, quæ vera sunt, bona deducitur. Cujus rei exemplum ipse Dominus ac Salvator noster Jesus Christus aperte monstravit, quum oblatum sibi ab hominibus Regnum pia humilitate respuit, nec speciem quidem terrenæ sublimitatis in oculis hominum gerere voluit, qui in hunc mundum, ut nos ad Regnum Cæleste perduceret, venit.

28. Quapropter sicut charissimum Filium vos admonemus, ut hæc sedulo vobiscum cogitan-

tantes, coram illo vos exhibeatis humilem, qui vos constituit valde sublimem, & inter omnia, & præ omnibus Deo placere studentes, commissa vobis Regni gubernacula ita administrare eum Dei adjutorio procuretis; quatenus vestra eminentia nullum futuræ abjectionis, aut infortunii casum sentiat, sed ad coronam incorruptibilis Regni, & Solium æternæ gloriæ transeat. Ut autem nostra exhortatio cordi vestro altius imprimatur, ex more Sanctorum misimus vobis clavieulam auream, in qua de catenis Beati Petri benedictio continetur; quatenus per ejus præsentia patrocinia uberiora erga vos beneficia sentiatis, & in amore ipsius de die in diem ferventes accendamini, promerentes, ut omnipotens Deus, qui illum admirabili potentia a nexibus ferreis liberavit, ejus meritis, & intercessionibus vos ab omnium peccatorum vestrorum vinculis absolvat, & ad gaudia æterna perducat.

26. Ad hæc commendamus vobis hunc dilectum Filium nostrum, quem, sicut supra diximus, nunc secundo ad vos mittimus, ut eum sicut nos audiatis, & in omnibus sibi favorem exhibeatis; quatenus non fiat inanis cursus, & labor illius apud vos, sed pro commissa sibi Legatione ea, quæ de Ecclesiasticis caussis tractanda invenerit, efficaciter exsequi, & ad statum rectitudinis, Deo adjuvante, perducere valeat. Cætera vero, quæ hic minus continentur, in ejus ore posuimus, cui vos in nullo credere dubitetis, per quem nostram vobis auctoritatem repræsentari cognoscitis. Data Romæ decimo octavo Kalendas Novembris, Indictione tertia.

* Alias 111. Lib. 8. apud Labbeum.

EPISTOLA * X.

Ad Alphonsum Castellæ Regem. Anno Christi MLXXIX.

Monet, ut remotis malis Consiliariis, Legati Apostolici salutaribus monitis acquiescens, de emendatione sua se, & Dei Ecclesiam lætificet. Illicitum connubium cum uxoris suæ consanguinea initum respuat, & ne se ab incestæ mulieris amore abripi sinat. Robertum Monachum seductorem, ac Regni pertubatorem debitas temeritatis ac sceleris pœnas daturum significat.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, dilectissimo in Christo Filio Regi Adelphonso salutem, & Apostolicam benedictionem.

30. DIci non potest, Fili charissime, quantum nos referente Filio nostro Apostolicæ Sedis Legato Richardo, nobis cognita præclara tua obedientia lætificaverat. Tu enim coram Deo semper in visceribus nostris eras, tu apud homines maximum nobis exemplum egregiæ virtutis eras, de te apud alios Reges gloriabamur, te vere Christianum Regem, & ideo vere Regem nos habere in parte Domini Jesu contra membra diaboli gaudebamus. Unde & bona tua fragrantia multas jam regiones asperserat, & velut sol quidam in occiduis natus orientem versus Cælestis luminis radios emittebat. At nunc comperto quod diabolus tuæ saluti, & omnium, qui per te salvandi erant, more suo invidens, per membrum suum quendam Robertum pseudo-Monachum, & per antiquam adjutricem suam perditam feminam, viriles animos tuos a recto itinere deturbavit, quantum de primo fueramus gavisi, tantum nunc confundimur, erubescimus, contristamur.

31. Quapropter, ut cognoseas, quantum circa te pie solliciti sumus, per bonitatem, & gloriam Christi te paterna voce monemus, & contestamur, remove a te quantocyus Consiliarios falsitatis. *Corrumpunt quippe mores bonos colloquia prava.* Acquiesce autem per omnia Legato nostro Fratri Richardo; quem nisi prudentem, & religiosum cognovissem, nostras ei vices nullatenus commisissem. Non te a salutaribus monitis, atque institutis nostris incestæ mulieris amor abripiat, quia *mulieres apostatare faciunt sapientes.* Ipsum quippe Regem sapientissimum Salomonem incestus mulierum turpiter amor dejecit, & florentissimum Regnum Israel Dei judicio pene totum de manu posteritatis ejus abripuit.

1. Cor. 15.

Eccles. 19.

32. Proinde per Dominum nostrum Jesum Christum, & per potentiam adventus ejus, nec non & ea auctoritate Beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, iterum monemus, atque præcipimus, ne teipsum despicias, ne in gloria tua maculam ponas, ne posteritatem carnis tuæ inutilem, & reprobam facias. Vires resume, illicitum connubium, quod cum uxoris tuæ consanguinea inisti, penitus respue. De tua emendatione nos, & totam Ecclesiam Dei cito lætifica, ne si inobediens (quod avertat Deus) esse malueris, iram Dei omnipotentis incurras, & nos (quod valde inviti, dolentesque dicimus) Beati Petri gladium super te evaginare cogamur. Prædictum sane nefandissimum Robertum Monachum seductorem tui, & perturbatorem Regni, ab introitu Ecclesiæ separatum, intra claustra Monasterii Cluniacensis in pœnitentiam retrudi decernimus. Sed Abbas Cluniacensis nos imitando id faciet; eadem enim via, eodem sensu, eodem spiritu ambulamus. Deus autem omnipotens uos de tua correctione cito exhilarare dignetur, Fili charissime.

NOTA.

HUic Epistolæ visum ἀκίνως subjungere aliam ejusdem Gregorii VII ad venerabilem Hugonem Abbatem Cluniacensem, quæ in eadem materia versatur, & ex cujus contextu plenius innotescent quæ eo tempore in Hispania acciderunt.

EPI-

E P I S T O L A * XI.

* Alias 11. lib. 8. apud Labbeum.

Ad Hugonem Abbatem Cluniacensem. Anno Christi MLXXIX.

Perstringit scelus Roberti Monachi simoniaci, quem jubet ab Abbate suo corrigi, & ab introitu Ecclesiæ, & omni Ecclesiastico ministerio separari. Regem quoque illius fraude deceptum moneri vult, nisi resipuerit; excommunicandum fore, & omnes fideles in partibus Hispaniæ fore solicitandos. Monet etiam Abbatem curare, ut sui Monachi in Hispaniæ partibus dispersi ad proprium Monasterium redeant; & nullam ibidem ordinationem vires habituram significat, nisi quæ Legati Apostolici auctoritate fuerit comprobata.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Hugoni venerabili Cluniacensi Abbati salutem, & Apostolicam benedictionem.

33. QUanta impietas a Monasterio vestro per Roberti Monachi vestri præsumptionem esierit, ea literis Richardi Legati nostri, Abbatis videlicet Massiliensis, potas cognoscere. Qui nimirum Robertos Simonis magi imitator factus, quanta potuit malignitatis astutia adversus Beati Petri auctoritatem non timuit insurgere & centum millia hominum, qui laboris nostri diligentia ad viam veritatis redire cœperant, per suggestionem suam in pristinum errorem reducere. Cujus iniquitati non sulum te consensisse non eredimus, verum etiam pro immanitate sceleris nobiscum tristari, & ad eaercendam debitam ultionem animum habere intelligimus; præsertim cum fidei nostræ antiquum præbeas eaperimentum, de honore Sanctæ Romanæ Ecclesiæ idem nobiscum sentire, & ad esecutionem justitiæ, quæ frigescente eharitate jam pene terris excessit, libertatem rectitudinis reservasse. Ab hac utique animi concepta certitudine nullus rumor, nulla suggestio poterit nos divellere, sed neque illi, qui de multis adversum vos negotiis murmurant, ante tempus fraternæ collocutionis ad suspicandum aliud poterunt nobis scandalum generare. Nam, ut de aliis taceamus, pene omnes, qui nobiscum sunt Fratres, nisi fræno rationis nostræ retinerentur, amorem ab eis loco vastro aahibitum in gravem inimicitiam convertissent.

34. Quapropter salutem vestram, sicut nostram diligentes, monemus, ut subditos vestros corrigentes, hujusmodi murmurationis occasionem religionem vestram diligentibus nobis non præbeatis. Specialiter autem admonemus, ut Robertum illum, qui supradictæ iniquitatis auctor exstitit, qui diabólica suggestione Hispaniensi Ecclesiæ tantum periculum invexit, ab introitu Ecelesiæ, ab omni ministerio rerum vestrarum separetis, donec ad vos redeat, & temeritatis suæ dignam ultionem suscipiat.

35. Regnum quoque illus fraude deceptum diligenter literis tuis intelligere facias, Beati Petri iram, & indignationem, atque, si non resipuerit, gravissimam adversum se, & Regnum suum ultionem provocasse, quod Legatum Romanæ Ecclesiæ indecenter tractavit, & falsitati potius quam veritati credidit. De quibus digne Deo, & Beato Petro satisfacturus, sicut Legatum nostrum dehonestavit, ita se sibi per debitam humilitatem, & condignam reverentiam commendabilem faciat, ac devotum.

36. Significare etiam te sibi dignum ducimus, nos eum, si culpam suam non correxerit, esse excommicaturos, & quotquot sunt in partibus Hispaniæ fideles Sancti Petri ad confusionem soam solicitaturos. Qui si minus præceptioni nostræ obédierint, non gravem eaistimaremus laborem nos ad Hispaniam proficisci, & adversum eum, quemadmodum Christianæ Religionis inimicum, dura, & aspera moliri. Tui etiam studii sit, ut Monachi in eisdem partibus injuste dispersi ad proprium redeant Monasterium, & nulla ibidem ordinatio vires obtineat, nisi quæ Legati nostri fuerit auctoritate probata. Volumus etiam, ut alteram Epistolam nostram Regi prædicto deferri præcipias, Data * Cipriani quinto Kalendas Julii, Indictione tertia.

* Carpetani.

EPI-

* Alias 11. lib. 9. apud Labbeum.

EPISTOLA * XII.

Ad Alphonsum Castellæ Regem, Anno Christi MLXXX.

Ostendit, se multorum odium propter veritatem, & iustitiam incurrisse, eaque de caussa eosdem sibi detrahere. Laudat quod in Ecclesiis eius Regni secundum morem Romanæ Ecclesiæ Divina Officia celebranda curet. De eius uxore, & Abbatia Sancti Secundi per Legatos se responsurum ait. Quendam in Archiepiscopum eligendum scientia carentem respuit, & alium de consilio Legati eligi mandat. Monet, ne in Regno suo Judæos Christianis dominari permittat. De munere ad se a Rege misso gratias agit, eique, & fidelibus eius omnium peccatorum absolutionem impartitur.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Alponso glorioso Regi Hispaniæ salutem, & Apostolicam benedictionem.

37. NOn ignorat prudentia tua, mentiri peccatum esse, si & de otioso verbo in districto examine exigenda est ratio. Sed ne mendacium quidem ipsum, quod fit pia intentione pro pace, a culpa penitus immune esse probari potest. Hæc iccirco prælibavimus, ut cum in cæteris illud peccatum esse non dubitaveris, in Sacerdotibus quasi sacrilegium conjicias; & quod tibi dirigimus, ita in re esse teste veritate cognoscas. Non nos latet multa de nostris factis, ac dictis tuis auribus sinistra interpretatione deferri. Unde & pro nobis in notitiam dilectionis tuæ obtrectantibus respondere non alienum putavimus. Peccatorem me esse, sicut verum est, confiteri minime piget. Verum si caussa odii, vel detractionis eorum, qui in nos fremunt, subtiliter investigetur, profecto non tam alicujus iniquitatis meæ intuitu, quam er veritatis assertione, injustitiæque contradictione, illos in nos exarsisse patebit. Quorum quidem servitia, & largissima munera, nos satis abundatius multis antecessoribus nostris habere potuimus, si ad periculum illorum, & nostrum, veritatem silere, malitiamque ipsorum dissimulare maluissemus. At nos certe ex hujus vitæ termino, & temporalium commodorum qualitate perpendentes, nunquam melius quemquam posse Episcopum nominari, quam quum persecutionem patitur propter justitiam, decrevimus potius divinis mandatis obtemperando pravorum inimicitias incurrere, quam illis male placendo iram Dei provocare.

38. Nunc ad industriam tuam sermonem vertimus, charissime Fili. Noverit excellentia tua, dilectissime, illud unum admodum nobis, immo clementiæ divinæ, placere, quod in Ecclesiis Regni tui Matris omnium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari effeceris. Denique in illo, quem hactenus tenuisse videmini, sicut suggerentibus Religiosis Viris didicimus, quædam contra Catholicam Fidem inserta esse patulo covincuntur. Quæ cum relinquere, & ad priscam consuetudinem, scilicet hujus Ecclesiæ, reverti deliberasti, non dubie te Beatum Petrum patronum optare, & subditorum tuorum salutem, Cælesti gratia inspirante, sicut Regem decet, curare monstrasti. Quod tamen gaudium de sapientia tua multo cumulatius referimus, quum tuæ humilitatis illustrem famam memoriæ interdum reducimus, & eam virtutem, quæ cum regia potentia vix, aut rarissime capi sub uno domicilio consuevit, in corde tuo memorari, consideramus.

39. Cæterum quod de uxore tua, & de Abbatia Sancti Secundi postulasti, competentius respondere per Filium nostrum Richardum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & Legatum, & Fratrem Simeonem Episcopum, arbitrati sumus. De illa autem persona, quæ in Archiepiscopum fuerat eligenda, dicimus, licet satis prudens, & liberalis videatur, tamen (quemadmodum nobis notum est, & literæ tuæ non negant) disciplinæ fundamento, videlicet literalis scientiæ peritia, indiget. Quæ virtus, quam sit non modo Episcopis, verum etiam Sacerdotibus necessaria, ipse satis intelligis; cum nullus sine ea, aut alios docere, aut sese possit defendere.

40. Quapropter Serenitatem tuam studere oportet, ut cum consilio præfati Legati nostri Richardi Massiliensis Abbatis, aliorumque Religiosorum Virorum eligatur inde, si inveniri potest; sin autem, aliunde expetatur talis persona, cujus religio, & doctrina Ecclesiæ vestræ, & Regno decorem conferat, & salutem. Neque vero te pigeat, aut pudeat extraneum forte, vel humilis sanguinis Virum, dummodo idoneus sit, ad Ecclesiæ tuæ regimen, quod proprie bonos exoptat, adsciscere; cum Romana Respublica, ut paganorum tempore, sic & sub Christianitatis titulis lude maxime, Deo favente, excreverit, quo non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quam animi, & corporis virtutes perpendendas adjudicavit.

41. Quoniam autem, sicut de bonis gloriæ tuæ merito congratulari, ita & de his, quæ non conveniunt, a te fieri dolere, ac ex merito inhibera compellimur; dilectionem tuam monemus, ut in Terra tua Judæos Christianis dominari, vel supra eos potestatem exercere ulterius nullatenus sinas. Quid enim est Judæis Christianos supponere, ac hos illorum judicio subiicere, nisi Ecclesiam Dei opprimere, & satanæ Synagogam exaltare; & dum inimicia Christi velis placere, ipsum Christum contemnere? Caveas itaque, Fili, hoc facere Domino, & Creatori tuo, quod non impune fieri tibi sustineres a servo tuo. Memento honoris, & gloriæ, quam tibi super omnes Hispaniæ Reges misericordia Christi concessit; atque illius vo-

Judæis non permittenda supra Christianos potestas.

voluntatem tuis actibus, quasi formam adhibendo, mutuam vicem in cunctis ei rependere studeas; immo ut hic, & in futuro exaltari merearis, te in omnibus illi submittere semper memineris. Valde quippe indignum est ei unum hominem, videlicet teipsum, perfecte non subjicere, qui tibi ultra mille hominum millia subjecit, & judicio tuo commisit.

42. De cætero regiæ munificentiæ tuæ gratulamur, cujus animi devotionem in eo plane satis agnoscentes agnoscimus, atque agnoscentes amplectimur, quod quanti Beatum Petrum feceris, ex dono patenter ostendere voluit. Et certe cum tui cordis amorem munus illud per se satis sufficienter ostendat, tum etiam tuæ Fidei meritum illud ipsum mutua vice longe vero magis commendat, multisque gentibus e cunctis mundi partibus ad gremium Matris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ venientibus ad honorem tuum clare manifestat. Et quidem licet illud munus tam amplum, & magnificum fuerit, ut & te Regem dare, & Beatum Petrum recipere convenienter decuerit; tamen in illo animi tui devotionem multo magis amplectimur, quæ quanti Beatum Petrum feceris, ex dono patenter ostendit. Ho igitur, ut dignum est, decenter suscepto, donum quod Domino largiente Sedes habet Apostolica, sinceræ tuæ devotioni remittis.

43. Omnipotens Deus, omnium rerum creator, & rector, omniumque dignitatum ineffabilis dispositor, qui dat salutem Regibus, meritis altissimæ Dominæ Genitricis Dei Mariæ, omniumque Sanctorum, auctoritate Beatorum Apostolorum Petri & Paulli nobis licet indignis per eos qualicumque commissa, te suosque fideles in Christo ab omnibus peccatis absolvat, detque tibi victoriam de inimicis visibilibus, & invisibilibus. Mentem tuam semper illuminet, ut ejus bonitatem, & humanam fragilitatem diligenter perspiciendo, mundi gloriam despicias, & ad æternam Beato Petro duce pervenias.

CONCILIUM BURGENSE,

In quo Romani Sacrorum ritus imperati, & alia ad disciplinam Ecclesiasticam spectantia, anno Domini MLXXX.

1. JOannes *Mariana Histor. Lib.* 9. *Cap.* 11. Missa (*inquit*) abs Rege (*Alphonso*) Romam legatio enire Pontificem postulante, uti rei Ecclesiasticæ, in quam vitio temporum, hominum culpa, depravati mores incubuerant, constituendæ, novisque institutis componendæ causa, Legatus in Hispaniam cum amplissimis mandatis, & potestate mitteretur. Missus a Gregorio VII. Pont. Max. Ricardus Massiliensis Abbas, anno hujus sæculi septuagesimo sexto, Burgis in citeriori Hispania Concilium Episcoporum agitavit. In quo, regiæ voluntati morem gerens, in omni Regno ejus Romanum ministerium confirmavit. Sic Pelagius Ovetensis loquitur, ut ego interpretor, Leges Ecclesiæ in mores revocatæ, ac præsertim, quod in Germania non absque motu factitatum erat, uxores Sacerdotibus detractæ, quas prisci moris obliti, & voluptatum illecebris superati, plerique habere consueverant. Quæ rei Sanctissimo Pontifici invidiam peperit, usque eo, ut conviciis, & contumeliis, probrosisque carminibus passim ejus nomen proscienderent. Adeo grave est assueta relinquere, & veteres mores nova censura mutare. Præterea Aragoniæ exemplo, precandi ritus ex Romano more facti; prisca Gotthorum instituta rebus divinis procurandis propritiando Numine antiquata.

NOTÆ GABRIELIS COSSARTII.

2. RIcardus Monachus S. Victoris Massiliensis, Presbyter Cardinalis ab Alexandro II. creatus, a Gregorio VII. in Hispaniam Legatus mittitur anno 1078. ut scribit Gregorius ipse Epist. XXI. Lib v. Abbas Massiliensis constituitur anno 1069. in locum Bernardi fratris Cardinalis, ut ex ejusdem Epistola vi. Lib. vii. discimus. Qui stare igitur potest, quod ait Mariana, missum in Hispaniam a Pontifice Ricardum Abbatem Massiliensem anno 1076. Altera in Hispaniam legatione functum eundem esse anno 1079. docet Epistola vi. Libri vii. qua hortatur Alphonsum Regem Gregorius, ut illam, qua de hie agitur, sacrorum mutationem instituat; ex quo apparet, non ante annum illum 1079. Burgense hac de re Concilium a Ricardo habitum esse. Quando igitur celebratum dicemus? Si Pelagium Ovetensem consulimus, augetur difficultas. Eram enim ille 1123. assignat, quæ cum anno Christi 1085. congruit. Ae serius profecto, cum anno 1080. scribat Gregorius Epistolam tertiam Libi viii. cujus ipso initio significat id perfectum esse. Anno igitur 1080. habitam hanc Synodum crediderim; atque apud Pelagium Ovetensem errorem in numeros librarii vitio irrepsisse; scriptum nimirum 1123. pro 1118. qui annus Eræ Hispanicæ, respondet anno Christi 1080. Mariana vero, qui annum Christi assignat 1076. legebat sine dubio Era 1114.

3. Romanum mysterium hic esse confirmatum, scribit Pelagius; Romanos scilicet ritus mysteriorum, officiorumque divinorum, atque hanc loquendi formam, ne temere factum putemus, auctor sermone barbarus bis usurpat. Mariana ministerum reponit. In quo rursum ab eo dissentio.

4. Quicquid egerit Concilio suo Ricardus, etiam assentiente, & annitente Rege, obtinere non potuit, ut omnino Gothicus ritus abrogaretur. Id vero postea perfectum in Legionensi Concilio anno 1091. quod quidem

dem ad Castellanum Regnum attinet. Nam de Aragonia vide Concilia Hispanica anno 1068. Tomo IX.

5. Hic observa, Castellanum Regnum vocari a Mariana Hispaniam citeriorem. Scilicet homini Hispano Toleti commoranti citerior erat, eisque Iberum, Hispaniæ pars illa. Ego vero ad annum illum 1068. Aragoniam vocavi citeriorem Hispaniam, Romanos secutus, quibus, uti & nobis, pars illa propior, & citra Iberum est.

6. Burgense Ricardi Concilium non agnoscit Rodericus Toletanus, immo vix adleruit in Hispanias missum, quum addit, cœpisse irregularius se habere. Vidit Philippus Labbe noster in hoc Marianam cum Roderico non consentire. Præfert autem Rodericum, utpote trecentis & eo amplius annis antiquiorem; ego vero Marianam, quippe consentientem cum Pelagio Ovetensi, qui annis ferme ducentis Roderico est vetustior.

MISSA MOZ-ARABUM,

SEU MIXT-ARABUM,

S. Leandro communniter adscripta, & in Hispaniis usque modo certis locis usitata.

1. *Christiani in Hispania Arabibus permisti, Moz-arabes dicebantur, quasi Mixti-Arabibus, & Officium Divinum eorum Moz-arabe inde appellationem retinuit. Usitata fuit hæc Missa priscis sæculis, &, ut ajunt, sub Leandro Hispalensi, aut Isidoro, & deinceps usque ad tempora Alphonsi Sexti, quo regnante, auctoritate Gregorii Papæ Septimi mutata est; licet & Toleti adhuc in sex Parochiis servetur; & in Cathedrali Ecclesia, in Sacello Card. Francisci Ximenez, ac Salmanticæ statutis etiam diebus, in Sacello doctoris Talabricensis, quod est in peristylo Templi summi, cujus Officii modum, & ordinem hic habes.*

Vestium sacrarum usus.

2. Eisdem utebantur vestibus sacris, quibus hodie, & communibus precationibus cum nostris, quando singulas vestes induebant. Post faciunt ad Altare exomologesin; & ad Altare capite demisso, ad hunc modum dicunt.

Exomologesis à & post cano oratio. Consentit D. Isidorus De Div. Offic. lib. 1. cap. 7. Atque illud, Gloria, & honor.

3. *Per gloriam nominis tui, Christe fili Dei vivi, & per intercessionem Virginis Mariæ, B. Jacobi, & omnium Sanctorum; auxiliare, & miserere indignis servis tuis, & esto in medio nostri Deus noster, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum.*

Respondetur: *Amen.*

4. Mox convertit se ad Librum in dextro Altaris cornu positum, ac dicit Antiphonam in modum Introitus, cum duobus versibus, &, *Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, in sæcula sæculorum. Amen.*

5. Sicut etiam in Concilio Toletano IV. Cap. 14. cautum est, ut ad eum modum dicatur. Ad quemlibet versum repetunt partem Antiphonæ, more Responsoriorum nostrorum; ut vulgato more loquamur, *Gloria in excelsis*, dicitur integre Romano more.

6. Sacerdos cantando dicit: *Per omnia sæcula sæculorum.* Neque ante Orationem dicitur *Oremus*; neque in fine *Per Dominum*; sed tantum respondetur: *Amen.* Alia Sacerdotis conclusio. Resp. *Amen.* Deinde dicit Sacerdos: *Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & regnas in sæcula sæculorum.* Respondetur, *Amen.* Postea: *Dominus sit semper vobiscum.* Respondetur: *Et cum spiritu tuo.* Lectio Isaiæ Prophetæ. Respondetur: *Deo gratias.* Mox legitur Prophetia; qua lecta, rursum Sacerdos: *Dominus sit semper nobiscum.* Respondetur: *Et cum spiritu tuo.* Inde dicitur Tractus duorum, vel trium versuum. Quo finito, Sacerdos inquit: *Silentium facito. Sequentia Epistolæ Paulli Apostoli &c.* Respondetur: *Deo gratias.* Mox canitur, sive recitatur Epistola. Post quam, Libro in alterum Altaris cornu translato, continuo dicitur Evangelium, ad hunc modum: *Dominus sit semper vobiscum.* Resp. *Et cum spiritu tuo: Gloria tibi Domine.* Finito Evangelio &c. Resp. *Amen.* Mox Sacerdos: *Dominus sit semper vobiscum.* Resp. *Et cum spiritu tuo.* Postea dicitur, *Alleluja*; cum versu, sicut nunc ante Evangelium cantatur. Sacerdos offert Hostiam cum Calice, utens aliquot orationibus devotis, quas hic referre longum esset. Mox thura adolet, non secus, atque nunc fit. Quibus peractis, Sacerdos ante medium Altaris dicit alta voce: *Adjuvate me fratres in orationibus vestris, & orate pro me ad Deum.* Respondet Chorus: *Adjuvet te Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.* Deinde cantatur Sacrificium, nempe Antiphona cum duobus, aut tribus versibus. Quod dum fit, Sacerdos lavat manus, dicens: *Lavabo me inter innocentes &c.* Ac benedicit oblationem tribus digitis. Postea inclinatus ante Altare, submissa voce dicit: *Accedam ad te in humilitate spiritus &c.* Nam oratio longiuscula est, sed valde devota, quam claudit elatiore voce dicens: *Per te Deus meus, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.*

Incipitur Missa. Salutatio, & Responsio.

Etiam hic Missam incipit Isidor. cap. 15 qui non nihil dissentit in orationibus.

7. Sacerdos: *Dominus sit semper vobiscum.* Responsio: *Et cum spiritu tuo*: Oratio de tempore, vel Sancto, sine *Oremus*, in cujus fine respondetur: *Amen.* Deinde Sacerdos: *Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum.* Respondetur: *Amen.* Si est Festum alicujus Sancti, prius legitur aliquid de

de Vita Sancti; deinde fit oratio faciens mentionem etiam de miraculis, vel doctrina Sancti. Mox Sacerdos elevatis manibus dicit: *Oremus*. Respondet Chorus: *Hagios, hagios, hagios, Domine Deus æterne, tibi laus, & gloria*. Deinde fiunt orationes pro Ecclesia Catholica, pro captivis, & infirmis, & tribulatis, cum commemoratione Apostolorum, Martyrum, quorum multa nomina recitantur, & pausantium; quo nomine illic intelligi puto Sanctos Dei Confessores, qui in Domino, & sancta pace quiescunt; nam multa nomina recitantur, & inter ea, Ambrosii, Augustini, Fulgentii, Leandri, Isidori &c. & omnium pausantium. Deinde dicit Sacerdos aliam orationem Festo, ac diei congruam. Qua finita respondet: *Amen*. Sacerdos: *Quia tu es vita vivorum, sanitas infirmorum, ac requies omnium fidelium defunctorum, in omnia sæcula sæculorum*. Chorus resp. *Amen*. Mox fit oratio ad pacem; qua finita, dicit Sacerdos: *Quia tu es vera pax nostra &c.* Mox sublatis in Cælum manibus, dicit: *Gloria Dei Patris omnipotentis, & dilectio Domini nostri Jesu Christi, & communicatio Spiritus Sancti, sit semper cum omnibus nobis*. Respondet Chorus; *& cum hominibus bonæ voluntatis*. Rursus Presbyter: *Quomodo astatis, pacem facite*. Tunc Chorus cantat Resp. *Pacem meam do vobis &c.* Interea Sacerdos accipit pacem de patina dicens: *Habete pacem dilectionis, & pacis, ut apti sitis sacrosanctis mysteriis Dei*. Mox dat pacem Diacono, vel puero, puer populo.

Hanc orationem pro vivis, & defunctis tertiam facit Isidor. l. cit.

Orationem pro osculo pacis, quartam facit ib. Isid.

Deinde Sacerdos junctis manibus inclinatus dicit: *Introibo ad Altare Dei*.

Respon. *Ad Deum qui &c.*

Postea manibus super Calicem positis, inquit: *Aures ad Dominum*.

Responsio: *Habemus ad Dominum*.

8. Sacerdos inclinatus manibus junctis: *Deo, ac Domino nostro Jesu Christo Filio Dei, qui est in Cælis, dignas laudes, dignasque gratias referamus*. Et dicens hæc postrema verba attollit manus in altum.

Hanc quintam orationem nuncupat Isid.

Respon. Chorus: *Dignum & justum est*.

9. Sacerdos: *Dignum & justum est &c.* Sequitur enim longa, & devota ratio. Postea dicitur, *Sanctus*, fere more nunc usitato. Deinde post duas orationes breves fit consecratio iisdem omnino verbis, quibus hodie utitur Ecclesia. Mox elevatur sacrosancta Eucharistia. Postea dictis duabus orationibus succinctis, Sacerdos accipit Corpus Domini de Patena, & ponit super Calicem apertum, ut hodie quoque fit, ac dicit alta voce: *Dominus sit semper vobiscum*. Resp. *Et cum spiritu tuo*. Sacerdos: *Fidem quam corde credimus, ore dicamus*. Et elevat secundo Corpus Christi, ut videatur a populo. Mox cantatur Symbolum Fidei, ita ut est in Concilio Nicæno. Quod dum fit, Sacerdos frangit Eucharistiam per medium, & ponit dimidiam partem in Patina, & ex altera parte facit * particulas, ex altera fere quatuor. Deinde ponit omnes simul in Patina in modum Crucis. Habetque quæque particula nomen. Quinque priores partes dicuntur, Corporatio, Nativitas, Circumcisio, Apparitio, Passio; quatuor reliquæ, Mors, Resurrectio, Gloria, Regnum. Postea digitis super Calicem accurate purgatis, & cooperto Calice, facit *Memento pro vivis*, ut ipsorum more loquar. Mox dicitur oratio Dominica, ad hunc modum: *Verbum Patris, quod caro factum es, ut habitares in nobis; præsta nobis, ut qui te venisse credimus, ab omni peccatorum contagione, quum præceptionis tuæ oracula tuis oraculis proclamaverimus, liberemur in terris. Pater noster qui es in cælis*. Respon. *Amen*. Et eodem modo respondetur ad singulas petitiones, præterquam ad illam: *Panem nostrum &c.* ad quam respondetur; *Quia tu es Deus*. Embolis orationis Dominicæ. Deinde dicit orationem devotissimam, quæ incipit: *Liberati a malis &c.* & tundendo pectus dicit: *Pone Domine finem peccatis*. Immissio duarum particularum in Calicem. Qua finita, acceptam particulam, quæ dicitur Regnum, præmissa oratione, ponit super Calicem; mox addita alia, immittit in illum. Post hæc dicit: *Humiliate vos Benedictioni*, & certis quibusdam formulis benedicit populo. Mox fit secundum Memento [ut sic loquar] pro defunctis. Quo peracto, recipit Corpus, & Sanguinem Domini cum quibusdam devotis precationibus. Atque interim cantatur a choro: *Gustate, & videte quam suavis est Dominus &c.* Absoluta communione, cantatur Antiphona: *Refecti Christi Corpore &c.* Et Libro in sinistrum Altaris cornu translato, dicit Sacerdos orationem, in cujus fine respondetur: *Amen*.

Consecrationem & oblationem sextam ibidem nuncupat illic Isid.

Consecratio. altera Corporis Domini elevatio.

Particularum Eucharistiæ nomina.

Memoria vivorum.

10. Deinde Sacerdos: *Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum*.

Resp. *Amen*.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. *Et cum spiritu tuo*.

Vox Diaconi: *Solemnia completa sunt*.

11. Postea Presbyter, vel Diaconus; *Solemnia completa sunt in nomine Domini nostri Jesu Christi; votum nostrum sit acceptum cum pace*.

Resp. *Deo gratias*. Quamdiu sacris operatur Sacerdos, nunquam se convertit ad populum.

Benedictio populi.

Oratione post communionem

N O T A.

12. M*Ox elevatur sacrosancta Eucharistia*.] Frater Joannes Laziarelus Cælestinus, in Epitome universalis historiæ mentionem fecit hujus sacrificandi ritus, sed paucis; ubi illud addit, quod ubi levatur Eucharistia, Diaconus dicit

alta voce: *Videte in quem creditis*; sed hoc in Hispaniis non servatur.

13. *Ita ut est in Concilio Nicæno.*) Consentit in hoc Isidor. Cap. 16. Atqui Concilium Toletanum III. Cap. 2. Constantinopolitani Symboli meminit. Eodem loco Orationem Dominicam constituunt Concil. Tolet. IV. Cap. 9. & Isidor. Cap. 15. ubi septimam hanc Orationem nuncupat.

ORDO DIVINI OFFICII GOTTHICI

Mus-arabum, excerptus, & in Latinum sermonem conversus ex Hispanico Libri, *De Vita, & gestis Francisci Ximenii S. R. E. Cardinalis*, ab Eugenio Roblesio Toletano, ex Bibliotheca RR. D. Renati Poterii Episc. Bellovacen.

Habes hic multo fusius exposita, quæ de hoc Ordine scire optaveris. Prodiit autem Liber ille Roblesii excusus Toleti ex Officina Petri Roderici Typographi Regii, anno MDCIV.

C A P. XXIII.

De auctoritate hujus sancti Officii, & ratione ejus usus, ut rite possint debita exercere munia, tam Curiones, tam Beneficiis Ecclesiasticis, & Ædiculis sacris addicti, seu Cappellani Muz arabes.

Doctor Franc. de Pisa tab. 1. Frat. Joan. a Mariet. 2. p. l. 20. c. 5. Conc. Tolet. 4.

14. HOc in Capite sectabor accuratissime Doctorem Franciscum a Pisa, in loco jam antea citato, nec ab illius verbis, aut mente recedam ullatenus; quamvis Pater Joannes a Marieta Ordinis Prædicatorum, in sua Sanctorum Hispaniæ Historia, præcipueque Libro 20. secundæ Partis Cap. 5. iisdem pene verbis idem argumentum persequatur. Illic autem edisserit, agitque de quarto Concilio Toletano, illo ipso nimirum, de quo verba fecimus, quo cautum est atque decretum, ut eo Muz-arabis Officio universa Hispania uteretur. Præfuit autem huic sanctissimo Patrum consessui Sanctus Isidorus Archiepiscopus Hispalensis, ejus amplificator, & expurgator, regnante in Hispania Sisenando Gottho, & Archiepiscopatum Toletanum obtinente Justo, qui quidem fuit e numero Præsulum, qui huic sacro Concilio, in Templo Sanctæ Leocadiæ, extra Toleti muros, anno salutis 635. celebrato interfuere.

15. His suppositis, cum nemo possit istius Officii vetustatem inficiari, quippe cum jam nongenti anni numerentur, si a D. Isidori, & quarti Concilii Toletani tempore sumatur exordium; cumque nemo sit, qui de illius tum pietate, tum auctoritate ambigat, cum a Sanctis institutum, ab iisdem provectum, miraculisque fuerit confirmatum; nemini etiam dubium est, quin illud Summi Pontifices, Ecclesiæque Præsules suis appobationibus, & ratihabitationibus stabilierint, atque firmarint.

Papa Gregor. VII approbavit

16. Enimvero si tempora Alphonsi Sexti repetamus, compertum subito nobis erit, quo pacto dum Rex ille, ut attigimus, hoc Officium tollere statuisset; postquam mature, & accurate rem Gregorius Septimus tum Pontifex introspexisset, atque discussisset, confestim approbatione sua dignum Officium hoc censuit, illudque sanctissime confirmavit; mandans Richardo Sedis Apostolicæ delegato, qui tunc temporis Cœnobio Sancti Victoris Massiliæ præerat, ut in Hispaniæ Templis usurparetur, ac permaneret. Præterea Joannes VIII. Pontifex Romanus circa annum Domini 872. ni fallor, idem studiose curavit, in Hispaniam mittens prudentissimum Presbyterum Joannem, vel (si Marietam sequi velimus) Janellum; qui cum singula exquisite retulisset, mox a Pontifice confirmatus est ordo Missæ hujus, totiusque Divini Officii, ut in Hispania mos inolevit, celebrandi.

Papa Joan. VIII approbavit.

Papa Alexand. II. approbat.

17. Neque vero recessit ab aliorum sententia Alexander II. anno 1097. quandoquidem missus ab eo fuit ad Hispanos eadem de caussa Cardinalis Hugo Candidus, ut refert Ambrosius Morales, qui quidem id hausit, & transtulit e Libro quodam Conciliorum Regii Monasterii D. Laurentii Escurialis.

Papa Paul. III. Alvar. Gom. 3. fol. 51.

18. Postremo nostra ætate Paulus III. Summus Pontifex (ut videre est apud Alvarem Gomesium in historia nostri Cardinalis) cum postulasset ab hac Ecclesia, ut sibi Missale, & Breviarium Muz arabicum mitteretur; statim illis acceptis, visisque, ea jussit asservari in Bibliotheca Vaticana; qua in re visus est id omne quod non abjecit, immo apud se haberi voluit, approbasse.

Pius V. Decret. Rom. Pont. datis 24. Augusti 1571.

19. Itaque juxta ea, quæ jam præfati summus, possunt libere, liciteque, tum Parochi, tum Beneficiis, & Ædiculis sacris addicti, seu Cappellani Muz-arabes, Officium ejusmodi celebrare, nihil ad hæc obstantibus Pii Quinti Constitutionibus, Motibusque propriis, Breviariis, & Missalibus Romanis, juxta reformationem insertis. Ut autem rei hujusce veritas facilius elucescat, innititur id quod asserimus, non modo antiquitati, quæ prætergreditur annos ducentos Motuum propriorum, quoniam ea ex parte fuit alia quædam declaratio specialis, verum etiam si mentem adhibere velit quispiam, statim contuebitur illic juberi, ut celebrentur Officia juxta usum Romanum recens reformatum in Templis, aut Monasteriis, in quibus primitus, & secundum institutionem dici vel debebant, vel solebant, juxta ritum Ecclesiæ Romanæ.

manæ. Apposita sunt enim illic hæc verba; *In quibus alius Officium Divinum Romanæ Ecclesiæ ritu dici consuevit, aut debet*, quæ quidem verba indicant, voluisse Pontificem ad unum, idemque Officium reducere cætera, quæ a Romano olim a S. Gregorio instituto manarunt. Neque vero ideo visus est prohibuisse, vel suppressisse Gotthicum Officium, cum noluerit Græcis, aut Mediolanensibus Templis Officia subducere a Basilio, vel Ambrosio Divinitus instituta; quia nunquam Ecclesiæ istæ ab altioribus primordiis, Romanum, vel Gregorianum Officium susceperunt, aut celebrarunt. Eademque de caussa satis patet, quemlibet peculiarem Clericum Muzarabem, vel huic Officio celebrando destinatum, munus suum egregie obiturum, & præcepto, quo jubetur Horas Canonicas dicere, absolutissime assequuturum, si eas ordine Muz-arabico, vel in Choro, vel extra, cum debita integritate, & attentione dicat, sicuti & Clericus Græcus, aut Mediolanensis parebit Ecclesiæ, dummodo quilibet eorum suo Officio se addictissime adstringat.

20. Hoc supposito, quandoquidem satisfecimus iis, quæ difficultatem parere videbantur circa hujus sancti Officii disquisitionem, non abs re nunc erit illud aggredi, veluti primarium nostrum institutum.

CAPUT XXIV.

De Officio Muz-arabico, & de quibusdam generatim notatu dignis.

Horarum principium.

21. INter alia notatu digna, & ab Officio Latino discrepantia, habet illud Officium Muz-arabicum, vel Isidorianum, vel Gotthicum, quædam, quorum usus generalis est in omnibus, tum majoribus, tum minoribus Horis; sicuti sunt initia, in quibus semper habetur, *Kyrie eleison*, *Christe eleison*, *Pater noster*, & *Ave Maria*, secreto; & protinus: *In nomine Domini nostri Jesu Christi lumen cum pace*, respondetur autem: *Deo gratias*. Quod quidem convenit cum eo quod dicitur: *Deus in adjutorium meum intende*, in Latino, vel Gregoriano Officio; excepto tantum Completorio, quod aliter incipit, ut suo loco videbimus. In fine vero precum semper apponitur: *In Domini nostri Jesu Christi perficimus cum pace*. Responsum autem est: *Deo gratias*; quod congruit cum his Latini Officii verbis: *Benedicamus Domino*.

Finis Horarum

Nota.

22. Illic etiam dicitur: *Per omnia sæcula sæculorum*, &, *Dominus sit semper vobiscum*, & *Gloria, & honor Patri, & Filio &c.* Ubicumque in Romano Officio sese profert occasio dicendi: *Gloria Patri, & Filio*.

23. Nec secus responsa titulorum Prophetiis, vel Epistolis inscriptorum præferunt *Deo gratias*, pariterque dicitur *Amen*, in fine, sicut etiam respondetur *Amen*, sub finem cujuslibet orationis totius Officii, quomodocumque illa desinat. Neque tamen auditur, aut legitur *Oremus*, ante ullam orationem.

De Oratione Dominica.

24. Horis autem absolutis, adjicitur *Pater noster* alta voce, singulisque postulatis additur *Amen*, nisi quum profertur hæc petitio: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Respondetur enim hic: *Quia Deus es*; & ultimæ qua dicitur: *Sed libera nos a malo*. mox que eodem tenore consequenter hæc pia verba proferuntur: *Liberati a malo, confirmati semper in bono &c.* Quibus Deo necessitates fidelium peculiariter commendantur; pronunciaturque illud itidem in Vespertinis precibus, Laudibus, & Missa; in cæteris autem precibus suo loco dicitur: *A malo nos libera, & in tuo timore, & opere bono nos confirma*.

De benedictione

25. His peractis, qui Sacra peragit, vel Diaconus, jubet his qui adsunt, ut humilitatem exhibeant, cum his verbis: *Humiliate vos benedictioni, Dominus sit semper vobiscum.* confestim vero Sacerdos benedictionem impertit, atque pronunciat tres petitiones continenter, quarum cuilibet respondetur, *Amen*. Eo modo, & cum hac benedictione preces omnes absolvuntur, exceptis Matutinis, quæ uno spiritu cum Laudibus dicuntur, immo commiscentur, & pro una eademque re censentur.

Divisio Officii.

26. Distribuuntur Officia in Dominica, quæ vocantur ab Officio Latino Dominicæ, & in Ferias, & Festa; horum autem postremorum quædam nomen suscipiunt solennitatis sea trabearum, vel Pluvialium; eaque sunt quasi duplicia; alia vocantur quatuor Pluvialium, suntque velut semiduplicia, alia duorum Pluvialium, novem lectionum, suntque quasi simplicia; & juxta Breviarii canonem, quum decantatur Officium Sancti cujuspiam, nulla fit in Sacro, vel precibus Vespertinis commemoratio alterius, cujus Festum vel celebratum antea fuerit, vel sit postea celebrandum. Notandum tamen est in precibus vespertinis, quod si contingat debere dici quippiam de Sancto, cujus commemoratio minus sit solennis alia, quæ præcedenti die facta est, dicuntur Vespertinæ preces de insigniori, cum oratione, & laude unica minus solennis; illud autem veluti commemoratio quædam est.

CAPUT XXV.

De Horis tum majoribus, tum minoribus hujus sancti Officii.

De Vespertinis precibus.

27. OFficium Muz-arabicum cujuscumque Dominicæ, Feriæ, vel Festi incipit, a precibus Vespertinis, in quibus nunquam dicitur ullus Psalmus, suntque hæ preces totius hujus Officii brevissimæ, diciturque in iis communiter laus, sonus, antiphona, hinc alia laus. Postremæ vero duæ dicuntur cum *Gloria, & honor Patri*; sub finem autem cujuslibet dicitur: *Dominus sit semper vobiscum*, excepta ultima, quia e vestigio sequitur Hymnus. Laudes, soni, & antiphonæ hoc in Officio conveniunt cum Responsis Officii Romani.

Quid laus, & sonus.

Quid supplicatio.

28. Deinde profertur Hymnus, & eo absoluto supplicatio, quæ nihil aliud est quam parænesis Sacerdotis ad populum, qua eum adhortatur, ut a Deo petat quod expedit, ut eum colat. Huic autem respondetur: *Præsta omnipotens æterne Deus*. Mox dicitur oratio, quæ a tribus *Kyrie eleison* inchoatur, absolviturque cum tribus orationibus Dominicis, & benedictione, ut jam generatim perstrinximus.

Suc-

Laus loco Magnificat.

29. Succedit superioribus laus una, quæ eundem locum obtinet, quem in Officio Latino possidet *Magnificat*, dumque illa cantatur, thuribulo accepto, Sacerdos Templum odore perfundit, ea vero decantata, dicitur oratio, quum Vespertinis precibus finis imponitur.

Commemoratio

30. His absolutis, suffragiorum communium loco, quibus utitur Officium Romanum, dicitur alia laus, aliaque oratio; verum hæc commemoratio non fit in Festis sex, aut quatuor trabearum, neque in octavis.

Nota.

31. Quædam Festivitates peculiares, & Dominicæ, plerumque in Vespertinis precibus plures prædictis laudes habent, & orationes, ut suis locis videbitur. Notandum vero est, orationes tantum, & laudes in precibus Vespertinis, Matutinis, & Laudibus repetiri, dicique ante quamlibet orationem in Matutinis, & Laudibus: *Dominus sit semper vobiscum*, in Vesperis autem dicitur oratio sine præviis hisce verbis: *Dominus sit semper vobiscum*.

De Completorio

32. Completorium autem inchoatur a Psalmo: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c.* Moxque dicuntur tria *Alleluja*, singulis anni temporibus, excepta Quadragesima; substituitur enim in eorum locum: *Laus tibi, laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.* Confestim sequitur alius Psalmus, iteraturque ter *Alleluja*; deinde dicitur alius cum Hymno, & Versu, consequenterque dicitur Psalmus: *Qui habitat in adjutorio Altissimi &c.* Huic succedit & alius Psalmus, & alter Hymnus, ita ut quinque illic Psalmi dicantur, interseranturque duo Hymni; hinc dicitur Versus, Supplicatio, Capitulum, *Pater noster*, & benedictio, sicque Completorium absolvitur. Post hæc dicitur Versus, & Oratio pro commemoratione; exceptis solennitatibus sex, aut quatuor trabearum, aut octavis, ut jam monuimus agentes de precibus Vespertinis. Sub finem autem Completorii adtexitur *Salve*, Versus, & Oratio ad Virginem Deiparam, quæ incipit: *Virgo Israel &c.* In Sabbathis, præcipuisque diebus festis, & Quadragesima, quædam peculiaria dicuntur in Completorio, ut in Breviario videre est.

De precibus Matutinis.

33. Matutinæ preces hujus Officii breves sunt admodum, & exordium sumunt ab oratione Dominica, & Angelica salutatione, quibus additur Antiphona: *Ave Regina Cælorum*, cum ejus Versu, & Oratione Beatæ Virginis, qua absoluta, Sacerdos ait: *In nomine Domini nostri Jesu Christi lumen cum pace*, ut jam scripsimus. Deinde adtexitur Antiphona, & Psalmus *Miserere*; hinc tres adponuntur Antiphonæ, cum Responso uno; quamlibet autem sua comitatur Oratio.

34. Monendus est autem Lector, dici post singulas Orationes Matutinarum precum, & Vespertinarum, itidemque Laudum, & Sancti Missæ Sacrificii, dici, inquam: *Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæculo sæculorum*, quibus respondetur: *Amen*; & ista conveniunt cum his, quæ posita sunt ad calcem Orationum Officii Romani, scilicet: *Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.* Tandem Matutinæ preces communiter absolvuntur cum ultimo Responso, sive sit post illud Oratio, sive non sit. Verumtamen in Dominicis per annum, Dominicis item Adventus, & Quadragesimæ, incipiunt Matutinæ preces ab Hymno: *Æternæ rerum conditor*, loco primæ Antiphonæ; statimque sequitur Oratio, post quam dicuntur tres Psalmi, singuli cum suis Antiphonis, hisque tres Antiphonæ succedunt, cum Responso, & Orationibus, uti a nobis ante dictum fuit.

De Dominicis post Pascha.

35. Dominicis autem diebus, qui inter Christi Resurrectionem, & Pentecosten habentur, sequuntur Muz-arabes commune Officium Festivitatum totius anni; eo tamen excepto, quod loco *Miserere*, dicitur Psalmus: *Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me.* Idemque in Festis Inventionis, Exaltationis, & triumphi Sanctæ Crucis, Ascensionisque, & aliis solennioribus observatur.

De Laudibus.

36. His peractis, sequuntur Laudes cum Antiphona, quam præcedit *Dominus sit semper vobiscum*; eamque sequitur Canticum quodpiam veteris, aut novi Testamenti. Die vero D. Magdalenæ duo Cantica dicuntur.

37. Peculiare autem admodum est, quod in Officio Muz-arabico, totius anni decursu, nullibi audiuntur hæc duo Cantica, *Magnificat*, & *Benedictus Dominus Deus Israel*; nisi hoc in loco. Dicitur autem *Magnificat* in solis Beatæ Virginis Officiis, & nocte Nativitatis Domini nostri: *Benedictus* autem solummodo in Festo Joannis Baptistæ.

38. Absoluto Cantico, recitataque Antiphona, & dicto: *Dominus sit semper vobiscum*, dicitur alia Antiphona ante Psalmum: *Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum*; qui quidem strictim, summatimque complectitur Psalmum: *Benedicite omnia opera Domini Domino*; idemque sonat, si sensum penitus intuemur. Ad hæc dicitur sonus, & alia Antiphona ante Psalmum: *Laudate Dominum de Cælis*; quo decantato, legitur Prophetia quædam, quam sequitur Hymnus, Supplicatio, Capitulum, *Pater noster*, Laus, & Benedictio, sicque finis Laudibus imponitur. Succedit his Laus quædam, & Oratio, loco suffragiorum, ut in Vespertinis precibus, & Completorio; idque tantum fieri solet in Festis duorum Pluvialium, aut novem lectionum, quæ simplicium appellationem sortiuntur.

De Aurora.

39. Officium istud Muz-arabicum superat Romanum una precum specie, quæ vocatur Aurora. Illæ autem preces dicuntur ante Primam, & in aliis anni Feriis, adeoque paucæ sunt, cum singuli dies Sanctis quibusdam addicantur; ut excepta Vigilia Nativitatis Dominicæ, & Regum, dieque Cinerum, raro per annum iis Muz-arabes utantur.

40. Hæ vero preces habent cum Antiphona quatuor Psalmos, Laudem unam, Hymnum unum, Versumque unum; finiuntur autem cum Oratione Dominica, absque Capitulo, & cum precibus quibusdam.

De Prima.

41. Initio Primæ dicitur Antiphona, &, *Dominus sit semper vobiscum*; statimque dicun-

cuntur septem Psalmi, iteraturque Antiphona, quam sequitur Responsum unum, cum Prophetia, unaque Epistola, & Laude, quam comitatur Hymnus cum suo versu; moxque dicitur: *Te Deum laudamus*, *Gloria*, & *Credo*.

42. Id autem observatur, quod diebus Dominicis Adventus, & Quadragesimæ, quotiesque non dicitur in Sacro *Gloria*, non recitatur in Prima *Te Deum laudamus*, aut *Gloria*, diciturque tantum Symbolum Apostolorum, cui succedunt supplicatio, *Pater noster*, & Benedictio, cum quibus absolvitur Prima. Prima autem eo modo se habet totius anni decursu. Notandum tamen est, Responsa mutari, ut exigit Festum, quod colitur, aut Sanctus, cujus memoria celebratur. Sunt & aliæ Festivitates, quæ in minoribus precibus Hymnos habere proprios consueverunt; sicuti Resurrectio, quæ in Prima Responsum habet, & Hymnum proprium; deinde dies Festi, Dominici, & Feriæ, sua specialia Capitula, peculiaresque suas benedictiones habentes.

De Tertia.

34. Tertia incipit ut Prima, cum Antiphona, habetque quatuor Psalmos, variaque Responsa, ut in Prima diximus. His additur Prophetia, una Epistola, laus una, & unus Hymnus, quem sequuntur clamores, quibus petitur a Deo, ut non juxta scelera pœnas infligat; illicoque dicitur supplicatio, Capitulum, *Pater noster*, & Benedictio, sicque regulariter Tertiæ finis imponitur. Sexta, & Nona eodem modo, quo Tertia, recitantur; solumque in eo differunt, quod alii Psalmi, & Hymni, aliaque Capitula hic habentur; verum quoad Psalmorum ordinem, & numerum, semper idem, quod in Tertia diximus, observatur.

De Epiphania.

44. Celebratur etiam solenne jejunium tribus diebus ante Festum Epiphaniæ, juxta istud Officium. Iis vero diebus plurimum differunt Tertia, Sexta, & Nona; quia peculiares Prophetiæ, Antiphonæ, Psalmi, Orationes, precesque dicuntur, & alia specialiter hisce diebus aptata, ut in Breviario patet. Celebratur item solenne jejunium cum Officio Divino peculiari, mense Septembris, tribus ante D. Cypriani Festum diebus, pariterque mense Novembris, tribus ante D. Martini solennia diebus, uti videre est in Breviario post Dominicas Pentecostes.

De DD. Cypriano, & Martino.

CAPUT XXVI.

De quibusdam notatu dignis, quæ peculiaria sunt Officio Muz arabico.

De Adventu.

45. Notandum generaliter est, celebrari in hoc Officio Gotthico Muz arabico sex dies Dominicos Adventus Domini nostri, cum in Officio Latino quatuor tantummodo celebrentur.

De Dominica ante Quadragesimam.

46. Ante Quadragesimam nulla fit mentio Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, quamvis illic habeatur peculiare Officium Dominicæ, quæ præcedit Quadragesimam. In eo autem id animadversione dignum occurrit, quod legitur Evangelium divitis avari, & mendici Lazari, ad damnandum vulgi morem, quod eo tempore quasi altissimus gurges, voracissime sese expleat, adeo ut ventri, non aliis rebus natus esse videatur. Apposite autem inseritur Breviario sermo S. Isidori, qui hoc Officium ampliavit, pro Bacchanalium, seu Martis die, cui dies Cinerum immediate succedit. Demum hoc in Officio una Adventus Dominica memoria S. Joannis Baptistæ celebratur; ea autem est, quæ Festum Nativitatis ejus antecedit; mirumque profecto, & notatu dignum est, neminem Beatorum choro (Christum excipio) ne ipsam quidem Virginem Deiparam, Adventu gaudere, præter S. Joannem Baptistam. Et hæc sufficiant quoad Officium, & Breviarium Muz-arabicum. Nunc ad alia progrediamur.

De S. Joanne Baptista.

CAPUT XXVII.

De Missæ Sacrificio Muz-arabico, ejusque cæremoniis.

Confessio generalis.

47. Sacrum Muz arabicum pietate refertum est, eximioque ordine constitutum, nec ut vulgus opinatur, inverso atque præpostere celebratur. Initio dicitur confessio generalis cum Psalmo: *Judica me Deus*; reliqua vero usque ad Introitum conveniunt cum Officio Toletano antiquo, cujus usus frequens erat, & receptus, quum typis mandata fuere Missalia, opera illustrissimi Cardinalis, & Archiepiscopi Toletani Francisci Ximenis Cisnerii, conservatoris hujus sancti Officii Gotthici. Confessione vero, & adoratione Crucis peracta, & apertis sacris pulvinaribus (pro quibus singulis propriæ habentur Orationes juxta Officium Toletanum) dicit Sacerdos: *Adjutorium nostrum in nomine Domini &c.* & *Sit nomen Domini benedictum*; dicitque consequenter Missæ Introitum ad imitationem Officii Romani. Introitus autem iste bis profertur, semel quidem ante *Gloria*, *& honor Patri*, deinde post hæc verba prolata. Die Dominica Adventus S. Joannis Baptistæ non dicitur *Gloria* in Missa; verum ejus locum subit Canticum: *Benedictus Dominus Deus Israel &c.* Sed aliis diebus post dictum *Gloria*, recitatur Oratio absque prævio *Oremus*, cui respondetur, *Amen*; idemque fit in reliquis Orationibus, uti dictum est. Hac Oratione recitata, Sacerdos dicens: *Per misericordiam tuam &c.* ad medium Altaris progreditur, illicque constitutus ait: *Dominus sit semper vobiscum*; legitque Prophetiam, respondeturque inscriptioni, quæ prælegitur, *Deo gratias*, & sub finem, *Amen*; pronunciaturque vaticinium, in quocumque Sacro, quamvis admodum solenni, nullo penitus excepto. Postea iterato *Dominus sit semper vobiscum*, canitur, aut profertur *Psallendum*, quod idem pene est atque Responsum, non dispar Graduali Officii Latini. Eo vero absoluto, Sacerdos, aut Diaconus petit ab adstantibus, ut attentos sese præbeant, his verbis: *Silentium facite*. Hoc in loco Subdiaconus Epistolam legit, quæ in Missa Muz-arabica sic incipit: *Sequentia Epistolæ Paulli Apostoli ad Romanos*; responderturque: *Deo gratias*; & ad calcem *Amen*, ut jam a nobis dictum est.

Prophetia. *Psallendum.* *Epistola.* *Evangelium.*

48. Perlecta Epistola, petit Sacerdos submisse benedictionem ordinariam ad Evangelium recitandum, interimque Missale transfertur ad latus Evangelii, incipitque cum his verbis: *Lectio sancti Evangelii secundum Joannem, vel Marcum &c.* in fine vero respondetur,

Amen,

Amen. Post Euangelium Sacerdos ait: *Dominus sit semper vobiscum* cum laude, & *Alleluia*, quod iteratur, & sicut in Officio Latino dicitur *Alleluja* post Graduale ante Euangelium; sic in Officio Muz-arabico post illud hoc in loco profertur.

Libellus omnium offerentium. *Offert Hostiam Sacerdos.*

49. Quo vero tempore legitur Evangelium, apponitur lateri Epistolæ libellus continens partem Missalis, inscribiturque: *Omnium offerentium*, complectiturque omnes Orationes & reliqua, quæ communiter dicuntur in omnibus Sacris; idque censeri debet ejusdem rationis, ac in Officio Latino, *Ordinarium Missæ*. Hoc supposito, dictoque *Alleluja*, offert Sacerdos Hostiam dicens Orationem, imponitque sacro pulvinari Patenam cum Hostia.

50. Nunquam vero integre Missæ spatio collocatur Hostia (nec ante, nec post consecrationem) supra pulvinar, immo semper supra Patenam.

51. Oblata Hostia, Sacerdos signo Crucis Calicem munit, & cum alia Oratione illam offert, deinde cum alia Oratione imponit ei amiculum, statimque inclinato capite, profert hanc Orationem: *In spiritu humilitatis &c.* qua recitata dicit: *Adjuvate me fratres in orationibus vestris, & orate pro me ad Deum*; quod quidem respondet his verbis: *Orate fratres*, in Officio Latino dici solitis. Protinus immediate dicit Sacerdos verba Sacrificii, quæ etiam canuntur in Choro, idque conferri potest cum oblatione Officii Latini.

Sacrificium.

Missa Catechumenorum.

52. Hucusque antiquitus vocatur Missa Catechumenorum, qui non prohibebantur adesse, donec fieret oblatio; abesse vero, dum reliqua fierent, jubebantur.

53. Exactis iis, quæ præcensuimus, manus abluit dicens Psalmum: *Lavabo inter innocentes manus meas*; quo absoluto, signum Crucis oblato Calici superindit; & inclinans sese Orationem pronunciat, qua Deum rogat, ut ei spiritum non deneget, linguamque liberam, & cor purum ad celebrandum Sacrificium largiatur. Quæ deinceps fiunt, magis huic Sacrificio propria censentur, quod ab hoc loco cum quibusdam Orationibus inchoatur; quarum prima nomen *Missæ* sortitur; eam vero præcedit *Dominus sit semper vobiscum*, quæ quidem verba viam quasi parant, & muniunt, tum ad hanc Orationem, tum ad subsequentes. Secunda vocatur *Alia Oratio*. Tertia *Post nomina*, quarta *Ad pacem*, quinta *Post Sanctus*, sexta *Post pridie*; distributæque sunt ordine sequenti.

Nota.

Oratio dicta Missa.

54. Post primam Orationem, quæ *Missa* vocatur, Sacerdos supplicationem pronunciat, cujus initium est: *Oremus Ecclesiam sanctam Catholicam*. Ad hæc populus Deo laudes occinit, dicens, *Hagios*, *Hagios*, *Hagios*. In ea vero supplicatione Sacerdos populum monet, ut Deo necessitates Ecclesiæ commendet, necnon infirmos, captivos in carcere detentus, peregrinos; respondetque Chorus: *Præsta æterne omnipotens Deus*. Consequenter dicitur Oratio secunda, quæ *Alia* appellatur; in qua a Deo enixe petitur, ut preces Christianorum Fidelium admittat, definitque hæc Oratio in hæc verba: *Per misericordiam tuam Deus noster, in cujus conspectu Sanctorum Apostolorum, & Martyrum &c.* statimque adjicitur: *Offerunt Deo Domino oblationem Sacerdotes nostri, Papa Romensis &c.* Hinc immediate profert Sacerdos: *Facientes commemorationem Beatissimorum &c.* Illicque fit mentio Sacratissimæ Virginis, & Apostolorum, & Martyrum, & nomina quorundam recensentur, sicut in Officio Romano in Canone Missæ. Notandum vero est, in Officio Romano Sanctorum nomina submissa voce proferri, secus vero in Muz-arabico, & quum Missa canitur, omnia cantantur.

Alia oratio.

Mentio defunctorum.

55. Post præfatam Martyrum mentionem, fit commemoratio defunctorum, qui æterna pace fruuntur, in his verbis: *Item pro spiritibus pausantium*. Et quamvis id non sit *Memento* defunctorum, quia fit multo post tempore; convenit tamen aliquatenus cum *Memento* Officii Latini, præcipueque circa hæc verba: *Et dormiunt in somno pacis*.

Nota.

56. Hac in commemoratione nominatim fit mentio quorundam Archiepiscoporum, primorum scilicet, qui præfuere Ecclesiæ Toletanæ, postquam a manibus Afrorum erepta est Civitas Toletana, ut sunt Bernardus, Regmundus, Joannes, Cerebrunus, Gundisalvus &c.

Oratio post nomina.

57. Hinc Oratio tertia sequitur, quam *Post nomina* vocamus; qua petitur a Deo, ut pacem defunctis Fidelibus impertiat, definitque in hæc verba: *Quia tu es vita vivorum, sanitas infirmorum, ac requies omnium Fidelium defunctorum*. Sequitur Oratio quarta, quæ *Ad pacem* appellatur, qua petitur a Deo pax, & charitas pro Fidelibus omnibus Christianis, specialiter vero pro iis, qui tunc temporis Sacrificio intersunt. Et quoniam Fideles omnes antiquitus cum Sacerdote communicabant, utique recordetur quilibet Divini præcepti, quo jubemur reconciliari fratribus nostris, immo eam ob caussam dimittere munus ad Altare, ut Euangelium monet; ideo antequam fiat elevatio, pax datur in Officio Muz-arabico.

Pax.

58. Hac Oratione recitata cum his ad finem verbis: *Quia tu es vera pax nostra, & charitas indisrupta &c.* Sacerdos Divinum Sanctissimæ Trinitatis auxilium invocans, his verbis: *Gratia Dei Patris omnipotentis &c.* pacem impertit, inquiens: *Qui modo astatis, pacem facite*; & quum datur osculum, ait: *Habete osculum dilectionis, & pacis, ut apti sitis sacrosanctis mysteriis Dei*. Ob præfatas autem rationes pax præbetur in Officio Muz-arabico ante consecrationem, & elevationem; in eoque non parum differt Officium Muz arabicum a Latino; dumque pax populo osculanda porrigitur, canit Chorus: *Pacem meam do vobis, Pacem relinquo vobis &c. Novum mandatum do vobis*. Deinde dicitur Præfatio, quam *Illationem* vocant; eaque præcedit præcipuam Missæ Sacrificii partem; nimirum eam, quæ ad consecrationem pertinet, estque veluti Canon hujus Missæ Muz-arabicæ. In ea vero Præfatione populus monetur circa Mysterium, de quo Missa celebratur; vel ut Sancti vestigiis, cujus fit commemoratio, diligenter insistat; illic vero circa principium versus quidam sunt, Præfationi Latinæ Missæ aliquatenus respondentes. Primo dicitur: *Introibo ad Altare Dei mei*; confestimque et pansis manibus, tametsi junctis, sicuti eas componit Sacerdos in Officio Romano, quum dicit: *Hanc igi-*

De Præfatione quam Illationem vocant.

igitur oblationem, Muz-arabicus Sacerdos ait: *Aures ad Dominum*, cui respondetur: *Habemus ad Dominum*; moxque dicit: *Sursum corda*; respondeturque: *Levemus ad Dominum*; tum loco verborum: *Gratias agamus Domino Deo nostro*, quæ habentur in Officio Latino, dicitur: *Deo, ac Domino nostro Jesu Christo Filio Dei, qui est in cælis, dignas laudes, dignasque gratias referamus*; respondeturque: *Dignum, & justum est*. Tandem concludit hæc illatio cum his laudibus Angelicis: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; absolviturque cum his verbis: *Hagios, Hagios, Kyrie, o Theos*. Sequitur deinceps quarta Oratio vocata *Post Sanctus*, cujus initium solet esse: *Vere Sanctus, vere benedictus, Osanna in excelsis*; finis autem: *Redemptor æterne*. Hujus Orationi non respondetur *Amen*, quia continuatur cum sacro Canone Missæ; & in Festis sex, aut quatuor trabearum, & in Dominicis, & octavis, dicitur hæc Oratio, & sexta, quæ inscribitur *Post pridie*, voce submisa, contra vero in cæteris.

Sanctus. Oratio post Sanctus.

59. Illico Sacerdos inchoat sacrum Canonem cum his verbis: *Adesto, adesto Jesu bone, Pontifex in medio nostri &c.*

Canon.

60. Statimque consecrat; & quamvis verum sit, potuisse Sacerdotes Muz arabes sese addicere verbis, quæ apud Euangelistas habentur, & cum iis consecrare, quia sunt propria Officii Gotthici verba, quamvis aliqua ex parte ab iis, quibus utitur Ecclesia Romana, differant; tamen ad idem recidunt, eundemque sensum habent. Verum hodierna die adtexitur margini Missalis charta agglutinata, in qua verba Officii Romani, quibus nunc Muz arabes semper uti solent, continentur. Dum consecrat Sacerdos, populo Hostiam, deinde Calicem exhibet coopertum amiculo, juxta usum antiquum Toleti, dicens: *Quotiescumque manducaveritis*, dum exhibetur Hostia; dum vero Calix: *biberitis*; *hoc facite in meam commemorationem*; hisque respondetur *Amen*, alta voce, si Festum minus solenne fuerit; sin magis, submissa.

Verba consecrationis. Calix opertus.

61. Dum fit elevatio, dicitur Oratio sexta, vocata *Post pridie*, quæ desinit in hæc verba: *Te præstantissime, Sancte Domine, qui hæc omnia nobis indignis servis tuis valde bona creas &c.* quæ non mediocriter referunt hæc in Officio Gregoriano contenta: *Per quem hæc omnia Domine semper bona creas &c.*

Oratio post pridie.

62. Deinde Sacerdos dividit Calicem suo amiculo, huicque imponit Sanctissimum Sacramentum, nec omittitur ab eo Antiphona, quæ *Ad confractionem panis* dicitur, hinc Hostiam postremam elevat, non elevato tamen Calice, juxta antiquum Toletanæ Ecclesiæ usum.

Hostia postrema.

63. In Festis duplicibus, annique Dominicis, Sacerdos loco Antiphonæ *Ad confractionem panis*, ait: *Dominus sit semper vobiscum*; statimque subdit: *Fidem, quam corde credimus, ore autem dicamus*. Tunc Sacramentum præ manibus habens, supra Calicem Sacerdos, quem Chorus hac in parte comitatur, recitat Symbolum Apostolorum: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem &c.* & quia multi simul Symbolum recitant, ideo dicunt *Credimus*, non *Credo*, sicut in Officio Romano observatur. Est autem locus hic admodum proprius ad Fidem profitendam, cum adoratione veri Corporis Domini nostri. Symbolo Apostolorum recitato, vel dum in Choro illud absolvitur, frangit Hostiam Sacerdos, & Patenæ imponit, neque tantum in tres partes eam dividit, ut mos est Officii Latini, verum in novem eam dispescit, secundum præcipua novem Fidei nostræ Mysteria, in Symbolo, quod absolvitur, contenta; dumque singulas partes frangit, ad earum quamlibet Mysterii plena quædam verba profert, illasque eo, quem dicturi sumus, ordine, in Patena disponit.

De Symbolo Apostolorum. In novem partes Hostia dispescitur.



Ponuntur hoc ordine in patena.

Notandum est, verbum hoc *Corporationis*, non differre ab Incarnatione, *Apparitionem* vero idem esse cum Epiphania. Reliqua verba explicatione non indigent.

64. Fracta Hostia, Sacerdos Sacramentum respiciens meminit viventium, & in eo *Memento* quod profert, omnes Fideles Christianos Christo commendat, nominatim vero eos, qui Sacro tunc intersunt. Commemoratione peracta, dicit Sacerdos *Oremus*, cum Oratione una, quæ proprie capitulum dici potest, estque quasi præfatio quædam, & via ad Dominicam orationem non discrepans ab ea, quæ in Officio Romano incipit: *Oremus, Præceptis salutari-*

Memento vivis. Oremus Capitulum.

Pater noster.

bus moniti &c. Præfatio vero hæc Orationi Dominicæ connectitur, & sub eorum finem respondetur *Amen*, ut superius dictum est: *Liberati a malo, confirmati semper in bono &c.*

Pectoris percussio. Particula Regnum.

65. Cum vero ait Sacerdos: *Pone Domine finem peccatis nostris*, pectus semal percutit. Respondent autem hæc verba iis, quæ in Officio Gregoriano habentur: *Nobis quoque peccatoribus*. His dictis, Sacerdos ultimam partium Patenæ impositarum, *Regnum* appellatam, accipit, ordine, & modo prædictis, dicensque hæc verba: *Sancta Sanctis, & conjunctio Corporis, & Sanguinis &c.* Calici injicit, eaque Sanguini tunc commiscetur. Res aotem notatu dignissima istic obsarvatur, quod scilicet a Paschate ad Pentecosten, & in Festo Corporis Christi, Sacerdos præ manibus habens, tenensque supra Calicem præfatam particulam *Regnum*, ter alta voce effert, quasi canens hæc verba, quæ Chrisio, quasi mortis victori celeberrimo, gratulari videntur: *Vicit leo de Tribu Juda, radix David*; quibus respondetur singulis vicibus: *Qui sedes super Cherubim radix David, Alleluja.*

Vicit leo.

Benedictio. Conc. Tolet. 4. cap. 17.

66. Statim vero Sacerdos, aut Diaconus populum hortatur, ut humilitatem exhibeat in benedictione suscipienda, his verbis: *Humiliate vos benedictioni*. Sacerdos vero eam impertit eum tribus ordinariis petitionibus, quarum cuilibet respondetur: *Amen*, uti in majoribus Horis dictum est. Benedictio autem, quæ tunc datur, provenit ex Decreto præfati Concilii Toletani Cap. 17.

67. Absoluta benedictione, Sacerdos ait: *Dominus sit semper vobiscum*; subitoque canitur in Choro Responsum, quod vocatur, *Ad accedentes*; in eo vero monentur Fideles, qui sunt communicaturi, ut accuratissime perpendant, quem cibum suscepturi sint. Id autem fit his verbis: *Gustate, & videte, quam suavis est Dominus, Alleluja, Alleluja*; quæ quidem verba decerpta sunt ex Psalmo: *Benedicam Domino in omni tempore*. Notandum vero est, quod loco Responsi vocati *Ad accedentes*, quod quidem nihil aliud est, quam exhortatio ad communionem, in Sacris, quæ pro defunctis, & Quadragesimæ tempore celebrantur, dicitur aliud, cujus initium est: *Qui venit ad me, non esuriet &c.* Responso prolato, Sacerdos inquit: *Panem Cælestem de mensa Domini accipiam*; tum penultimam particulam, cui nomen *Gloria*, accipians, quam ea de caussa Sacerdos majorem cæteris relinquit, eamque tenens supra Calicem, mentionem facit defunctorum; quo peracto, effert Orationem peculiarem pro susceptione Dominici Corporis, & Sanguinis, hisque piis sermonibus prolatis: *Ave in ævum sanctissima Caro Christi, in perpetuum summo dulcedo*; ter pectus percutit, juxta ritum veteris Officii Toleteni, dicens: *Domine non sum dignus*. His dictis, particulam, quam præ manibus habet, suscipit, cæterasque suo ordine, primo sumens eas, quæ postremæ fuerunt in Patena, statimque populo communionem largitur. Consumptis ordine particulis, dicendo: *Ave in ævum Cælestis potus, qui mihi ante omnia, & super omnia dulcis es*, Sanguinem suscipit, aliamque dicens Orationem, lavat. Postea canitur, aut recitatur Antiphona: *Refecti Christi Corpore, & Sanguine, te laudamus Domine, Alleluja, Alleluja, Alleluja*; in cujus locum, Quadragesimæ tempore, & in Missis, quæ pro defunctis celebrantur, substituitur ista: *Rrpletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione*; quæ quidem verba præseferunt quandam gratiarum actionem, ob susceptum Dominicum Corpus.

De sacris, quæ celebrantur pro defunctis, & Quadragesimæ tempore. Particula Gloria. Memento defunctorum. Lectio. Antiphona. Ultima oratio.

68. Deinde offertor libellus *Omnium offerentium*, pars nimirum Missæ, de qua supra verba fecimus, transferturque Missale ad latus Epistolæ post populi communionem. Tunc Sacerdos recitat postremam Orationem, quæ *Post communionem* vocatur in Officio Romano; finis vero hujus Orationis est: *Per misericordiam tuam &c.* Hinc constitutus Sacerdos in medio Altaris, ait: *Dominus sit semper vobiscum.*

Quid dicatur loco, Ite Missa est.

69. Loco vero horum verborum: *Ite Missa est*, quæ proferuntur in Officio Romano, dicitur in Officio Muz-arabico, qoando duplicia Festa solenniora contingunt: *Solennia completa sunt in nomine Domini nostri Jesu Christi, votum nostrum sit acceptum cum pace.* In Festis autem minus solennibus dicitur: *Missa acta est in nomine Domini nostri Jesu Christi, perficiamus cum pace*; responderturque: *Deo gratias.*

70. Absoluta Missa, Sacerdos genibus flexis juxta Altare recitat: *Salve Regina*, cum Oratione sua, iuxta ritum veterem Toletanum. Deinde deosculato Altari, convertit se ad populum; notatuque dignum est, nunquam tempore Sacrificii Sacerdotem ad populum sese convertere, nisi ea hora, & vice. Conversus autem Sacerdos ad populum largitur ei benedictionem his verbis: *In unitote Sancti Spiritus benedixot vos Pater, & Filius Amen.*

Benedictio.

71. Tunc omnino eessans, nec amplius verbum ullum efferens, statim pergit ad adytum ubi ornamenta deponit.

CAP. XXVIII.

Dr Missis Dominicarum Quodragesimæ.

Incipit Missa a prophetia.

72. SAcrificia Dominicarum Quadragesimæ immediate incipiunt post absolutam confessionem generalem a Prophetia; illicque pene semper leguntur duo vaticinia, vel piura; eaque sequitur *psallendum*; deinde immediate Sacerdos genu flexo supra gradus Altaris, recitat quasdam preces, Calicem præ manibus habens, cum vino & aqua, Hostia supra Patenam collocata. Deinde absolutis precibus recitat Sacerdos Orationem, cujus initium est: *Exaudi orationem nostram Domine &c.* Recitatis superioribus, dicitur Epistola, & Euangelium, cum laude. Hinc ante Sacrificium, & ablutionem, Sacerdos genu flexo ad Altare, recitat alias preces, quæ incipiunt: *Pœnitentes orate*; quibus dictis, peragitur Sacrificium, & continuatur Missa eo quo diximus modo. Antiphona: *Ad confractionem panis*; & responsum, seu exhortatio, quæ vocatur: *Ad accedentes*, in his Quadragesimæ Missis varietatem patiuntur; sic loco *Benedicamus Domino*, quod dicitur in Missis Quadragesi-

Preces aliæ. Loco Benedicamus Domino.

gesimalibus Officii Gregoriani, effertur in Muz-arabico: *In nomine Domini nostri Jesu Christi perficiamus cum pace.*

73. Ab hac regula generali Dominicarum Quadragesimæ excipitur prima Dominica, in qua dicitur *Introibo*, *&* *Gloria*, cum Oratione, sicut in cæteris Festivitatibus totius anni. Nec dicuntur preces, *Pænitentes orate*. In reliquis vero observatur ordo præfatus cæterarum Quadragesimæ Dominicarum. *Prima Dominica Quadragesimæ.*

C A P XXIX.

De Feriis Quadragesimæ.

74. FEriæ Quadragesimæ eundem modum Officii servant, quem Dominicæ, excepto quod absolutis vaticiniis, loco precum, & *psallendi*, dicitur *Tractus*; efformatus ad similitudinem eorum, quæ in Officio Romano post Epistolam dicuntur; desumiturque pene semper ex aliquo vaticinio Hieremiæ, vel alicujus alterius Prophetæ. Deinde sequitur Epistola, cum reliquis, ut dictum est in Dominicis Quadragesimæ.

C A P XXX.

De vigiliis totius anni.

75. DIfferunt tantum vigiliarum Missæ a cæteris totius anni Sacris, in eo quod Introitu carent, primaque Oratione, & Gloria, initiumque sumunt a Prophetia; in cæteris vero communem totius anni ordinem sequuntur, ut notavimus.

C A P XXXI.

De Missa pro defunctis.

76. ABsoluta confessione in Missa, quæ pro defunctis celebratur, constitutus Sacerdos in medio Altaris ait: *Erigite vos*, *Dominus sit semper vobiscum*; statimque consequenter dicit Officium, vel Introitum, incipiens ab his verbis: *Tu es portio mea Alleluia*, *in terra viventium*, *Alleluia*. Tempore Quadragesimæ dicitur aliud Officium vel alius Introitus, carens *Alleluia*. *Introitus. Nota.*

77. Notate, non dici in Missa pro defunctis, *Hagios*, *Hagios*, ad dicendam Orationem quam vocant *Aliam*; verum Sacerdotem dicentem *Oremus*, recitare supplicationem, *Ecclesiam Catholicam &c.* *Non dicitur Hagios.*

78. Hoc in Officio priusquam dicatur prima Oratio vocata *Missa*, &, *Dominus sit semper vobiscum*, quod eam præcedit, dici *Kyrie eleison*, *Christe eleison*, *Kyrie eleison*. *Kyrie eleison.*

79. Ante Præfationem, vel illationem, non dicitur in hoc Officio defunctorum invocatio Sanctissimæ Trinitatis, incipiens: *Gratia Dei Patris omnipotentis &c.* Nec etiam dicitur: *Introibo ad altare Dei mei*; dumque absolvuntur hæc verba: *Quia tu es vera pax nostra*, cum quibus finis quartæ Orationi, quam *ad pacem* vocamus, imponitur, consequenter dicitur: *Aures ad Dominum*; & cum hoc versu Præfatio, vel illatio inchoatur. *Ad confractionem panis*, dici solet hoc Responsum: *Requiem æternam det eis Dominus*, *lux perpetua luceat tibi*, *& repleatur splendoribus anima tua*, *& ossa sua revivificent de loco suo*. Variatur autem tam hoc Responsum, quam aliud, quod vocatur *Ad accedentes*, in quibusdam Missis, quæ pro defunctis dicuntur, ut patet in Missali. *Illatio, vel Præfatio. Nota.*

80. Neque vero dicitur *Requiescant in pace* in his Missis, sed in ejus locum: *Anima ejus*, *& animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei sine fine requiescant in pace*; respondeturque: *Deo gratias*. Sunt in hoc Officio Missæ peculiares pro defunctis, juxta gradum, quem hac in vita possederunt, veluti pro Episcopo, Sacerdote, Diacono, Subdiacono, vel sæculari. Est etiam Missa pro infantibus Baptismo regeneratis, qui ex hac vita cum innocentia Baptismatis excesserunt; inscribiturque, *Missa parvulorum defunctorum*. In eorum autem memoriam offertur Sacrificium, quo petitur a Deo in peculiaribus hujus Missæ Orationibus, ut quemadmodum pueri isti per ejus ingentem misericordiam, Innocentium Puerorum Bethlehem consortio gaudent; ita nos frui possimus in Cælo consortio utrorumque puerorum, peccatorum nostrorum in hac vita veniam obtinendo. Sic etiam petitur venia pro fidelibus defunctis adultis. *Requiescant in pace. Missæ peculiares. Missa parvulorum.*

C A P XXXII.

De quibusdam speciatim notata dignis in Missa Muz-arabica.

81. IN hoc Officio habentur Missæ Festorum, Sanctorumque peculiarium valde prolixæ, cujus generis sunt omnes Dominicæ, nominatimque Festa quorundam Martyrum, veluti B. Laurentii, S. Vincentii, & Divarum Eulaliæ, Justæ, & Ruffinæ, Hispaniæ Martyrum, aliorumque plurimorum. Ejus rei ratio est, quia cum sit istud Officium mere Hispanum, necnon ejus expurgator, & Auctor (ut diximus) D. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis, Hispanus fuerit; jure quidem illatio, Hymni Officii, & quædam Orationes Missæ exhibent gesta Martyrum, triumphosque ab iis de tyrannis sævissimis reportatos. Cumque sanctitate micantes fuerint, & pares pauci in perferendis exquisitioribus tormentis habuerint; non immerito D. Isidorus eorum vitas recensuit, majus studium in enarranda D. Vincentii fortitudine adhibens, quod quidem patet ex eo, quod sola Missæ Præfatio septem Missalis columnas impleat. *Martyres Hispani.*

82. Notandum vero est, in impressione, quam fieri jussit Illustrissimus Cardinalis Franciscus Ximenez de Cisneros Archiepiscopus Toletanus, & in translatione Gotthici textus in Latinum, eum addidisse plerosque e Sanctis Officii Toletani veteris, & Sanctis Gothicis Muz-arabicis miscuisse. Apposuit autem Missæ confessionem generalem, cum Oratione adorationis Crucis, cæterisque Orationibus, quæ ante Introitum dicuntur, & *Salve* in fine Missæ. *D. Vincentius Martyr Hispanus. Sancti additi.*

Et quia hæc, & pleraque alia adjecit, ideo Missale inscriptionem hanc habet: *Missale mixtum, secundum Regulam B. Isidori dictum Muz-arabe*,

CAP. XXXIII.

De Sanctis, qui proprie sunt Muz arabici, quorum olim fiebat commemoratio, & de his, qui postea adjecti sunt, & a quo.

83. SAnctis additi fuere quidam Sancti Confessores, aiique Martyres, qui ab institutione, & compositione Officii Gotthici vixerunt. Et quamvis verum sit, fuisse quosdam Sanctos Confessores ante Officium Gotthicum; non tamen decantatum est illis temporibus Officium eorum nomine, quia hic hunos Martyribus solis tunc tribuebatur. Quod si sit Confessor quispiam, in cujus honorem dicatur Officium, is profecto censeri debet e numero eorum, qui a vetere Concilio Toletano additi fuerunt.

84. Certum autem, & indubitatum adeo illud est, ut si forte datum sit solum nomen Confessoris quibusdam Sanctis Muz-arabicis, ut Divo Gerontio, Divæ Leucadiæ Virgini Toletanæ, Beato Crispino, aliisque id genus, constat ex Hymnis Festivitatum (quos habent proprios) fuisse etiam Martyres, ideoque antiquis temporibus peculiare Officium illis fuisse tributum. Hinc videre licet, pene omnes Sanctos, Missam, & Officium peculiariter adeptos, Gotthicos veteres esse, quia pauca sunt Festa addita, quæ gaudeant Officio peculiari.

Pisa tab. 2.

85. Hinc sequitur, plerosque Sanctos, aut majorem eorum partem, de quibus dicitur Commune Sanctorum, additos fuisse, & immistos a Cardinale Francisco Ximenez, in translatione textus Gotthici in Latinum sermonem. Non ideo tamen nego, multos fuisse Martyres antiquos, qui proprio Officio minime gaudent, ut sunt Divus Marcus Evangelista, Divus Pantaleon Martyr, & Beata Juliana Virgo, & Martyr, pluresque, quorum gratia compacta sunt Officia, quæ communia vocantur. Disposita etiam ea fuere pro illis, qui mandato Summi Pontificis poterant addi, ut singulis diebus adduntur.

CAP. XXXIV.

De quibusdam proprietatibus, quæ peculiares sunt Officio, & Missæ Muz-arabicæ.

86. SOlent etiam Muz-arabes, quum Sanctus quispiam gaudet peculiari Missa, vel aliqua ejus parte, proprium aliquid apponere Breviario ad commemorationem, ut suis locis videri potest.

87. Præterea habent Sancti quidam aliquid peculiare in reliquo Officio, non autem in Missa, sicuti D. Elizabeth Hungariæ Regina, D. Saturninus Martyr, D. Anna, D. Clemens, & Quadraginta Martyres, D. Gabriel Archangelus, Apparitio Sancti Michaelis, & D. Lucas Evangelista. E diverso quidam habent peculiare aliquid in Sacro, non autem alibi, sicuti Nativitas Beatæ Virginis, Festum S. Michaelis, D. Sperati, & Sociorum. Id autem adeo raro accidit, ut pene notari non possit. Videantur illa suis locis. Sunt etiam Sancti quidam, qui proprios tantum habent Hymnos Vespertinarum precum, sicuti D. Euphemia, Divus Augustinus, D. Hieronymus, D. Vincentius, Sabina, & Christeta, Divus Marcellus Martyr, D. Catharina, Sanctus Æmilianus Abbas.

88. Cupio tandem percensere quædam circa Sacra, & Officia propria, quibusdam Festis, & Sanctis particularibus aptata, ultra Officia, & Missas *de communi*, quæ Sanctorum caussa habentur, qui propriis Officiis carent.

Quot & quales Dominicæ.

89. Habent Officium, Sacrumque proprium sex Dominicæ Adventus Domini nostri, item Dominica Adventus D. Joannis Baptistæ, aliaque Dominica ante Epiphaniam, cum octo aliis post Epiphaniam; deinde Dominica, quæ diem Cinerum præcedit, dies ipse Cinerum cum omnibus Quadragesimæ Feriis, cujus Dominicæ complectendo Dominicam Ramorum, sex sunt. Item dies Cœnæ Dominicæ, dies Parasceves, & Sabbathum Sanctum; soiaque die Parasceves dicitur Passio. Habent pariter Officium, Sacrumque proprium Dominica Resurrectionis cum Feriis, usque ad sequentem diem Sabbathi. Similiter & sex Dominicæ, quas post Pascha vocamus, Dominica una post Ascensionem, & octo Dominicæ post Pentecosten. Ultima autem Dominica ea est, quæ vocatur, *Dominica ante jejunium Kalendarum Novembrium*.

CAP. XXXV.

De quibusdam Festis præcipuis, quæ proprium Sacrum, & Officium habent.

Quæ Missam integram propriam habent ab introitu vel Officio.

90. PRimo Nativitas Domini nostri, eaque die non dicuntur tres Missæ, ut in Officio Latino, immo tantum una; deinde Circumcisio, Epiphania, Festum Corporis Christi, Paschatis dies, Ascensionis, & Pentecostes, uti dictum fuit; Nativitas Beatæ Virginis, ejus Conceptio, Annunciatio, vocata D. Maria de O. Purificatio, & Assumptio. Quædam ex his Festis desumpta sunt ea antiquo Officio Toletano. Est etiam commune B. Virginis, pro Sabbathis, quum dicitur de ea, & pro ejus Festis, quæ Officium proprium non habent.

Præcipui sancti qui proprium Officium haben

91. Item dies Sanctorum, S. Michael Archangelus, D. Joannes Baptista, ejus Nativitas, & Decollatio, DD. Petrus & Paullus, Cathedra D. Petri, & S. Jacobus Major, D. Joannes Evangelista, D. Andreas, D. Jacobus Minor, Frater Domini dictus, D. Thomas, D. Mathias, omnes denique Apostoli. Inventio Sanctæ Crucis, S. Maria Magdalena, D. Stephanus Proto-martyr, Sancti Innocentes.

92. D. Laurentius Hispanus, D. Torquatus cum Sociis Episcopis, D. Vincentius Hispanus, Sanctæ Justa & Ruffina Virgines Hispalenses, D. Genesius, D. Cebrianus Episcopus, D. Cristophorus cum Sociis, D. Julianus cum Basilissa, D. Adrianus, & Natalia, S. Martiniana Virgo, DD. Cosmus & Damianus medici, DD. Faustus, Januarius, Martialis, Servandus, Germanus, Romanus, D. Eulalia Virgo, D. Leocadia civis, & patrona Toleti, omnes Martyres.

Qui sancti habeant propriü Officium ab oratione quam Missam vocamus.

93. Sancti, qui proprio gaudent Officio, ab Oratione, quæ *Missa* dicitur, hi sunt: DD. Fa-

DD. Fabianus, Sebastianus, Lucianus Presbyter, Justus, & Pastor Hispani Complutenses, Speratus cum Sociis, Acisclus, Emeterius. Celedonius, Fructuosus, Augurius, Eulogius, cum Sociis, Thyrsus, & Felix, Babylas Episcopus, & tres Pueri, omnes Martyres.

DD. Martinus Episcopus, Bartholomæus, Simon, Judas, & Matthæus Evangelista, Apostoli.

Divæ Agnes, Agatha, Dorothea, Christina, Eugenia, Columba, omnes Virgines, & Martyres, simul cum D. Eulalia Virgine, & Martyre Barcinonensi.

94. Demum maxime differunt Officia Latina a Muz-arabicis, quoad Evangelia; quia solet solum Evangelium Officii Muz-arabici continere ea, quæ dici solent in duabus, vel tribus Festivitatibus Officii Latini. Verbi gratia, die Epiphaniæ dicitur Evangelium diei Innocentium, & vigiliæ Regum, sicque coagmentatur hoc Evangelium e tribus. Die Sanctorum Innocentium dicitur aliud Evangelium desumptum e Cap. 18. D. Matthæi, quo utitur Officium Latinum diebus festis Angelorum. *Sancti Innocentes.*

95. In Officio Moz-arabico, in qualibet Festivitate Virginis legitur etiam Evangelium D. Magdalenæ, non vero prudentum Virginum, sicut in Officio Latino. Illud vero Evangelium dicitur in communi plurimarum Virginum, hoc in Officio. Quadragesimæ tempore permutantur omnino Evangelia. Prima quippe Dominica, quum in Officio Latino legitur Evangelium Tentationis, in Muz-arabico legitur Evangelium Samaritanæ. Die vero Cinerum legitur Evangelium Tentationis.

96. Secunda vero Quadragesimæ Dominica non legitur Evangelium Transfigurationis, sicut in Officio Romano, sed cæci a nativitate. Sunt pleraque alia notatu digna, & discrepantia; sed mihi sufficit monere Lectorem, ut loca ipsa consulat.

C A P. XXXVI.

De Præsulibus, Principibus, & Regibus, qui istud Officium, hancque Ædem sacram præsentia sua illustrarunt.

97. Imponamus tandem finem huic Operi brevissimo, dicentes, quemadmodum in unica Ædicula Sacra Muz-arabum Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, de qua supra verba fecimus, dicitur eum tono istud Officium, & Sacrum perpetuo singulis diebus. Neque vero audimus, ulla in parte ad hodiernam usque diem ita conservari, præterquam istic. Id vero effectum est opera Illustrissimi Cardinalis Francisci Ximenez, Archiepiscopi Toletani, uti jam a nobis toties fuit decantatum.

98. Canitur in hac Ædicula Missa singulis diebus Dominicis; in sex Ecclesijs vero Muzarabicis, quæ illæsæ in eversione Hispanicæ perdurarunt, canitur Missa die advocationis Sanctorum, quibus dicatæ fuerunt.

99. Canitur etiam Missa quoties Princeps aliquis, aut Potens, accedit ad hanc Ædiculam illius audiendæ gratia. Præterea nemo, cujuscumque sit conditionis, Toletum appellit, quin ad eam audiendam accedat, quasi ad rem insolitam, quæ plerumque pietatem, & admirationem ingenerat animis auditorum.

100. Auctoritatem autem non modicam adjecerunt huic Officio accedentes ad hanc Capellam ad Sacrum audiendum pene omnes Præsules Toletani, præcipue vero Archiepiscopus Alphonsus a Fonseca, & Azevedo, Illustr. Cardinales Joannes Tavera, & Martinus Siliceus, quos imitatus est hac in re Reverendissimus Bartholomæus a Carranca, & Miranda, Ordinis Sancti Dominici, necnon Illustrissimus Cardinalis Gaspar a Quiroga.

101. Et quamvis Illustrissimus Dominus Archidux, & Cardinalis Albertus Austriacos, dum Toleti esset Archiepiscopus, & Reverendissimus Garsias a Loaisa, suos antecessores non sint imitati, hic quidem ob mortem immaturam, ille vero quod se abdicarit Archiepiscopatu; qua de causa nemo sedentem Præsulem hic vidit. Illustrissimus tamen Cardinalis Albertus, parum adhuc provecta ætate, Officio huic interfuit; sæpissime vero Archiepiscopus Garsias, dum Canonicus esset, Sacrificium istud frequentavit; immo omnino persuasum habeo, eum insignia hujus Cappellæ disquisitorum fuisse.

102. Is tandem de numero Episcoporum, qui insigne istud Officium præsentia sua decoravit, fuit Illustrissimus Dominus Bernardus de Sandoval, & Rojas, Archiepiscopus Toletanus, & Cardinalis Sanctæ Anastasiæ, qui nunc Sedem Toletanam obtinet, cujusque tuitionem, Cappellani, Curiones, & ad Beneficia Ecclesiastica hujus Officii promoti sibi pollicentur.

103. Præterea præsentia sua hanc sacram Ædiculam, Officiumque Muz-arabicum illustrarunt, vestigia antiquorum Hispaniæ Regum sequuti, Carolus Quintus Imperator, ejusque filius Philippus Secundus, & cum his Illustrissima Regina Anna, quorum duo quidem parentes fuere Philippi Tertii nunc Hispaniarum Regis; tertius vero avus ejus fuit. Hic vero cum consorte thori Illustrissima Regina Marghareta Officio huic auctoritatem addidit, decusque præbuit, audito Missæ Sacrificio juxta hunc ritum in Regia Cappella Palatii Toletani.

104. *Absoluto hoc brevi Tractatu, visum est non incongruum apponere exemplum Missarum Moz-arabum prioris ævi, cum precibus vespertinis Festi alicujus, quod proprium habeat Officium, ut facilius elucescat, & pateat quod in ipsa narratione edisserui. Et quia Festum S. Jacobi Hispaniarum Patroni inter solenniora censetur, adtexam hic consequenter Vesperas, & Missam, eaque via cognoscentur Laudes, soni, benedictiones, supplicationes, capitula, & alia specialia, quorum superius a nobis mentio facta est.*

IN

IN FESTO SANCTI JACOBI APOSTOLI,

Fratris Sancti Joannis Apostoli, & Euangelistæ ad Vesperum.

105 Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, Ave Maria. *totum secreto*. In nomine Domini nostri Jesu Christi, lumen cum pace.

Resp. Deo gratias.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp Et cum spiritu tuo.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde

Resp. Misericors, & miserator, et justus Dominus.

Vers. Directam fecit viam justorum.

Et præparavit iter Sanctorum.

Presb. Misericors &c.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et eum spiritu tuo. *Sonus*.

Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis, Alleluia.

Vers. Visi sunt in oculis insipientium mori, & æstimata est malitia exitus illorum; illi autem sunt in pace.

Resp. Alleluia.

Dominus sit semper &c.

Resp. Et cum &c. *Antiph.*

Dabo Sanctis meis Regnum in Hierusalem; lignum enim vitæ in odorem unguenti.

Presb. Et non laborabunt, neque fatigabuntur.

Vers. Qui confidunt in Domino sicut mons Sion; non commovebitur in æternum qui habitat in Hierusalem.

Presb. Et non laborabunt, neque fatigabuntur.

Vers. Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Presb. In sæcula sæculorum.

Et non laborabunt, neque fatigabuntur.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Lauda. Sanguinem Sanctorum requiram, dicit Dominus.

Presb. Et habitabo eum eis in Regno meo, Alleluia, Alleluia.

Vers. Fidelis Dominus in verbis suis; & Sanctus in omnibus operibus suis.

Presb. Et habitabo.

Vers. Gloria, & honor.

Presb. Et habitabo.

Hymnus.

106 O Dei Verbum Patris ore proditum,
Rerum Creator, & verum principium,
Auctor perennis, lux, origo luminis.
Enisus alvo gloriosæ Virginis,
Christe tu noster revela Emmanuel.
Rex, & Sacerdos, cui sacri lapides
En ter quaterni, onychinus, achates,
Nitens berillus, sapphirus, carbunculus,
Vel amethystus, sardius, topazius,
Smaragdus, jaspis, & nitens chrysolitus.
Riteque gemmis sol, dies, duodenis
Enitens horis, margaritis optimis,
Glisceensque mundo jam fugatis tenebris,
Et candelabro tibi superposito,
Micans lucernis bis senis Apostolis.
Petrusque Romam, Frater ejus Achaiam,
Indiam Thomas, Levi Macedoniam,
Jacobus Jebus, & Ægyptum Zelotes,
Bartholomæus Licaon, Judas Edessam,
Mathias Judæam, & Philippus Gallias.
Magni deinde filii tonitrui
Adepti fulgent prece Matris inclytæ
Utrique vitæ culminis insignia:
Regens Joannes dextra solum Asiam,
Et læva frater potitus Hispaniam.
Clari Magistri Creatoris innoxii
Adsistit dextram pacis unus fœdera
Tractus; sinistram alter in sententia
Varieque Regno; bis electa pignora
Mitridepoli properam ad gloriam.
Adductus, inquam, gloriosus præmio;
Electus istinc habitus martyrio;
Christi vocatur Zebedæi Jacobus;
Apostolatus vitam impiens debite,
Victorque rapit passionum stigmata.
Divino quippe obsitus suffragio
Idem magorum fontes iras, dæmonum
Coercens virus, punit æmulantium
Minasque dæmonum in stolis; oraculis
Enodatur pœnitens cor credulum.
Perplexus olim voti compos eommoda
Ruina petenti ægro adminicula;
Optando pandit Fidei charismata;
Vexillo pacis ad salutis copiam,
Ensque functus se communit gloria.
O vere digne Sanctior Apostole
Caput refulgens * Hispaniæ;
Tutorque nobis, & patronus vernulus.
Vitando pestem esto salus cælitus,
Omnino pelle morbum, ulcus, facinusque.
Adesto favens gregi, pius creditor,
Mitisque Pastor gregi, Clero, populo;
Ope superna, ut fruamur gaudio,
Regno potiti vestiamur gloria
Æterna, per te evadamus tartarum.
Præsta, quæsumus, unica potentia,
Replensque gloria cuncta solus machinam
Virtute firma; ingens adesto gloria
Æterna, cujus laus, atque clementia,
Et honor jugis affatim per sæcula. Amen.

Supplicatio.

107. O Remus, Redemptorem Mundi Dominum nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogamus, ut per gratiam ipsius, & per intercessionem Sanctæ Mariæ Virginis, & Genitricis suæ, & per intercessionem Sancti Martyris sui Jacobi Apostoli, nobis remissionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.

Resp. Præsta æterne Omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

Resp. Christe eleison, Kyrie eleison.

Capitula.

108. Subjuga, elementissime Deus, nostras tuo jugo cervices, ut onus tuum, quod amantibus leve est, ita optabili devotione feramus, sicut Iacobus Apostolus tuus, pro innexa collo suo fune ad passionem tractus est lætabundus, atque hoc miraculo cor illudentis sibi ita compunxit, ut eum Sacramentis instru-

instructum Fidei, faceret ad gloriam pervenire Martyrii; sicque ipse post in confessione Filii tui capite dejecto interemptus occubuit, perveniens ad eum in pace, pro quo hanc sustinuit passionem.

Ipse est enim Unigenitus tuus Filius, qui dedit animam suam redemptionem pro multis, per quem nostris tu Deus Pater jubeas parcere delictis. Pater noster, qui es in Cælis.

Resp. Amen.

Adveniat Regnum tuum.

Resp. Amen.

Fiat voluntas tua sicut in Cælo, & in terra.

Resp. Amen.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Resp. Quia Deus es.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Resp. Amen.

Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos a malo.

Dicat Presbyter: Liberati a malo, confirmati semper in bono, tibi mereamur servire Deo, ac Domino nostro. Pone, Domine, finem peccatis nostris; da gaudium tribulatis, præbe redemptionem captivis, sanitatem infirmis, requiemque defunctis; concede pacem, & securitatem in omnibus diebus nostris, frange audaciam inimicorum nostrorum, exaudi Deus orationes servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die, & in omni tempore. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum.

Resp. Amen.

Dicat Presbyter: Humiliate vos benedictioni. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum &c.

Benedictio. Christus Deus, Dei patris Filius, quem Jacobus, relicto patre in navi, tota ferentur est intentione cordis, indesinenter vos faciat suis inhærere vestigiis.

Resp. Amen.

Quique per hunc Apostolum cultores dæmonum convertit ad Fidem, concedat nobis vana sæculi respuendo, se in veritate diligere.

Resp. Amen. Ut ejus remuneremini præsidiis, cujus hodie triumphum excolitis passionis.

Resp. Amen. Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus, & vivit, & omnia regit in secula seculorum. *Resp.* Amen. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Laude. Gaudium sempiternum super caput Sanctorum. *Presb.* Laus, & jucunditas apprehendet eos. Alleluia, Alleluia.

Vers. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.

Presb. Laus & jucunditas.

Vers. Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Presb. Laus, & jucunditas &c.

Oratio.

109. Christus, cujus virtus, atque potentia tantum in Apostolo tuo Jacobo emicuit, ut in nomine tuo, emissis a se dæmoniorum catervis, potentialiter meruit imperare, tu Ecclesiam tuam ab adversantium impugnatione defende; ut virtute spiritus exsuperando adversa, illius doctrinam opere compleat, cujus hodie exemplum piæ passionis honorat.

Resp. Amen.

Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in secula seculorum. *Resp.* Amen.

Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. In nomine Domini nostri Jesu Christi perficiamus cum pace.

Resp. Deo gratias.

AD MISSAM IN FESTO SANCTI JACOBI.

OFFICIUM.

Facta prius confessione, uti fit in Missis Latinis, juxta usum Toletanum antiquum dicitur Introitus ea qui sequitur modo.

110. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit Cælum, & terram. Sit nomen Domini benedictum.

Resp. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Hæc dicit Dominus. Ego tuli te, & fui tecum, Alleluia; & interfeci omnes inimicos tuos, Alleluia. Fecique tibi nomen grande, Alleluia, Alleluia. *Vers.* Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis.

Presb. Fecique tibi nomen grande, Alleluia. Alleluia, Alleluia. *Vers.* Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, in secula seculorum. Amen.

Presb. Fecique tibi nomen, grande, Alleluia, Alleluia. Per omnia semper secula seculorum.

Resp. Amen.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus rex Cælestis, Deus Pater omnipotens, Domine Fili Unigenite Jesu Christe, altissime Domine Deus, Agnus Dei Filius Patris, qui tollis peccata mundi miserere nobis, qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram; qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis; quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus Jesu Christe, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen.

Dicatur iterum: Per omnia semper secula seculorum.

Oratio.

111. Christe, cujus virtus, atque potentia tantum in Apostolo tuo Jacobo emicuit, ut in nomine tuo emissis a se dæmoniorum catervis, potentialiter meruit imperare; tu Ecclesiam tuam ab adversantium impugnatione defende, virtute spiritus exsuperando adversa, ut illius doctrinam opere compleat, cujus hodie exempla piæ passionis honorat.

Resp. Amen.

Dicat Presbyter in medium Altaris.

112. Per misericordiam tuam Deus noster.

ster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Vers. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Vers. Lectio Libri Sapientiæ Salomonis,

Resp. Deo gratias.

Justus si morte præoccupatus fuerit, anima ejus in rifrigerio erit; senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata; cani sunt autem sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, vivens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius; propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum, populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis suis talia, quoniam misericordia Dei, & gratia in Sancto illius, & respectus in electo ipsius.

Resp. Amen.

Iterum dicatur.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Tunc canitur psallendo.

113. Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso.

Vers. Super salutare tuum Domine exultabit vehementer; desiderium animæ ejus tribuisti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. *Preb.* Coronam de lapide pretioso. *Dicat Sacerdos, vel Diaconus*: Silentium facite. Lectio Actuum Apostolorum.

Resp. Deo gratias.

114. In illis autem diebus supervenerunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiam; & surgens unus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum famem futuram magnam in universo Orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli autem, prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judæa fratribus; quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli. Eodem autem tempore misit Herodes Rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem, quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cum apprehendisset, misit eum in carcerem, tradensque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, volens post Pascha producere eum populo.

Resp. Amen.

Accepta benedictione, ut in Missali Toletano antiquo, vel ut in Officio Latino, dicat Presbyter,

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Lectio Sancti Evangelii secundum Marcum.

115. IN illis diebus, assumens iterum Iesus duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei ventura. Quia ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur in manibus Principis Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes, filii Zebedæi, dicentes: Magister, volumus, ut quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis, ut faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram sedeamus in gloria tua. Jesus autem dixit eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt: Possumus. Et dixit illis: Calicem, quem ego bibo, bibetis, & baptismo, quo eo bapizor, baptizabimini; sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes decem, indignati sunt de Iacobo, & Ioanne. Iesus autem vocans eos, ait illis: Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & Principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est in vobis. Quicumque voluerit fieri major, erit min[illegible]; & quicumque voluerit in vobis primus e[illegible]e, erit omnium servus. Nam & Filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis

Resp. Amen.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Lauda. Alleluia. *Vers.* Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, Alleluia.

*Hoc in loco ponitur aliud Missale, quod vocatur Offerentium, in cornu Epistolæ; & tunc offerat Sacerdos Hostiam hac oratione. Et est notandum, quod orationes, quæ signantur hoc signo *, leguntur in Offerentium, & quæ signantur hoc signo †, in Missale.*

Oratio.

116. Acceptabilis sit majestati tuæ, omnipotens æterne Deus, hæc oblatio, quam tibi offerimus pro reatibus, & facinoribus nostris, & pro stabilitate Sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Fidei cultoribus. Per Christum Dominum nostrum. In nomine Pa † tris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Dimittendo Patenam super Corporalia; deinde accipiat Calicem sanctificando sic.

In nomine Pa † tris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

** Oratio*

117. Offerimus tibi Domine Calicem, ad benedicendum Sanguinem Christi Filii tui, deprecamurque clementiam tuam, ut ante conspectum divinæ majestatis tuæ cum odore suavitatis ascendat. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Ponat Calicem super Aram, & accipiat filiolam sine sanctificatione, & ponat super Calicem dicendo.

** Oratio.*

118. Hanc oblationem, quæsumus Domine, placatus admitte, & omnium offerentium, eorumque, pro quibus tibi offertur, peccata indulge. Per Christum Dominum nostrum.

His dicat. In spiritu humilitatis, *ut in Offi-*

Officio Latino. Postea dicat Presbyter.
Adjuvate me fratres in orationibus vestris, & orate pro me ad Deum.
Resp. Adjuvet te Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.
✝ *Sacrificium*, Fulgebit justus, sicut splendor firmamenti, sicut stellæ Cæli dantes claritatem lucis, ita & justus splendebit. *Vers.* In perpetua æternitate. *Hic accipiat aquam in manibus, & dicat silentio super oblationem cum tribus digitis:* In nomine Patris, ✝, & Filii, Spiritus Sancti regnas Deus in fæcula fæculorum.
Resp. Amen.
Inclinet se Sacerdos ante Altare, & dicat silentio istam Orationem.
119. *Accedam ad te in humilitate spiritus mei, loquar ad te, quia multam spem in fortitudine dedisti mihi. Tu ergo, Fili David, qui revelato Mysterio ad nos in carnem venisti, clave Crucis tuæ secreta cordis mei adaperi, mittens unum de Seraphim, qui candenti carbone illo, qui de Altari tuo sublatus est, sordentia labia mea emundet, mentem enubilet, docendique materiam subministret, ut lingua, quæ proximorum utilitati per charitatem servit, nec erroris insonet casum, sed veritatis resultet sine fine præconium, per te Deus meus, qui vivis, & regnas in fæcula fæculorum. Amen.
Incipit Missa.
Dominus sit semper vobiscum,
Resp. Et cum Spiritu tuo.
✝ *Oratio.*
120. Christe, cujus virtus, atque potentia tantum in Apostolo tuo Jacobo amicuit, ut in nomine tuo emissis a se dæmoniorum catervis, potentialiter meruit imperare; tu Ecclesiam tuam ab adversantium impugnatiene defende, ut virtute spiritus exsuperando adversa, illius doctrinam opere compleat, cujus hodie exemplum piæ passionis honorat.
Resp. Amen.
Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in fæcula fæculorum.
Resp. Amen.
Dicat Sacerdos elevando manus.
* *Oremus.*
121. *Resp.* Hagios, Hagios, Hagios, Domine Deus æterne tibi laudes, & gratias.
* Ecclesiam Sanctam Catholicam in orationibus in mente habeamus, ut jam Dominus fide, spe, & charitate propitius ampliare dignetur. Omnes lapsos, captivos, infirmos, atque peregrinos in mente habeamus, ut eos Dominus propitius respicere, redimere, sanare, & confortare dignetur.
Resp. Præsta æterne Omnipotens Deus.
Postea dicit Presbyter.
122. ✝ *Oratio.* Vocantem nos ad se Iesum, Fratres dilectissimi, agnoscentes, qui Beatissimum Iacobum Apostolum suum retia componentem in navi ad se vocans, ejusdem nos postmodum spiritalibus doctrinis admonet, atque docet, ut postulantes in Fide nihil hæsitemus, omni i. entis devotione cum lacrymis eundem Dor.inum flagitemus, ut postulatio nostra apud eum ea nobis obtineat adimplere, quæ in ipso Apostolo docente cognovimus.
Resp. Amen.
Per misericordiam tuam Deus noster, in cujus conspectu Sanctorum Apostolorum, & Martyrum, Confessorum, atque Virginum nomina recitantur. Amen.
Offerunt Deo Domino Oblationem Sacerdotes nostri, Papa Romensis, & reliqui pro se, & pro omni Clero, & plebibus Ecclesiæ, sibimet consignatis, vel pro universa fraternitate. Item offerunt universi Presbyteri, Diaconi, Clerici, ac populi, circum adstantes in honorem Sanctorum pro se, & suis.
Resp. Offerunt pro se, & pro universa fraternitate.
Dicat Sacerdos.
123. Facientes commemorationem Beatissimorum Apostolorum, & Martyrum, gloriosæ S. Mariæ Virginis, Zachariæ, Joannis, Infantium, Petri, Paulli, Ioannis, Iacobi, Andreæ, Philippi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Iacobi, Simonis, & Iudæ, Mathiæ, Marci, Lucæ.
Resp. Et omnium Martyrum.
Item pro Spiritibus pausantium, Hilarii, Athanasii, Martini, Ambrosii, Augustini, Fulgentii, Leandri, Isidori, David, Iuliani, item Iuliani, Petri, item Petri, Ioannis, Servi-Dei, Visitani, Viventis, Felicis, Cypriani, Vincentii, Gerontii, Zachariæ, Cenapoli, Dominici, Iulii, Saturnini, Salvati, item Salvati, Bernardi, Regmundi, Ioannis, Cerebruni, Gundisalvi, Martini, Roderici, Ioannis, Gutterii, Sancii, item Sancii, Dominici, Iuliani, item Iuliani, Philippi, Stephani, Ioannis, item Ioannis, Felicis.
Resp. Et omnium pausantium.
Dicat Presbyter post nomina.
124. *Oratio.* Vivant in nobis, Iesu Domine, Apostoli tui Iacobi prædicamenta doctrinæ, quibus docemur, illum beatum esse, qui illatus tentationis voluerit æquanimiter supportare, quo dum præsentia mala patientissime toleravimus, in pace, & charitate nunc, & in æternum tecum sine fine vivamus.
Resp. Amen.
Quia tu es vita vivorum, sanitas infirmorum, ac requies omnium Fidelium defunctorum in æterna fæcula fæculorum.
Resp. Amen.
Ad pacem.
125. *Oratio.* Suscipe, Iesu bone, in hoc Natali Iacobi Apostoli tui offerentium vota, & refrigerium præsta spiritibus defunctorum, ut eo apud te intercedente, & viventibus, & defunctis, tuæ pietatis gratia impendatur, cujus doctrina duodecim tribuum commemorantium edocetur.
Resp. Amen.
* Quia tu es vera par nostra, & charitas indisrupta, vivis tecum, & regnas cum Spiritu Sancto unus Deus in fæcula fæculorum.
Resp. Amen.
Dicat Presbyter elevando manus.
126. * Gratia Dei Patris Omnipotentis, pax, ac dilectio Domini nostri Iesu Christi, & communicatio Spiritus Sancti, sit semper

per cum omnibus nobis.

Resp. Et cum hominibus bonæ voluntatis.

* *Deinde dicit*: Quomodo astatis, pacem facite.

Resp. Pacem meam do vobis. Pacem meam commendo vobis, non sicut Mundus dat, pacem do vobis. *Vers.* Novum mandatum do vobis, ut diligatis vos invicem. *Reiteretur*: Pacem meam do vobis. *Vers.* Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. *Resp.* Pacem meam &c.

Interim quod dicit Chorus: Pacem meam, *accipiat Sacerdos pacem de Patena, dicendo sic*: Habete osculum dilectionis, & pacis, ut apti sitis sacrosanctis Mysteriis Dei.

* *Postea inclinet se Sacerdos junctis manibus, & dicat*:

Introibo ad Altare Dei mei.

Resp. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Ponat Presbyter manus super Calicem, & dicat:

Aures ad Dominum. *Resp.* Habemus ad Dominum.

Levat manus, & dicit:

Sursum corda. *Resp.* Levemus ad Dominum.

Junctis manibus inclinando se in medium Altaris dicit:

Deo, ac Domino nostro Iesu Christo Filio Dei, qui est in Cælis, dignas laudes, dignasque gratias referamus.

Et levet manus in altum. Resp. Dignum, & justum est.

† *Et postea dicat Presbyter.*

127. *Illatio.* Dignum, & justum est, nos tibi semper gratias agere, Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, in cujus nomine electus Iacobus, cum ad passionem traheretur, paralyticum ad se clamantem curavit, atque hoc miraculo cor illudentis sibi ita compunxit, ut eum Sacramentis institutum, instinctu Fidei faceret ad gloriam pervenire Martyrii. Sic ipse post in confessionem Filii tui, capite dejecto, interemptus occubuit, perveniens ad eum in pace, pro quo hanc sustinuit passionem. Ipse est enim Unigenitus Filius, qui dedit animam suam redemptionem pro multis, per quem nostris tu Deus Pater jubeas parcere jam delictis, cui merito exercitus militiæ cælestia non cedant clamare ita dicentes.

Respondet Chorus.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt Cæli, & terra gloria majestatis tuæ. Osanna Filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. Hagios, Hagios, Hagios, Kyrie, o Theos.

Dicat Presbyter.

128. Vere Sanctus, vere benedictus Dominus noster Iesus Christus Filius tuus, quem Iacobus, relicto Zebedæo patre, ita secutus est, ut eum obnixe diligendo, fieret electus in vita, mundus in conscientia, probabilis in doctrina. Postremo ita scientiam commendans ex opere, ut pro eo truncato interierit capite, quem pro se, vel pro omnibus noverat animam posuisse Christum Dominum, cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde in silentio junctis manibus inclinando se ante Altare dicit Sacerdos:

Oratio.

129. Adesto, adesto, Iesu bone, Pontifex in medio nostri, sicut fuisti in medio Discipulorum tuorum, & † sanctifica hanc Oblationem †, ut sanctificata † sumamus per manus Sancti Angeli tui, Sancte Domine, & Redemptor æterne. Dominus noster Iesus Christus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, bene † dixit, ac fregit, deditque Discipulis suis dicens: Accipite, & manducate.

Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur.

Hic elevetur Corpus. Quotiescumque manducaveritis, hoc facite in meam ✝ commemorationem.

Resp. Amen.

Similiter & Calicem; postquam cœnavit, dicens:

Super Calicem.

130. Hic est Calix Novi Testamenti in meo Sanguine, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Hic elevetur Calix coopertus cum filiola.*

Quotiescumque biberitis, hoc facite in meam † commemorationem.

Resp. Amen.

Quotiescumque manducaveritis panem hunc, & Calicem illum biberitis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat in claritatem † de Cælis.

Resp. Amen.

Oratio post pridie.

131. Subjuga, Deus, nostras tuo juge cervices, ut onus tuum, quod amantibus leve est, ita optabili devotione feramus, sicut Iacobus Apostolus tuus innexo collo suo fune ad passionem tractus est hilarabundus, ut sanctificans hæc, quæ tibi offerimus, nos ipsos benedicas perceptione Hostiæ hujus.

Resp. Amen.

Te præstante, Sancte Domine, quia tu hæc omnia nobis indignis servis tuis valde bona creas, † sanctificas, vivificas †, bene † dicis, † ac præstas nobis; ut sint benedicta a te Deo nostro in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Et tunc Presbyter accipit Corpus Domini de Patena, & ponat super Calicem discoopertum, & dicat alta voce omnibus diebus, festivis videlicet, & Dominicis, præter in locis, in quibus erit Antiphona propria, ad confractionem panis.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo

Fidem, quam corde credimus, ore autem dicamus. *Et elevet Sacerdos Corpus Christi, ut videatur a populo, & dicat Chorus Symbolum, bini ac bini, videlicet.*

132. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cæli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium conditorem. Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum

rum ex Deo vero; natum, non factum: Homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in Cælo, & quæ in Terra; qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cælis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Et homo factus est. Passus sub Pontio Pilato. Sepultus tertia die resurrexit. Ascendit ad Cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos, & mortuos; cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem, cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum, qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

133. *Post hæc frangit Presbyter Eucharistiam in medium, & ponit medium partem in Patena, & de alia parte facit quinque particulas, & ponit in Patena; postea accipit aliam partem, & facit quatuor particulas, & ponit in Patena similiter per ordinem, & statim purget bene digitos, & cooperto Calice faciat Memento pro vivis.*



Ad Orationem Dominicam.

134. *Oremus.* Apostolo tuo Iacobo, Domine, edocente, præmonemur, ut si quis nostrum indiget sapientia, postulet a te, qui das omnibus affluenter, & non improperas. Sed quia ad te pervenire cupimus per Christum, qui est virtus tua, & sapientia, id agere præoptamus, poscentes clementiam tuam, ut per eum, qui apud te Advocatus factus est noster, & pervenire nos ad te facias, & orationem, quam ipso Domino instruente didicimus, ad te introire permittas, proclamantes a terris. Pater noster, qui es in Cælis.

Resp. Amen.

Sanctificetur nomen tuum.

Resp. Amen.

Adveniat regnum tuum.

Resp. Amen.

Fiat voluntas tua, sicut in Cælo, & in terra.

Resp. Amen.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Resp. Quia Deus es.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Resp. Amen.

Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos a malo. *Dicat Sacerdos.*

Liberati a malo, confirmati semper in bono, tibi servire mereamur Deo ac Domino nostro; pone Domine finem peccatis nostris; da gaudium tribulatis, præbe redemptionem captivis, sanitatem infirmis, requiemque defunctis; concede pacem, & securitatem in omnibus diebus nostris, frange audaciam inimicorum nostrorum, & exaudi Deus orationes servorum tuorum omnium fidelium Christianorum in hac die, & in omni tempore. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Accipiat modo particulam Regnum de Patena, & mittat in Calicem, dicendo summissa voce.

Sancta Sanctis, & conjunctio Corporis Domini nostri Iesu Christi sit sumentibus, & potantibus nobis ad veniam, & defunctis fidelibus præstetur ad requiem. *Et cooperiat Calicem, & dicat.*

Humiliate vos benedictioni. Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo,

Christus Deus Dei Patris Filius, quem Iacobus relicto patre in navi tota secutus est intentione cordis; indesinentes vos faciat suis inhærere vestigiis. Amen.

Quique per hunc Apostolum suum, cultores dæmonum convertit ad Fidem, concedat vobis vana hujus sæculi respuendo, se in veritate diligere.

Resp. Amen.

Ut ejus remuneremini præsidiis, cujus hodie triumphum excolitis passionis.

Resp. Amen.

Quod ipse præstare dignetur per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum.

Resp. Amen,

Dominus sit semper vobiscum,

Resp. Et cum spiritu tuo.

Gustate, & videte quam suavis est Dominus, Alleluia, Alleluia, Alleluia. *Vers.* Benedicamus Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Vers. Redimet Dominus animas servorum suorum, & non relinquet omnes, qui sperant in eum, Alleluia, Alleluia, Alleluia. *Vers.* Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Quo dicto, accipit aliam particulam, Gloriam, sequentem. & dicit sic. Panem Cælestem de mensa Domini accipiam, & nomen Domini invocabo.

Dicat Memento pro mortuis, tenendo illam particulam super Calicem, & facto dicat.

Domine Deus meus, da mihi Corpus, & Sanguinem Filii tui Domini nostri Iesu Christi ita

ita sumere, ut per illud remissionem omnium peccatorum merear accipere, & tuo Sancto Spiritu repleri, Deus noster, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Et deinde. Ave in ævum sanctissima Caro Christi, in perpetuum summa dulcedo.

Hic dicit ter: Domine non sum dignus, *ut in Officio Latino.*

Et sumit illam particulam, Gloriam, & omnes reliquas per ordinem, & sumit Calicem dicendo.

Ave in ævum Cælestis potus, qui mihi ante omnia, & super omnia dulcis es.

Corpus, & Sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat corpus, & animam meam in vitam æternam Amen..

Et ad ablutionem dicat hanc orationem.

135. Domine Deus meus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, fac me te semper quærere, & diligere; & per hanc sanctam communionem, quam sumpsi, nunquam recedere, quia tu es Deus, & præter te non erit alius in sæcula sæculorum, Amen..

Refecti Christi Corpore, & Sanguine, te laudamus Domine, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Hic tollitur Missale, quod vocatur Offerentium, & aliud Missale ponitur in cornu Epistolæ, & dicit sequentem Orationem.

Oratio. Corpus Domini nostri Iesu Christi, quod accepimus, & Sanctus Sanguis ejus, quem potavimus, adhæreat visceribus nostris, æterne omnipotens Deus, ut non veniat nobis ad judicium, nec ad condemnationem; sed proficiat ad salutem, & remedium animarum nostrarum in vitam æternam. *Resp.* Amen. Per misericordiam &c. Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum Spiritu tuo. Solennia completa sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi. Votum nostrum sit acceptum cum pace.

Resp. Deo gratias.

In fine Missæ dicitur Antiphona in laudem gloriosæ Virginis Mariæ; & datur benedictio. Antiph.

Salve Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra, salve. Ad te clamamus exules filii Evæ, ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte, & Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Vers. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

Resp. Ut digni efficiamur &c.

Vers. A morte subitanea, & improvisa.

Resp. Libera nos, Domine.

Vers. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus. Concede, nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis, & corporis &c.

Quo facto, dat benedictionem dicendo:

In unitate Sancti Spiritus, benedicat vos Pater, & Filius.

Ad hanc benedictionem vertit se Sacerdos ad populum, & benedicit illum, & nihil aliud agens, vadit ad Sacristiam.

Singulis diebus, absoluta Missa (exceptis diebus Dominicis, & Festis solennibus) dicitur Responsum pro Cardinali nostro, secundum ordinem hujus Officii Muz-arabi; visumque mihi est hic illud apponere, quasi pro fine Missæ, & perbrevis Compendii hujus.

Responsorium.

Resp. Scio, Domine, quia nihil in terra sine causa.

Presb. Quia homo nascitur ad laborem, & avis ad volandum.

Vers. Ego vero deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.

Presb. Quia homo nascitur ad laborem, & avis ad volandum.

136. *Oremus.* Pium, & exaudibilem Dominum nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus, ut spiritum, & animam Famuli sui Francisci Cardinalis Pontificis) in locum lucis, inter agmina Beatorum propitius collocare dignetur. *Resp.* Præsta æterne omnipotens Deus, Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, *totum secreto.*

Tibi, Domine, commendamus animam Famuli tui Francisci Cardinalis Pontificis, ut defunctus sæculo tibi vivat, & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum nostrum. *Resp.* Amen. Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum Spiritu tuo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi anima ejus, & omnes animæ Fidelium defunctorum, per misericordiam Dei, sine fine requiescant in pace. *Resp.* Amen.

DIATRIBA DE OFFICIO MOZ-ARABICO

Auctore Joanne Bona S. R. E. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbytero Cardinali, Ordinis Cisterciensis.

Ex Lib. 1. Rerum Liturgicarum.

CAPUT XI.

De Missa Moz arabum. *Cur Hispani dicti* Moz-arabes. *Hujus ritus institutio. Hæreticorum fraude depravatur. Desiit tandem Romanis ritibus subrogatis Quo tempore hæc mutatio contigerit, & de turbis ob eam exortis. A Francisco Ximenio restituitur. Describitur Missa* Moz-arabica, *ejusque ritus.*

137. Officium Divinum, quo olim Hispania, & vicinæ Gentes utebantur, Gotthicum,

eum, & Moz-arabicum dictum est. Gotthicum, quia originem habuit eo tempore, quo Reges Gotthi ibidem dominabantur. Moz-arabicum vero, quia cum Arabes Hispaniam pene omnem occupassent, Christiani *Mixt-arabes*, & corrupto vocabulo Moz-arabes, id est, mixti cum Arabibus, dicti sunt. Quidam a Muza Arabe, qui Toletum expugnavit, Christianos, qui in ea Civitate remanserant, Muz-arabes dictos autumant; sed prior etymologia præferenda, cui rerum Hispanicarum Scriptores consentiunt. A quibus, & quo tempore hoc Officium institutum fuerit, incertum est. Baronius anno 633. ejus Auctorem fuisse putat Isidorum Hispalensem. Cum enim Patres in Concilio quarto Toletano, cui præfuit Isidorus, congregati decrevissent Canone 2. per omnem Hispaniam, & Galliciam unum, & eundem modum servari in Missarum solennitatibus, & in Matutinis, ac Vespertinis Officiis; ipsi Isidoro, qui cæteris doctrina, & sanctitate antecellebat, hoc munus ex Baronii conjectura demandatum fuit, ut Ecclesiastica Officia componeret, quibus omnes Hispaniarum Ecclesiæ deinceps uterentur. Confirmat Baronii assertionem inscriptio Librorum, quibus hæc Officia continentur. Sic enim inscribi solent: *Officium Gotthicum, sive mixtum, secundum regulam S. Isidori dictum Moz-arabe*. Mihi autem, ne huic sententiæ statim adhæream, quædam sunt, quæ gravem ingerunt difficultatem. Nam primo in Missa S. Martini in oratione, *Post nomina*, hæc verba leguntur: *Hunc Virum, quem ætatis nostræ tempora protulerunt, jubeas auxilium nostris ferre temporibus*. Martinus autem obiit anno Domini 402. & primus ex Confessoribus paullo post obitum publico cultu cœpit honorari. Ergo multo ante Isidorum hæc Missa scripta fuit. Deinde si Isidorus hujus Officii Auctor fuit; cur nec Braulio Cæsaraugustanus, nec Ildephonsus Toletanus, Viti Sancti, & Isidoro familiares, ille in Elogio ipsius Isidori, hic in Libro, *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, nullam operis adeo excellentis mentionem faciunt? His accedit, quod Concilium quartum Toletanum aliquot hujus Officii ritus Can. 11. & sequentibus, tanquam jam antea usitatos commemorat; & tertium item Toletanum, annis 44. ante quartum, Can. 2. statuit in singulis Ecclesiis Symbolum recitari priusquam dicatur oratio Dominicalis, qui est mos peculiaris Missæ Moz arabicæ. Ipse quoque Isidorus Lib. *De Script. Eccles.* Leandri fratris sui, & in Sede Hispalensi antecessoris scripta recensens, testatur ipsum in Ecclesiasticis Officiis non parvo studio laborasse, & in Sacrificii Laudibus, atque Psalmis multa dulcisone composuisse. Ioannes Mariana Lib. 6. *De rebus Hispaniæ*, Cap. 5. usum inquit obtinuisse, ut Isidoro ritus Moz-arabicus tribuatur, nonnulla tamen Leandrum invenisse. Quod si Leander dumtaxat invenit, crediderim, hoc Officium Concilio tertio Toletano, cui Leander interfuit, antiquius esse, & sæculo quinto jam in usu fuisse, ut ex Missa Sancti Martini modo ostendimus. Sed de primo ejus Auctore non constare, ab ipso tamen Leandro illustratum, ab Isidoro auctum, ab aliis progressu temporis amplificatum, nominatim ab Ildephonso, cujus opera Iulianus Toletanus in Appendice ad Librum ejus, *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, in quatuor Partes divisit, & tertiam fuisse ait Missarum, Hymnorum, atque Sermonum. Ipse item Julianus, qui diem clausit extremum Era Hispanica 728. anno scilicet Christi 690. scripsisse dicitur, ut in eadem Appendice Felix Episcopus refert: *Librum Missarum de toto circulo anni in quatuor partes divisum, in quibus aliquas vetustatis incuria vitiatas, ac semiplenas emendavit, atque complevit, aliquas vero ex toto composuit. Item Librum Orationum de Festivitatibus, quas Toletana Ecclesia per totum circulum anni est solita celebrare, partim stylo sui ingenii depromptum, partim etiam multa antiquitate vitiatum, studio se correctum in unum congessit, atque Ecclesiæ Dei usibus ob amorem reliquit Sanctæ Religionis*. Petrus quoque Ilerdensis Episcopus Orationes, & Missas edidit eleganti sermone diversis solennitatibus congruentes. Et Salvus Abbas Albaildensis Monasterii Missas etiam, & Orationes, atque Hymnos composuisse dicitur, plurimam cordis compunctionem legentibus, & audientibus tribuentes.

138. Quamvis autem hoc Officium a Viris Sanctis, & orthodoxis compositum fuerit; Hispania tamen ab infidelibus devastata, ita erroribus refertum est, ut Elipandus Toletanus Episcopus ex ipsis Officiis depravatis plura acceperit testimonia ad suam hæresim astruendam, ut constat ex Albino Flacco, Libro adversus eundem Elipandum. Diu viguit hic ritus in Hispania; in Gallia autem Narbonensi, & in aliis Regionibus Gotthorum Regno subjectis, donec Gregorii VII. auctoritate in Romanum mutatus est. Extat de hac re ipsius Gregorii Epistola exhortatoria ad Alphonsum Castellæ, & Sancium Aragoniæ Reges, & ad Episcopos in eorum ditione constitutos, in qua primo asserit, Hispaniam in ordine Divini Officii cum Romana Urbe initio susceptæ Fidei habuisse concordiam: *Sed postquam*, inquit, *vesania Priscillianistarum diu pollutum, & perfidia Arianorum depravatum, & a Romano ritu separatum, irruentibus prius Gotthis, ac demum invadentibus Sarracenis, Regnum Hispaniæ fuit; non solum Religio est diminuta, verum etiam mundanæ sunt opes labefactatæ*. Tum illos hortatur, ut Romanæ Ecclesiæ ordinem, & Officium recipiant: *Quod etiam*, ait, *Episcopi vestri ad nos nuper venientes juxta Constitutionem Concilii per scripta sua facere promiserunt, & in manu nostra firmaverunt*. Hæc Gregorius Epistola 64. Lib. 1. qui etiam per Legatum suum in Hispaniam missum ad hoc negotium perficiendum ipsos Reges sollicitabat. Narrat Petrus de Marca in Historia Bearnii, Lib. 2. Cap. 9 Romanum Officium, Gotthico explosum, receptum primo fuisse in Regno Aragoniæ anno millesimo sexagesimo octavo, tempore Alexandri II. qui hac de causa Hugonem Candidum Cardinalem Legatum suum misit in Hispaniam. Idem ait in Catalonia ob-

observari curasse Comitem Raymundum Berengarium. Expulsum item a Regno Navarræ, curante Sancio Rege Aragonum, postquam opera, & ope Gregorii VII. Navarræ Rex electus fuit. Et Sancium quidem primum omnium Pontifici obtemperasse, testantur Historici, quem propterea idem Gregorius, Lib. 1. Epistola 63. valde commendat. Alphonsus vero adhuc nutabat, & obnitebatur suasu cujusdam Roberti Cluniacensis, qui nefandissimus seductor, & ab introitu Ecclesiæ separatus dicitur a Gregorio, Lib.8. Epist. 3. Rem denique promovente Constantia Regina Alphonsi uxore, quæ in Gallia nata Romano Officio a tempore Caroli Magni illic recepto, utpote illi assueta, favebat; consensit Rex, ut, Gotthico Officio abrogato, Romanum reciperetur. Hac de caussa sic eum laudat Gregorius, Lib.6. Epistola 2. *Noverit excellentia tua, dilectissime, illud unum admodum nobis, immo clementiæ Divinæ placere, quod in Ecclesiis Regni tui Matris omnium S. Romanæ Ecclesiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari feceris. Denique in illo, quem hactenus tenuisse videmini, sicut, suggerentibus Religiosis Viris, didicimus, quædam contra Catholicam Fidem inserta esse patulo convincuntur. Quæ cum relinquere, & ad priscam consuetudinem, scilicet hujus Ecclesiæ, reverti deliberasti, non dubie te B. Petrum Patronum optare, & subditorum tuorum salutem, cælesti gratia inspirante, sicut Regem decet, curare monstrasti.*

139. Acta sunt illa circa annum millesimum octogesimum, subditis pervicaciter contradicentibus, qui a veteri precandi ordine, & ab avitis cæremoniis ægerrime discedebant. Placuit autem primoribus populi rem non ratione, sed ferro decerni, ac si omne jus in armis foret. Duo Viri electi sunt, quorum unus pro Romano, alter pro Gotthico Officio singulari certamine pugnarent. Ajunt, vicisse illum, qui pro Gotthico præliabatur. Sed urgente Regis præcepto, & adhuc populo tumultuante, litem igni dirimendam tradiderunt. Uterque Codex Officiorum Romani, & Gotthici, succenso rogo injectus est. Gotthicus illæsus in igne permansit, Romanus flammis consumptus est. Utrumque eventum pugnæ, & ignis Rodericus Archiepiscopus Toletanus refert, Lib. 6. *De rebus Hispaniæ*, Cap.26. testis unicus, & singularis, qui illis non interfuit, nec potuit interesse. Nam Gregorius VII. quo præcipiente, Officium mutatum est, obiit anno 1085. Rodericus autem 1245. Alii recentiores ipsum Rodericum sequuti sunt, penes quem hujus fabulæ, vel historiæ fides sit. Tunc igitur in Hispania Romanus ritus, Moz-arabico abrogato, receptus fuit; qui tamen in aliquibus Monasteriis aliquanto tempore custoditus est, ut asserit Rodericus; qui etiam testatur, translationem Psalterii ritus Gotthici propriam, adhuc ipso vivente, in pluribus Ecclesiis Cathedralibus, & in Monasteriis recitatam fuisse. Adeo verum est, ægre divelli homines a consuetudinibus, quas a majoribus receperunt. Ne autem tantæ antiquitatis ritus omnino interiret, Viri celeberrimi Francisci Ximenii Archiepiscopi Toletani cura providit. E Gotthicis enim tumulis suscitatum novis characteribus recudi jussit, instituto Sacerdotum Collegio, a quibus quotidie Divina Officia, & Missarum Solennia usque in hodiernum diem hoc ritu celebrantur in Sacello, quod in majori Ecclesia Toletana ædificavit. Sunt etiam Toleti aliquot Parœciæ, in quibus ordo iste Moz-arabicus adhuc servatur, idemque fit Salmanticæ in Sacello Doctoris Talabricensis. De illius origine, duratione, & instauratione diffuse, & eleganter tractat Alvarus Gomecius, Lib. 2. *De rebus gestis Cardinalis Ximenii*.

140. Porro Missa Moz-arabica hæc est. Postquam Sacerdos vestes sacras induit, dicit Responsorium: *Pater peccavi in Cælum, & coram te. Kyrie eleison. Pater noster. Ab occultis meis*, cum Oratione: *Deus, qui de indignis dignos facis*. Deinde procedit ad Altare, & præmissa Angelica Salutatione ait, *In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Spiritus sancti adsit nobis gratia. Introibo ad Altare Dei. Judica me Deus.* Finito Psalmo, & repetita Antiphona, dicit hos versus: *Dignare Domine die isto. Confitemini Domino, quoniam bonus. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix*; sequiturque confessio cum versibus, & oratione: *Aufer a nobis*. Et statim accedit ad Altare, facitque Crucem super Aram, dicens: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Et osculato Altari recitat Antiphonam de Cruce: *Salve Crux pretiosa*, cum quatuor Collectis. Tum demisso capite dicit: *Per gloriam nominis tui, Christe Fili Dei vivi, & per intercessionem S. Mariæ Virginis, & B. Jacobi, & omnium Sanctorum tuorum, auxiliare, & miserere indignis servis tuis, & esto in medio nostri Deus noster, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum*. Mox in dextro cornu Altaris legit Introitum cum versiculo Psalmi, & glorificatione Sanctissimæ Trinitatis his verbis concepta: *Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum, Amen*. Ultima pars Introitus repetitur post Psalmum, & iterum post *Gloria*. Qua repetitione peracta, dicit: *Per omnia sæcula sæculorum*. Respondetur: *Amen*. Sequitur immediate *Gloria in excelsis*; & iterum, *Per omnia sæcula sæculorum*; & oratio; ante quam non dicitur, *Oremus*, nec in fine *Per Dominum nostrum*; sed tantum respondetur, *Amen*. Recitata Oratione, progreditur ad medium Altaris, dicens. *Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum*. Respondetur, *Amen*. Postea stans in medio ait: *Dominus sit semper vobiscum*. Respondetur: *Et cum spiritu tuo*. Legitque Prophetiam: *Lectio Isaiæ Prophetæ*. Respondetur *Deo gratias*, & in fine lectionis, *Amen*. Iterum Sacerdos dicit: *Dominus sit semper vobiscum*. Tum canitur Responsorium non dissimile Graduali Romano. Quo decantato, Sacerdos dicit: *Silentium facite*; & legit Epistolam: *Sequentia Epistolæ Paulli Apostoli ad Romanos*. Respondetur *Deo gratias*, & in fine *Amen*. Ea lecta petit benedictionem, & præ-

præmissa salutatione, *Dominus sit semper vobiscum*, legit Euangelium: *Lectio S. Euangelii secundum Joannem.* Respondetur *Gloria tibi Domine*, & in fine *Amen*. Tum itecum dicit: *Dominus sit semper vobiscum*, & cantatur laus, idest versus cum *Alleluia*, in principio, & in fine. Offert deinde Hostiam, & Calicem cum orationibus propriis, & thus adolet, si Missa solennis sit. Sequitur oratio *In spiritu humiliatis*, ut in Officio Romano. Tum ait: *Adjuvate me fratres in orationibus vestris, & orate pro me ad Deum*. Respondetur, *Adjuvet te Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus*. Cantatur deinde *Sacrificium*; & est Antiphona cum quibusdam versiculis correspondens Offertorio Romano, & lavat manus dicens: *Lavabo inter innocentes manus meas*. Et post lotionem benedicit oblata. Mox inclinatus ante Altare dicit sub silentio hanc orationem: *Accedam ad te in humilitate spiritus mei, loquar ad te, quia multam spem in fortitudine dedisti mihi. Tu ergo Fili David, qui revelato mysterio ad nos in carnem venisti, clavo crucis tuæ secreta cordis mei adaperi, mittens unam de Seraphim, qui candenti carbone illo, qui de Altari tuo sublatus est, sordentia labia mea emundet, mentem enubilet, docendique materiam subministret, ut lingua, quæ proximorum utilitati per charitatem servit, nec erroris insonet casum, sed veritatis resultet sine fine præconium. Per te Deus meus, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.*

141. Post hanc Orationem sic in Missali scriptum est: *Incipit Missa*. Forte quia huc usque adesse poterant Catechumeni. Dicit Sacerdos, *Dominus sit semper vobiscum*, & Orationem diei convenientem, cui respondetur, *Amen*. Subdit, *Per misericordiam, tuam, Deus noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum*. Et responso *Amen*, elevat manus dicens. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *Hagios, Hagios, Hagios, Domine Deus æterne, tibi laudes & gratias. Ecclesiam Sanctam Catholicam orationibus in mente habeamus, ut eam Dominus fide, & spe, & charitate propitius ampliare dignetur. Omnes lapsos, captivos, infirmos, atque peregrinos in mente habeamus, ut eos Dominus propitius respicere, redimere, sanare, & confortare dignetur*. Respondet Chorus, vel minister: *Præsta æterne omnipotens Deus*. Sequitur brevis sermo ad populum, qui inscribitur *Missa*, in qua Sacerdos astantes hortatur, ut diei, sive festivitatis mysteria contemplentur. Formola hæc est ex die Ascensionis Domini.

Placeat, dilectissimi Fratres, sæcularium cogitationum fasce deposita, in sublime mentibus subvolare, & impositam ætheris fastigio assumpti hominis communionem sequacibus cordis oculis contueri. Ad incomparabilem nobis claritatem attonitus vocandus aspectus est. Jesus Dominus noster humilitate nobis terrarum, Cælorum dignitate commutat. Acutus necesse est visus esse, respicere, quo sequamur. Hodie Salvator noster post assumptionem carnis sedem repetit Deitatis. Hodie hominem suum intulit Patri, quem obtulit passioni. Hunc exaltans in Cælis, quem humiliaverat in inferuis. Hic visurus gloriam, qui viderat sepulturam. Et qui adversus mortem mortis suæ dedit beneficium, ad spem vitæ donavit Resurrectionis exemplum. Hodie redit ad Patrem; cum tamen sine Patris, qui sibi æqualis est, potestate non venerit. Hodie ascendit in Cælum, qui obsequia Cælestium, cum descenderet, non amisit. Ita in Patris natura unitate consistens, ut cum homo Cælum novus intraret, novum tamen Deus hominem non haberet. Petamus igitur ab omnipotentia Patris per nomen Filii Salvatoris gratiæ spiritualis ingressum, æternæ beatitudinis donum, beatæ mansionis ascensum, Catholicæ credulitatis augmentum, hæreticæ infidelitatis excidium. Audiet profecto in confessione, quos in perditione quæsivit. Adsistet suis, qui non destitit alienis. Aderit agnitus, qui non defuit agnoscendus. Non patietur, orphanos esse devotos, qui filios facere dignatus est inimicos. Dabit effectum supplicationis, qui promisit Spiritum Sanctitatis. Amen.

142. Hac lecta concione, quæ in singulis Missis diversa, & propria est, subsequitur Oratio desinens in hæc verba: *Per misericordiam tuam, Deus noster, in cujus conspectu SS. Apostolorum, & Martyrum, Confessorum, atque Virginum nomina recitantur. Amen. Offerunt Deo Domino Oblationem Sacerdotes nostri, Papa Romensis, & reliqui pro se, & pro omni Clero, & plebibus Ecclesiæ sibimet consignatis, vel pro universa fraternitate. Item offerunt universi Presbyteri, Diacones, Clerici, ac populi circumadstantes in honorem Sanctorum pro se, & suis*. Respondetur: *Offerunt pro se, & pro universa fraternitate*. Subdit Sacerdos: *Facientes commemorationem Beatissimorum Apostolorum, & Martyrum, gloriosæ S. Mariæ Virginis, Zachariæ, Joannis, Infantium, Petri, Paulli, Joannis, Jacobi, Andreæ, Philippi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Jacobi, Simonis & Judæ, Mathiæ, Marci, & Lucæ*. Respondet Chorus: *Et omnium Martyrum*. Ait Sacerdos: *Item pro spiritibus pausantium Hilarii, Athanasii, Martini, Ambrosii, Augustini*; & recenset quadraginta sex nomina, quorum pleraque sunt Episcoporum Toletanorum. Respondetur: *Et omnium pausantium*. Quomodo autem cum cæteris defunctis quorundam quoque Sanctorum commemoratio hic fiat, Lib. 2. Cap. 14. explicabo. Sequitur Oratio, quæ dicitur *Post nomina*, cui respondetur *Amen*; statimque dicit Sacerdos: *Quia tu es vita vivorum, sanitas infirmorum, ac requies omnium Fidelium defunctorum in æterna sæcula sæculorum*. Tum legit aliam Orationem, quæ vocatur *Ad pacem*, & sic concluditur: *Quia tu es vera pax nostra, & charitas indisrupta, vivis tecum, & regnas cum Spiritu Sancto unus Deus in sæcula sæculorum. Amen.* Subjungit Sacerdos elevans manus: *Gratia Dei Patris Omnipotentis, pax, ac dilectio Domini nostri Jesu Christi, & communicatio Spiritus Sancti sit semper cum*

omni-

omnibus vobis. Respondetur: *Et cum hominibus bonæ voluntatis.* Deinde dicit: *Quomodo astatis pacem facite.* Respondet Chorus: *Pacem meam do vobis, pacem meam commendo vobis, non sicut Mundus dat, pacem do vobis.* Quibus cum Versiculo, *Gloria, & honor Patri*, repetitis, ait Sacerdos: *Habete osculum dilectionis, & pacis, ut apti sitis sacrosanctis Mysteriis Dei.* Et statim dat pacem Diacono, vel Ministro, & ille populo. Post hæc junctis manibus inclinat se dicens: *Introibo ad Altare Dei.* Respondetur: *Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.* Mox ait Sacerdos: *Aures ad Dominum.* Respondet Minister: *Habemus ad Dominum.* Sacerdos: *Sursum corda.* Minister: *Levemus ad Dominum.* Sacerdos: *Deo, ac Domino nostro Jesu Christo Filio Dei, qui est in Cælis, dignas laudes, dignasque gratias referamus.* Minister: *Dignum, & justum est.* Tum dicit Sacerdos, quam vocant *Illationem*, propriam in singulis Missis, & ut plurimum valde prolixam ad instar Præfationis Romanæ, & post eam cantatur, *Sanctus*, more Romano, nisi quod in fine addunt Græce: ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριε ὁ θεός, *Hagios, Hagios, Hagios, Kyrie o Theos.* Et protinus subjungit Sacerdos Orationem, quæ dicitur, *Post Sanctus*, & est veluti appendix Præfationis: *Vere Sanctus, vere benedictus Dominus noster Jesus Christus Filius tuus &c.* Qua finita, illico submissa voce incipit Canonem hisce verbis:

Adesto, adesto, Jesu bone, Pontifex, in medio nostri, sicut fuisti in medio Discipulorum tuorum; & sanctifica hanc Oblationem, ut sanctificata sumamus per manus Sancti Angeli tui, Sancte Domine, & Redemptor æterne. Quibus dictis, ait: *Dominus noster Jesus Christus in qua nocte tradebatur &c.* Fitque Consecratio, & Elevatio. Sequitur deinde Oratio, quæ dicitur *Post pridie*, diversa pro diversitate Missarum, dum ait: *Te præstante, Sancte Domine, quia tu hæc omnia nobis indignis servis tuis valde bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, & præstas nobis, ut sint benedicta a te Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen* Accipit deinde Corpus Domini de Patena, & ponit super Calicem discoopertum, & ait: *Dominus sit semper vobiscum.* Respondet Chorus: *Et cum Spiritu tuo:* Ait Sacerdos: *Fidem quam corde credimus, ore autem dicamus*; statimque elevat Corpus Domini, ut videatur a populo, & dicunt omnes Symbolum: *Credimus in unum Deum Patrem Omnipotentem.* Interim Sacerdos frangit Hostiam per medium in duas partes; & accepta una parte, facit ex ea quinque particulas, & ponit in Patena in linea recta, habentque singulæ proprium nomen; nam prima vocatur *Corporatio*, hoc est, Incarnatio, 2. *Nativitas*, 3. *Circumcisio*, 4 *Apparitio*, 5. *Passio.* Accepta similiter altera parte, facit ex ea quatuor particulas, quarum hæc sunt nomina, 6. *Mors*, 7. *Resurrectio*, 8. *Gloria*, 9. *Regnum*, & eas collocat in Patena ordine hic expresso.



Statimque digitos bene purgat, & cooperto capite orat secreto pro Fidelibus viventibus, sive, ut verbis Missalis utar, facit *Memento pro vivis.* Hæc autem omnia fere complentur, dum Chorus cantat Symbolum. Tum recitat Orationem Dominicam, præmissa brevi Præfatione, quæ in singulis Missis variatur. Ad singulas petitiones respondetur, *Amen*; hac excepta: *Panem nostrum quotidianum*, cui respondetur: *Quia Deus es.* Sequitur immediate Oratio semper eadem: *Liberati a malo, confirmati semper in bono, tibi servire mereamur Deo, ac Domino nostro. Pone, Domine, finem peccatis nostris, da gaudium tribulatis, præbe redemptionem captivis, sanitatem infirmis, requiemque defunctis. Concede pacem, securitatem in omnibus diebus nostris. frange audaciam inimicorum nostrorum, & exaudi Deus orationes servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die, & in omni tempore. Per Dominum nostrum.* Post hanc Orationem, accipit particulam, cui nomen *Regnum*, & mittit in Calicem dicens submissa voce: *Sancta Sanctis. & conjunctio Corporis Domini nostri Jesu Christi sit sumentibus, & potantibus nobis ad veniam, & defunctis præstetur ad requiem.* Tum dicit alta voce: *Humiliate vos ad benedictionem. Dominus sit semper vobiscum.* Et benedictionem tribus distinctis petitionibus largitur, quibus singulis respondetur: *Amen.* Qua impertita, iterum ait: *Dominus sit semper vobiscum.* Et cantatur Responsorium, quod vocatur, *Ad accedentes*, quo monentur Fideles accedentes ad communionem, ut diligenter perpendant, quem cibum sint suscepturi. Postea accipiens aliam particulam, cui nomen *Gloria*, tenet illam super Calicem, & facit *Memento pro defunctis*, eorumque commemoratione peracta, ac brevi præmissa Oratione, sumit illam particulam, quam habet in manu, cæterasque per ordinem. Tum sumit Calicem, factaque ablutione, legit Antiphonam: *Refecti Christi Corpore, & Sanguine, te laudamus, Domine, Alleluja, Alleluja, Alleluja.* Sequitur Oratio Romanæ *Postcommunionem*, similis, & post eam *Dominus sit semper vobiscum*

biscum, finemque annunciat dicens: *Solennia completa sunt in nomine Domini nostri Jesu Christi, votum nostrum sit acceptum cum pace*. Respondetur: *Deo gratias*. Recitat deinde flexis genibus ante Altare: *Salve Regina*, cum Oratione: *Concede nos famulos tuos*. Et conversus ad populum dat ei benedictionem dicens: *In unitate Sancti Spiritus benedicat vos Pater, & Filius, Amen.* Statimque discedit ab Altari. Et notandum, quod Sacerdos nunquam se vertit ad populum, nisi eum hanc postremam benedictionem largitur, & cum dicit: *Adjuvate me, Fratres, in orationibus vestris*. Confessionem more Romano, & alias Orationes ante Introitum, sicut & Antiphonam, *Salve Regina*, in fine addidit Officio Gotthico Franciscus Ximenius. Addidit etiam Officia quædam Sanctorum, & alia Festa recentioris ævi, atque ideo propter hæc, quæ adjecit, Missale mistum nuncupavit.

DONATIO ALPHONSI VI.

In gratiam Monasterii S. Facundi, & Bernardi ejusdem Abbatis.

ANNO CHRISTI MLXXXV.

Ex Yepio in Appendice Tomi VI. fol. 488.

IN nomine Domini, qui est trinus, & unus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & qui est vera Deitas, & una majestas in Trinitate vera existens, qui omnia ex nihilo cuncta creavit, sed primum hominem per diaboli artem in miseriam casum per misericordiam suam in Cælos reparavit, & diaboli calliditatem evacuavit, atque suum plasmatem ad superna Cælestia Angelorum misericors revocavit, & bonam spem cunctis omnibus fidelibus dedit. Ego Adephonsus Dei gratia totius Hispaniæ Imperator, postquam sedi in Throno paterno curam Ecclesiarum habere cœpi, sed super omnes Ecclesiam Sanctorum Facundi & Primitivi, quam antiquitus Dominis Sanctis vocitant, amavi. Et per Dominum Bernardum Abbatem in Ordine S. Benedicti (quæ est bona, & Religiosa) declaravi, atque ab omni jugo regalis fisci, vel Ecclesiasticæ pressuræ feci ingenuam. Dedi enim eam Romanæ Ecclesiæ, & Beati Petri in libertate Romana. Cumque adhuc cogitarem bonum, quod facerem, accessit ad me Abbas, & rogavit, quatenus darem foros, ut esset bona villa in circuitu de Monasterio; quod devotus annui, & mox, quod Abbas, & Monachi petebant, concessi Ideoque igitur ego Adephonsus prolis Ferdinandi Regis, & Sanctiæ Reginæ, cum voluntate Abbatis, ac Monachorum, do vobis hominibus populatoribus Sancti Facundi consuetudines, & foros, in quibus & serviatis Ecclesiæ, & Monasterii supra taxati. Imprimis ut non eatis in expeditionem, sed quando fuerit Res obsessus, aut suum Castellum; & tunc eum fuerint ante vos tertia die usque divulgaretur; & quod nunquam habeatis Dominum, nisi Abbatem, & Monachos. Quoniam quidem oportet, vos de vestris artibus, & mercaturis vivere, & ire per diversas Terras, mando, & detesto, quod nullus aliquis pignoret vos pro alfoz, neque pro hæreditate Sancti Facundi, nec illis pro vobis. Quando populator acceperit solum, dabit uno solido, atque duobus denariis; & ita unumquemque annuum de singulos solos dabuntur singulis solidis. Sane vero si in ipso anno non populaverit illum, perdet eum; si sane pro populato solidum non dederit, accipient eis portam, aut ostium, vel aliquid, quod valet solidum, donec tectum acceipiat, & usque ad duos præcones de ncto in octo diebus, sed detur pignus accipi pro solido in solo; si nee tectum, nec aliquid pignus invenerint, illum accipiat Abbas, & det cui vult. Qui emerit solum censatum, & eum suo copulaverit, duos census dabit; & si multos in unum coagulaverit, multos dabit; de uno si unum, aut multos per venditionem fecerint, quantas partes fecerint, tantos solidos dabunt qui in eis habitaverint. Post mortem parentis, quando filii solum partierint, quanti fuerint, cunctos solidos dabunt. Si autem unus de eis partes fratrum in unum cunnexas fecerit, dabit unum censum. Nullus vendat solum, nisi tantum illi comparatori, quem Abbas pro suo nomine pignus receperit. Vicinus, aut extraneus, qui domum, vel aliquam partem calumniaverit, tam ipse qui quærit, quam necnon ille, de quo quærit, dent Abbati fidiatores in sexaginta solidos; qui fuerit victus persolvat sexaginta solidos Abbati. Parietem, qui in ante mutaverit, vel vallum fecerit, quinquenos dabit solidos, & quod fecit, emendabit. Quisquis præsumptor, vel per violentiam alienam domum intraverit, dabit Abbati trecentos solidos, Domino domus damnum quod fecit. Qui alium Dominum aliunde clamaverit, nisi Abbatis, capiatur ipse, & domus ejus. Si domum non habuerit, expellatur, & qui expulso pro qualicumque modo receperit, det Abbati sexaginta solidos. Qui domum suam dimiserit, & de foris exierit pignorare, perdat illa. Sed si postea per foro de villa dare directo, & accipere voluerit, det Abbati prius sexaginta solidos. Nullus habeat ibi furno, vel patella, sed ubi fuerit invento frangatur, & det Abbati quinque solidos; ita fiat de mensura, de cibaria, & de cunctis omnibus falsis mensuris. Si in manu alicujus, vel in domo venerint ramum de faltu, det quinque solidos; si ad radicem fueeiderit, capiant eum, & faciat Abbas quod vult de eo. De suspecta intrabunt in domum, & scrutabunt omnia, ut arbores, & vineæ, & pratos herbæ habeant suum robur ad opus Monasterii. Quum Monachi suum vinum vendere volverint, alius in villa non vendat,

Pannos, pisces recentes, & ligna ad furnos necessaria nullus emat, quamdiu Monachi emere voluerint; qui fecerit, perdat quod comparavit, & det quinque solidos. Qui pro sayone directum ipsa die non dederit, det quinque. Directum neque fidiatorem non dando si eum percusserit, sexaginta solidos det. Homicidia cognitus dabit centum solidos, & tertia pars sit condonata pro Rege. Si negaverit, juret quia non fecit, & ad torna litiget, & si ceciderit, petet centum solidos, & sexaginta solidos de capo, & quod ultra expendit in armis, & operariis, & expensis. Homicidium de nocte factum qui negaverit, si accusatus fuerit, litiget cum illo qui dixerit, quia ego vidi; & si ceciderit, petet centum solidos, & quod ultra expendit in armis, & operariis, & expensis, & sexaginta solidos de capo. Qui per fraudis molimina hominem necuerit, quingentos solidos dabit. Homo percussus si ad mortem venerit, & dixerit Clerico, quia ille homo percussit me unde morior, per testimonium Clerici dabit homicidium. Qui alium impellaverit, aut eum pugno percusserit, quinque solidos dabit Abbati. In capite si percusserit, vel cum solo pugno, quindecim solidos det. Coram Monacho si ejus hominem ferierit, aut pepulerit, roget, sicut qui inhonorat dominum suum. Si duo unum in terra luctaverint, sexaginta solidos dent, unus ad alium quinque solidos. Qui oculum turbaverit, aut dentem escusserit, vel membrum secaverit, seu damnaverit, sexaginta solidos dabit Abbati. Per falsam Inquisitionem, quam aliquis fecerit, vel dixerit, aut per falsum judicium, quam dederit, vicinum suum aliquid perdere fecerit, det ei quod pro eo perdiderit, & Abbati, & res domino suo dent. Venditor domus det solidum unum Abbati, emptor duos denarios. Istas consuetudines, & foros per voluntatem Abbatis, & Collegio Fratrum dedi ego Adephonsus Imperator hominibus S. Facundi, per quos serviant eis sicut dominis in submissione, & humilitate plena, & illi defendant eos, & ament ut suos homines, & cedant montes, & res, & hæreditates Monasterii per suos usus, & Leges antiquas in pace per manum Abbatis, & Monachorum. Si vero, quod non spero, aliquis de mea progenie, vel estranea fuerit prosapia, qui eas Leges, & foros secundum quod resonat in Titulo v. Cap. I. dare per vim, per fraudem confundere voluerit Rex, vel Imperator, aut Regina, Pontifex, Infolatus, Clericus, vel Monachus ordinatus, Consul, aut Princeps armatus, vir, aut femina, qui hoc tentaverit, non habeant fors cum Deo, neque Sanctorum ejus; escommunicatus, & maledictus existat, & non habeat partem in Christi redemptione, & duobus a fronte careat luminibus, & cum Juda traditore sit in infernalibus ignibus. Data Scriptura autem nostra æternum habeat robur, & tenorem. Ego Adephonsus Imperator cum conjuge mea Constantia Regina, cum voluntate Abbatis, & Monachorum, quod fieri jussi, & lectum audivimus, roboramus manus nostras, & signum adjecimus. Discurrente Era bisdena, & terna eum decies dena usque, neenon cum decies centena. VII. Kalendas Decembris, Urraca Regis soror sub Christi nomine, & ejus Imperio confirmavit. Gelvira soror ejus confirmavit. De Aula Regia Roderico Armiger filius Ordonii confirmavit. Ego Bernardus Abbas una cum consensu Monachorum Cœnobii S. Facundi quæ sunt scripta confirmo, signum apponoque ✠. Senior Didacus Alvariz confirmo. Didacus Gonzalviz confirmat. Roderico Diaz confirmo. Tel Guterriz confirmat. Alvar Salvatoris confirmat. Poncius Magister confirmat. Armentarius confirmat.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Monasterium Balneolense,

Pro Dedicatione ejusdem Ecclesiæ, Anno Christi MLXXXVI.

Anno 1086. VIII. Idus Septembris dedicata est Ecclesia Monasterii S. Stephani Balneolensis in celebri Episcoporum, Virorumque Principum conventu, ut tradunt Acta vetera. Eam ergo peregerunt Dalmatius Archiepiscopus Narbonensis, Berengarius Episcopus Gerundensis, Petrus Carcassonensis, Berengarius Ausonensis, Gotafredus Magalonensis, & Bertrandus Barcinonensis. Constituerunt ergo Episcopi illi dutem ejusdem Ecclesiæ; simulque sanciverunt varia Privilegia, quibus Abbatem, & Monasterium ornarunt. Acta hujus consecrationis Illustrissimus Petrus de Marca eruit ex Archivo ejusdem Monasterii Balneolensis, quæ ejusmodi sunt.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octogesimo sexto, Era millesima centesima decima octava, Indictione nona, VIII. Idus Septembris, anno XXVII. Philippi Regis Francorum, factus est conventus Episcoporum in Cœnobio Sancti Stephani Protomartyris Christi territorii Bisundunensis ad dedicationem Basilicæ ipsius Protomartyris Christi, simulque Principum patriæ, ac reliquorum fidelium utriusque sexus, ætatis, & ordinis.

Dalmatius sanctæ primæ Sedis Narbonensis Archiepiscopus, & Berengarius Episcopus Gerundensis, & Petrus Episcopus Carcassonensis, & Berengarius Episcopus Vicensis, & Gotafredus Episcopus Magalonensis, & Bertrandus Episcopus Barchinonensis, omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, cujuscumque ætatis, & ordinis, hæreditatem, & gaudium Regni cælestis. Notum esse volumus vestræ fraternitati, dilectissimi Fratres, & filii, quoniam convenientes ad dedicationem Ecclesiæ Sancti Stephani Protomartyris Christi Balneolensis Cœnobii, ipsius domus decorem, & con-

& consecretionem, ut in melius proficeret, qua veluimus instentia, peregimus. Nam & sacris Reliquiis venerabilium Sanctorum illam cum divina gratia sanctificavimus, & per invocetionem nominis Jesu Christi, quantis potuimus benedictionibus eam ad alta sustulimus, quatenus diligentibus amor, & Dei auxilium, & odientibus maneat terror, atque judicium. Hinc quoque constitutionis nostræ dotem prædictæ Ecclesiæ fecimus assensu Domini Bernardi Comitis Bisundunensis, manibusque nostris ipsius voluntatem, ut infracta permaneat, insignire curavimus, statuentes sub divini judicii obtestetione, & anethematis interdictione, ut nullus audeat hoc violare, quod nostra auctorites ad stabilimentum domus Dei voluit confirmare. Igitur, sicut venerabilium Apostolicorum, quæ prædicto facta sunt Cœnobio continent Privilegia, & sicut Regum Francorum demonstrant Regia Præcepta, & quemedmodum ostendunt doces, quæ a nostris antecessoribus confirmatæ sunt per retroacta tempora, sic illi confirmendo stabilimus, stabiliendo confirmamus omnia sua, videlicet quæ dono Regum, Epicoporum, seu Comitum, aut Principum, vel quorumlibet fidelium, usque hodie juste acquisivit, vel quolibet modo usque in finem sæculi juste acquisierit. Concedimus etiam, & confirmemus Abbatibus, & Monechis ipsius loci omnem libertatem sua placita distringendi, vel judicandi in omnibus excessibus, vel malefactionibus, quæ facte fuerint infra terminos omnium prædiorum scripti Cœnobii; & ut nullus Comes, aut Judex, seu Vicarius, vel cujuslibet potestatis homo, habeat licentiam caussas eorum distringendi, vel quolibet modo sine illorum jussione dijudicandi, neque in teloneo ipsius merceti, neque in omnibus locis, quæ præfato Cœnobio pertinent, aliquem violentiam inferendi. Statuimus quidem, ut nullus homo, vel femina ibidem placitum constituet, aut teneat, nisi præfati Monasterii Abbates, illos sponte convocaverint, vel dies mercetionis in foro constiterint. Inter hæc interdicimus omnibus universi ordinis hominibus, vel ipsius loci, vel estreneis, ut de ornamentis ipsius loci, quæ habet, vel habuerit, nullus præsumat aliquid auferre, commutare, vendere, vel donare, ad damnum, vel dehonestamentum prædictæ Ecclesiæ. Firmamus quoque omni auctoritete, ut idem Monasterium semper sit liberum, & ab omni confiscatione seclusum, & ut nullus homo, vel femina eum vendere, vel emere audeat; sed secundum decrete Canonum, & Beeti Benedicti Ragulam omni valetudine inlibetum perenniter consistat. Interdicimus quoque sub vinculo anathematis, ut nemo utriusque sexus Castellum in prædicto Monesterio, vel in circuitu unius leugæ, & mediæ confinio feciat; illis exceptis, qui jam facti consistunt, quæ Deus evertat, Amen. Si quis ergo hujus nostræ constitutionis, & confirmetionis adjutor exstiterit, hunc de parte Dei omnipotentis, & Beetæ Mariæ Virginis, & Beatorum Petri, & Paulli, cæterorumque Apostolorum, ac prænominati Stephani Protomartyris gloriosi, & omnium Dei fidelium, & nostra benedicimus, & ut in perpetuum salvus permaneat, peroptemus. Si quis autem, quod absit, ausu temerario effringere, vel violare quolibet modo hoc, quod constituimus, voluerit, hunc a liminibus Sanctæ Dei Ecclesiæ extraneum judicamus; & ab omni consortio Christianorum illum segregamus, atque de parte Dei omnipotentis, & Sanctæ Mariæ Virginis, omniumque Sanctorum, ac Dei fidelium, illum excommunicamus, donec digna pœnitudine Deo, & Beato Stephano Protomartyri satisfaciat; insuper & districtione venerandorum Principum legalis illum pœna coerceat, & sacrilegii censura constringat; & inantea hæc dos nostræ constitutionis perpetuo stabilis, & inconvulsa permaneet. Acta sunt hæc instentia, & industria Domini Benedicti supredicti Monasterii Baineolensis Abbatis, anno octevo, & mense octevo electionis ejus. Dalmatius gratia Dei Sanctæ Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Petrus Carcassonensis gratia Dei Episcopus. Matfredus gratia Dei Biterrensis Episcopus.

Bernardus gretie Dei Comes. Berengarius gratia Dei Gerundensis Episcopus. Gotafredus gretia Dei Magalonensis Episcopus. Bertrandus gratia Dei Barchinonensis Episcopus. Gibilinus Arelatensis Archiepiscopus. S. Asnellus Genfredi de Palera. Berengarius gratia Dei Ausonensis Episcopus. Bernardus. Gerundensis gratia Dei Episcopus.

Hæc sunt loca, unde decimæ, & primitiæ, & oblationes fidelium inibi habitantium competunt ad Ecclesiam Sancti Protomartyris Stephani Cœnobii Baineolensis, sicut ostendunt dotes, quæ ab anterioribus Episcopis prædictæ factæ sunt Ecclesiæ. Præcipue illa dos, quæ e Domno Arnulpho Gerundensium Episcopo facta est, hoc plenius ostendit, & manifestat, scilicet de villa Agemalo, & de Ecclesia, quæ ibi sita est in honore Sancti Petri, cum terminis, & appendicis suis, & de villa, quæ nuncupatur Milleanices, & de Ecclesia, quæ ibi sita est in honore Sancti Romani metryris, cum finibus, & pertinentiis suis, & de villare Puyo, qui entiquitus nuncupatus est villare Fraudini, vel Jafari, cum finibus, vel terminis suis, & de villare Argeiega cum finibus, vel pertinentiie suis, & de villa Figueroles, & de villare, quem vocent Ermedans, cum finibus, vel pertinentiis suis, medietatem decimarum, & primitiarum, & oblationum, & aquæ benedictæ, & salis sparsione, & de villare, quem vocant Perdudos, & de villeruncul is, quos vocant Puyoles, sive Serras, & de villere, quem vocant Cucugcag, cum finibus, vel terminis suis, omnem integritetem decimarum, & primitierum, & obletionum, simul & de Ecclesie, quæ sita est in honore Sencti Christophori Martyris. Has omnes decimas, & primitias, & oblationes confirmaverunt jam dictæ Ecclesiæ S. Stapheni Episcopi Sedis Gerundensium antiquitus, & postea, sicut superius scriptum est, Archiepiscopus Narbonensium, & Gerundensium Episcopus, & cæteri Episcopi, qui cum eis convenerunt ad dedicationem Basilicæ jam dicti S. Stepheni. Sub vinculo anathematis prædicte omnia suis menibus confirmaverunt prælibatæ Ecclesiæ. Nam, sicut rei veritas co-

cognoscitur, populus olim ad Ecclesiam Beati Stephani ad Divina Officia audienda, & ad cætera, quæ secundum Ecclesiasticam consuetuidnem necessaria erant, percipienda, consuetudinaliter conveniebat. Et quia laboriosum erat, & Monachis, & populo & saluberrimo inito consilio constructa est extra Monasterium, primum in honorem Sancti Benedicti Ecclesia, deinde alia in honorem Sanctæ Mariæ, ubi populus ad Divina Officia audienda conveniret; sed retentum est, ut in diebus præcipuarum Festivitatum ad Basilicam S. Stephani pro recognitione Matris Ecclesiæ, vigilias sacras peragendo cum oblationibus, & luminaribus convenirent, videlicet in Natale Domini, & in Natale Sancti Stephani, & in Septuagesima, & in initio Quadragesimæ, & in Ramis Palmarum, & in Cœna Domini, & in Parasceve, & in Sabbatho Sancto; & in eadem Ecclesia Baptisterium eadem die celebretur, & non in alia, neque in Agemalo, neque in Milleanicas. Similiter conveniant in die Sancto Paschæ, & in vigilia Pentecosten ad Baptisterium, & in eadem nocte ad vigilias peragendas, & in inventione S. Stephani. Et Domnus Archiepiscopus cum consensu Episcoporum constituit, ut in solennitate dedicationis prædictæ Ecclesiæ, idest, in Festivitate Nativitatis Sanctæ Mariæ, ut omnes simul conveniant ad prælibatam Ecclesiam, ut a Deo remissionem, & absolutionem suorum peccaminum percipere mereantur. Amen. Guillelmus Hypodiaconus, qui haoc dotem scripsit, & subscripsit die, & anno, quo supra.

JOSEPHI CATALANI MONITUM.

Superest, ut ad calcem Tomi hujus IV. juxta nostram novam editionem maximæ Collectionis Conciliorum Hispaniæ a præstantissimo S. R. E. Cardinali de Aguirre ordinatæ unum notemus, quod spectat sacrum Officium Moa-arabicum, de quo superius fuse disseruit laudatus Cardinalis de Aguirre. Porro varia apud varios Auctores circa ipsum Officium sacrum excusa reperiuntur; nam ut nihil dicam de Francisco Pisa, Eugenio Roblesio, & Eminentissimis Cardinalibus Joanne Bona, & Josepho de Aguirre, itemque nihil de Clarissimis Viris, Joanne Mabillonio, & Edmundo Martene, ac Petro le Brun, quorum postremus in suo Gallico Opere non segnem operam huc contulit, quando res gestas in antiqua Liturgia Hispanica, ac Moa-arabica historico-chronologice deduxit, Ordinem Missæ Mozarabicæ observationibus explanavit, ac cum antiqua Liturgia Gallicana contulit. At vero nemo omnium, quos ego quidem viderim, illud argumentum plene tractavit hactenus, ea videlicet plenitudinis ubertate, qualem post illos comparare conatus est insignis Scriptor Societatis Jesu Theologus Joannes Pinius in Tractatu Historico-Chronologico: *De Liturgia antiqua Hispanica, Gotthica, Isidoriana, Mozarabica, Toletana, Mixta*, quam ex Hispaniæ Conciliis, Romanorum Pontificum gestis, Regum Hispanorum Diplomatibus, aliisque ad id institutum repertis idem Auctor collegit, digessit, illustravit, allaborantibus Viris doctis Hispanis, quorum, ubi res fert, veneranda memoria apud illum recurrit. Insignem hunc Tractatum etiam habes Romæ editum apud Hieronymum Maynardi, eundemque jam nec ita pridem publici juris fecerat doctissimus Josephus Blanchinius, præfixitque Operibus Venerabilis Servi Dei Josephi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Thomasii.

FINIS TOMI IV.

FIRENZE - BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
PROGG. - 2.1.48 IV° (64)
RESTAURO - 1998
LABORATORIO - RAIMONDO MILIO
RESTAURATORE PROGETTISTA - CLAUDIO MONTELATICI

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

controllo numerazione, pulizie a secco con pennello morbido, risarcimento con montaggio e scarnire con carta giapponese di adeguato spessore e colore, Vanrow, velatura con velo giapponese 502 e Tylose MH300P al 2%, carte di guardie Ingres strutture F, cucitura su n. 6 nervi di spago, indorsatura con tela di mussole e pelle di capra scarnita, capitelli cuciti su anima di spago e fili di lino neutro e colorato, incartonatura dei quadranti in cartone accoppiato al durevole, nuova legatura in piena pelle di capre al vegetale (Scaricaciottoli) con dorso attaccato, adesivi Tylose MH300P e Vinavil 59 al 15%.

COLLAUDATORE
DATA DEL COLLAUDO

LAB. RESTAURO LIBRI R. Milio